LS2B 109 - 11,2

WESTFÄLISCHES URKUNDENBUCH XI · KÖLNISCHES WESTFALEN, LIEFERUNG 2

VERÖFFENTLICHUNGEN DER HISTORISCHEN KOMMISSION FÜR WESTFALEN

I

Westfälisches Urkundenbuch

Elfter Band

DIE URKUNDEN DES KÖLNISCHEN WESTFALEN

1301–1325

ASCHENDORFF MÜNSTER
2000

WESTFÄLISCHES URKUNDENBUCH

BEGRÜNDET VOM VEREIN FÜR GESCHICHTE UND ALTERTUMSKUNDE WESTFALENS

Elfter Band

Die Urkunden des Kölnischen Westfalen 1301–1325

Lieferung 2: 1311–1320

Bearbeitet von

MANFRED WOLF

ASCHENDORFF MÜNSTER
2000

01114469

LSZB 109 - 11,2



G 757c,4° - 11,2

Landschaftsverband
Westfalen-Lippe

© 2000 Historische Kommission für Westfalen, Landschaftsverband Westfalen-Lippe, Münster
Printed in Germany

Das Werk ist urheberrechtlich geschützt. Die dadurch begründeten Rechte, insbesondere die der Übersetzung des Nachdrucks, der Entnahme von Abbildungen, der Funksendung, der Wiedergabe auf fotomechanischem oder ähnlichem Wege und der Speicherung in Datenverarbeitungsanlagen bleiben, auch bei nur auszugsweiser Verwertung, vorbehalten. Die Vergütungsansprüche des § 54, Abs. 2, UrhG, werden durch die Verwertungsgesellschaft Wort wahrgenommen.

Gesamtherstellung: REGENSBERG Druck- und Verlags GmbH u. Co. KG

Gedruckt auf säurefreiem, alterungsbeständigem Papier ♾

ISBN 3-402-06693-9

825

1311

Notiz über die Niederlassung der Augustinereremiten in Lippstadt und das Begräbnis des Friedrich von Hoerde und seiner Frau Cunegunde in deren Kirche.

In civitate Lippiensi templum ac coenobium permagnificum regularium monachorum S. Augustini hoc tempore fundatur, extruitur affatimque ditatur per nobilem virum Fridericum ab Herde, qui et ibidem in templo post obitum anno 1317 una cum Cunegunda uxore sepultus est.

Stangefol, Annales Circuli Westphalici, S. 405.

826

1311

Giso Spissenagel und seine Frau Bela stiften in der Marienkirche zu Dortmund einen Altar zu Ehren von St. Johannes Evangelist und St. Maria Magdalena.

Anno 1311 hebn Giso Spissenagel und Bela, sin husvrou, burger und borgersche to Dortmunde, in Unser Lieven Vrouwen kerken sanct Johannis evangelisten und Marie Magdalenen altaer fundeert und ist gewijet worden van bischop Henrich van Virneburg, der tijt bischof to Coln, als Herbertus N. darselvest to Unser Lieven Vrouwen pastor was.

Wiedergabe nach Chroniken deutscher Städte 20 (Dortmund), 1887, S. 198: Westhoffsche Chronik, entstanden in der ersten Hälfte des 16. Jahrhunderts (Theodorianische Bibliothek Paderborn Pa 102).

827

1311

Nachricht über die Besetzung des Bürgermeisteramts und des Rats zu Dortmund.

Sein Bürgermeister und Raths tho Dortmund gewesen Henricus Longus, Hermannus Wickede, Hildebrandus Suderman, Hermannus Pape die Wipperforde etc.

Dortmunder Chronik des Detmar Mulhers, Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 573, Bl. 45 (aus dem Nachlaß Tross), Schrift des 17. Jahrh.

828

um 1311

Erenfrid gen. Quaterlant überläßt auf Bitten der Brüder Borghard und Konrad von Klotingen die Lehnsherrschaft über einige Morgen Landes, gelegen in dem Busch Im Welschen Holte[1] beim KLoster Welver, den Nonnen dieses Klosters.

Universis Christi fidelibus presentes paginas visuris et audituris Erenfridus dictus Quaterlant notum facio publice protestando, quod cum ego sim vetus et legitimus dator et feodator quorundam iugerearum, qui et que spectant ad Borghardum et Henricum et Conradum in quodam rubeto situm seu iacens apud claustrum Weluere in loco, qui dicitur Walsholt[a], nos ad instantiam predictorum fratrum de Clotingen et intuitu Dei venerabilibus in Christo domine abbatisse et conventui sanctimonialium in Weluere predictum dominium et feodum predictorum bonorum libere et voluntarie conferimus ad habenda et perpetuo iure possiden-

dum. In cuius rei testimonium vel premissorum ego Erenfridus ad[b] maius robur sigillum meum duxi adponendum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 142, Siegel ab.

[a]) Davor verschriebenes „Was" gestrichen; b) davor Rasur.

[1]) Nordwestlich von Klotingen, vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I, S. 160, Nr. 113, vergl. auch Urkunde von 1312 März 29.

829

1311

Edelherr Wilhelm von Ardey bekundet, die Mutter der Alheid von Dreisborn[1] habe einst auf den Status einer Ministerialin verzichtet und sich aus seiner und seines Bruders Hermann Ministerialität in ihre Eigenhörigkeit begeben. Nachdem sein Bruder Hermann die als Eigenhörige geborene Alheid zusammen mit ihrem Ehemann Volmar, der gleichfalls Eigenhöriger der beiden Brüder war, dem Kloster Oelinghausen überlassen hat, verspricht Wilhelm von Ardey Währschaft.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Wilhelmus nobilis de Ardeya notum fore cupimus et protestamur, quod .. mater Alheydis de Dreysberg, que quondam fratri nostro domino Hermanno domino de Ardeya et nobis iure ministeriali attinebat, sponte de hoc iure descendens[a] ad ius servile fratri nostro predicto et nobis se subiecit. Cumque dictam .. matrem cum suo marito, qui similiter noster servus existebat, per annos aliquot in iure servili tenuissemus, tandem idem frater noster dictam Alheydim de matre servili genitam et nobis iure servili attinentem cum Volmaro, suo marito, qui similiter noster servus fuit, ad cenobium de Olinchůsen iure servili transtulit perpetuo possidendos, prout in litteris fratris nostri predicti et nostro sigillis sigillatis plenius continentur. Huius igitur translationis debitam prestare warandiam, ubicumque de iure prestanda fuerit, volumus et tenemur. Et ne super hoc alicui dubium oriatur, eidem cenobio dedimus presentes litteras nostro sigillo sigillatas in testimonium de premissis. Datum anno Domini M° CCC^mo undecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 192, Siegel des Edelherrn (am Rande abgebrochen, WS 30,10) abhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 200.

[a]) In der Vorlage „descendes".

[1]) Südlich von Oelinghausen.

830

1311

Die Burg Fürstenberg[1] wird vom Grafen von der Mark belagert und schließlich zerstört.

Eodem anno castrum Vorstenberch per comitem de Marka obsidetur et (tandem) destruitur.

Wiedergabe nach Zschaeck, Levold, S. 65.

[1]) Nordwestlich von Neheim.

831

1311

Notiz über die Verschreibung einer Rente von drei Schillingen aus dem Haus des Bruno Kolhorn in Lippstadt.

Item ein Rentbrief von drei ß ex domo Bruno Kolhorns binnen der Lippe, incipit: Universis presentes literas visuri ... Datum anno Domini 1311.

Notiz im Inventarium der Brief und Siegel, so in der Monniche Cloister zur Lippe gefunden, am 7. Dezember anno [15]48, *StA Detmold A IV Nr. 3 (A); dort ebenfalls Zweitschrift in Ortskartei Lippstadt; (B); StAM, Verzeichnis der Briefschaften des 16. Jahrh., Kleve-Märkische Regierung, Landesarchiv Nr. 534 Bl.*

122v, 139v und Bl. 155 (dreifach) mit Randvermerk: item kan niemmantz uitfragen, wair Bruno Koilshornes gewonnet.

832

1311 Januar 1 Löwenberg

Herzog Erich von Sachsen teilt dem Kölner Erzbischof Heinrich auf dessen Anfrage mit, in seinem Herzogtum dürften Befestigungen mit Zugbrücken, Mauern, Gräben und Wällen nur mit Erlaubnis des Herzogs gebaut werden.

Reverendo in Christo patri ac domino Hinrico sancte Coloniensis archiepiscopo, sacri imperii per Ytaliam archicancellario, Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, quidquid obsequii poterit et honoris. Vestra a nobis inquiri fecit dominatio, quid, quantum et qualiter cum ponte versatili, muris et fossatis absque ducis licentia infra ducatum aliquid edificari possit. Hiis itaque per sententiam a nostris fidelibus exquisitis vobis duximus rescribendum, quod in ducatu nostro nulli prorsus quidquam edificare licet absque nostra licentia speciali cum ponte versatili, muris, fossatis sive vallis. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo duximus roborandum. Datum Louenbergh anno Domini M°CCC°XI° in die Circumcisionis Domini.

Ausf. Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 1/851, Siegel des Herzogs (gut erhalten) anhängend; Abschrift des 16. Jahrh. im A des Altertumsvereins Paderborn (Stolte A II 3, S. 140); Abschrift vom Ende des 14. Jahrh. in StAM, Msc. I 178 (Liber privilegiorum ecclesiae Coloniensis), Bl. 31v; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 70 S. 221; Druck: Lacomblet UB III Nr. 98; SUB II Nr. 541; Regest: REK IV Nr. 589.

833

1311 Januar 2

Der Dortmunder Bürger Wilhelm von Merklinde schenkt für sein und seiner Eltern Seelenheil der Reinoldikirche eine Rente von zwei Schillingen aus dem Grundstück seines Hauses in der Kampstraße, genannt Lemenhus.

In nomine Domini amen. Universis Christi fidelibus presentes literas visuris innotescat, quod providus vir Wilhelmus dictus de Medichlinne, civis Tremoniensis, saluti sue providere cupiens in remedium anime sue et omnium parentium suorum donavit de consensu et ratihabitatione Elizabeth, filie sororis sue, et Cristiani, mariti eius, heredum suorum, et donationis titulo simplicter tradidit, constituit et assignavit ecclesie beati Reynoldi in Tremonia annuos redditus duorum solidorum ex fundo domus sue dicte Lemenhus, site in vico dicto Campstrate et opposito domus Arnoldi de Linne. Qui quidem redditus annis singulis in perpetuum a possessoribus dicti fundi in festo sancti Martini dabuntur seu presentabuntur in catulam[a] dicte ecclesie et in usus eiusdem seu in ea, que reparatione ibi indigent, convertentur, ut per hec et alias elemosinas divine retributionis bravium valeat adipisci. In huius itaque rei testimonium sigillum honorabilis viri domini Arnoldi, decani christianitatis Tremoniensis presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini MCCC undecimo, in crastino Circumcisionis Domini, presentibus H. de Wimelinchus, iudex pro tempore Tremoniensis, Conradus de Herreke, Nicolaus in Ponte, Iohannes dictus Cleppinc, Vrowinus dictus Cleppinc, Vrowinus de Isperincrode, Everhardus de Budelsvinge, B. de Hukerde, H. dictus Bitter, Th. super Cellario, Th. de Sancto Spiritu et alii quam plures.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 11 b, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder UB 2,2, Nr. 429, S. 417.

[a]) Im Druck „latulam".

834

1311 Januar 2

Wilhelm von Merklinde[1] schenkt den Armen aus seinem Haus (eine Rente) von 26 Pfennigen.

Item ein versiegelt Latinisch brieff, das Wilhelmus de Medeclinne aus seinem huisse den armen gegieben 26 denarios. Datirt anno 1311 crastino Circumcisionis.

Regest, Stadt A Dortmund, Archivrepertorium vom Jahre 1607, Urkunde selber nicht erhalten; Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder Beiträge 20, 1911, S. 222.

[1]) Vergl. die vorangehende Urkunde von demselben Tage.

835

1311 (1310) Januar 10[1] Roermond

*Florans Bertout Herr von Mecheln (*Meghellen*) vereinbart mit Reinold Graf von Geldern (*Gelre*), daß seine Tochter Sophie mit dessen ältestem Sohn Reinold innerhalb von einem Monat nach Pfingsten die Ehe schließen soll, vorausgesetzt daß die päpstliche Dispens eingeht. Als Mitgift verspricht er eine Rente (im Wert) von 4500 Pfund, den Königstournosen zu 16 Pfennigen gerechnet, und für Reinold einen Erbanspruch auf alle seine Güter. Der Graf von Geldern gelobt dagegen, seinem Sohn Renten in Höhe von 3000 Pfund anzuweisen, und sichert ihm ein Erbrecht auf die Grafschaft Geldern zu. Als Bürgen setzt Florans dem Grafen von Geldern bzw. dessem Sohn Johann Herzog von Lothringen, Brabant und Limburg, Graf Arnold (*Arnout*) von Loen, Graf Adolf von Berg (*van den Berge*), Graf Engelbert von der Mark (*Engelbrecht van der Marken*), Reinald von Valkenburg (*-borgh*), Godart von Heinsberg (*Heynsberge*), Gerard von Sottengem, Gerard von der Marken, Gerard von Deist, Arnold von Wismale, Gerard van Hurne, Otto van Kuyke, Frederich von Schleiden (van Sleyden), Arnout van Quatbeke, Willamme von Piettersheim usw. Die Bürgen versprechen, sich gegebenenfalls auf Aufforderung des* Grafen von Geldern oder seines Sohnes nach Mecheln zum Einlager zu begeben. Gegeben zu Roermond 1311 (1310) Januar 10 (des sonnendages na dertienden dagh*).*

*Ausf., Perg., Algemeen Rijksarchief Brüssel, Chartrier de Brabant, Urk. Nr. 231; Wiedergabe nach dem Druck von Charles Piot, Inventaire Des Archives De Cour Féodale Du Pays De Malines, 1879, S. XII (mit Beglaubigung der vorgelegten Urkunden durch Bischof Ghis von Utrecht und Graf Wilhelm von Hennegau, Holland und Seeland und Herrn zu Friesland (*Henegouwen, Hollant, Zelant ende heere van Vrieslant*) im Jahre 1315 April 9 (*des wondesdaghes na sinte Ambrosius daghe*); Regest bei Günter Aders, Regesten aus dem Urkundenarchiv der Herzöge von Brabant 1190-1382, Düsseldorfer Jahrbuch, 44, 1947, S. 53 (dort als Mutter der Sophie Mathilde von der Mark, als Mutter des Bräutigams Margarete von Flandern).*

[1]) Osterstil.

836

1311 Januar 17 Plettenberg

Vor den Rittern Rutger von Galen, Hermann von Plettenberg, Godfried Volenspet und den Brüdern Dietrich und Franco von Schnellenberg nehmen Hermann von Ole genannt Olman auf der einen Seite und Aleidis, die Witwe des Wilhelm von Ole, des Bruders des Hermann, und ihr Sohn Hermann auf der anderen Seite eine Teilung der bisher gemeinsam genutzten Güter vor.

Universis et singulis, ad quos presentes litere pervenerint, Rutgerus de Galen, Hermannus de Plettinbreght, Godefridus Volenspeght, Theodericus et Franco dicti de Snellenbergh, fratres, milites, salutem et scriptum cognoscere non aliter, quam est actum. Noveritis, quod constituti coram nobis in ecclesia dicta Plet-

tinbreght die dominica proxima post octavas Epiphanie Domini anno millesimo trecentesimo undecimo Hermannus de Ole dictus Olman ex una parte et Aleidis, relicta quondam Wilhelmi dicti de Ole, fratris ipsius Hermanni, pie recordationis, una cum Hermanno, filio suo primogenito, pro se et suis coheredibus ex altera unanimi consensu, maturo amicorum consilio et deliberatione debita precedente a nobis et a quibusdam aliis consangineis et amicis suis specialiter ad hec vocatis et rogatis precum suarum instanciis devocius petiverunt, quatinus divisioni faciende super bonis, que longe antehabitis temporibus coniunctim possederant dicti fratres in quibuscumque rebus mobilibus vel immobilibus, hominibus, agris, aquis et aliis possessionibus consistentibus, devolutis ad ipsos ex successione hereditaria sive ex alia qualibet causa, dando ipsis partibus super divisione, quam facere decreverunt, consilium et auxilium, opem et operam tamquam fideles mediatores, arbitri et amicabiles compositores interesse curaremus. Nos vero ipsorum precibus inclinati, considerandis consideratis ipsis partibus hincinde mediantibus, requisitis et consentientibus dimidietatem sive mediam partem omnium bonorum, que communiter vel coniunctim habuerunt, prout ab ipsis divisum fuit et partes contente fuerunt contractu terminato in quandam cartulam conscribi fecimus diligenter, residuam partem in alteram cartulam fideliter pernotari iussimus vel conscribi. Quibus quidem cartulis sic formatis et conscriptis loco sortis use sunt iam dicte partes in hunc modum, ut ab ignara persona et ex arrupto seu ex inproviso qualibet parcium unam duarum cartularum tolleret, attrahens et acquirens sibi per hoc proprietatem, hereditatem solitariam, veram et legitimam omnium inscriptorum, renuncians et omnino nichil sibi iuris retinens in omnibus contentis in cartula, quam optinuit pars adversa. Hiis itaque dispositis et ordinatis predictus Hermannus Olman sortitus est sortem seu cedulam, in qua conscripta fuerant, prout nos vidimus et legi audivimus, que ponuntur:

Bona dicta tom Luttikin Herwege et bona tom Grotin Herwege, sita in Berinchusen[1]; item bona sita Aldenafflin[2], que inhabitat dictus Kopman et Gerko dictus Homburgh; area molendini dicta tom Togole[3] cum suis attinenciis; piscatura in Lena in lingua materna sive vulgari dicta vrede aut kar, sita infra ripam Hildewardinchusen[4] usque ad kar dictum Bokinole[5]; item medietas piscature in inferiori parte site inter pontem dictum Edelosen[6] et ripam Olenbeck[7]; item decime in Nedersuelt[8] et in Becheym[9]; Heidenricus dictus van dem Hamme, uxor, pueri et bona; Fredericus to Hodenchhusen[10] et bona ibidem; Gerardus de Hodenchusen[11], bona cum cultoribus eorundem; Berta de Berinchusen[12], prout sedet in bonis; Waltherus de Grymenchusen[13] cum eisdem bonis; bona dicta to Dale[14] et cultores eorundem; Germodis in Eckerinchusen[15], duo eius filii cum bonis ibidem et filia eius, uxor Godescalci; Gerardus Schubodo, uxor, pueri et bona; item domus dicti Stalsmit in Plettinbreght[16]; quedam domuncula cum fundo sita in Eckerinchusen[17], quam inhabitat Sculthetus; domuncula dicta Vůrderhalle[18], prout sita est; domus Walteri in Afflin[19] constructa in fundo ecclesie ibidem; item quedam persone utriusque sexus absque bonis immobilibus, uxor Kipholdi senioris, uxor dicti Schattis et pueri eius excepta uxor dicti Weckin; item villica de Lenscheit[20], filia eius Hilla, Henemannus, Iohannes et Thilmannus, filii eius; Gerko de Aldinafflin[21], Germodis, filia Kipholdi, uxor Tilmanni in Werdole[22] cum parvulis suis; Webil to der Hegsinsbech[23]; Henemannus, filius Thome, uxor eius et pueri; item Henemannus filius Luttickinmans, pueri dicti Roleders, Gobelinus filius dicti Luttickinmans; Sybeke de Grymenchusen[24]; Alueradis in Afflin[25]; Wernekinus filius Luttickinmans; Aleidis, uxor Tilmanni, filii dicti Stalsmith, .. dictus Kopman ; Theodericus sculthetus in Beyerinchouen[26], uxor eius et pueri; item in Ertlinchusen[27] quedam mulier cum suis pueris, filia dicti Bluels in Alden Affel[28]; in Elspe[29] Degnardus Molendinarius cum fratre suo ; item in Herschede[30] Hamman, commorans uppen Broke, dictus Knotte et Wische, soror eius; in Rode[31] Walburgis cum liberis; Alueradis, filia Teleke; item Cristina, mater dicti Luttickinmans; Cristina, soror dicti Knotten in Aldenaffil[32]; Heidenricus de Volckardinchusen[33]; Leneke, uxor Bluels; item Heleke et pueri eius in Alden Afflin[34] et Hincko, filius Telekin, et non plura. Hiis bonis omnibus et singulis superius particulariter enarratis contentus erat et erit deinceps ipse Hermannus, de quo non loquimur, asscribens ea cum consensu adverse partis sibi ac suis heredibus iure hereditario imperpetuum possidenda, renuncians et nichil omnino iuris sibi aut suis posteris retinens, per quod alteri parti valeat impedimentum seu ca-

lumpnia generari in bonis, que ponuntur inferius, que cedunt ipsi relicte ac suis heredibus hereditarie, libere et absolute secundum quod ex voluntate parcium statutum est et ordinatum et prout invenit in cedula sua sive sorte, de qua eciam fit mencio superius, et sunt ista:

Bona dicta Brůnenchusen[35] cum attinenciis suis et molendino ibidem; item bona Ertlinchusen[36], prout sita sunt; piscatura in Lena[37] prope Brůnenchusen[38]: item superior pars piscature per modum divise, site inter pontem Edelosen[39] et ripam dictam Olenbech[40]; decime in Bodinchusen[41] et in Waldene[42]; item mansus in Aldenaffil; Richardus ten Ouerhusen[43], uxor, pueri et bona; item Goblinus ibidem et bona; Lambertus de Berinchusen[44] cum bonis; Fredericus secundum quod sedet in bonis; uxor dicti Sůren to Holthusen[45] et pueri; item Henricus ten Ouerhusen et liberi cum bonis de Grymenchusen[46], que sunt divisa contra Waltherum, vicinum eius; bona dicta Kettincole[47] et Burgardinchusen[48] cum cultoribus; item .. dictus Kopman et bona, in quibus habitat dictus Wecko, abstracta a bonis iunioris Kipholti, uxor ipsius Weckin et pueri; Aldehaseka iuvenis Kipholt, uxor, pueri et bona; Richardus, frater Kipholdi iunioris; item utriusque sexus homines, uxor Schuboden, Aleydis, uxor Segenandi, et pueri, Ebele, soror eius, dicta tome Houe, et pueri; item filii Meynardi to Herspe[49], Theodericus et uxor eius; Gerke et uxor eius, Meynardus, frater eorum; Theodericus de Elsin, uxor scultheti de Eckerinchusen[50], et pueri eiusdem; .. dictus Stalsmit; Gerardus, filius Thomen Pothir; Aleydis, filia Thomen; Swarte Aluerayt; Iohannes Drudinkint in Gauerbech[51]; Wescelus de Grimenchusen[52]; filia dicti Neuelunc in Berinchusen[53]; Robertus to Hodencusen[54]; Metta, filia Volmari de Wynterberge; Aldedrudenkint; Aleydis Lifhelt et pueri eius; uxor schulteti de Růderhusen[55]; item in Geuere[56] Cristina et pueri eius ac soror eius Leueka; Teleke, filia Teleke; Cristina, mater Degnardi; item Haseka, filia comitis; Conradus, frater Heidenrici de Volkardinchusen[57]; Geseka in Ertlinchusen[58], filia Sifridi; item Tepele, filia Volmari de Winterberge, et Gesa, commorans aput Vrindenberg[59], et pueri et non plura. Et sic manifestum sit, qualiter dicte partes abinvicem respectu hereditatis divise sunt et quid quisque receperit sive quantum. Diffinitum est eciam et condictum, si fortassis aliqua bona ammodo ad noticiam ipsarum parcium seu partis alterius pervenirent, de quibus non fit in presenti pagina mencio specialis, quod ea coniunctim vel possidebunt vel divident, sicut prius. Super premissis omnibus et quolibet premissorum renunciaverunt iam dicte partes iuribus, interdictis, articulis casibus et exceptionibus, impedimentis ac instantiis universis, dolo et fraude et frivolis allegationibus circumscriptis penitus exclusis, omni malitia pretermissa et aliis, que eis contra ordinacionem sic ritam factam possent quomodolibet suffragari, promittentes se ratum et firmum bona fide hunc contractum perpetuis temporibus habituros. Nos vero, ego Hermannus Olman nec non et ego Aleydis una cum filio recognoscimus et publice profitemur omnia et singula, que in presenti pagina continentur, vera esse et de nostra processisse voluntate et quod scriptum non est aliter quam est actum, et quod cum instantia petivimus dictos milites, ut sigillis suis sigillarent has literas in testimonium premissorum. Nos vero Rutgerus, Hermannus, Godefridus, Theodericus et Franco, milites predicti, quia rogati premissis omnibus et singulis interfuimus, ea vidimus et audivimus, annuentes votis ipsorum rationabilibus sigilla nostra presentibus duximus apponenda et sunt appensa in testimonium premissorum, ut eo ferventius optineant roboris firmitatem. Actum et datum presentibus Wedekindo et Remboldo fratribus dictis Pepersac, Advocato de Heiene, Heidenrico dicto Prints, Hermanno de Plettinbreght, Gerardo Windeke, Wischelo de Galen, Hermanno de Pentlich et aliis quampluribus fidedignis, anno incarnationis Domini ut supra, die et loco predicto.

Ausf., Perg., A von Wrede zu Amecke, Urk. Nr. 7, von den fünf Siegeln das 1. ab, die vier anderen Siegel anhängend.

[1]) In Ehringhausen im Kirchspiel Halver gab es die Höfe Niederer und Mittlerer Herweg; [2]) Altenaffeln; [3]) Mühlenplatz zu Ohle; [4]) Hilfringhausen, im späteren Kirchspiel Ohle gegenüber Teindeln; [5]) Bauckloh, östlich von Werdohl auf dem linken Ufer der Lenne; [6]) Elhausen, auf der linken Seite der Lenne; [7]) Olmeckebach, unterhalb von Plettenberg auf der rechten Seite des Flusses in die Lenne mündend; [8]) vielleicht Niederhöfe zu Blintrop nördlich von Affeln; [9]) Beckum nordöstlich von Balve; [10]) Hüinghausen, nordöstlich von Herscheid rechts der Lenne; [11]) desgl.; [12]) Ehringhausen, im Kirchspiel Halver; [13]) Grimminghausen, westlich von Ohle; [14]) Dahle, nordwestlich von Neuenrade; [15]) Eiringhausen, nördlich von Plettenberg; [16]) Plettenberg; [17]) Eiringhausen, nördlich von Plettenberg; [18]) Flurname Halle nordwestlich von Eiringhausen; [19]) Affeln; [20]) Leinschede, nördlich von Plettenberg; [21]) Altenaffeln; [22]) Werdohl; [23]) vielleicht

Hechmecke westlich von Plettenberg; [24]) wie Anm. 13; [25]) Affeln; [26]) Beringhoff, bei Wimbern (?); [27]) nicht identifiziert; [28]) Altenaffeln; [29]) Elspe, Kreis Olpe; [30]) Herscheid; [31]) Neuenrade; [32]) Altenaffeln; [33]) Volkringhausen, an der Hönne nördlich von Balve; [34]) Altenaffeln; [35]) Rittersitz Brüninghausen, in Ohle; [36]) wie Anm. 26; [37]) Lenne; [38]) wie Anm. 35; [39]) wie Anm. 6; [40]) wie Anm. 7; [41]) Böddinghausen, nördlich von Plettenberg gegenüber von Eiringhausen; [42]) Aufm Wald in Halver oder Vorm Wald bei Hülscheid; [43]) Oberhausstätte, zu Kierspe (?); [44]) Ehringhausen, im Kirchspiel Halver; [45]) Holthausen, südwestlich von Plettenberg; [46]) Grimminghausen, westlich von Ohle; [47]) Kettling, östlich von Werdohl; [48]) Bordinghausen, südöstlich von Kierspe; [49]) vielleicht Herscheid; [50]) Eiringhausen, nördlich von Plettenberg; [51]) Garbeck, südwestlich von Balve; [52]) Grimminghausen, westlich von Ohle; [53]) Ehringhausen, im Kirchspiel Halver; [54]) Hüinghausen, nordöstlich von Herscheid; [55]) Rödinghausen bei Lendringsen oder Rönkhausen (?); [56]) Wüstung Gevern zwischen Balve und Neuenrade; [57]) Volkringhausen, nördlich von Balve; [58]) nicht identifiziert; [59]) Fröndenberg.

837

1311 Januar 19

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Lippstadt vermietet der Ritter Bernhard von Bevern seine in Lippstadt gelegene Hausstätte, die vormals dem Stift Herzebrock gehörte, an den Lippstädter Bürger Hermann Gropengutere für einen Zins von sechs Schillingen. Bei einem eventuellen Verkauf des auf dieser Hausstätte erbauten Hauses behält der Verkäufer ein Vorkaufsrecht.

Universis presentem literam visuris ac eciam audituris nos .. iudex et .. consules opidi Lippensis notificamus publice protestantes, quod constitutus coram nobis dominus Bernardus de Beueren, miles, recognovit se de consensu .. uxoris sue aream suam infra muros nostros sitos, que pertinuerat cenobio sanctimonialium in Hersebroke, locavisse eo iure, quod „wicbelde“ vulgariter[a], perpetualiter possidendam Hermanno, nostro conburgensi, dicto Gropengutere, .. eius uxori ac eorum heredibus pro annua pensione duobus terminis exsolvenda, videlicet trium solidorum festo beati Michaelis et totidem solidorum in festo Pasche, singulis annis dictis militi et .. eius uxori vel ei, quicumque presentium literarum possessor fuerit, in perpetuum solvendorum. Si vero dicta area et domus, que superedificata fuerit, forte in posterum vendi deberet, ipsa pro foro, quo eam, quicumque emptionis titulo comparare vellet, dictis militi et eius uxori vel harum literarum possessori deberet venalis primitus exhiberi. Et sic in premissorum testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos .. consules supradicti sigillum nostrum ad petitionem utriusque partis apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Conrado Wigandi, iudice, Bernardo dicto Pundere et Gerardo Eylhardi, proconsulibus, Hermanno Bodekini, Herbordo de Esbeke, Frederico dicto Kuninc, Petro de Sancto Trudone, Andrea dicto Hoppe, Volmaro de Magga, Iohanne de Bokeneuorde, Hermanno dicto Vinke, Iohanne de Vsnen, Machorio Ywaninc, Godefrido Radberti, consulibus, et quam pluribus aliis fide dignis. Datum crastino beate Prisce virginis, anno Domini M° CCC^mo^ undecimo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt Urk. Nr. 49, Siegel der Stadt Lippstadt (mit Ausnahme eines oben abgebrochenen Teils gut erhalten, WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7) anhängend, Rückvermerk (15. Jahrh.): Hildensen possedit, Happe postea et sequebatur filius Happen, modo Gerhardus de Boynman.

[a]) Zu ergänzen „dicitur“.

838

1311 Januar 19

*Adolf von der Mark, Propst von St. Martin in Worms (*Wormatiensis*) und Pfarrer (*pastor sive investitus*) der Pfarrkirche zu Breisig (*Briseke*) in der Kölner Diözese, wendet sich an den Papst und den Erzbischof von Köln: Zwischen Äbtissin und Kapitel von Essen einerseits und Propst, Dechant und Kapitel von St. Florin in Koblenz (Confluentia) andererseits habe es um das Patronat und den Zehnten der Kirche in Breisig Streit gegeben. Er, der von der Äbtissin und dem Kapitel von Essen präsentiert wurde, sei seinerseits einverstanden, daß die Kirche beiden Stiftern inkorporiert werde. Siegelankündigung des Ausstellers. Datum 1311 Jan. 19 (*secundum consuetudinem Coloniensis dyocesis computato feria tertia ante festum beate Agnetis virginis*).*

Ausf., Perg., lat., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 230, Siegel des Ausstellers (leicht beschädigt) abhängend; Regest: REK IV Nr. 591.

839

1311 Januar 23

Ritter Loyf von Herfelde, Meinhard gen. Huddic und Johann gen. Mare verpflichten sich gegenüber dem Konvent in Liesborn für ein Kapital von sechs Mark zur Zahlung einer Rente von einer halben Mark aus den Gütern zu Böntrup[1].

Universis presentem litteram visuris vel audituris .. nos Loyf dictus de Heruelde, miles, Meynhardus dictus Huddic et Iohannes dictus Mare notum facimus protestando firmiter in hiis scriptis, quod nos conventui Lisbergensi ex bonis in Boninctorpe dimidie marce redditus in festo Mychaelis nunc venturo persolvende anno quolibet pro sex marcis Lippie legalium obligavimus ad quatuor annos. Que siquidem dimidia marca infra quatuor annos predictos pro predicta pecunia est redimenda. Et si infra ipsorum quatuor annorum spacio in die beate Margarete virginis predicto prefata dimidia marca non redimetur, quod extunc in usum conventus Lisbergensis predicti ex ipsis bonis in Boninctorpe perpetualiter divolvetur. Et quia sigillis propriis caremus, usi sumus sigillo honesti mylitis Frederici dicti de Hurde in testimonium premissorum. Et ego Fr. dictus de Hurde, myles predictus, ut premissa firma et inconvulsa permaneant, protestor sigillum meum presentibus appendisse. Actum in crastino beati Vincentii anno Domini CCC^{mo} undecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn Urk. Nr. 97, Siegel ab; Rückvermerk (17. Jahrh.): Renunciatio reddituum ex bonis in Bontrup; Abschrift des 15. Jahrh., in Msc. I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn), Bl. 80; Regest: WUB VIII Nr. 691.

[1]) Hof im Ksp. Liesborn in der Bauerschaft Göttingen.

840

1311 Januar 24

Heinrich gen. von Vittinghoff und seine Frau Constantia verkaufen als Eigengut ihren Kotten opper Heyde, *gelegen bei dem Weg über den Bach* Togelsbeke, *der zum Hof* Kragenpot *führt, und ein von der Äbtissin von Essen lehnsabhängiges Markennutzungsrecht im Essener Holz an den Essener Bürger Heinrich* Vyschere. *Die Auflassung erfolgt vor dem Gericht in Rellinghausen.*

Noverint universi presentes litteras visuri et audituri, quod ego Henricus dictus de Vytinchauen et Constantia, uxor mea, cum consensu et voluntate omnium liberorum et heredum nostrorum, videlicet Henrici, Arnoldi, Wenemari et Berte, quandam casam nostram dictam opper Heyde sitam prope viam transeuntem rivum, qui dicitur Togelbeke, et ducentem versus domum dictam Kragenpot a parte occidentali vie ipsius cum omnibus agris cultis et incultis, pratis, pascuis et pertinentiis universis dicte case iure proprio ad nos pertinentem et insuper unum ius secandi ligna dictum marke cum suis usibus universis, quod in silvis dictis Essender holt ego Henricus teneo in feodum a venerabili domina abbatissa ecclesie Assindensis, Henrico dicto Vyschere, opidano Asindensi, et uxori sue ac omnibus heredibus suis vendidimus rite et iusto titulo venditionis tradidimus et assignavimus eisdem iure proprio perpetualiter optinendam, salvo tamen dicte domine abbatisse iure dominii sui in iure silvarum predictarum, pro viginti novem marcis Brabantinensium denariorum nobis ab ipso Henrico traditis et solutis. Que siquidem bona taliter a nobis vendita tam nos quam omnes liberi nostri prenotati coram iudicio in Rolinchusen, infra cuius terminos dicta consistunt bona, plane et simpliciter renuntiavimus et supraportavimus ad manus Henrici, emptoris predicti, et Wenemari, filii ipsius, renuntiantes omni exceptioni omnique iuris auxilio canonici et civilis, que et quod contra premissa nobis possent quomodolibet suffragari. In quorum omnium testimonium et firmitatem perpetuam, quia ego

Henricus venditor predictus sigillum proprium non habeo, presentes litteras sigillis opidi Asindensis et honestorum virorum domini Henrici de Vytinchauen dicti Kostere, militis, et Hermanni de Horst, consanguineorum meorum, petivimus roborari. Et nos consules Asindenses, Henricus dictus Kostere, miles, et Hermannus de Horst protestamur, quod nos ad petitionem Henrici de Vytinchauen et .. uxoris sue ac liberorum suorum predictorum sigilla nostra litteris presentibus apposuimus in testimonium premissorum. Actum anno Domini millesimo CCC^{mo} undecimo, dominica proxima ante Conversionem beati Pauli apostoli, presentibus Hensone Pegen, Frederico Krangen, Hermanno Oppen Bryncke, Iohanne dicto Karlekint, Menriko In der Hůrne, Wlardo dicto Pywe, Theoderico de Dansyke, Rutgero dicto Lange, Iohanne Wynman et Henrico dicto de Colonia, consulibus Asindensibus, Hermanno sculteto de Vyhauen, Rutgero de Hetterschede et Adolfo, iudice in Rolinchusen, et aliis quam pluribus.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 231, Siegel ab; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 108, S. 26.

841

1311 Januar 25

Johannes von Merklinghausen und seine Erben verkaufen vor dem Freigericht des Wessel von Erwitte dem Kloster Benninghausen 12 Morgen Ackerlandes zu Dingborgelo[1].

Universis presentem literam visuris[a] ac etiam audituris nos Iohannes de Merkelichusen et Alegente, coniuges, recognoscimus publice protestando nos matura habita deliberatione et unanimi consensu Rodolfi, filii nostri, nec non filie nostre Gertrudis et mariti ipsius nostre filie, Hinrici dicti de Padberg, et filii eorundem Iohannis ac filie Alegente, Degenhardi et uxoris eius Elburgis et filiorum eorum Iohannis et Lamberti nec non fratrum antedicti Degenhardi, videlicet Heydenrici et Iohannis, et uxoris ipsius Iohannis, Swinheldis, et filiorum eorundem Hinrici, Hartvici, Lamberti et Iohannis ac omnium aliorum heredum et coheredum nostrorum quosdam agros nostros sitos in campo Dinborgelo novem iugera continentes et eorum proprietatem cum omni iure et pertinentiis quibuscumque, prout ad nos et nostros heredes spectabant sive spectare videbantur, religiosis personis dominabus .. abbatisse totique conventui monasterii sanctimonialium in Bennickinchusen ordinis Cysterciensis pro decem marcis denariorum pecunia nobis numerata, tradita et soluta rite et rationabiliter vendidisse eosque venditos coram sede libertinorum Vesceli de Eruethe ipsis libertinis presentibus ad hoc in testimonium vocatis et rogatis cum omni iure resignavimus. Nichilominus et huiusmodi venditionis et emptionis contractum ibidem procuravimus sub banno regio stabiliri; cum hoc ad maiorem cautelam dictis abbatisse et conventui[b] iustam et plenam warandiam[c] de dictis bonis venditis prestaturos, quandocumque fuerimus requisiti, renunciantes simpliciter et expresse omnibus exceptionibus et defensionibus iuris canonici vel civilis, que nobis coniunctim vel divisim contra premissa vel premissorum aliqua possent seu deberent aliqualiter suffragari. Unde in premissorum testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos coniuges et heredes nostri supradicti presentem literam sigillo honesti viri Vesceli supradicti, in cuius continentia[d] hec acta sunt, cum proprium non habeamus, petivimus sigillari. Et nos Vescelus sigillum nostrum ad ipsorum petitionem apponi fecimus huic scripto. Nomina libertinorum hec sunt: Iohannes dictus Vriegreue, Luthbertus de Elbinchusen, Euerhardus de Elbinchusen, Hermannus dictus Hesse, Hinricus de W^{o}rden, Hermannus dictus Hoyke, Iohannes Volmarinc, Hinricus de[2], Iohannes Bertoldinc, Hinricus Bertoldinc, Hinricus Hadewerch et quam plures fide digni. Datum in Conversione beati Pauli anno Domini M^{o} CCC^{mo} undecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 115, Siegel des Wessel von Erwitte (stark beschädigt, WS 184,5) anhängend; Rückvermerke: 1. (15. Jahrh.) de Dincborichelo, 2. (17. Jahrh.) itzo genandt Tieman.

[a]) Wort über der Zeile nachgetragen; [b]) die formularverwandte Urkunde von 1310 Juli 21 hat hier ein „promisimus"; [c]) zwischen plenam und warandiam Rasur; [d]) die im Formular ähnliche Urkunde von 1310 Juli 21 hat an dieser Stelle „comitia".

[1]) In Schmerlecke, vergl. Schelhasse, Benninghausen S. 125; [2]) Nachname fehlt; die Urkunde von 1310 Juli 21 hat „Heydenricus de Waltherinchusen".

842

1311 Januar 25

Ritter Everhard von Meiningsen bezeugt, Everhard gen. vom Hove habe für eine Mark das Eigentumsrecht an den Gütern in Lüttringen[1] an Äbtissin und Konvent von Himmelpforten verkauft.

Universis presentes litteras visuris nos Euerhardus miles dictus de Meninchusen notum facimus publice protestando, quod Euerhardus dictus de Houe et filius eius Hinricus ac filie, scilicet Cunegundis, Hadewigis, Margareta, cum consensu omnium heredum suorum proprietatem bonorum in Luterinchusen sitorum vendiderunt rite et rationabiliter pro una marca legalium denariorum domine abbatisse ac conventui de Porta Celi, renuntiantes omni iuri, quod in predictam proprietatem sibi competebat sive competere videbatur, recognoscentes eam dicto conventui perpetuo possidendam. Ut autem hoc firmum perpetuo permaneat et inconvulsum, sigillum nostrum presentibus[a] literis duximus apponendum[b] ad evidentiam premissorum. Presentes erant Tůne, iudex in Nehem, et filius eius Theodericus, frater Pilegrimus de Marsvelde, Dimarus Faber, Iohannes et Hinricus, fratres in Celi Porta. Actum et datum anno Domini M° CCC° XI°[c], in Conversione beati Pauli apostoli.

Ausf., Perg. StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 82, Siegel des Ausstellers (beschädigt, WS 219,4) abhängend; die Zeilen nicht den vorgezeichneten Linien folgend; Rückvermerk (16. Jahrh.): Lutterinckhusen.

[a]) Die letzte Silbe auf Rasur über der Zeile nachgetragen bzw. aus „presentes" korrigiert; [b]) auf Rasur, in der folgenden Zeile am Anfang einige Buchstaben getilgt; [c]) aus XIII° korrigiert.

[1]) Nordwestlich von Neheim.

843

1311 Januar 26

Henemann gen. Baumann, Bürger zu Warstein, verkauft an Abt und Konvent des Benediktinerklosters Grafschaft aus seinem Hause in Warstein eine Rente von einer Mark für eine am Feste Petri Cathedra zu reichende Speisung. Die Stadt darf von dieser Rente keine Abgaben erheben.

Ego Henemannus dictus Bŏwman, oppidanus in Warsten, omnibus presens scriptum visuris et audituris notum facio publice protestando, quod de consensu et plena voluntate Mergardis, uxoris mee legitime, Henrici, Cůnegundis et Alheidis, liberorum meorum, nec non fratris mei Dethmari ac omnium heredum meorum rite et legitime vendidi pro competenti pecunia mihi tradita et soluta viris religiosis dominis .. abbati et conventui monasterii in Grascap ordinis sancti Benedicti ad consolationem perpetuo apud ipsos habendam redditus annuas unius marce denariorum in Sosato usualium in quolibet festo beati Petri ad cathedram de domo mea sita in Warsten perpetuis temporibus ab omnibus ipsam possidentibus seu aream ipsius domus habentibus sine aliqua contradictione absolute erogandos, ita sane, quod cooppidani mei in Warsten tam ex gratia quam ex consuetudine ipsius oppidi sui nullam umquam exactionem ab ipsis dominis ratione reddituum huiusmodi poterint quomodolibet extorquere. Ad cuius rei evidentiam et perpetuum munimen petivi ipsos cooppidanos meos, ut presens scriptum nomine suo atque meo et nomine heredum predictorum dignentur sigillo oppidi sui predicti consignare. Nos igitur Henricus[a], proconsul, et consules protestamur[b], quod presens scriptum pro nobis et pro dicto Henemanno et suis heredibus sigillo oppidi nostri est signatum et dictis dominis in testimonium venditionis huiusmodi collatum et quod premissa coram nobis acta sunt et

coram testibus infrascriptis, videlicet coram domino Francone, plebano nostro, Lamberto de Pilichem, iudice nostro, Francone dicto Stelen, Conrado Fabro, Dethmaro Brochusen, Andrea, fratre proconsulis predicti, Gerwino, villico dominorum, Iohanne et Conrado, fratribus, et aliis fide dignis. Actum et datum anno Domini M° CCC^mo undecimo, in crastino Conversionis beati Pauli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Grafschaft Urk. Nr. 37, Siegel ab, Rückvermerk (15. Jahrh.): Emptio unius marce annui redditus ex quadam domo in Warsten*; Regest: Wolf, Grafschaft Nr. 46.*

[a]) Name auf Rasur; [b]) auf Rasur.

844

1311 Januar 27

Dechant und Kapitel von St. Patrokli Soest bekunden, der Witwe Helewigis gen. Omekinc *eine Rente von drei Maltern Rogggen bzw. Gerste aus ihrem Haupthof zu Müllingsen[1] verkauft zu haben. Beim Tode der Helewigis werden die Verkäufer von der Entrichtung von sechs Scheffeln entlastet. Sie haben dann 30 Scheffel an Elisabeth* Dunnepepersche *und deren Tochter Alheidis zu liefern. Nach dem Tode einer der beiden fällt die Hälfte der Kornrente, nach dem Tode beider die Rente ganz an die von Helewigis laut Testaments in der Stiftskirche gegründete Vikarie[2].*

Omnibus presentes literas visuris et audituris decanus et capitulum ecclesie beati Patrocli Sůsatiensis salutem cum notitia veritatis. Noveritis, quod urgente nos et ecclesiam nostram hac vice evidenti necessitate de maturo consilio omnium nostrum a Helewige vidua dicta Omekinc recepimus competentem pecuniam et sibi pro eadem vendidimus rite et rationabiliter de curte nostra in Můlinchusen annuos redditus trium maltorum duplicis annone siliginis videlicet et ordei perpetuo possidendos et habendos sibique per nos vel per celerarium nostrum pro tempore existentem in quolibet festo beati Petri ad cathedram expedite ministrandos, sub ea tamen conditione, quod ipsa Helewige mortua nos a sex modiis ipsius annone omnimodo absolvemur et tunc salvis fructibus primi anni ipsi Helewigi seu suis manufidelibus deinceps dabimus triginta modios Elizabet Důnnepepersche et Alheydi, eius filie, iuxta continenciam testamenti ipsius Helewigis, ut videlicet una ipsarum mortua ipsi redditus triginta modiorum pro dimidietate totaliter cedere debeant vicarie, quam ipsa Helewigis pro remedio anime sue instituit in prefato testamento in nostra ecclesia memorata. Tunc quoque ipsos redditus ad ipsam vicariam expedite, nisi forsan in vita vel in morte Helewigis, Elizabet et Alheydis predictarum alios ydoneos redditus in loco competenti ipsis comparaverimus vel demonstraverimus, prout persone ipsam vicariam pro tempore possidenti fuerit oportunum. Nichilominus eciam habebimus liberam facultatem, quandocumque nobis placuerit, ipsi persone vicariam possidenti alios redditus triginta modiorum annone in alio comparandi et demonstrandi, sicut et nunc eos ipsis Helewigi, Elizabet et Alheydi possumus demonstrare atque comparare. In cuius rei testimonium et evidentiam perpetuam presens scriptum sigillo maiori ecclesie nostre duximus roborandum. Actum et datum anno Domini M° CCC° undecimo, feria quarta post Conversionem beati Pauli.

Abschrift des 15. Jahrh., StAM, Msc. VII 6102 (Kopiar des Stifts St. Patrokli Soest) Bl. 60v; Überschrift: de curte sita in Můlinchusen.

[1]) Südöstlich von Soest; [2]) vergl. Urkunde von 1311 Januar 29.

845

1311 [Januar 29][1]

Die Witwe Helewigis gen. Omekinc *vermacht in ihrem Testament dem Stift St. Patrokli ihre Güter zu Lendringsen[2]. Dafür soll im Stift eine vom Dechanten zu besetzende Vikarie errichtet werden. Der betreffende Priester soll täglich eine Seelenmesse feiern. Die Vikarie soll als erster Johann von Wehringsen[3], Ver-*

wandter der Stifterin, erhalten. Außerdem vermacht die Witwe eine Rente von 30 Scheffeln Roggen bzw. Gerste aus ihrem Oberhof zu Müllingsen[4]. Diese soll zunächst von ihren Erben, der Elisabeth gen. Dunnepepersche *und ihrer Tochter Alheidis, bezogen werden, nach deren Tode aber an die Vikarie fallen.*

In nomine Domini amen. Ego Helewigis dicta Omekinc, vidua, tenore presentium protestor notum faciens universis presentia percepturis, quod compos corporis, mentis et rationis de meo testamento ordinare et salute anime mee providere cupiens propter fragilitatem humanam idem testamentum meum de rebus mihi a Deo concessis condo et ordino in hunc modum: lego igitur et confero post mortem in honorem Domini nostri Iesu Christi et eius gloriose matris virginis Marie, beati Patrocli martiris et omnium sanctorum bona mea in Lendrinchusen sita cum suis attinentiis universis ecclesie beati Patrocli Sosatiensi, ut exinde in ipsa ecclesia perpetua vicaria instituatur, que per .. decanum eiusdem ecclesie pro tempore existentem sacerdoti ydoneo vel saltem persone tali, que infra unius anni spatium post collationem sibi factam ad sacerdotii ordinem voluerit vel possit promoveri, perpetualiter erit porrigenda. Idemque sacerdos exinde vel alter, cui ipsa vicaria porrecta fuerit, sub predicta conditione cottidie missam animarum, cum celebranda fuerit, in choro beati Patrocli procurabit. Tamen Iohannes dictus de Werdinchusen, meus consanguineus, hanc vicariam primo a prefato .. decano recipiet et eam possidebit canonice temporibus vite sue serviturus pro ipsa in choro prefate ecclesie sine misse huiusmodi pocuratione, quamdiu sacerdos non fuerit, quemadmodum alii vicarii chorales ibidem servire consueverunt. Item pensionem triginta modiorum siliginis et ordei, que mihi post mortem meam competit de curte Můlinchusen, quam comparavi mea pecunia a venerabilibus viris dominis .. decano et capitulo ecclesie beati Patrocli predicte, ad eandem vicariam confero et lego sub ea tamen conditione, quod Elizabet dicta Dunnepepersche et Alheidis, eius filia, mee consanguinee, que mihi succedunt in hereditate mea tamquam heredes et que consenserunt in ordinationem testamenti mei predicti, coram testibus infrascriptis dictam pensionem triginta modiorum annone ad tempora vite sue tantum habebunt, et una ipsarum media pars, ipsis vero ambabus mortuis triginta modii integraliter cedent Iohanni predicto seu alteri eius successori, salvo privilegio ecclesie Sosatiensis in omnibus. Volo etiam, ut post mortem meam michi et manufidelibus meis sint salvi fructus tam bonorum in Lendrinchusen quam aliorum reddituum predictorum primo anno, ut exinde mee exequie peragantur. Hanc igitur testamenti mei executionem committo discretis viris Hildegero de Benekinchusen et Wichmanno de Lůnen, canonicis Sosatiensibus, consanguineis, et Lodewico de sancto Nycolao, sacerdoti, et ipsos manufideles meos eligo et constituo, in animas ipsorum ipsis iniungens, ut ea, que ordinavi, ad effectum perducant et ea, que ordinavero, ipsi ordinent, prout saluti anime mee viderint expedire, ratum habitura, quod ipsi fecerint in premissis. Et in huius rei ratificationem et testimonium presens scriptum sigillis honorabilium virorum domini Radolphi, decani ecclesie predicte, et Iohannis de Lyppia, viceprepositi Sosatiensis, ac prefatorum manufidelium meorum effeci roborari, que nos, .. decanus, et viceprepositus ac manufideles presentibus ad premissorum evidentiam profitemur apendisse. Actum et datum anno Domini M° CCC° undecimo.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 93, Siegel des Dechanten, des Kapitels und des Hildeger von Benninghausen (beschädigt) anhängend, die beiden letzten Siegel ab, mit Transfix von 1311 Januar 29; Rückvermerk (16. Jahrh.): fundatio, vicaria pro missa animarum in summo altari.

[1]) Die Datierung ergibt sich aus dem Transfix; [2]) südlich von Soest; [3]) nördlich von Soest; [4]) südöstlich von Soest.

846

1311 Januar 29

Dechant und Kapitel von St. Patrokli Soest bezeugen die Stiftung einer Vikarie in ihrer Kirche seitens der Witwe Helewigis gen. Omekinc *und die Zustimmung der Elisabeth gen.* Dunnepepersche *und ihrer Tochter.*

Nos .. decanus et capitulum ecclesie beati Patrocli Sosatiensis presentibus protestamur, quod Helewigis dicta Omekinc, vidua, ad nostram presenciam accessit anno Domini M° CCC° undecimo, feria sexta post Conversionem beati Pauli et iuxta continentiam mandati sui, cui presens cedula est infixa, de suis facultatibus vicariam in ecclesia nostra instituit, offerens devoto animo domino nostro Iesu Christo eiusque gloriose matri virgini Marie et beato Patroclo redditus, de quibus fit mentio in eodem testamento. In qua institutione et oblatione Elizabet dicta Dûnnepepersche et eius filia ibidem astantes liberaliter consenserunt. In cuius rei testimonium sigillum ecclesie nostre ad causas presentibus est appensum. Actum et datum anno et die predictis, presentibus Goswino, Alberto de Turri, Alberto de Sancto Martino, Alberto dicto Bruninc, Hugone et aliis sacerdotibus ecclesie beati Patrocli.

Ausf. (Transfix), Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 93, Siegel des Kapitels (ad causas, stark abgebrochen) abhängend.

847

1311 um Februar 2

Graf Heinrich von Berg stirbt und wird in Altenberg begraben. Graf Adolf von der Mark, Propst von St. Martin in Worms, begibt sich zum Studium nach Orleans[1].

Circa Purificationem Henricus, frater comitis de Monte, moritur et in Veteri Monte sepelitur. Tunc Adulphus de Marka predictus, prepositus sancti Martini Wormaciensis, ad studium Aurelianense se transtulit.

Wiedergabe nach Zschaeck, Levold, S. 64.

[1]) Vergl. Nr. 811 (1310 vor Nov. 1).

848

1311 (1310) Februar 3[1]

Die Bürgermeister und Ratsherren des alten und neuen Rates zu Soest geben dem Heiligen Geist-Hospital[2] *zu Soest neue Statuten: 1. Frauen, die Pfründen im Hospital innehaben, dürfen wie Beginen keine üppigen, sondern nur weiße und dezente Bänder sowie nur wollene Kleider von grauer Farbe tragen. Erhalten sie (diesen Vorschriften nicht entsprechende) gebrauchte Kleider geschenkt, dürfen sie diese auftragen. 2. Die Frauen dürfen zur Erledigung von Geschäften nicht allein das Hospital verlassen. Die entsprechende Begleiterin dürfen sie sich nicht selber auswählen, sondern erhalten sie zugewiesen. 3. Die Zahl der Pfründen darf 46 nicht übersteigen. 4. Wer sich, ob Mann oder Frau, den Anweisungen der Provisoren widersetzt, verliert für einen Monat die Einkünfte seiner Pfründe.*

In nomine Domini amen. Nos Reghenbodo Gothe et Wichmannus de Hervorde, magistri consulum, et universi consules tam veteris quam novi consilii una cum iuratis oppidi Sûsaciensis ad noticiam perpetuam cupimus devenire, quod licet hospitali sancti Spiritus in Susato per nostros predecessores hactenus provisum sit laudabiliter et honeste, nos tamen ea, que in gestibus personarum et in aliis quibuscumque circumstanciis eiusdem hospitalis corrigenda seu mutanda invenimus, dignum duximus corrigere et mutare ad laudem et honorem Dei, volentes, ut quidquid per nos correctum, mutatum vel de novo pro ipsius hospitalis bono et commodo statutum fuerit, ex nunc deinceps firmiter observetur.

(1) Primo itaque statuimus, quod femine in dicto hospitali prebendulas habentes ex nunc deinceps vittis non nimis amplis, sed albis et decentibus utantur vestesque ferant laneas grisei coloris, qui „selfar" dicitur, more begginarum, ita quod precium cuiuslibet ulne summam duorum solidorum non excedat, salvo tamen, quod vestibus, si quas nunc habent, et etiam vestibus tritis, que eis a suis amicis propter Deum conferuntur seu donantur, dummodo, qui selfar dicitur, sint coloris, licite possunt uti, donec eas propter vetustatem duxerint dimittendas.

(2) Item statuimus, ut, qui dum aliqua ipsarum egredi voluerit pro aliquo negocio agendo, quod sola non egreditur nec accipiat sociam pro sua voluntate, sed contenta sit socia, quam dispensator vel dispensatrix hospitalis ei pro socia duxerit adiungendam.

(3) Item statuimus, quod numerus personarum ibidem prebendas habencium non augeatur, sed, sicut ab antiquo habitus est, observetur et quadraginta sex personis prebendas habentibus sint contenti.

(4) Item statuimus, ut persone utriusque sexus prebendas ibidem obtinentes mandatis provisorum suorum sine rebellione obediant; et quecumque persona de aliquo premissorum articulorum rebellis inventa fuerit nec statutis premissis parere voluerit, a sue prebende percepcione per mensem suspendatur, cum aliter videretur, quod obedientibus obediencia non prodesset, si rebellibus sua rebellio non obesset.

Hec omnia sub forma predicta statuimus firmiter observanda. Apposuimus quoque presentibus literis oppidi nostri sigillum in testimonium premissorum. Actum et statutum in crastino Purificacionis beate Marie virginis anno Domini M° CCC° decimo, presentibus eciam Brunone de Bucge, Conrado Swelinc, Iohanne de Berghe, Brůnone Makin, Theoderico de Capellis, Wichmanno de Vlerike, Arturo de Eversberg, Henrico de Lake, Henrico de Honportin, Lodewico de Sunere, Theoderico Sterrenberg, Arnoldo et Iohanne dictis Schotten, Hermanno Walin, Godefrido de Berghe, Iohanne de Molendino et universis consulibus veteris et novi consilii ac iuratis oppidi nostri prenotati.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Hohes Hospital, Siegel ab; Druck: SUB II Nr. 531; Klocke, Wohlfahrtsanstalten I Nr. 38, S. 38.

[1]) Zur weiteren Anwendung des Osterstils vergl. Klocke, Zeitrechnung in den älteren Soester Urkunden (Soester Zeitschrift 38, 1921/22, S. 23); [2]) Hohes Hospital.

849

1311 Februar 9

*Vor dem Gericht in Bochum weist Diederich von Asbeck zum Gohr dem Altar Unser Lieben Frau zu Gelsenkirchen den Dörmannshof zusammen mit Renten aus dem Hofe Stenhof und dem Kotten an der Haiden zu. Diederich beansprucht für sich und seine Nachkommen das Patronatsrecht über die Vikarie. Wenn ihnen das bestritten wird, fallen die genannten Güter an ihn bzw. seine Nachkommen zurück. In diesem Falle wollen sie aber für die Stiftung des Altars 200 Mark erlegen. Datum 1311 Feb. 9 (*in octava Purificationis Mariae*).*

Wiedergabe nach den Auszügen bei A. Hirschmann, Beiträge zur Geschichte Gelsenkirchens, 1900, S. 27, angeblich fußend auf einer Notiz im A der Kath. Pfarrei St. Augustinus Gelsenkirchen. Notiz zur Zeit nicht zu ermitteln.

850

1311 Februar 23

Beatrix, Äbtissin des Stifts Essen, überläßt den Schwestern Gertrud und Elisabeth, Töchtern des † Dortmunder Bürgers Heinrich gen. Scheren, und danach zwei Erben eine zum Oberhof Huckarde gehörende Hufe zu Dorstfeld. Die Schwestern haben an den Schulten des Oberhofs und an den Vogten die entsprechenden Abgaben zu entrichten und jeweils bei ihrem Tode als Sterbfall an den Schulten eine Mark zu zahlen.

Universis presentes literas visuris Beatrix Dei gracia abbatissa ecclesie Asindensis salutem cum notitia veritatis. Notum facimus, quod nos Gertrudi et Elizabet, filiabus quondam Henrici dicti Scheren, opidani Tremoniensis, et duabus earum heredibus seu successoribus proximis graciam facere volentes specialem mansum unum situm prope Dorstuelde, quem quondam nomine Wale possedit et tenuit, ad curtem nostram in Hukerde pertinentem sororibus ipsis concessimus sub pactis et conditionibus infrascriptis, videlicet quod

ipse dictum mansum tenebunt indivise nec eum aliqualiter distrahent in toto vel in parte, facientes et persolventes de manso eodem tam curti nostre predicte et schultheto ibidem quam advocato iura, servitia, pensiones et census debitos temporibus debitis et consuetis, et quelibet dictarum sororum decedens relinquet et dabit schultheto pro tempore existenti de bonis suis unam marcam denariorum Tremonie legalium pro peculio, quibus utrisque defunctis dictus mansus cum suis pertinentiis concedetur duabus personis aliis viciniioribus heredibus sororum predictarum soluturis schultheto dicte curtis nostre pro tempore existenti duas marcas denariorum Tremonie legalium pro huiusmodi concessione. Que persone similiter indivise tenebunt et sine distractione dictum mansum, facientes et persolventes iura, servitia, pensiones et census debitos curti predicte schultheto ac advocato modo debito et consueto, et morientes similiter relinquent curti pro peculio quelibet unam marcam. Persona vero, que hiis secundus succedet in dictis bonis sive sit earum proles sive aliter coniuncta mancipium erit dicte curtis nostre et eundum mansum acquiret eumque et se ipsam per omnia tenebit secundum ius et consuetudinem curtis predicte et mancipiorum ipsius. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus, quibus eciam sigillum ecclesie nostre apponi petivimus, duximus apponendum, et nos capitulum ecclesie Asindensis predicte protestamur premissa de nostro consensu facta esse et sigillum ecclesie nostre presentibus appositum esse in testimonium premissorum. Datum anno Domini M°CCC^mo^-XI°, feria tertia ante Mathie apostoli, presentibus hiis: Wynemaro de Oldendorpe, milite, magistro Alberto, Gerhardo de Hůrst et Iohanne de Bůdryke, canonicis ecclesie nostre, Hermanno de Oldendorpe, famulo, Henrico dicto de Wyckede, Gerwino de Bredenschede, Rutgero de Datlen, Iohanne de Berswůrd et Henrico dicto Kale, opidanis Tremoniensibus, ac pluribus aliis fidedignis.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 232, Siegel des Kapitels lose beiliegend, das der Äbtissin ab; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 117, S. 95 (mit Zeichnung des Siegels der Äbtissin).

851

1311 Februar 28

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Lippstadt verzichten die Eheleute und Lippstädter Bürger Hermann und Alheidis gen. Bodekinc auf den Zehnten zu Dedinghausen[1] zugunsten des Lehnsherren, dem Ritter Friedrich von Hoerde.

Universis presentem literam visuris ac etiam audituris nos .. iudex et consules opidi Lippensis notum esse cupimus publice protestantes, quod coram nobis constituti Hermannus et Alheydis coniuges dicti Bodekinc, nostri conburgenses, ac eorum heredes omne ius, quod habebant seu habere videbantur in decima sita in Deddinchusen ad manus et ad usum perpetuum domini Frederici de Hůrde, militis, domini pheodi, .. eius uxoris ac heredum suorum libere resignarunt, renuntiantes simpliciter et expresse omnibus exceptionibus et defensionibus iuris canonici vel civilis, que ipsis vel eorum cuiquam contra dictam resignationem possent seu deberent aliqualiter suffragari. In cuius rei testimonium nos .. consules predicti sigillum nostrum ad petitionem dictorum coniugum suorumque heredum apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus nobili viro domino Lippensi, Renfrido de Vredehardeskerken, R. dicto Stenule, Euerhardo dicto Bolike, Loyf de Hereuelde, militibus, Conrado Wigandi, iudice, Bernardo dicto Sundere, Gerardo Eylhardi, Herbordo de Esbeke, Frederico dicto Kuninc, Petro de Sancto Trudone, Andrea dicto Hoppe, Hermanno Vincke, Rotgero de Amerungen, Iohanne de Bokeneuorde, Volmaro de Magga, Iohanne dicto Wrede, Syfrido de Esbeke, Iohanne de Vsnen, Machorio Ywaninc, consulibus, et quam pluribus aliis fide dignis. Datum in dominica Invocavit anno Domini M°CCC^mo^ undecimo.

Ausf., Perg., A von Bocholtz zur Hinnenburg, Störmede Urk. Nr. 59, Siegel der Stadt Lippstadt (WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7, Bruchstellen) abhängend; Regest: StAM, Msc. VI Nr. 233; Fahne, Bocholtz I,2, S. 83.

[1]) Östlich von Lippstadt.

852

1311 Februar 28

Edelherr Simon zur Lippe gibt seinen Anspruch und das Eigentumsrecht an dem Hofe zu Bodinchusen *auf*[1].

Nos Symon nobilis vir dominus de Lippia universis presentem literam visuris ac etiam audituris recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod nos habito consensu et voluntate nobilis matrone domine Alheydis, uxoris nostre, ac omnium heredum nostrorum omnem impetitionem et omne ius proprietatis, quod habebamus seu habere videbamur in uno manso sito in Bodinchusen dimisimus et donavimus pure et simpliciter propter Deum religiosis personis dominabus .. abbatisse totique conventui monasterii sanctimonialium in Benekinchusen ordinis Cystersiensis libere et perpetualiter possidendum. In cuius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos nobilis predictus sigillum nostrum pro nobis et dictis heredibus nostris apponi fecimus huic scripto. Datum in dominica, qua cantatur Invocavit, anno Domini M^{O} CCC^{mo} undecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Abdinghof Urk. Nr. 93, Siegel des Edelherrn (Lipp. Regesten, Abb. II Nr. 86) mit Rücksiegel (Abb. II Nr. 87) abhängend; Druck: WUB IX Nr. 870.

[1]) Nicht Bödinghausen südlich von Borgholzhausen (WUB IX, Index und WUB VII, Index), sondern der dem Kloster Abdinghof gehörende „große und kleine Boynchoff" bei Oestereiden (BUK Lippstadt, S. 84). Im Jahre 1297 genehmigte der Edelherr zur Lippe den Verkauf der Lehngüter zu „Bodinchusen" an zwei Lippstädter Bürger (WUB VII Nr. 2422; die Urkunde im Bestand Benninghausen). Im Jahre 1357 verkaufte das Kloster Benninghausen seinen Oberhof in „Bodinghusen" dem Rüthener Bürger Hermann von Nettelstädt (Abdinghof Urk. Nr. 189), Rückvermerk: „super bonis in Bodinchusen prope Eden".

853

1311 März 4

Der Kölner Offizial transsumiert die Urkunde von 1310 Sept. 11 und weist alle Pfarrer an, sie auf Aufforderung den Untergebenen in der Volkssprache zu erläutern.

Universis presentes literas visuris et audituris officialis curie Coloniensis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis nos literas infrascriptas non cancellatas, non abolitas nec in aliqua parte sui vitiatas vidisse et legisse de verbo ad verbum et diligenter inspexisse in hec verba:

(folgt Text der Urkunde von 1310 Sept. 11).

In cuius rei testimonium et notitiam pleniorem sigillum curie nostre presentibus duximus apponendum. Ut igitur presens ordinatio inter dictas partes subditis pateat, vos plebanos omnes et singulos, ad quos seu quem predictas literas pervenire contigerit, monemus ac hortamur in virtute sancte obedientie precipiendo, quatenus ad requisitionem dictorum fratrum prefatas literas in vulgari[a] vestro, cum requisiti fueritis, vestris subditis exponatis. Datum anno Domini M° CCC° undecimo, feria quinta post Invocavit.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. VII 6123 (Kopiar der Augustinereremiten zu Lippstadt) S. 52-53.

[a]) Doppelt geschriebenes Wort einmal gestrichen.

854

1311 März 14 Soest

Vor dem Ritter Johannes von Plettenberg, Marschall Westfalens, erklärt Ditward, Verwalter des Beulerhofes[1]*, der im Streit mit dem Propst und dem Konvent zu Oelinghausen und gegen deren Widerspruch den Anspruch auf den Status eines Wachszinsigen erhoben hatte, er sei mit allen Verpflichtungen Eigenhöriger des Klosters.*

Nos Iohannes miles dictus de Plettebracht, marscalcus Westfalie, tenore presentium innotescimus universis Christi fidelibus et publice protestamur, quod cum Ditwardus, villicus de Bule, attinens ecclesie sororum in Vlinchůsen, pleno iure se ab huiusmodi iure subtrahere et alienare intendens, eidem ecclesie iure cerocensuali et non pleno iure se attinere assereret, domino Gerwino, eiusdem loci preposito, et suo conventu constanter hoc negante, ratione cuius iam dudum in figura iudicii ex parte utraque est litigatum. Tandem idem villicus monitus et instructus constitutusque coram nobis in capella beati Nicholai in Sůsato presentibus honorabilibus viris quam plurimis et fidedignis infra scriptis sepedicte ecclesie in Vlinchůsen pleno iure, ut premissum est, profitebatur viva voce et contestatus est se attinere. Nos igitur post huiusmodi recognitionem coram nobis sic factam causa pacis et propter bonum melius de consilio nobilium virorum, scilicet domini Bertoldi de Bůren et domini Godefridi de Růdenberg, quorum sigilla una cum sigillo nostro presentibus sunt appensa, ipsos concordavimus in hunc modum, ita quod utraque pars ab omni litigatione predicta quiescens omnibus laboribus et expensis utrobique factis dampnis quoque exinde receptis nec non et vexationi et cuiuslibet actionis generi voluntarie et cum omni benivolentia renuntians quidquid perpetratum fuerat in manus nostras resignavit simpliciter et absolute. In cuius rei testimonium presentem litteram super hiis confectam sub predictorum sigillorum munimine fecimus communiri. Datum in dominica, qua cantatur Oculi mei, in capella predicta anno Domini M° CCC° undecimo. Presentes fuerunt dominus Bertoldus de Buren et dominus Godefridus de Rudenberg, nobiles viri, item Hunoldus dictus de Plettenbracht, frater noster, et Euerhardus de Meninckinhusen, milites[a], item Conradus de Meninchusen, Henemannus dictus Rogge, liber comes domini .. comitis de Marke, Hermannus dictus Dobbere, famuli bone nationis, item Wigmannus de Heruordia, Goscalcus dictus Edelkint, magistri consulum in Sůsato, Brůno de Bogge, Bodo dictus Gůte, Henricus de Heringe, Robertus dictus Fernere, Bertoldus de Herborn, Bruno dictus Make et Iohannes dictus Potgittere, cives ibidem, et alii fidedigni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 193, Siegel des Johannes von Plettenberg (stark beschädigt, WS 194,2?) und des Bertold von Büren (WS 36,3) anhängend, das 3. Siegel ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): De Ditwardo villico de Bule; *Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 201.*

[a]) In der Vorlage „militis".
1) Bei Enkhausen.

855

1311 März 22 Morsbach

*Die Grafen Engelbert von der Mark (*de Marka*) und Johann von Sponheim (*Spanheym*) sowie die Herren Dietrich von Isenburg (*Ysen-*) und Dietrich von Runkel schlichten den Streit zwischen dem Grafen Adolph von Berg und dem Grafen Johann von Sayn (*Seyna*) über den Kupferberg zu Bökelingen (*Buckelingin*) und den dort anfallenden Zehnten sowie die Rechte in der Pfarrei Morsbach[1]. Siegelankündigung der Schiedsleute. Gegeben zu Morsbach 1311 März 22 (*millesimo trecentesimo undecimo, in crastino dominice, qua cantatur Letare Jerusalem*).*

Zwei Ausf., A: Perg., HStAD, Herzogtum Berg, Urk. Nr. 90; Siegel: 1. Reitersiegel des Grafen Engelbert mit Rücksiegel (stark beschädigt), 2. des Grafen Johannes von Sponheim anhängend, 3. ab, 4. Reitersiegel des Dietrich von Runkel anhängend; B: Ausf., Perg., Landeshaupt A Koblenz, Siegel des Grafen von der Mark ab; Abschrift vom Jahre 1752, beglaubigt durch den Notar Georg Lebrecht Magdeburg: HStA Wiesbaden, Abt. 340, Nr. 10073; Druck: Lacomblet, UB III Nr. 100, S. 72.

[1]) Östlich von Waldbröl.

856

1311 (1310) April 2[1]

Ritter Gerwin von Rinkerode, Burgmann in Mark, vermacht der Kirche in Heessen bzw. dem entsprechenden Pfarrer eine Rente aus seinem Haupthof in Dolberg, wofür die spezifizierten Memorien zu halten sind.

In nomine Iesu Christi amen. Quoniam sacra testantur eloquia memorie defunctorum fidelium peragantur, peccatorum de vinculis ut solvantur, nos Gherwiinus de Rynkenrode, miles, castellanus in Marka, tam pium opus considerantes Domino conspirante singulis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris hoc scriptum visuris et audituris volumus non latere, quod divina conspiratione ex cordis nostri motione et voluntate propria ad Dei laudem, domine celi et omnium sanctorum suorum gloriam omniumque fidelium vivorum et mortuorum remedium et subsidium peccatorum legavimus presentibus et legamus ecclesie in Hesnen et plebano ibidem, qui fuerit, ex facultatibus nobis a Deo concessis quosdam redditus perpetue possidendos, videlicet sex scepelinorum siliginis et sex scepelinorum hordei mensure Hammonensis ex curte nostra propria sita in Duleberghe anno quolibet crastino beati Martini hyemalis resumendos, omni occasione frivola deposita et semota, tali tamen interposita ratione, quod in dicta ecclesia plebanus ibidem, qui fuerit, tres aget memorias vigiliis, missis et orationibus solemnibus et devotis, videlicet Gherwiini anno quolibet affuturo crastino Epyphanie Domini, Machtildis crastino Prisce virginis et Gostie in vigilia Michaelis. In qualibet vero memoria recordabitur Lysen [...][a] predictorum et omnium fidelium carorum nostrorum defunctorum. Cum vero divina miseratione nos Gherwiinum, uxorem nostram et Gostiam, primogenitam nostram, mori contigerit, volumus, ut nostrorum memoria, prout anniversarius dies obitus nostri se obtulerit, cum animarum premissarum et omnium fidelium defunctorum in dicta ecclesia nominaliter conservetur. Tollet etiam idem plebanus dictos reditus [...]strans[b] crastino Prische virginis vel, cum magis necesse fuerit, unum talentum cere pro iluminatione ecclesie predicte. Item in qualibet commemoratione sex memoriarum pro tempore, cum evenerint, dabit capellano suo, si fuerit, denarios tres Monasterienses, campanario vero duos denarios sollempni[...][c] memoriis supradictis. Si quid ex dictis superfuerit reditibus, idem plebanus pro [...][d]. Cupientes nichilominus et volentes, ut omnes in premissorum negotio secus facientes eandemque legationem ausu temerario infringentes, nisi convertentur satisfecerintque cons[...][e] dextera divine potentie conterantur in die districti iudicii, dum [...][f] de factis propriis rationem. In cuius rei debitam firmitatem et robur evidens sigillum nostrum presentibus est annexum. Datum et actum anno dominice incarnationis millesimo C°C°C° decimo, feria sexta post dominicam, qua cantatur Iudica kalendas Aprilis.

Ausf., Perg., Pfarr A Heessen Urk. Nr. 1b, stark beschädigt, Siegel ab; Abschrift Kindlingers vom Ende des 18. Jahrh. in StAM, Reichshofrat 2, Bd. 8, Bl. 60; Msc. II Nr. 29, Teil 2, S. 151; Druck (auszugsweise), Kindlinger, Volmestein, S. 239; WUB VIII Nr. 629.

[a–f]) Loch im Pergament.

[1]) Datierung widersprüchlich; Bei Beachtung des eigentlich nicht mehr gültigen Osterstils fällt der Freitag nach Judica auf den 2. und nicht auf den 1. April. Im Jahre 1310 wäre die Differenz aber noch größer (10. April), vergl. die in diesen Zusammenhang gehörenden Memorienstiftungen Nr. 765 und 766.

857

1311 (1310) April 2[1]

*Ritter Gerwin von Rinkerode (*Rynkenrode*), Burgmann in Mark, vermacht der Kirche in Hoevel (*Hůuele*) in der Diözese Münster eine am Tage nach Martini fällige Rente von drei Scheffeln Gerste Hammer Maßes aus seinem Haupthof in Dolberg (*Důleberghe*). Dafür ist für Gerwin, Mechthild, Gostya und seine sonstigen Angehörigen die Memorie zu halten. Nach seinem Tode, dem seiner Frau Elisabeth und der erstgeborenen Tochter Gostya soll ebenfalls die Memorie gefeiert werden. Der Pfarrer hat bei Bedarf der Kirche*

jährlich ein Pfund Wachs für Kerzen zu liefern. Der Glöckner erhält für das Läuten einen münsterschen Pfennig. Gegeben und geschehen 1311 (1310) April 2 (feria sexta post dominicam Iudica proxima mensis Aprilis).

Ausf., Perg., Pfarr A Hoevel Nr. 1, Siegel ab; Regest: WUB VIII Nr. 628.

[1]) Zur Datierung vergl. die vorangehende Urkunde bzw. Nr. 765 und 766.

858

1311 April 4

Die Äbtissin Walburgis und der Konvent des Klosters Welver bekunden, Johann von Berghe, Bürger zu Soest, habe von ihnen eine Rente von 30 Schillingen gekauft, die dem Käufer auf Lebenszeit aus ihrer Mühle zu Berwicke zu zahlen ist. Für sein und seiner Frau Elise Seelenheil habe er von dieser Summe dem Kloster eine Rente von einer Mark unter der Bedingung vermacht, daß der Konvent nach seinem Tode sein und seiner Frau Jahresgedächtnis begehe. Zur Aufbesserung der Tafel schenkt er zusätzlich dem Kloster eine von ihm gekaufte Rente von einer Mark aus dem Hause bei dem Hause der Witwe des Ritters Hermann von Berstrate in Hamm. Die Rente soll zunächst an vier Jungfrauen des Klosters gezahlt werden und jeweils nach dem Tode einer der Jungfrauen zu einem Viertel an den Konvent fallen und für den erwähnten Zweck verwandt werden.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, Walburgis Dei patientia abbatissa et totus conventus sanctimonialium monasterii Weluerensis cum orationibus devotis notitiam veritatis. Nosse vos cupimus, quod discretus vir Iohannes de Berghe, oppidanus Susatensis, habet nobiscum triginta solidorum pensionem pretio satis magno comparatam, quam ei ad tempus vite sue ex molendino nostro Berwic et universis eius attinentiis solvi procurabimus expedite et in denariis Susati usualibus annis singulis in festo beati Martini Susati presentari. Pro salute tamen sue et Elise, uxoris sue, animarum de prefata summa pensionem unius marce dono liberali nobis taliter perpetuavit, quod post eius obitum suum et uxoris sue predicte anniversarium perpetuo singulis annis cum sollempnibus vigiliis et missa pro defunctis ad laudem et honorem Dei peragemus, in ipso die anniversarii de dicta pensione refectionem corporalem inter puellas nostri conventus habiture. Idemque Iohannes donavit nobis ad emendationem refectionis supradicte unius marce pensionem ab ipso emptam, quem in oppido Hammensi ex domo sita iuxta domum relicte Hermanni militis de Berstrate solvitur, quatuor puellis sanctimonialibus in cenobio ibidem existentibus, ita quod post obitum unius illarum quatuor puellarum pensio trium solidorum, post obitum secunde pensio trium solidorum, post obitum tertie item pensio trium solidorum et post obitum quarte tota pensio illius marce ad nos devolvetur ad emendationem dicte refectionis et ad nullos alios usus perpetuo convertenda. Et pro huiusmodi pietate dictum Iohannem et suam uxorem predictam tam in vita quam in morte recepimus in nostram fraternitatem dedimusque eis annuente Deo participationem ieiuniorum, orationum, vigiliarum et omnium bonorum operum, que per puellas nostri conventus in perpetuum fieri dignabitur clementia Salvatoris. Et in huius rei testimonium et firmitatem eidem Iohanni dedimus presentes literas sigillo nostri conventus sigillatas. Datum in festo beati Ambrosii confessoris anno Domini M° CCC^mo undecimo. Ego vero Iohannes de Berghe predictus protestor et recognosco, quod in pensionibus predictis nullum penitus ius habeo preterquam usufructum secundum formam donationis supradicte. In cuius rei testimonium dedi domine abbatisse et conventui predictis presentes literas discretorum virorum Winandi et Hermanni de Ruden, capellanorum veteris ecclesie Susatensis, et mei sigillis sigillatas. Datum anno Domini et die supradictis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 140, Siegel des Johannes von Berghe (Hälfte abgebrochen, im Bild: Lilie) und des Winand von Ruden (im Bild: Geistlicher vor Muttergottes mit Kind) anhängend, das 3. Siegel ab.

Landesbibliothek

859

1311 April 8

Gerhard gen. von Eikenscheidt, Kanoniker des Stifts Essen und Schulte des Oberhofs zu Eikenscheidt[1], gibt dem Prämonstratenserkloster Cappenberg im Tausch eine Hausstätte in Lünen bei dessen Mühle, durch die der Weg zu eben dieser Mühle führt, und erhält dafür eine andere bewohnte Hausstätte in Lünen.

Nos Gerhardus dictus de Ekenschede, canonicus ecclesie Asindensis, scultetus curtis in Ekenschede, notum esse volumus presentibus et futuris, quod cum consensu iuratorum curtis in Ekenschede predicte quandam permutationem sive concambium cum religiosis viris .. preposito et conventu monasterii in Kapenbergh consilio et deliberatione sufficienti premissa fecimus, dando eisdem .. preposito et conventui aream sitam in Lunen apud molendinum dictorum prepositi et conventus, per quam aream ad idem molendinum transit via, pro alia area, in qua habitat Nycolaus dictus Bruzere, perpetuo possidendam. In cuius facti noticiam sigillum nostrum presentibus apposuimus, subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: Henricus de Eveneke, Wolmarus de Cumpe, Henricus de Horstmaria et Arnoldus de Hovestedde, cum aliis quam pluribus iuratis curtis dicte in Ekenschede, ad quam area predicta pertinebat. Datum in Cena Domini anno eiusdem Domini M° CCC^mo undecimo.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg Urk. Nr. 187a; Siegel (stark beschädigt) anhängend; Druck: UB Lünen Nr. 131, S. 124; Regest: WUB VIII Nr. 702 (unterm Datum 1312 März 23).

[1]) Bei Steele.

860

[1311][1] April 14 Brühl

Erzbischof Heinrich von Köln teilt König Eduard (II.) von England mit, er habe wegen des angeblichen Überfalls auf den Bürger von Grimsby, Wilhelm Toller, durch den Marschall von Westfalen nachforschen lassen. Ein solches Ereignis sei nicht bekanntgeworden. Es gäbe keine Person mit dem übermittelten Namen und auch keine Stadt, die Westfalen heiße, und schließlich werde auch kein Fluß in seinem Land mit Meer bezeichnet.

Magnifico ac excellenti domino domino Edwardo regi Anglie, domino Hibernie et duci Aquitanie Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius salutem et paratam ad eius beneplacita quelibet voluntatem.

Super hiis, que nobis scipsistis, quod dictus Euel the Yunge et Arnoldus, eius [f]rater[a], et quidam eorum complices in dominio nostro, prout vobis relatum esse dicitur, servientes Willelmi Tollere, burgensis et mercatoris vestri de Grymesby, quadam magna pecunie quantitate, pannis et bonis aliis multis eorundem spoliarunt, vestram excellentiam scire effectamus, quod per Iohannem, marscalcum nostrum Westphalie, per totam terram nostram Westphalie investigari fecimus, si que veritas in dicto spolio subesset, et hoc nobis referret. Qui hiis perquisitis dicit nemini in tota terra nostra predicta de dicto spolio constare et quod nomina ipsorum spoliatorum, sicut nobis in vestris litteris nominantur, sint ibidem ignota. Scripsistis etiam, quod ipsi raptores in villa Westphalen dicta bona abstulerint, cum non sit villa, sed terra multum spatiosa non solum tendens ad finem terre nostre ibidem, sed longe lateque sub dominio domini episcopi Monasteriensis et aliorum episcoporum, comitum et baronum ipsa terra Westphalie se extendit. Et nominastis illam villam, sicut eam villam nuncupastis. De quo miramur, quis talia vobis retulerit. Quia nullus fluvius in tota terra Westphalie mare nominatur, non credimus premissa, sicut vobis sunt relata, ita esse nec vera esse. Unde consilium nostrum est, ut nomina spoliatorum et, in cuius domini districtu morentur, et, utrum in nostra terra vel non, ipse burgensis vester diligenter procuret investigari, et quidquid tunc, si inventum fuerit ipsos raptores in partibus terre nostre existere seu manere, per ius pro ipso burgensi vestro facere poterimus, expedite faciemus in hiis

et in aliis rationabilibus volentes vobis semper complacere. Datum in castro nostro Brule quarta feria post festum Pasche.

Ausf., Perg., Public Record Office London, Anc. Corr. XVI, 53; Druck: Kern, Acta imperii Nr. 165, S. 109; Regest: REK IV Nr. 612.

[a]) Text zerstört.
[l]) Die zeitliche Einordnung nach der Amtszeit des Marschalls von Westfalen.

861

1311 April 19 Soest

Christina, die Witwe des Soester Bürgers Otbert von Palsode, verkauft dem Kloster Liesborn das Nutzungsrecht an Äckern beim Dorf Bettinghausen, das sie vom Abt zu Lehen trägt, für 65 Mark.

Cum res geste faciliter labantur a memoria, in vivo testimonio serventur vel scriptura. Hinc est, quod ego Cristina, relicta quondam Otberti de Palsode, civis Susatensis, notum facio presencium inspectoribus universis publice protestando, quod Lamberti, Otberti, Iohannis et Henemanni, filiorum meorum carnalium, maturo usa consilio ac voluntate bona eadem[a] iugera agrorum apud villam Bettinchusen sita, que cum usufructu a religioso viro domino Florino, abbate in Lesberen, quorum proprietas ad ipsum eciam spectare dinoscitur, tenui in feodo et possedi, eidem domino abbati et suo conventui pro sexaginta ac quinque marcis denariorum Susati legalium venditionis titulo assignavi et assigno in hiis scriptis, renuncians nichilominus cum eisdem filiis meis omni iuri, quod in ipsis agris habui vel quod michi et dictis meis filiis ex ipsis in posterum posset competere vel deberet. Presentes erant dominus Arnoldus, prepositus monasterii sancte Walburgis prope Susatum, Heydenricus Torch, canonicus Susatensis, Iohannes sacerdos dictus Luttike, Robertus Ferner, Goschalcus de Honschede, Goscalcus de Palsode, Conradus Svelinc, Gerhardus Hasso, Marquardus de Lon, famulus dictus Melenbeke et alii quam plures fide digni. Et ne error aliquis ex premissis oriatur in futuro, presencia cum sigillis honorabilium virorum dominorum prepositi sancte Walburgis ac Heydenrici Torch predictorum nec non Roberti Ferner petivi roborari. Et nos .. prepositus, Heydenricus ac Robertus, dicte Cristine et suorum filiorum predictorum, ex una parte nec non domini .. abbatis et sui conventus ex parte altera precibus inclinati sigilla nostra apponi fecimus huic scripto in testimonium premissorum. Actum et datum feria secunda post Quasi modo geniti in cymiterio sancte Walburgis virginis anno Domini millesimo trecentesimo undecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn Urk. Nr. 98, Siegel des Propstes (Bild: vor St. Walburgis der Siegler knieend), des Heidenreich Tork (Bild: unter dem Hl. Paulus mit Schwert und Buch das Torksche Familienwappen, WS 135,9) und des Robert Ferner (Schild mit bordiertem Schrägbalken, belegt mit drei Herzen?), alle drei gut erhalten anhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): Florinus abbas emit praedium Hoemportener in Bettinckhusen, dictum dat Monnekeueldt*; Abschrift des 16. Jahrh. Msc. I 99 Bl. 89v (mit Überschrift:* de bonis in Bettinchusen dictis dat Monikenuelt*); Msc. I 100 Bl. 100v und Msc. I 102 Bl. 156; Druck: UB Liesborn Nr. 123, S. 102; Regest: WUB VIII Nr. 633.*

[a]) Auf Rasur.
[l]) Südlich von Ostinghausen.

862

1311 April 26 Neuss

Erzbischof Heinrich von Köln beschließt, sein durch häufiges Niederbrennen und durch viele Raubüberfälle heimgesuchtes Dorf Olpe zum Schutz der Einwohner mit Gräben und Planken zu befestigen. Die Einwohner der Stadt sollen die Rechte und Privilegien genießen, die den Einwohnern von Attendorn von seinen Vorgängern gewährt wurden. Bei Unklarheiten über die Rechte und Privilegien sollen die Bürger sich in

Attendorn das Recht weisen lassen. Jeder Bürger hat von seiner Hausstätte jährlich zwei Pfennige und ein Huhn zu entrichten. Von diesen Einkünften fällt dem jeweiligen Pfarrer die Hälfte zu. Den Rest erhält der Amtmann.

Nos Henricus Dei gratia sancte ecclesiae Coloniensis archiepiscopus, sacri imperii[a] per Italiam archicancellarius, universis, ad quos praesentes literae pervenerint, salutem et in perpetuum cognoscere veritatem. Quoniam ea, quae agimus in tempore, ne simul labantur cum tempore, cautum est, ut scripturarum seriis perennent. Cum enim villa nostra Olepe in districtu ducatus nostri Westphaliae sita nostrorum praedecessorum tempore quam plurimis incendiis et rapinis per ecclesiae Coloniensis persecutores et inimicos sit destructa et assiduis tribulationibus sic afflicta, nos haec sollicita consideratione advertentes et bona ecclesiae nostrae summopere emendare cupientes, ut dilecti nostri et ecclesiae nostrae homines in dicta villa degentes ab huiusmodi inimicorum insultibus et crebris tribulationibus, quas hucusque enormiter sunt perpessi, fortius praeserventur et facilius defensentur, de capituli nostri Coloniensis ac amicorum ac fidelium nostrorum nec non Iohannis de Plettenberg, militis, marschalli nostri Westphaliae, consilio nostram villam Olepe in fossatis, plancis et aliis, quibus hoc opportunum fuit, duximus muniendam et firmandam[b] nostramque tanquam alia[c] terrae nostrae Westphaliae oppida esse volumus et dono damus liberam per praesentes, volentes, ut homines nostri in dicto oppido nostro commorantes omnibus iuribus et libertatibus oppidanis in Attendorne[d] a nostris praedecessoribus concessis vel indultis et quibus hactenus usi sunt, absque cuiusvis contradictione et impedimento pacifice gaudeant et fruantur. Si vero de iuribus et libertatibus huiusmodi aliqui de dictis oppidanis nostris in Olepe dubitarent seu inter se discordarent, volumus et eisdem iniungimus, quod pro iure huiusmodi exquirendo recursum habeant ad consules nostri oppidi Attendorensis supradicti. Et quicquam[e] eidem ipsis pro iure dixerunt seu monastraverunt, hoc contenti stabunt nec super hoc ulterius litigabunt. Insuper statuimus et ordinamus, ut quilibet oppidanus in dicto oppido Olpe de area domus suae singulis annis in festo sancti Martini solvat duos denarios ibidem usuales et dativos et unum pullum, de quibus plebanus in Olepe pro tempore existens unum et residuum officiatus noster ibidem tollent et levabunt. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigillum nostrum duximus praesentibus apponendum, praecipientes universis nostris officiatis ac ministerialibus, fidelibus et amicis nostris, ne contra praemissa seu eorum aliqua ullo unquam tempore veniant seu ea infringant quoque modo. Si qui vero contrarium fecerint poenam debitae ultionis se noverint incursuros. Datum Nussiae anno Domini 1311, in crastino dominicae, qua cantatur Misericordia Domini.

Originale est in membrana scriptum, cui sigillum appono etc.

Abschrift des 17. Jahrh.; StAM, Msc. II 32 (Sammlung Kindlinger) S. 205-207; desgl. Msc. II 133, S. 131; Abschrift von 1660 Stadt A Olpe; Druck: SUB II Nr. 542, S. 96; Wigands Archiv II Nr. 271; Regest: REK IV Nr. 619.

[a]) In der Vorlage „temporis"; [b]) in der Vorlage „muniendum" und „firmandum"; [c]) in der Vorlage „aliae"; [d]) geschrieben „Altendorne"; [e]) gemeint wohl „quodcumque".

863

1311 April 26

Erzbischof Heinrich von Köln schließt mit dem erwählten und bestätigten Bischof Ludwig von Münster ein Bündnis zur gegenseitigen Hilfe gegen Angreifer. Wenn seine Hilfe gegen einen Verwandten oder Getreuen angefordert wird, ist vorher mit diesem wegen der Rechtsverletzung zu verhandeln. Die Hilfeleistung geschieht auf eigene Kosten. Im Lande des Bischofs darf er maßvoll Futter und Unterhalt in Anspruch nehmen. Wenn der Bischof dem Erzbischof außerhalb seines Landes zu Hilfe kommt, ist er wie andere Teilnehmer zu versorgen. Zur Schlichtung von Streitigkeiten untereinander wird ein Gremium bestellt, in das beide Seiten je vier Beisitzer entsenden. Wenn Diebe aus dem Bistum Münster in das Land des Erzbischofs flüchten, ist den Verfolgern Amtshilfe zu gewähren.

Nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis presentes literas visuris et audituris notum facimus, quod cum venerabili in Christo domino Ludewico, Monasteriensis ecclesie electo et confirmato preter connexionis vinculum, quo ecclesia Monasteriensis tamquam suffraganea ecclesie Coloniensi astringitur, pro iuribus et bonis tam nostre Coloniensis quam ipsius Monasteriensis ecclesiarum hincinde conservandis et defendendis in specialis confederationis et unionis fedus super mutua assistentia per alterum nostrum alteri facienda convenimus in hunc modum, videlicet quod promisimus et promittimus eidem contra quoslibet suos et ecclesie sue Monasteriensis iniuriatores et bonorum eiusdem invasores, dum nos super eo requisierit, assistere potenter et patenter ac fideliter bona fide, hoc adiecto, quod si nos contra aliquem de nostris consanguineis et fidelibus in auxilium suum vocaverit, habebimus ante omnia posse cum uno prelatorum suorum Monasteriensis ecclesie, quem ad hoc assumpserimus, de iure ipsius electi [deliberare][a]. Si forte talis in hoc nobis obedire nollet, extunc sibi contra huiusmodi consanguineum et fideles nostros absque protractione aliqua assistemus. Dum autem in auxilium suum venerimus, expensis nostris, que leveringe dicuntur, stabimus apud ipsum, pabulum tamen et talia commodum hospitiorum respicientia moderate pro comitive nostre necessitate recipere poterimus in terra sua. Dum autem venit in auxilium nostrum extra suam terram, expensas, que dicuntur leveringe, sibi sicut ceteris dominis et nobilibus ministrari faciemus. Ut autem huiusmodi confederatio casibus fortuitis non frustretur, condictum est inter nos et ipsum, quod nos quatuor et ipse quatuor eligimus et elegimus mediatores et tractatores, qui, quociens inter nos, officiatos, homines et terras nostras dicordia emerserit, ad requisitionem illius, contra quem excessum est, conveniant in locis utrique parti aptis et audita veritate facti discordiam decidant in amicitia vel in iure nec ab invicem recedant, donec id fit factum. Et quia terre nostre circa Susatum trans Lippiam ex parte una et inferius in officio nostro in Rekelinchusen se contingunt, elegimus et nominavimus pro mediatoribus huiusmodi circa Susatum .. dominum de Buren et Hunoldum de Plettenberg, circa vero Rekelinchusen Henricum de Apelderbeke et Arnoldum de Dungelen, milites, ipse vero dominus Monasteriensis in partibus superioribus versus Susatum strennuum virum Hermannum burggravium de Stromberg et Theodericum de Remen, canonicum ecclesie Monasteriensis, in partibus vero inferioribus versus Rekelinchusen Swederum, scolasticum sancti Seuerini Coloniensis, et Henricum de Vlenbroke, militem, quibus hincinde exnunc plenam damus auctoritatem premissa faciendi. Et si quis ordinationi eorum non pareret, contra illum omnes erimus, quousque obediat ordinationi eorundem. Si quis etiam predictorum mediatorum decederet vel alias legitimo impedimento detineretur, quominus hiis possit interesse, is, qui eum elegit, infra quindenam, postquam super hoc requisitus fuerit, subrogabit alium eque ydoneum loco sui. Prefati etiam mediatores sub iuramento suo promittent premissa [fide]liter][b] peragere et expedire, odio, favore vel gratia et qualibet fraude cessantibus in premissis. Si etiam aliqui in dyocesi Monasteriensi forefecerint et confugerint ad terram nostram .. officiatis, nuntiis seu hominibus dicti electi insequentibus eosdem et officiatum nostrum super hoc requirentibus fideliter et potenter officiati nostri assistent eis nec desistent, quousque iudicium fiat secundum qualitatem tunc perpetrati expeditum. Ut autem premissa firmius observentur, promisimus et promittimus omnia et singula antedicta per fidem nostram prestitam corporaliter interposito iuramento, quoad vixerimus, inviolabiliter observare, fraude et dolo penitus in hiis exclusis. In cuius rei testimonium presentes literas ipsi electo ex hiis conscriptas tradidimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Nussie anno Domini M° CCC^mo undecimo, in crastino dominice, qua cantatur Misericordia Domini.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster Urk. III Bb Nr. 7, Siegel des Erzbischofs (am Rande leicht beschädigt) mit Rücksiegel anhängend; Abschrift des 14. Jahrh. in StAM, Msc. I 1 (Kopiar des Domkapitels Münster) S. 122; Gegenurkunde siehe unter dem Datum von 1312 Dez. 13; Druck: WUB VIII Nr. 639; Regest: REK IV Nr. 618.

[a]) Singemäß zu ergänzen; [b]) Loch im Pergament.

864

1311 April 30 Soest

Auf Veranlassung des Ritters Johannes de Linghe billigen vor dem weltlichen Richter zu Soest, Hermann Voderman, Demodis, die Ehefrau seines Sohnes Bernhard, und Johannes, der Sohn des Bernhard, den vom Ritter getätigten Verkauf von zwei Höfen in Geeste im Kirchspiel Meppen. Im Namen des Käufers empfängt dessen Diener Johannes gen. Poppe die Güter.

Universis presencia visuris et audituris ego Iohannes de Linghe, miles, notum facio publice protestando, quod Demodis, uxor legitima Bernhardi, filii mei, et Iohannes, iam dicti Bernhardi filius, constituti coram Hermanno dicto Voderman, iudice seculari Sosatiensi, recognoverunt coram eo in figura iudicii, quod ipsi venditionem duarum domorum in villa Geys in parrochia Meppen sitarum, quas ego vendidi Iacobo de Bele, militi, et suis veris heredibus ratam, gratam et approbatam habuerunt ac renunciaverunt ibidem ore et manu omni iuri, quod ipsis in dictis domibus et earum attinentiis competebat seu in futurum competere potuisset. Preterea Iohannes dictus Poppe, famulus dicti Iacobi de Bele, militis, in eodem iudicio suscepit nomine domini sui predicti domos memoratas cum omnibus iuribus et attinentiis earundem, presentibus Bolekino de Winda, Iohanne de Caspele, Iohanne de Hattorpe, Arnoldo de Lake, Arnoldo de Lůnen, Bernhardo, filio mei Iohannis de Linge, militis predicti, et aliis fidedignis. In cuius rei testimonium ego Iohannes de Linge, miles antedictus, sigillum meum duxi presentibus apponendum. Nos vero Demodis et Iohannes, filius Bernhardi prefati, sigillo domini Iohannis de Linge prenotati sumus contenti in testimonium omnium premissorum. Actum et datum Susati in curia Thiderici de Honrode anno Domini M°CCC°XI°, vigilia beatorum apostolorum Philippi et Iacobi.

Ausf., Perg., Dom A Osnabrück, Siegel ab; Druck: Meppener UB I Nr. 77.

865

1311 Mai 5 Lütgendortmund

Ritter Giselbert Speke bestimmt für den Fall seines Todes, daß sein Erbe unter seine Söhne Ernst, Giselbert und Hermann in folgender Weise zu teilen ist: Ernst soll den Wohnsitz tor Oye, *alle Güter im Dorf Bodelschwingh, den Haupthof in Ellinghausen[1], die Hufe in Deusen[2], den Hof Schmalkotte[3] und den Hof Rutmann[4] bekommen. Jutta, die Ehefrau des Ritters Giselbert Speke, soll als Leibzucht den Oberhof in Ellinghausen und den Hof in Deusen erhalten, wobei diese Güter nach ihrem Tode an Ernst fallen sollen[5]. Zur Mitgift seiner Tochter Gertrud legt er 150 Mark fest.*

Universis presentia visuris et audituris notum sit, quod nos Giselbertus dictus Specke, miles, divisionem de bonis nostris inter filios nostros Ernestum, Giselbertum et Hermannum ordinavimus et fecimus post mortem nostram integram observandam ab eisdem: assignavimus Ernesto mansionem tor Oye, omnia bona in villa Bodelsvenge, que ad nos spectant, curtem in Ellinchusen, domum in Dosen, domum in Smerkoten, domum dictam Rula. Hec omnia predicta bona assignavimus eidem cum hominibus predicta bona inhabitantibus ac aliis omnibus suis attinentiis post mortem nostram libere perfruenda sub hac quidem forma, quod cum nos mori seu decedere oportuerit, Iutta, uxor nostra, curtem in Ellinchusen et domum in Dosen pro usufructu ad cursum vite eius cum attinentiis suis percipiet et servabit; ipsa vero defuncta predicta bona ad usum Ernesti libere revertentur et heredibus suis cum bonis omnibus supradictis. Assignavimus etiam ad desponsandam filiam nostram Gertrudem centum marcas et quinquaginta marcas, quarum summam in quantum poterimus persolvemus. Et si quid de predicta persolverimus in usum filiorum nostrorum predictorum, veniet conequalem. Si quid vero de summa predicta fuerit inpersolutum, predicti filii nostri parte equali alter cum altero solvere tenebuntur. Acta sunt hec feria quarta post festum Walburgis in ecclesia Parve Tremonie istis presentibus: Everhardo, plebano in Parva Tremonia, Henricus et Gerlacus de Lutelnowe, fratres et mili-

tes, Rutgerus de Dungelen, Th. de Berggibinc, Io. de Ichorne, Io. de Mengede, Ernestus de Spelmanninc et Ernestus de Osthove. In eorundem omnium premissorum nos Giselbertus miles predictus, cum sigillo plebani in Parva Tremonia sigillum nostrum apposuimus in testimonium huic scripto. Nosque fratres Er., Gi. et Her. supradicti petivimus discretos viros Th. de Lethene, Gerlacum de Lutelnowe, Adolphum de Aldendorp, Wenemarum de Aldendorp et Ernestum de Mengede, milites, ut in precautionem cuiuslibet erroris inter nos obventuri presens scriptum sigillorum suorum munimine communirent.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, A Bodelschwingh (Dep.) Urk. Nr. 6; von den 7 Siegeln 1. Giselbert Speke (WS 200, 11), 3. Diederich Leithe (WS 219, 11), 6. Wenemar von Aldendorp und 7. Ernst von Mengede anhängend, Nr. 2, 3 und 4 ab.

[1]) Östlich von Bodelschwingh; [2]) südöstlich von Bodelschwingh; [3]) in der Bauerschaft Nette; [4]) in Westerfilde, südlich von Bodelschwingh; [5]) offensichtlich wurde für jeden der Söhne eine Urkunde ausgestellt.

866

1311 Mai 15

Graf Dietrich von Kleve entscheidet den Streit in der Stadt Wesel zwischen den Schöffen und der Bürgerschaft in der Frage, ob 1. die Grutherren, 2. diejenigen, die von ihren Gütern keine Steuern zahlen, und 3. die Femeschöffen zu Bürgermeistern und Ratsherren gewählt werden können, wobei dies von der Bürgerschaft bestritten wird: Grutherren dürfen zu Ratsherren gewählt werden, wenn sie nachweisen können, daß sie die Kräuter für die Grut zu den nach Jahreszeit angemessenen Preisen gekauft und verkauft haben. Diejenigen, die nicht zu den Lasten der Stadt beitragen, dürfen nicht zu Ehrenämtern gewählt werden. Wegen der Wählbarkeit von Femeschöffen soll sich die Bürgerschaft nach den Gewohnheiten des Oberhofs, der Stadt Dortmund, richten.

Nos Th. comes Cleuensis cupimus esse notum universis presentes litteras inspecturis et firmiter protestamur, quod cum iam dudum controversia fuerit et discordia in oppido nostro Wezelensi[a] super electione magistrorum burgensium[b] et consulum inter scabinos ex una parte et inter communitatem ex altera parte dicentem ad consulatum eligi[c] non debere illos, qui fermentum amministrabant quique de quibuscumque suis bonis exactiones non solvunt ad opus oppidi necessarias et consuetas nec non et imperiales scabinos, quos vemeschepen vulgariter appellant, et post diutinam altercationem tandem se arbitrio nostro subdiderint sub pena centum marcarum Brabantie, quas solvent nobis arbitrii seu dicti nostri subsequentis contemptores. Nos finem litibus inponere cupientes et paci et concordie viam aperire, communicato consilio sapientium nostrorum fidedignorum arbitrantes, pronuntiamus et dicimus ad consulatum bene assumi posse, qui fermentum amministrabant vel amministrant, dummodo iidem fermentarii ex antiqua consuetudine species fermenti secundum cursum temporum carorum et bonorum noscantur et probaverint emisse et vendidisse, dicimus eosdem fermentareos in nullis excessisse. De hiis autem, qui exactiones rerum suarum in expensis oppido necessariis non solvunt, quod ad consilium non assumantur satis approbamus, ne inaniter glorientur honore dignitatis, cuius onus sufferre recusant. De scabinis autem imperialibus sive vemenoten ipsos oppidanos remittimus ad capud suum, scilicet civitatem Tremoniensem in hunc modum: ita, si in dicta civitate Tremoniensi scabini inperiales propter officium eorum, quia vemeschepen sunt et appellantur, ad consulatum non eligantur. Volumus etiam, quod dicti scabini inperiales in oppido nostro Wezelensi equemodo a consulatu refutentur. Sed si in dicta civitate Tremoniensi scabini inperiales consuetum est eligere vel quod propter officium eorum in eligendo non spernantur, nolumus ipsos scabinos in oppido nostro Wezelensi predicto a consulatu refutari. Hiis omnibus observatis principaliter pronuntiamus, quod quicunque de communitate ad scabinos adiuncti fuerint, super electione consulum et magistrorum burgensium ipsi secundum tenorem litterarum pie recordationis quondam fratris nostri domini Ottonis comitis Cleuensis iurabunt, quod discretiores, fideliores et utiliores sine qualibet acceptione personarum eligent et assument. Ipsi quoque scabini idem faci-

ent sub iuramento, quod ad suum quondam prestiterunt scabinatum. In cuius rei testimonium presentem literam nostro sigillo tradidimus roboratam. Datum sabbato post beati Seruacii episcopi anno Domini millesimo CCC^mo undecimo.

Ausf. Perg. Stadt A Wesel, Urk. Nr. 20, Siegel ab (A); HStAD, Hs K III 20, Bl. 11b; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 469 (nach A); Lacomblet UB III Nr. 104 (nach B).

[a]) B: Wesaliensi; [b]) B: magistri civium, magistri burgensis et consulum; [c]) A: elegi.

867

1311 Mai 15

*Erzbischof Heinrich von Köln erklärt, sein Getreuer und Verwandter Gerlach Graf von Nassau (*Nassowe*) habe sich an ihn wegen der Schäden, die sein † Vater, König Adolf, als er noch Graf von Nassau war, in der Schlacht bei Worringen (*Worinc*) für Heinrichs † Vorgänger, Siegfried, erlitten hatte sowie wegen der Verluste, die Adolf und seine Söhne später im Dienste der Kölner Kirche erlitten hatten, gewandt. Nach Ansicht Gerlachs habe er dafür keine Entschädigung erhalten. Obwohl der Erzbischof diese Ansicht nicht teilt, verspricht er, Gerlach bis zum Weihnachtsfest 1500 Mark, drei Königstournosen zu 25 Pfennigen gerechnet, zu zahlen. Falls er dieses Versprechen nicht einhält, will er ihm einen Tournoser Groschen aus dem Zoll zu Bonn anweisen. Dafür werden als Bürgen gestellt: Gerhard, Archidiakon der Trierer Kirche, Werner, Propst von Mariengraden zu Köln, Heinrich, Propst zu Soest, (*Susatien.*), Ruprecht Graf von Virneburg, (*Vyernenborg*), Konrad Herr zu Tomberg (*Toneberg*), Verwandter Heinrichs. Die Bürgen geloben, sich auf Mahnung Gerlachs nach Koblenz (Confluentinum) zum Einlager zu begeben, wobei jeder Bürge sich durch zwei Knappen mit zwei Pferden vertreten lassen kann. Siegelankündigung des Erzbischofs und der Bürgen. Gegeben 1311 Mai 15 (*sabbato ante festum Ascensionis Domini*)*

Ausf., Perg., HStA München, Grafschaft Sponheim, Urk. Nr. 131, von den 6 Siegeln als 4. das des Heinrich (von Virneburg), Propstes von Soest anhängend: im Bild: stehender Propst mit Buch in der Rechten, Wappenschild (7 Rauten 4:3); Abschrift des 15. Jahrh. im Generallandes A Karlsruhe, Kopiar 67/1340, Bl. 166v; Regesten: REK IV Nr. 623; Regesten des Archivs der Grafschaft Sponheim Nr. 299.

868

1311 Mai 20

Die Kanoniker des Stifts St. Patrokli Soest vereinbaren, daß für die Restaurierung bzw. Neuanfertigung des aufgrund des Alters stark beschädigten St. Patrokli-Schreins die fünf Mark, die jeder Kanoniker für die Ornamente des Stifts zu entrichten hat, in der Weise aufgebracht werden, daß jeder Kanoniker auf die ihm zustehenden Wochenpfennige so lange verzichtet, bis die von ihm zu zahlende Summe zusammengekommen ist.

Nos Radolphus, decanus, Theodericus, scolasticus, Ludolphus, cantor, Hermannus, thesaurarius, Gerhardus de Heringen, Wynandus de Sůnheren, Conradus de Hůstene, Heydenricus Tork, Dethmarus Make, Fredericus Make, Hugo dictus Scriptor, Reynerus de Osterendorpe, Godefridus de Bylstene, Hildegerus de Benekinchusen et Iohannes Snap, canonici ecclesie Sosatienses, presentibus literis protestamur, quod cum capsa gloriosi martiris beati Patrocli, patroni nostri, adeo sit et dudum fuerit confracta ex nimia vetustate, quod non placeat nobis, ut taliter deportetur, sed potius emendetur, ut eadem capsa in honorem Dei et gloriose virginis Marie et patroni nostri in factura novi operis auro, argento et gemmis decentius adornetur, promittimus constanter, quod quinque marcas, quas quivis nostrum ex consuetudine ecclesie nostre solvere tenetur ad ornatum ibidem emendandum ab hoc tempore, videlicet a die Ascensionis Domini, que est anno eiusdem M° CCC° undecimo, tollendas et recipiendas tam diu demonstramus sive deputamus ad ipsam capsam

perficiendam de denariis ebdomedalibus nobis competentibus, quousque de eis dicte quinque marce per quemlibet nostrum fuerint persolute. Preterea si aliquis nostrum pecuniam suam ex toto vel pro parte exponeret ad dictum ornatum, antequam dicte quinque marce recepte forent de denariis ebdomedalibus supradictis, si ex toto solverit, ipsi denarii quiti erunt. Si vero pro parte solverit, denarii ipsi pro parte quiti sunt, et hii tunc debebunt tali, ut prius per .. domegerum nostrum temporibus debitis ministrari. Et in huius rei testimonium presens scriptum sigillo ecclesie nostre ad causas et sigillo omnium nostrum duximus roborandum. Datum die et anno predictis.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 94, von den ursprünglich 16 Siegeln nur Reste von Siegel 1, 4, 8 und 10 anhängend, die anderen ab, mit Transfix von demselben Tage; Rückvermerk (15. Jahrh.): contributio dictorum canonicorum ad capsam sancti Patrocli pro factura eiusdem.

869

1311 Mai 20

Der Dechant von St. Patrokli Soest und Dethmar Make künden die Besieglung der Haupturkunde für ihre Mitkanoniker Wynand von Sunheren bzw. Frederich Make an.

Nos .. decanus ecclesie Sosatiensis protestamur, quod ad petitionem Wynandi de Sůnheren, nostri concanonici, sigillum nostrum, ego vero Dethmarus Make, ibidem canonicus, protestor, quod pro fratre meo Frederico, concanonico meo, sigillum presentibus literis duximus apponenda. Nam ipsi approbant et approbabunt ea, que in literis, quibus presens carta transfigitur, vera esse et se promisisse ea servaturos. Datum anno Domini M° CCC° undecimo, die in ipsis literis contenta.

Ausf. (Transfix an der Urkunde von 1311 Mai 20), Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 94, Siegel ab.

870

1311 Mai 20

Anton von Blomendal[1]*, der sechs Morgen Ackerlandes bei Werl, gelegen auf dem Tentfeld*[2]*, durch das der* Ellevenekes*-Pfad durchgeht, für ein an der Linde erbautes Haus*[3]*, das armen Reisenden dienen soll, verkauft hat, überträgt diesem Haus ein Eckstück Ackerlandes oberhalb des* Dunchus*. Bürgermeister und Rat zu Werl bekunden, daß Hunold gen. Berdinc für das Haus ebenfalls ein Ackerstück beim Feld* Papenrod *gestiftet hat.*

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris ego Anthonius de Blomendal notum facio et presentibus protestor, quod ex bona voluntate et consensu omnium heredum meorum, prout nomina tenent, vendidi ad domum constructam iuxta tiliam sitam apud Werle sex iugera agrorum sita in campo, qui dicitur Tentvelt, per quod transit semita, que Ellevenekes wech nuncupatur, pro novem marcis denariorum Sůsati legalium in usus peregrinorum transeuntium. Item contuli ad dictam domum partem agri quadrangulam sitam supra Dunchus[a], et hec omnia iure hereditario perpetuo possidenda. Insuper nos .. proconsules, consules ac universitas oppidi Werlensis in hiis scriptis etiam protestamur, quod Hunoldus dictus de Berdinc contulit ad sepedictam domum partem agri sitam iuxta et supra[b] campum, qui Papenrod nominatur, etiam in usus pauperum transeuntium perpetuo iure possidendam. Et ut hec omnia prenarrata stabilia sint et firma, sigillum nostri oppidi[c] presentibus est appensum. Acta enim sunt hec anno Domini M° CCC° undecimo, in die Ascensionis Domini coram probis viris ac honestis domino Hinrico, plebano de Boderike, et domino Anthonio de Voswinkele, sacerdotibus, Hinrico de Berdinch, Ludolfo de Penthelinc, Hinrico de Berstrate, Iohanne dicto Scriuere, Lamberto de Scedinge ac Hermanno, filio suo, Wilhelmo de Vflen, Henrico Woylen, Hermanno Boricholte, Gyzen et Thome, fratribus, Sifrido de Berdinch et Sifrido de Penthelinc, bone natio-

nis famulis, Hinrico dicto Prosekesen, magistro consulum, Hinrico Krevet, Conrado Notliken, Iohanne dicto Lichten, civibus Werlensibus, testibus ad hoc vocatis et aliis viris fide dignis. Suprascripta approbamus.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld, Urk. Nr. 416, Siegel ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): de donatione quorundam agrorum prope Werle*; Abschriften des 14. Jahrh. in StAM, Msc I 106 (Kopiar des Klosters Marienfeld), Bl. 106v und Msc. VII 1326, Bl. 128v; nicht in WUB VIII.*

[a]) Drei Worte über der Zeile nachgetragen (vergl. Hinweis auf den Nachtrag am Schluß der Urkunde); [b]) desgl. „ut supra" über der Zeile stehend; [c]) hinter „oppidi" das Wort „nostri" wiederholt.

[1]) Benannt nach dem Ort Blumenthal südöstlich von Werl; [2]) nach Schoppmann, Flurnamen Soest II südlich der Stadt liegend; [3]) das Haus möglicherweise nach der Lage von Blumenthal und dem Tentfeld ebenfalls südlich bzw. südöstlich liegend, der Pfad der spätere Kutschenweg?, die spätere Liebfrauenkapelle?, nach Mehler (Werl S. 72) die Antoniusklause.

871

1311 Juni 5

Mandat[1] des Papstes Clemens V. Datum 1311 (nonis Iunii, pontificatus nostri anno sexto) *für das Kloster (Scheda?)[2].*

Ausf., Perg., Pfarr A Bausenhagen Urk. Nr. 4 (Dep. im A des Generalvikariats Paderborn), Text durch Verblassen bis auf wenige Worte nicht mehr lesbar; Bulle des Papstes Clemens V. an Hanffäden anhängend.

[1]) Lesbar „appellatione cessante"; [2]) lesbar „per prepositum solet gubernari".

872

1311 Juni 7 Berwick upon Tweed

König Eduard (II.) von England bestätigt gegen eine Zahlung den Kaufleuten aus Deutschland, die das Gildehalle der Deutschen genannte Haus in London besitzen, alle Privilegien, die König Heinrich (III.) auf Drängen des Königs der Römer, Richard, den Kaufleuten zugestanden hatte und die durch König Eduard (I.), den Vater des Ausstellers, bestätigt worden waren. König Eduard (II.) hält die Bestätigung für erforderlich, da in den betreffenden Urkunden er bzw. die Erben nicht erwähnt wurden, so daß es fraglich sei, ob sie durch diese Privilegienverleihung gebunden seien.

Edwardus Dei gratia rex Angliae, dominus Hibernie et dux Aquitanum omnibus, ad quas presentes litere pervenerint, salutem. Inspeximus literas patentes, quas dominus E. nuper rex Anglie, pater noster, fecit mercatoribus regni Almaniae, illis videlicet, qui habent domum in civitate nostra Londonensi, quae Gildehalla Teutonicorum vulgariter nuncupatur, in haec verba: Edwardus Dei gratia rex Angliae, dominus Hibernie et dux Aquitanum, omnibus, ad quas presentes literae pervenerint, salutem. Cum celebris memoriae dominus H. rex, pater noster, dudum per literas suas patentes, quas inspeximus ad instantiam bonae memoriae Ricardis, Romanorum regis, avunculi nostri, concesserit mercatoribus regni Almanie, illis scilicet, qui habent domum in civitate Londonensi, quae Gildehalla Teutonicorum nuncupatur, quod eos universos et singulos manuteneret et servaret per totum regnum suum in omnibus eiusdem libertatibus et liberis consuetudinibus, quibus ipsi suis et progenitorum suorum temporibus uisi fuerint et gavisi ipsosque extra huiusmodi libertates et liberas consuetudines non traheret nec trahi aliquatenus permitteret, prout in literis praedictis praefatis mercatoribus immo confectis plenius continetur. Nos eisdem mercatoribus gratiam illam continuari volentes, ipsos mercatores manuteneri et servari volumus in omnibus eisdem libertatibus et liberis consuetudinibus, quibus ipsi nostris et progenitorum nostrorum temporibus usi sunt et gavisi, ipsos extra huiusmodi libertates et liberas consuetudines non trahemus nec, quantum in nobis est, aliquatenus trahi permittemus. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes teste me ipso apud Westminster decimo octavo die Novembris anno regni nostri nono[1]. Nos autem licet virtute earundem literarum dicti patris nostri pro eo, quod litere ipse de eiusdem patris nostri heredibus non faciunt aliquam mentionem, ad praemissa prefatis mercato-

ribus observanda minime teneamur, volentes tamen eisdem mercatoribus per finem, quem nobiscum fecerunt uberiorem, facere gratiam in premissis volumus et concedimus pro nobis et haeredibus nostris, quod mercatores predicti universi et singuli et eorum successores domum predictam in civitate predicta[a] habituri, in omnibus eisdem libertatibus et liberis consuetudinibus, quibus ipsi mercatores nostris et predicti patris nostri ac aliorum progenitorum nostrorum temporibus usi sunt et gavisi, manutenerentur et in perpetuum serventur, nosque vel haeredes nostri predicti ipsos mercatores extra huiusmodi libertates et liberas consuetudines non trahemus nec, quantum in nobis est, trahi aliqualiter permittemus. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes teste me ipso apud Veremicum super Tweden septima die Iunii anno regnis nostri quarto.

Zwei Ausf., Perg., Stadt A Lübeck; neben anderen Abschriften in den Stadtarchiven zu Wesel und Kampen auch eine des 17. Jahrh. im Stadt A Soest, A 1343, Bl. 17v; Druck: UB Lübeck 2.1, Nr. 285, S. 244; Regest: Hans. UB II Nr. 194, S. 81 (mit Nachweis der weiteren Überlieferung).

[a]) In der Vorlage „in civitatem predictam":
[1]) König Eduard I. kam im November 1272 zur Regierung.

873

1311 Juni 14 Soest

Die Knappen Adolph und Widekind gen. von Revele erklären, sie hätten für die von ihnen ehemals in der Klosterkirche zu Himmelpforten gestiftete Vikarie zum Unterhalt des dafür wirkenden Priesters die Elrekinchove *zu Westönnen[1] geschenkt. Die Oberen des Zisterzienserordens hätten die Stiftung der Vikarie jedoch nicht gebilligt. Die Knappen entbinden daher Äbtissin und Konvent von den Verpflichtungen ihnen gegenüber. Der Hof fällt zur freien Verfügung an sie zurück[2].*

Universis presentes literas visuris et audituris nos Adolphus et Wydekinus dicti de Reuele, famuli, cupimus esse notum, quod cum olim cupientes de bonis nobis a Deo concessis obsequium divinum augmentare de consensu religiosarum personarum domine .. abbatisse ac totius conventus claustri de Porta Celi Cysterciensis ordinis fundaverimus in eodem claustro vicariam et ad eandem assignaverimus pro perpetua dote mansum dictum Elrikeshůue in villa Westhůnen situm, quem iusto emptionis titulo pro octoginta marcis denariorum in Sosato usualium ita a dictis .. abbatissa et conventu comparavimus, ut sacerdos, qui pro tempore dicte vicarie preesset, missarum sollempnia in ipsa ecclesia de Porta Celi ampliaret et de redditibus dicti mansi et suarum pertinentiarum sustentaretur et aliis comodis sibi a nobis deputatis uteretur. Hinc est, quod nos, quia propositum dictarum dominarum atque nostrum in hac parte propter rigorem superiorum dicti ordinis effectum habere nequivit plenum et perfectum, nos de omnibus pactis, obligationibus et gratiis nobis in huiusmodi vicarie fundatione factis et concessis a dictis dominabus eas absolvimus et tenore presentium quitas et solutas proclamamus. Mansum vero cum suis attinentiis, quem a prefatis dominabus nostra comparavimus pecunia, optinebimus et eo uti libere perpetuo debebimus ac ordinare de ipso pro libitu nostre voluntatis. Renuntiamus quoque omni gratia nobis et sacerdoti a nobis deputato, quo ad missarum sollempnia predicta, facte et in futurum faciende et literis ac instrumentis confectis super eo. In cuius rei testimonium presens scriptum ipsis dominabus tradidimus nostris sigillis et sigillis discretorum virorum Wichmanni de Heruordia et Godescalci de Hůnscede, proconsulum Sosatiensium, evidenter roboratum. Et nos proconsules profitemur ad partium predictarum petitionem sigilla nostra presentibus fore appensa. Datum anno Domini M° CCC^mo undecimo, feria secunda ante festum beati Viti martiris et sociorum eius. Actum vero in veteri ecclesia Sosatiensi, ubi presentes erant dominus Alexander, canonicus de Wedinchusen, Heydenricus dictus Tork, canonicus Sosatiensis, Hermannus, plebanus ecclesie in Curelare, sacerdos, Albertus, vicarius ecclesie Sosatiensis, Godefridus vir nobilis dominus de Růdenberg, Regenbodo Gotus, Henricus de Heringen, Hermannus Wale, Volmarus Gotus et Iohannes de Molendino, oppidani Sosatienses, et alii quam plures.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 81, Siegel des Gottschalk von Hunscede (im Bild: Hausmarke) als 4. Siegel anhängend, die anderen ab; Rückvermerk: Westhonne.

[1]) Östlich von Werl; der Hof unter diesem Namen später nicht nachweisbar; [2]) vergl. Urk. von 1311 August 28 (St. Walburgis Soest Nr. 57a) und 1326 Januar 30

874

1311 Juni 16

Vor dem Edelherrn Bertold von Büren dem Älteren, Bürgern zu Büren und den Ratsherren zu Lippstadt verkauft Gobelin gen. Scramme, Bürger zu Büren, ein Gut zu Holsen[1], das Lehen des Abts von Corvey ist, an Hermann gen. Vrese, Bürger zu Lippstadt.

Ad maiorem evidentiam seu cautelam tam futurorum quam presentium, ad quos presens scriptum legendum se optulerit, et propter fluxibilitatem temporum sive labilitatem memorie humane conditionis nos Bertoldus senior nobilis dominus de Buren cupimus fore notum et constare, quod Gobelinus dictus Scramme, noster oppidanus, in presentia nostri constitutus legitime ac spontanea instructus voluntate quoddam bonum, quod ipse a venerabili domino abbate de Corvegen in feodo seu iure feodali continebat, quod bonum situm est in Sweldeholthusen, cum omnibus suis pertinentiis nobis audientibus contulit sive concessit cum consensu predicti abbatis nobis in hac parte commisso Hermanno dicto Vrese, civi in Lippia, et uxori sue Kunegundi, Bernhardo et Dethmaro, filiis suis, et heredibus perpetuo iure hereditario possidendum. Testes astantes huic facto ex una parte nos Bertoldus nobilis de Buren, Anthonius de Barchusen, Gobelinus de Dyderikeshusen seu Scramme, Mathias de Aden, Henricus Alexandri, Lodowicus Dives, Iohannes de Claustro, opidani in Buren, et ex altera parte tota universitas consulum Lippie, qui tunc temporis consules fuerunt, et alii quam plures ex utraque parte fide digni. In cuius rei certitudinem firmiorem rogati precibus utriusque partis sigillum nostre dominationis presentibus duximus apponendum. Datum et actum anno Domini M CCC XI, in crastino beati Viti.

Ausf., Perg., Stadt A Lippstadt, Siegel des Edelherrn von Büren (WS 36,3) anhängend; Abschrift Erhards aus dem 19. Jahrh., StAM, Msc. VI Nr. 140,4 (Lippstadt); Druck: WUB IX Nr. 898 (mit abweichender Identifzierung des Ortes).

[1]) Bei Schwelle, östlich von Lippstadt bzw. südwestlich von Boke.

875

1311 Juni 25 Köln

Erzbischof Heinrich von Köln erklärt, dem Kölner Bürger Hildeger Rufus von der Stessen 3776 Mark schuldig zu sein. Diese Summe hat ihm der Bürger halb in Geld, halb in Wein geliehen. Er verschreibt ihm dafür einen großen Tournosen vom Zoll in Bonn. Als Bürgen stellt er 1. Domherren: den Domdechanten Ernst, den Chorbischof Albert, den Propst von St. Mariengraden Werner, den Propst zu Soest und weitere fünf Domherren; 2. elf Edelherren, 3. 17 Ritter, darunter Johann von Plettenberg, Marschall von Westfalen (als 5.), 4. drei Kanoniker und 5. die Schöffen von Neuß. Alle Bürgen verpflichten sich zum Einlager in Köln. Gegeben 1311 Juni 25 (in crastino Iohannis Baptiste).

Gleichzeitige Kopie für das Domkapitel, Hist. A der Stadt Köln, Domkapitel Urk. Nr. 1/854; Regest: REK IV Nr. 632.

876

1311 Juli 3

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Lippstadt kaufen Dethmar gen. Crudenere, Bürger zu Lippstadt, und seine Frau Mechtild vom Benediktinerkloster Liesborn einen Hausplatz bei dem von ihnen bewohnten Haus im Süden der Stadt Lippstadt und versprechen, dafür dem Kloster einen Zins von drei Schillingen zu entrichten.

Universi presentem literam visuris ac eciam audituris nos iudex et consules opidi Lippensis notificamus publice protestantes, quod cum Dethmarus dictus Crudenere, noster conburgensis, et Mechildis, eius uxor, ac eorum heredes quandam aream sitam iuxta domum suam, quam ad presens inhabitat, versus meridionalem erga religiosos et honestos viros, dominos abbatem et conventum monasterii Lesbernensis ordinis sancti Benedicti pro annua pensione trium solidorum denariorum apud nos usualium et bonorum tollenda ex ipsa area emptionis titulo rite et rationabiliter comparaverunt, promiserunt dictis dominis vel alicui nomine eorum dictam pensionem quolibet anno in vigilia beati Gregorii pape integraliter persolvendam ab omni occupamine seu arrestatione liberam et exemptam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad petitionem dictorum coniugum suorumque heredum apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Conrado Wigandi[a], nostro iudice, Ecberto, eius fratre, et Dethmaro dicto Stotere, proconsulibus, Elrico Elerici, Bodone Stakelinc, Hermanno dicto Virlincweege, Iohanne Giselberti, Iohanne dicto Gote, Henrico de Cleye, tunc consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum crastino beatorum Processi et Martiniani, martirum, anno Domini M° CCC° undecimo.

Abschrift vom Ende des 15. Jahrh., StAM, Msc I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn, Papier) Bl. 14; Überschrift: de pensione trium solidorum in civitate Lippensi ex domo in der Halle*; Regest: WUB VIII Nr. 657.*

[a]) In der Vorlage Name verschrieben: Doigandi.

877

1311 Juli 5

Das Kölner Domkapitel, die Kölner Stifte St. Gereon, St. Severin, St. Kunibert, St. Aposteln, Mariengraden und St. Georg sowie die Stifte St. Viktor in Xanten, Kaiserswerth, Wissel und Soest beschweren sich gemeinsam über die Übergriffe des Kölner Erzbischofs Heinrich. Dechant und Kapitel von St. Patrokli beklagen sich über die Aneignung des Zehnten zu Brilon durch ihren Propst Heinrich von Virneburg und die Beraubung ihrer Güter zu Ampen durch die Kinder des Everhard Haken von Andopen und die Brüder Spirinch.

... Item conquerimur, quod venerabilis vir dominus Henricus de Virneburg, prepositus ecclesie Susatiensis Coloniensis diocesis, vester consangwineus, per se et suos ac per potestatem laicalem cuiusdam Iohannis de Norderen, iudicis secularis in Brylon, officiati vestri, decimas decani et capituli eiusdem ecclesie, quas ipsi a tempore, cuius memoria non existit, quiete et pacifice possederint, rapuit et rapit et usibus suis applicavit et applicat violenter. Item quod quidam nati quondam Euerardi dicti Haken de Andopen et fratres dicti Spyrinc et eorum in hac parte complices ipsos decanum et capitulum in curte sua in villa Andopen sita spoliant et eandem violenter occupant et quod hiis non contenti ipsam ecclesiam Susatiensem in bonis suis aliis, in quantum facultas eis suppetit, spoliant et invadunt.

Insert in der beglaubigten Urkunde von 1311 September 20, Hist. A der Stadt Köln, Haupturkundenarchiv Nr. 3/765a; Regest: REK IV Nr. 636.

878

1311 Juli 13

Hermann gen. Sly, Richter in Lünen, und die Ratsherren zu Lünen, bekunden, daß der † Winemar von Afforde für sein Seelenheil der Marienkirche in Lünen zwei Hausplätze in Lünen vermacht hat, die die Prokuratoren der Kirche nach Belieben verwenden können.

Nos Hermannus dictus Sly, iudex in Lůnen, et consules universi opidi Lůnen tenore presentium publice protestamur, quod Winemarus de Afforde pie recordationis legavit et pro salute et remediis anime sue contulit rite ac rationabiliter duas areas sitas in opido Lůnen ad opus sive ad usus beate Marie in Lůnen predicte, cum ipsis videlicet areis antedictis faciendo, prout voluntas exstiterit procuratorum beate Virginis predicte. Ne in post modum in dubium converti poterit[a], sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Acta sunt hec universis civibus opidi predicti anno dominice incarnationis M° C°C°C° undecimo, datum ipsa die beate Margarete.

Ausf., Perg., StAM, Grafschaft Mark, Städte, Lünen Urk. Nr. 2, Siegel ab; Druck: UB Lünen Nr. 130; Lappe, Sondergemeinden Nr. 3, S. 109.

[a]) Wort über der Zeile eingefügt.

879

1311 Juli 18 Köln

Erzbischof Heinrich von Köln verspricht dem Grafen Heinrich von Waldeck, ihn bis zu Weihnachten in den Besitz eines Tournosen aus den Rheinzöllen zu setzen. Dies soll (stellvertretend) für den Empfang von 600 Mark geschehen, die der Erzbischof dem Grafen als Burglehen zu Rüthen zuweist. Dieser hat dafür Einkünfte im Werte von 60 Mark aus Eigengut oder angekauftem Gut dem Erzbischof aufzutragen. Ein geeigneter Vertreter des Grafen hat ständig auf der Burg Residenz zu halten. Wenn der Erzbischof den Grafen nicht termingemäß die Einkünfte aus dem Rheinzoll verschafffen kann[1], sollen diese aus der Freigrafschaft zu Scherfede und Kanstein bezogen werden.

Nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, notum facimus, quod promisimus et promittimus nobilem virum Henricum comitem de Waldecge ponere in possessionem et perceptionem unius grossi Turonensis in aliquo theloneorum nostrorum super Renum infra hinc et instans festum Nativitatis Domini ad recipiendum sexcentas marcas denariorum Susati usualium, quas pro feodo castrensi sibi deputamus, ita quod pro dictis sexcentis marcis sexaginta marcarum redditus de puro suo allodio nobis demonstrabit vel alibi comparabit. De quibus marcis in castro nostro Ruden, in quo continue habebit unum loco sui legalem et valentem personam residentem, castrensis erit, et sui successores comites de Waldecge pro tempore existentes dictum feodum tenendo ad id iidem[a] remanebunt perpetuo obligati, prout in literis super hiis conficiendis hec plenius enarrabuntur. Si vero infra terminum supradictum ipsum comitem seu nuntium suum non poneremus in theloneum supradictum, extunc ad ordinationem Iohannis de Plettinb(racht), marschalci nostri Westfalie, et nobilis viri Craftonis de Graschaph demonstrabimus dicto comiti, quem iuramento suo recepto in castrensem nostrum recepimus, aut comiciam nostram in Scherue et Cainstein vel alios redditus nostros, de quibus pro dicto feodo suo castrensi assecuretur, tamdiu tenendos pro dicto feodo, quousque de prefatis sexcentis marcis ipsi comiti satisfiat. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Colonie anno Domini M°CCC° undecimo, dominica ante festum sancte Marie Magdalene.

Ausf., Perg., StA Marburg, Waldecker A, Urk. Nr. 706 (Auswärtige Beziehungen, Erzstift Köln), Siegel des Erzbischofs (stark beschädigt) abhängend (Rhein. Siegel III Nr. 639); Druck: Curtze, Waldeck I Nr. 18, S. 20; Regest: REK IV Nr. 639; WUB IX Nr. 912.

[a]) In der Vorlage „idem".

[1]) Z.B. wegen fehlender Zustimmung des Domkapitels.

880

1311 Juli 19

Vor dem Bürgermeister und den Ratsherren der Stadt Brilon läßt der Knappe Ambrosius gen. von Nordenbeck, der das Dorf Messinghausen[1] dem Zisterzienserkloster Bredelar verkauft hat, dieses dem Käufer auf und verspricht Währschaft.

Ne ea, que fiunt in tempore, per lapsum temporis obscurentur, expedit, ut scripture et memorie commendentur. Hinc est, quod nos Arnoldus de Rosebeke, proconsul, Iohannes de Ratlinchusen, Hermannus Wesceli, Gotfridus de Oldenbrilon, Gunderamus, Gerhardus dictus Roderoch, Iohannes Sterreman, Iohannes dictus Butenland, Henricus dictus Steninch, Rodengerus de Woldene, Noldeke et Iohannes Luberti, consules oppidi Brilon, universis presentia visuris et audituris cupimus fore notum publice protestantes, cum veritatis testimonium fuerit adhibendum, quod constitutus coram nobis Ambrosius famulus dictus de Norderenbeke mediante voluntate ac unanimi consensu Gertrudis, uxoris sue, filie sue Gertrudis ceterorumque omnium heredum suorum legitimorum ac etiam coheredum totam villam suam Messenchusen cum singulis appenditiis et pertinentiis universis intra et extra villam situatas in agris, silvis, pratis, pascuis, aquis et aquarum decursibus cum proprietate sua et iure quolibet, que in ipsa habuit et ad ipsam habere potuit ex hereditaria successione suorum progenitorum religiosis viris .. abbati et .. conventui in Breydelare ordinis Cysterciensis pro quadam summa pecunie numerate atque tradite rite et rationabiliter vendidit integraliter, perpetue, libere hereditarieque possidendam. Et dictam villam cum singulo ac universo iure iam dicto ipse Ambrosius principaliter, uxor sua Gertrudis filiaque sua Gertrudis ceterique ipsius heredes ac coheredes coram nobis bono animo resignaverunt ad manus seu usus dictorum abbatis et sui conventus suprascripti, firmam, plenam et debitam warandiam promittens eiusdem ville cum attinentiis omnibus, cum locus et tempus exegerit et a prenominatis .. abbate et suo conventu fuerit requisitus. Nos vero consules suprascripti, quia huic venditioni ac renunciationi presentes eramus et ad maiorem evidentiam et perhennem memoriam omnium premissorum ob rogatum quoque ipsius Ambrosii presentes litteras super hiis confectas sigillo oppidi nostri dedimus communitas. Testes astiterunt dominus Fredericus, prefectus castri Patberg, Sthefanus de Horhusen et Hermannus de Scarpenberg, milites, Iohannes de Scarpenberg, Stephanus de Horhusen, Arnoldus de Tulen, famuli, Iohannes de Nerdere, iudex in Brilon, Henricus Wesceli, Hermannus Iuuenis, Henricus Monetarius, Hermannus Nolthardi, Henricus Ernesti, Gotfridus Iuuenis, pistor, Conradus dictus Wiman, oppidani in Brilon, et alii quam plures fidedigni. Datum anno Domini M° CCC° undecimo, XIIII kalendas Augusti.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Bredelar Urk. Nr. 151, Siegel ab, Rückvermerk (15. Jahrh.): dat ganse dorp tho Messynckhusen*; Druck: WUB IX Nr. 913; SUB II Nr. 543; Regest: UB Bredelar Nr. 176.*

[1]) Östlich von Brilon.

881

1311 Juli 20 Berwick upon Tweed

König Eduard (II.) von England erklärt, die Kölner Kaufleute Tidemann von Afle, Heinrich Cume, Johann von Beyke, Johann von Afle, Siward von Craue und Albert von Afle hätten geklagt, daß ihnen aufgrund des gegen die Kaufleute von Westfalen, Lübeck, Staveren, Kampen, Groningen, Rostock, Greifswald, Hamburg und Stralsund wegen eines Seeraubs an Herrn Heinrich von Beaumont erlassenen Haftbefehls 150 Faß Stahl (aceri) *beschlagnahmt worden seien. Der König gebietet, nach Festellung ihrer Unschuld und wegen ihrer Zugehörigkeit zur Herrschaft des Erzbischofs von Köln auf dem auf den 16. August gelegten Tag für die Verhandlungen zwischen ihnen und dem Herrn von Beaumont das arrestierte Gut frei zu geben.*

Eintragung in Public Record Office London, Rot. lit. claus. 5 Edw. II. 31; Regest: Hans. UB II Nr. 196.

882

1311 Juli 31

Erzbischof Heinrich von Köln untersagt dem Marschall von Westfsalen und allen seinen Beamten des Herzogtums Westfalen, von den wegen des Baus des Klosters in besonderer Not befindlichen Nonnen des Klosters Neuküstelberg Pferde und Fuhren zum Wegebau bzw. für den Erzbischof anzufordern.

Henricus Dei gratia beate Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, marscalco Westfalie ac universis officialibus ac cappelanis nostris per ducatum Wetfalie constitutis gratiam suam et omne bonum. Nos paupertati dilectarum in Christo priorisse et conventus monasterii in Nouo Quistelberg propter novam structuram, quam laudabiliter inchoarunt, compatientes, ut earum orationibus adiuvemur, vobis singulis ac universis sub obtentu gratie nostre inhibemus et volumus, ne currus aut equos aut alias res dicti monasterii ad utilitatem viarum vel nostram recipiatis aut exigatis ab eisdem nec ipse moniales id faciant ad viarum reparationem[a] quoque modo absque nostro mandato speciali. Datum in vigilia beati Petri ad vincula anno Domini M°CCC^mo undecimo.

Abschrift vom Anfang des 19. Jahrh., Theodorianische Bibliothek Paderborn, Altertumsverein Paderborn Akte 110, Bl. 441, Nr. 56; Regest: Führer, Medebach, S. 26; nicht in REK IV.

[a]) In der Vorlage „requisitionem".

883

1311 Juli 31

Erzbischof Heinrich von Köln erlaubt Dechant und Kapitel des Stifts St. Gereon in Köln, die Güter in Karweiler[1] zu nutzen. Nach dem Tausch mit dem Herrn von Volmerstein gegen die Güter zu Bransel hatte das Stift Einkünfteverluste hinnehmem müssen.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, dilectis in Christo decano et capitulo ecclesie sancti Gereonis Coloniensis salutem in Domino sempiternam. Animadvertentes vos et ecclesiam vestram occasione permutationis seu commutationis bonorum vestrorum de Braselden ad bona domini de Volmunsteyne consistentia apud Karwilre iam aliquot annis dampna et defectus amministrationis prebendarum vestrarum sustinuisse, prout nobis sepissime conquesti estis, misericordia moti decrevimus in hiis paterna vobis benevolentia succurrendum, volentes, consentientes et ratum habentes, quod ex nunc in antea vos de prefatis bonis in Karwilre cum eorum attinentiis auctoritate nostra intromittatis vestris ea usibus applicando, tollendo et percipiendo, quousque vel bona vestra de Braselden rehabeatis et possideatis in pace vel super huiusmodi bonis tam de Braselden quam Karwilre iustitia, pax vel compositio inter partes, quas tangit negotium, ordinetur. Mandamus igitur sub obtentu gratie nostre dapifero et officiatis nostris, ubi dicta bona de Karwilre consistunt, ne vos prefatos decanum et capitulum seu nuntios vestros in collectione seu perceptione dictorum bonorum apud Karwilre impedire seu perturbare presumant, sed promoveant in premissis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in vigilia beati Petri ad vincula anno Domini millesimo trecentesimo undecimo.

Nos decanus et capitulum ecclesie Coloniensis notum esse volumus universis, quod nos contentis in litteris reverendi patris domini archiepiscopi nostri, quibus presens cedula sigillo nostro sigillata affixa est, nostrum per omnia consensum adhibuimus ea rata habendo. Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, in vigilia beati Petri ad vincula.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Stift St. Gereon Urk. Nr. 1/98, Siegel des Erzbischofs (beschädigt) und des Stifts St. Gereon anhängend; mit Transfix von 1311 August 2; Abschrift des 15. Jahrh., Pfarr A St. Gereon, Rotes Buch, Bl. 62 und Bl. 92; Druck: UB St. Gereon Nr. 248, S. 257; Regest: REK IV Nr. 645.

[1]) Vergl. die Urkunden von 1301 November 9 bzw. WUB VII Nr. 2426 und 2427 (vom Jahre 1297).

884

1311 August 2

Der Offizial des Kölner Hofes beglaubigt die inserierte Urkunde des Kölner Erzbischofs von 1311 Juli 31.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, St. Gereon Urk. Nr. 98, Transfix an der Urkunde von 1311 Juli 31.

885

1311 August 4

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Lippstadt verkauft Margareta, Witwe des Gerard gen. Wilderive, Bürgerin zu Lippstadt, eine Rente von sechs Schillingen für ein Kapital von fünf Mark und fünf Schillingen aus dem von ihr bewohnten Haus und dem Hausplatz an Albert gen. Slutere.

Universis presentem literam visuris vel eciam audituris nos .. iudex et .. consules opidi Lippensis notum esse cupimus publice protestantes, quod constituta coram nobis Margareta, relicta quondam Gerardi dicti Wilderiue, nostra conburgensis, recognovit se habito consensu et plena voluntate omnium heredum et coheredum suorum redditus sex solidorum denariorum apud nos usualium et bonorum tollendos singulis annis duobus terminis, videlicet quolibet festo Pasche tres solidos et totidem solidos quovis festo beati Michaelis ex domo sua et area, prout situata est, quam ad presens inhabitat, Alberto dicto Slutere, exhibitori, eius uxori ac eorum heredibus seu legitimis successoribus pro quinque marcis et quinque solidis denariorum Lippie legalium pecunia tradita et soluta rite ac rationabiliter vendidisse hereditarie ac perpetualiter possidendos ab omni occupamine et arrestatione liberos et exemptos. Si autem ipsos Albertum aut eius heredes huiusmodi redditus vendere contingeret sive vellent quocumque motu, extunc dictis vidue et eius heredibus deberent eos venales exhibere pro precio, quo quis ipsos vellet emptionis titulo comparare, omni dolo malo et fraude exclusis. Eandem habebunt gratiam et facultatem dicti Albertus eiusque heredes de prelibatis domo et area, si ipse in posterum erunt venundande. Unde nos consules supradicti in omnium premissorum testimonium ac perpetui roboris firmitatem sigillum nostrum ad petitionem partium apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Conrado Wigandi, tunc iudice, Ecberto, eius fratre, et Dethmaro dicto Stotere, proconsulibus, Elrico Elrici, Bodone Stakelinc, Iohanne dicto Gote, Iohanne Gyselberti, Hermanno dicto Virlincwecge, Conrado de Hethus, Theoderico dicto Kolehorn, Henrico de Cleye, Hermanno de Sancto Trudone, Ludolfo de Gyseke, Redgero et Iohanne dictis Bolehus, fratribus, Rodolfo de Monasterio, Hermanno dicto Borentroch, Henrico Essekinc, Hermanno de Bodrike, Gerardo de Kappele, Hermanno de Hauekorst, Godekino dicto Bluwel, Lodewico de Bochem, consulibus, et quam pluribus aliis fide dignis. Datum feria quarta post festum beati Petri ad vincula, anno Domini M° CCC^mo undecimo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt Urk. Nr. 50, Siegel ab; Regest: Lipp. Regesten II Nr. 599.

886

[1311][1] August 14 Köln

Erzbischof Heinrich von Köln teilt dem König Eduard (II.) von England mit, Personen mit dem Namen Evel der Junge seien unbekannt. Wenn er sie aber aufspüre, werde er gegen sie vorgehen.

Magnifico principi et illustri domino Eduardo regi Anglie, domino Ibernie, duci Aquitanie Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, paratam ad sua beneplacita voluntatem.

Super ablatione rerum, de quibus Wilhelmus dictus Toller, burgensis et mercator vester ville vestre de Grymtsby vobis est conquestus et nobis scripsistis, non reperimus aliquem in terminis nostris Westphalie, qui hoc nomine Euel the Iunge de Westfale et Arnoldus frater eius in littera vestra contenti nuncupentur, sed si hos vel quoscumque alios poterimus invenire in premissis culpabiles, taliter faciemus circa ista precibus sive mandatis sive aliis viis, quibus vestram efficere poterimus voluntatem, quod sentietis in hiis et aliis nostram promptam ubilibet voluntatem. Datum Colonie in vigilia Assumptionis beate Virginis.

Ausf., Perg., Public Record Office London, Anc. Corr XVI, 54, Rückseite: Illustri principi domino Eduardo regi Anglie domino Ibernie duci Aquitanie; *Druck: Kern, Acta imperii, Nr. 170, S. 114; Regest: REK IV Nr. 650.*

[1]) Zur zeitlichen Einordnung vergl. die Urkunde von 1311 April 14.

887

1311 August 24

Abt Embrico und der Konvent des Benediktinerklosters Deutz überlassen ihre Lehngüter Baak[1] in der Pfarrei Hattingen dem Heinrich von Wickede, Komtur des Deutschordenshauses zu Brackel, auf Lebenszeit.

Nos .. Embrico Dei gratia .. abbas monasterii sancti Heriberti in Tuicio notum facimus, quod bona feodalia dicta Bath, sita in parrochia Hattenneche, concessimus fratri .. Henrico de Wickede, commendatori domus in Brakele, ad dies vite sue. Ipso vero mortuo successor suus vel qui quicumque predicta bona a nobis vel nostris successoribus recepturus est, recipiet cum eo iure, quo alia bona nostra feodalia hiis similia recipi consueverint. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum et nos Florinus dictus Hoyst in Monasterio, commendator provincialis Westfalie fratrum Theutonicorum, scientes singula et omnia premissa esse vera et de nostra bona voluntate et ratihabitione processisse in signum et robur omnium premissorum etiam sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Actum in caminata abbatie Tuiciensis predicte presentibus Theoderico de Wickede, milite, et suo fratre Euerardo dicto Vmberoyde, Ruperto de Tuicio, Fleckone de Leygensifen, militibus, Iohanne, advocato, Conrado de Keldenich, camerario, fidelibus ecclesie Tuiciensis predicte, ac aliis pluribus honestis et fidedignis anno Domini M°CCC^mo undecimo, in festo Bartholomei apostoli.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Abtei Deutz Urk. Nr. 1/27, Siegel des Ausstellers (stark beschädigt) und des Komturs anhängend.

[1]) Westlich von Hattingen, vergl. Milz, Deutz, S. 248

888

1311 August 27 bei London

König Eduard (II.) von England trägt dem Sheriff von Norfolk, dem er befohlen hatte, in seinem Amtsbereich die Waren von Kaufleuten aus Westfalen und Städten wie Lübeck usw. bis zu einer Summe von 500 Pfund zu beschlagnahmen, weil sie angeblich das Schiff des Peter von Schönberg beraubt hätten, nun auf, das beschlagnahmte Schiff des Tidemann Welling und Peter Schulte, Kaufleuten aus Stavern, und die betreffenden Waren unter der Bedingung freizugeben, daß dem überfallenen Heinrich mit 20 Pfund Genüge getan wird.

Rex vicecomiti Norfolkie salutem. Cum nuper per breve nostrum sub privato sigillo nostro tibi mandaverimus, quod omnia bona et catalla hominum et mercatorum de Westfale, Lubyk, Stavere, Campe, Grening, Rustok, Grippeswold, Hamburgh et Strallesound de Alemannia, que intra ballivam tuam invenires, arestari faceres usque ad summam quingentarum librarum occasione depredationis cuiusdam navis dilecti et fidelis nostri Henrici de Bello Monte supra mare facte, ad quam summam navis predicti Henrici cum bonis in

eadem inventis estimabatur, et bona et catalla illa sic arestata predicto Henrico vel eius attornato in hac parte per rationabile pretium ad summam predictam liberares. Ac tu virtute mandati nostri quandam navem Tidemanni Welling et Petri Sculte, mercatorum de Stavere, cum atillio et aliis bonis et mercimoniis suis in eadem navi inventis, et que ad triginta et unam libras et decem solidos appreciantur, apud Lenne arestaveris, sicut ex querela predictorum Tidemanni et Petri accepimus, nos ad requisitionem predictorum Tidemanni et Petri de assensu attornati predicti Henrici coram nobis personaliter constituti tibi precipimus, quod navem predictam una cum atillio, bonis et mercimoniis in eadem navi tempore arestationis predicte inventis, ad quorumcunque manus postmodum devenerint, prefatis Tidemanno et Petro ita integre et plene restituas et habere facias, sicut illa arestasti; ita tamen, quod predicto Henrico vel eius attornato in hac parte per prefatos Tidemannum et Petrum satisfiat de viginti libris occasione arestationis predicte, et ipsos Tidemannum et Petrum vel navem suam predictam aut alia bona seu catalla sua de cetero non arestes seu arestari facias quovismodo occasione depredationis predicte. Teste rege apud Londonias 27. die Augusti.

Gleichzeitige Abschrift, Public Record Office London, Close Rolls 5 Edw. II. m 27; Druck: Kunze, Hanseakten, S. 38.

889

1311 August 28 Ostönnen

Vor dem Edelherrn Godfried von Rüdenberg und seinem Freistuhl, dem in dessen Namen Conrad genannt Hagene vorsteht, verzichten Äbtissin und Priorin des Zisterzienserinnenklosters Himmelpforten auf die Eigengüter ihres Klosters zu Westönnen, die Elrikeshove *genannt werden. Diese hatten die Brüder Adolf und Widekind gen. von Revele von ihnen gekauft und dem kürzlich gegründeten Hl. Geist-Hospital zu Iserlohn übertragen*[1].

Nos Godefridus dominus de Rudenberg universis presens scriptum visuris cupimus esse notum, quod constituti coram sede nostra iudiciali, que vrigestul vulgariter dicitur, cui Conradus dictus Hagene auctoritate nostra presidebat, religiose domine .. abbatissa, .. priorissa monasterii in Porta Celi ordinis Cysterciensis pro se et conventu suo bona voluntate renuntiaverunt bonis suis propriis sitis in Westunen, que Elrikeshoue vocantur, ac eadem bona cum omnibus suis attinentiis ad voluntatem et requisitionem discretorum virorum Adolfi et Widekindi dictorum de Ryuele, qui ipsa bona iusto emptionis tytulo ab eisdem .. abbatissa et .. conventu ad hunc usum, prout sequitur, comparaverant, hospitali sancti Spiritus in Yserenlon noviter fundato tradiderunt et supportaverunt ac libere transtulerunt in perpetuum possidenda. Nos igitur, ut hec renuntiatio et bonorum dictorum traditio seu translatio rata permaneant, presens scriptum exinde confectum ad petitionem partium predictarum sigillo nostro duximus roborandum. Et nos .. abbatissa et conventus dicti monasterii premissa omnia vera esse confitentes ad robur firmius eorundem sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Testes sunt Hermannus in Curlar et Leuoldus in Metlar ecclesiarum rectores, Walramus miles de Kamene, Wilhelmus de Vflen, Anthonius de Blomendal, Hunoldus de Bredenbike, Gobelinus de Ruden, Arnoldus Ebbinchof, Th. dictus Bramey, Henricus Nythardi et Rutgerus dictus Vrige. Acta sunt hec in Ostunen anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, in die beati Augustini episcopi.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 57a, Siegel des Godfried von Rüdenberg (WS 27,7, nur mittlerer Teil erhalten) und der Äbtissin (Bild: Äbtissin, in der Linken den Krummstab haltend, stark beschädigt) anhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): Westhůnen*; Abschrift des 18. Jahrh. in StAM, Msc. I 219, Bl. 110 der 2. Zählung; Druck: UB Iserlohn Nr. 9; von Steinen I S. 1033 (nach einer Abschrift aus Soest).*

[1]) Vergl. Urkunde von 1311 Juni 14.

890

1311 August 29 Köln

Erzbischof Heinrich von Köln entscheidet im Streit zwischen Heinrich von Virneburg, Propst des Stifts (St. Patrokli) Soest, auf der einen Seite und Dechant und Kapitel des Stifts auf der anderen Seite um die Kirche zu Brilon und um Zehnten an diesem Ort zugunsten der letzteren und erklärt gleichzeitig die Festlegungen seines Vorgängers, des Erzbischofs Wikbold, für verbindlich.

In nomine Domini amen. Nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis presens scriptum visuris ac audituris notum facimus publice protestando, quod, cum suborta inter venerabilem virum Henricum de Virneburg, prepositum ecclesie Sosatiensis[a], ex una et venerabiles viros .. decanum et capitulum eiusdem ecclesie ex parte altera super ecclesia et decimis loci in Brilon materia questionis coram nobis auditis, visis, examinatis et diligenter consideratis singulis, que circa hoc consideranda fuerunt, quia invenimus et plene cognovimus dictos .. decanum et capitulum prefate ecclesie plenum ius habere in ecclesia Brylon et decimis memoratis ac in attinentiis earundem, ut pote in quarum possessione fuisse et esse dinoscuntur a tempore, cuius memoria non existit[b], dicto .. preposito super questione predicta silentium duximus imponendum et imponimus per presentes, prefatos .. decanum et capitulum ab eius impetitione in perpetuum penitus absolvendo approbantes, ratificantes et auctoritate nostra confirmantes pronunciacionem, ordinacionem ac diffinicionem per reverendum patrem pie recordacionis Wicboldum, quondam archiepiscopum Coloniensem, predecessorem nostrum, super questione prehabita prius factam, sicut in litteris ipsius archiepiscopi sigillo suo roboratis vidimus expressius contineri. Et ad pleniorem concordiam parcium predictarum prefatam pronunciacionem, ordinacionem ac diffinicionem per eundem predecessorem factam accedente ad hoc consensu capituli nostri Coloniensis in omni sui forma et singulis articulis in ea contentis decrevimus et statuimus perpetualiter, firmiter et inviolabiliter observandum. In cuius rei testimonium ad peticionem parcium sigillum nostrum presentibus litteris in perpetuum valituris duximus apponendum. Nos etiam .. decanus et capitulum ecclesie Coloniensis premissa inviolabiliter approbantes et ratificantes sigillum ecclesie nostre presentibus apposuimus in testimonium premissorum. Nos quoque prepositus predictus omnia et singula premissa vera fore protestantes et in ea nos liberaliter consensisse sigillum etiam nostrum apposuimus in testimonium huic scripto. Datum Colonie in festo Decollacionis beati Iohannis Baptiste anno Domini millesimo trecentesimo undecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Bredelar Urk. Nr. 152 (A), Siegel des Erzbischofs (am Rande restauriert, sonst sehr gut erhalten, Rhein. Siegel I 20,3) mit Rücksiegel (Rhein. Siegel 20,1), des Domkapitels (Rhein. Siegel IV 9,1) und des Propstes (oberer Teil abgebrochen, restauriert) anhängend; Abschrift des 16. Jahrh. auf Papier beiliegend, Abschrift in Bredelar, Akten 1 Bl. 30v; Abschrift des 15, Jahrh. in StAM, Msc. VII 6102 (Kopiar von St. Patrokli Soest) Bl. 64 (B); Druck: UB Bredelar Nr. 177, SUB II Nr. 544, S. 99; Regest: REK IV Nr. 656.

[a]) Abweichung in B: Sûsatiensis; [b]) desgl. extitit.

891

1311 August 30

Erzbischof Heinrich von Köln erklärt, er habe um den von König Heinrich in Leutesdorf (Ludensdorp) *eingerichteten Zoll zurückkaufen und nach Bonn verlegen zu können, bei den Lombarden Opicinus Grasverdi gen. Petrus und weiteren Bürgern von Asti eine Schuld von 1540 Mark angehäuft. Für 829 Mark von dieser Summe verschreibt er ihnen den Ertrag seines Zolls zu Rheinberg* (Berke). *Unter den gestellten (15) Bürgen: Johann von Plettenberg (-brecht), Marschall von Westfalen[1]. Die Bürgen verpflichten sich zum Ein-*

lager in Köln. Siegelankündigung des Erzbischofs und der Bürgen. Gegeben zu Köln 1311 Aug. 30 (in crastino Decollationis Iohannis Baptiste).

Ausf., Perg., HStAD, Dep. der Stadt Köln Urk. Nr. 99, unter den 16 Siegeln das des Marschalls anhängend (Siegel 9-16 ab); Regest: REK IV Nr. 658.

[1]) An 5. Stelle genannt.

892

1311 September 1

Ritter Godfried von Dedinghausen, der zusammen mit seinem Verwandten[1], dem Ritter Friedrich von Hoerde, einen Teil des Haupthofes zu Rixbeck[2], so wie diesen vorher die Lippstädter Bürger Albert von Esbeck und Hermann gen. Wamboysticker besessen haben, von seinem Bruder Godebert von Dedinghausen gekauft hat, verspricht dem Friedrich, die Einkünfte aus dem Ankauf brüderlich zu teilen und überläßt ihm deswegen diese Urkunde.

Nos Godefridus de Dedenshusen, miles, ad notitiam omnium presentia intuentium vel audientium pervenire cupimus publice protestantes, quod nos et Fredericus de Hůrde, miles, noster consangwineus, partem curie in Rikerswic[a] iuxta oppidum Lyppense situate contra Godebertum de Dedenshůsen, fratrem nostrum, cum omni iure, quo Albertus de Esbeke et Hermannus dictus Wamboystickere, cives Lippenses, eandem possidebant, scilicet cum iure feodali, pratis, silvis, possessionibus, agris cultis et incultis et redditibus eiusdem universis per titulum emptionis comparavimus et omnia iura cum redditibus eiusdem curie annis singulis nos et heredes nostri post nos more fratrum carnalium amicabiliter invicem partiemur. In cuius rei testimonium, ne quis heredum nostrorum premissa postmodum conetur infringere, presens scriptum contulimus eidem Frederico, militi, et suis heredibus sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec in presentia domini Henrici, plebani in Stormede, Conradi, filii nostri, Henrici de Wolmerinchůsen, Heydenrici de Bredenole, Ade dicti Dobbe, Bernhardi de Hůrde, Menrici dicti Haroldes, Herbordi de Esbeke et aliorum plurimorum fide dignorum. Datum anno Domini M°C°C°C°XI°, in die beati Egidii confessoris.

Ausf., Perg., A von Bocholtz zur Hinnenburg, Störmede Urk. Nr. 60, Siegel des Godfried (im Bild: quergelegter Maueranker) und des Friedrich von Hoerde (WS 241,1, beschädigt) anhängend; Rückvermerk (16. Jahrh.): Reckeswicke*; Regest: StAM, Msc. VI Nr. 233; Fahne, Bocholtz II,1, S. 83.*

[a]) Darunter ein kleines Loch durch Mäusefraß.
[1]) Wohl der Schwager; 2) östlich von Lippstadt.

893

1311 September 3 Telgte

Der Ritter Otto von Hanghe und sein Sohn Hermann überlassen dem Domdechanten Lubert von Langhen den zum Amt Holthausen (Holthusen)*[1] gehörenden Dietrich von Vorwercke und erhalten dafür Ebele, die Tochter der Ghebele gen. Cloke, die zu diesem Amt gehört und zur Zeit auf dem Dalhof zu Milte* (Millethe*) wohnt. Geschehen zu Telgte* (Telghet*) vor dem Edelherrn Gottfried von Arnsberg* (-berghe*)[2], Gerhard Werence, Ludolf von Langen, alles Domherren zu Münster, 1311 Sept. 3 (feria sexta ante Nativitatem beate Marie virginis*

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. I Nr. 1 (großes Kopiar des Domkapitels zu Münster) S. 413, Nr. 51; Regest: WUB VIII Nr. 667.

[1]) In Hiltrup; [2]) Gottfried Graf von Arnsberg, späterer Bischof von Osnabrück bzw. Erzbischof von Bremen, vergl. Kohl, Domkapitel 2, S. 23.

894

1311 September 8

Vor dem Bürgermeister und den Ratsherren zu Brilon erkennt der Knappe Ambrosius gen. von Nordenbeck an, daß er dem Abt und Konvent des Klosters in Bredelar (eine Rente) von acht Mark schuldet, bis er ihnen die (an sie verkauften)[1] Güter zu Messinghausen[2], die zur Zeit der Briloner Bürger Hermann gen. Inmedreke innehat, frei einräumen kann. Außerdem schuldet er dem Kloster (eine Rente) von sechs Mark, mit denen die Güter zu Messinghausen zugunsten des Klosters Flechtdorf belastet sind, und von einer Mark verfallener Zinsen. Wenn er dem Kloster Flechtdorf keine Währschaft leisten kann[3], bleibt für ihn die Verpflichtung zur Zahlung der sechs Mark an das Kloster Bredelar bestehen[4].

Cautum est auctoritate premunire, super quo posset error et confusio evenire. Hinc est, quod nos Arnoldus de Rosebeke, proconsul, Iohannes de Ratlinchusen, Hermannus Wesceli, Iohannes Sterreman, Gotfridus de Oldenbrylon, Gerhardus Roderoch, Gunderamus, Henricus dictus Steninch, Iohannes Butenlant, Rodengerus de Woldene, Noldeke et Iohannes Luberti, consules in Brylon, tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod constitutus coram nobis Ambrosius famulus dictus de Norderenbeke arbitravit, quod .. abbas similiter et conventus in Breydelare octo marcas denariorum Brylon sub se habent et habebunt pacifice et quiete, quousque donec bona sita in Messenchusen, que nunc Hermannus dictus Inmedreke, noster concivis, possidet, ipsis faciat libera et soluta, et quod etiam sex marcas denariorum ratione hereditarie inpetitionis et unam marcam ratione pensionis supersesse sub se habent et habebunt, quousque donec bona in Messenchusen ab huiusmodi inpetitionibus .. abbatis et .. conventus in Flechtorp faciat ipsis libera et soluta. Quibus, videlicet abbati et conventui, si dictorum bonorum pro ipso abbate in Flechtorpe debitam et firmam warandiam facere non posset nec valeret secundum quod exigeret ordo iuris et requireret, tunc huiusmodi sex marcas dicto Ambrosio minime dare tenerentur nec deberent. Et secundum hunc modum partes ambe composite sunt amicabiliter et disiuncte. Nos vero consules supradicti, quia presentia vidimus et audivimus, et ob rogatum partium predictarum ad maiorem premissorum evidentiam presens scriptum sigillo oppidi nostri Brylon predicti munimine confirmamus. Testes astiterunt iudex in Brilon, Iohannes dictus de Nerdere, famulus, Henricus Wesceli, Hermannus Iuuenis, Henricus Monetarius, Hermannus Nolthardi, Henricus Ernesti, Gotfridus Iuuenis, pistor, Conradus dictus Wiman, oppidani in Brilon, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M° CCC° undecimo, in Nativitate beate Marie virginis.

Ausf. Perg., StAM, Kloster Bredelar Urk. Nr. 153, Siegel der Stadt Brilon (restauriert, nur inneres Stück erhalten) abhängend; Druck: WUB IX Nr. 922; Regest: UB Bredelar Nr. 178.

[1]) Vergl. Urkunde von 1311 Juli 19 (WUB IX Nr. 913); [2]) östlich von Brilon; [3]) d.h. die dem Kloster Flechtdorf zustehende Rente nicht ablösen kann; [4]) weil Bredelar die Verpflichtungen gegenüber dem Kloster Flechtdorf übernehmen muß.

895

1311 September 9

*Domdechant und Domkapitel zu Münster verkaufen dem Dietrich von Herringen (*de Heringhen*), Propst des Alten Domes zu Münster, und dem Domvikar Adam[1] als Testamentsvollstreckern des † Domherrn Gerhard von Büderich (*Boderike*)[2] eine Rente von zehn Mark aus den Geldeinkünften aus der Grut (*gruyta*) für 170 Mark. Mit der Rente soll die Memorie des Gerhard begangen werden. Gegeben 1311 Sept. 9 (*feria quinta proxima post festum Nativitatis beate Marie virginis, que fuit nona dies mensis Septembris*).*

Zwei Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster, Domkellnerei Urk. Nr. 11 und 12, Siegel des Domkapitels jeweils anhängend.

[1]) Vergl. W. Kohl, Das Domstift St. Paulus Münster Bd. 2 (Germania Sacra, Neue Folge 17,3) 1989, S. 8; [2]) zum Domkellner Gerhard von Büderich vergl. W. Kohl, desgl. Bd. 2, 1982, S. 335.

896

1311 September 13

Engelbert Graf von der Mark und Ritter Dietrich von der Leithe versprechen der Äbtissin zu Essen, sie vor den Forderungen des Ritters Winemar von Grimberg[1] zu bewahren. Sie hatte nämlich zu der Zeit, als sich dieser sich als Kämmerer des Stifts aufspielte, ihm kein Genüge geleistet und ihn nicht zum Amt zugelassen.

Universis presentes litteras visuris et inspecturis nos Engelbertus comes de Marka ac Theodericus de Lythene iunior, miles, publice[a] recognoscimus nos firmiter promisisse venerabili domine .. abbatisse ecclesie Asindensis, quod eam eripiemus et in dampno[b] conservabimus ab omni impetitione Wynemari de Gryntberge, militis, super eo, quod ipsa dicto Wynemaro tempore, quo se gessit pro camerario Asindensi, de iuribus ipsius officii camerarie non satisfecit nec ipsum ad dictum officium admisit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M° CCC^mo XI°, feria secunda ante Exaltationis sancte crucis.

Abschrift um 1800, StAM, Msc. II 117 (Kindlinger), S. 188 (mit Siegelzeichnungen).

[a]) Vor diesem Wort Nachtrag in einer zunächst frei gelassenen Lücke; [b]) desgl., in der Vorlage „dampnum".
[1]) Zwischen Gelsenkirchen und Wattenscheid.

897

1311 September 29 bei Gnadenthal[1]

Die Grafen Gerhard von Jülich und Adolf von Berg fällen als Schiedsrichter in dem Streit zwischen Erzbischof Heinrich von Köln und dem Grafen Engelbert von der Mark folgenden Spruch: 1. Graf Engelbert hat Gerhard von Helfenstein wieder in den Besitz der Hälfte von Burg Helfenstein[2] zu setzen. Dieser hat den Burgfrieden zu wahren, wobei der Graf ebenfalls Frieden zu halten hat. 2. Bezüglich der Burg Holten[3] ist der frühere Schiedsspruch einzuhalten, den die Edelherren von Falkenburg und Kuyk gefällt haben. 3. Das vom Erzbischof errichtete und vom Grafen von der Mark entfernte Kreuz bei Meinerzhagen soll bestehen bleiben, wenn es schon immer dort gestanden hat. Darüber sollen dort ansässige erfahrene Leute des Grafen von Berg und des Herrn Dietrich von Limburg, die keiner der beiden streitenden Seiten unterstehen, befragt werden. 4. Über die Burg Friemersheim[4], die der Ritter Wilhelm von Friemersheim nach seinen Angaben mit anderen Gütern vom Abt von Werden zu Lehen trägt, soll vor dem Abt von dessen Gefolgsleuten entschieden werden.

Nos Gerardus Iuliacensis et Adolphus de Monte, comites, notum facimus universis presentes literas visuris et audituris, quod super briga seu discordia exortis inter reverendum patrem et dominum nostrum dominum Henricum archiepiscopum Coloniensem ex una parte et nobilem virum dominum Engelbertum comitem de Marka ex altera, recepto in nos onere arbitrii seu compromissi, per eosdem ab eisdem arbitrando de infrascriptis articulis pronunciamus et dicimus sub iuramento nostro et pro iure in hunc modum: inprimis videlicet, quod comes de Marka antedictus remittet et instituet Gerardum de Elpenstein in possessionem et fruicionem castri de Elpenstein pro parte media dicti castri, ipseque Gerardus promittet et iurabit .. comiti antedicto tenere pacem et treugas castrenses, idemque comes id ipsum viceversa faciet treugas inquam ab antiquo debitas et consuetas. Et idem Gerardus memorato comiti de Marka de premissis, si quas fecit, seu convencionibus respondebit et satisfaciet, ut promisit. Item pronunciando dicimus de castro de Holte, quod utrobique servande sunt litere et convenciones ac ordinaciones per nobiles viros .. de Valkenbůrg et de .. Kůic quondam dominos facte et pronunciate inter ipsos de castro Holte memorato. Item arbitrando dicimus de cruce erecta apud Meynarzhaigen per archiepiscopum predictum, quam comes de Marka ammovit et eiecit, quod perscrutandum est per notos et vicinos circumsedentes homines tam comitis de Monte quam Theoderici domini de Lemburg ac alios quoscumque nec archiepiscopo Coloniensi nec comiti de Marka memoratis

attinentes, ita, si compertum notorie fuerit, quod ipsa crux antea steterit ibidem et de iure stare debeat, ex nunc inantea stet et maneat in loco supradicto, et si in eiectione dicte crucis quicquam deliquit, hoc ad nostrum dictum emendabit domino archiepiscopo memorato. Item dicimus de castro de Vrimershem, quod Wilhelmus de Vrimershem, miles, suum asserit esse feodum cum quibusdam aliis bonis ab .. abbate Werdinensi dependentibus, quod ipse Wilhelmus coram .. abbate predicto per eum assecuratus sub protectione et conductu .. de Monte et .. de Marka comitum veniet et comparebit cum confeodalibus suis facturus et recepturus ibidem, quod dictaverint et pronunciaverint fideles ipsius .. abbatis secundum sententiam, ius et consuetudines curie .. abbatis memorati, qui dictum castrum cum aliis bonis dicit et affirmat suum esse allodium et bona pensionaria ecclesie sue Werdinensis. Datum et pronuntiatum in campis prope claustrum dictum Genadendaile in die beati Michaelis archangeli per presentes, quibus sigilla nostra sunt appensa anno Domini M° CCC° undecimo.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Werden Urk. Nr. 119, Siegel ab; desgl. Abschrift des 17. Jahrh. in Liber variorum VII Bl. 178v; Druck: Lacomblet UB III Nr. 112, S. 82; Regest: REK IV Nr. 665, Limburg-Styrum 2.1 Nr. 233.

[1]) Wohl das Kloster in Neuss und nicht bei Kleve; [2]) bei Grevenbroich; [3]) Oberhausen-Sterkrade; [4]) Rheinhausen, Kreis Moers.

898

1311 Oktober 3

Die Kanoniker des Stifts (St. Patrokli Soest) legen den Bezug der Präbenden während ihrer Abwesenheit aufgrund von Studien fest:

Omnibus presens scriptum visuris et audituris salutem in perpetuum. Noveritis, quod cum ab antiquo in ecclesia nostra ex consuetudine fuisset introductum, quod nostris concanonicis, qui non ex debito suo, immo qui potius proprio motu ad generalia studia se transferre decreverunt, non nisi hii redditus, videlicet panis et cervisia prebendales, denarii ebdomedales, denarii paschales, denarii Marie et cervisia in absentia sua ministrari convenissent, nos propter hoc attendentes, quod ecclesia per personas literatas exaltari posset et sortiri laudis, honoris ac profectus incrementum, attendentes etiam, quod nimis tenues et exiles essent fructus studentibus in absentia ministrandi, de communi consilio et concensu nostrum omnium ordinandum duximus et statuendum, immo ordinavimus et statuimus per presentes, quod ex nunc in antea omnibus nostris concanonicis studia generalia proprio motu adire volentibus omnes redditus prebendarum suarum dimittentur exceptis solummodo presenciis seu cottidianis distributionibus et memoriis in anniversariis defunctorum cedentibus, quas .. camerarius noster distribuere consuevit nunc et temporibus retroactis. Item, sicut ab antiquo est servatum, ita de novo statuimus observandum, quod non obstante gratia studentibus huiusmodi, ut premittitur, facta illis, qui ex debito et consuetudine ecclesie nostre ab antiquo servata uno anno Parisiis[a] stare sunt astricti, talis gratia non competent, sed illa, que antiquitus eis competere consuevit, velud est premissum. Preterea si aliquis concanonicorum nostrorum non in studio, sed alibi stare vellet et absens esse, illi non competent aliqui fructus prebende sue, nisi eos ex speciali gratia capituli nostri possit optinere. Ut igitur premissa omnia a nobis et posteris nostris inviolabiliter observentur, presens scriptum duximus in testimonium veritatis super eo nostre ecclesie sigillo roborandum. Actum, ordinatum, statutum et datum anno Domini M° CCC° undecimo, die dominica post festum beati Remigii.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6102 (Kopiar des Stifts St. Patrokli Soest) Bl. 63.

[a]) In der Vorlage „Parisius".

899

1311 Oktober 18

Vor Johannes de Lippia, Vizepropst von (St. Patrokli) Soest, erklären die Soester Bürger Johannes Luscus und sein Sohn Andreas, sie schuldeten dem Kloster Wedinghausen eine Rente von vier Pfennigen wegen eines halben Pfundes Wachs aus dem Haus des Dethmar von Ballene, gelegen in der Pfarrei St. Paul in Soest. Diese Rente hatte die Mutter des Johannes dem Kloster für ihr Seelenheil vermacht.

Nos Iohannes de Lippia, viceprepositus Sůsatiensis, tenore presentium publice profitemur, quod constituti coram nobis in figura iudicii Iohannes Luscus, opidanus Susatiensis, et Andreas, eius filius, protestati sunt et publice recognoverunt, quod monasterio in Arnesberg ex domo Dethmari de Ballene in parrochia sancti Pauli Susatiensi sita quatuor denariorum pensio ratione dimidii talenti cere perpetualiter sit solvenda. Quam pensionem mater predicti Iohannis Lusci, dum vixit, pro remedio anime sue contulit monasterio supradicto. Et in horum premissorum omnium testimonium et firmitatem perpetuam sigillum honorabilis viri domini nostri .. prepositi Susatiensis ad causas ad petitionem patris et filii predictorum presentibus duximus apponendum. Sigillum quoque honorabilis viri domini .. decani ecclesie Susatiensis, qui premissis interfuit, ad petitionem dictorum patris et filii et ad maiorem evidentiam omnium premissorum presentibus est appensum. Actum et datum presentibus Ludolfo, cantore, Winando de Sunhere, Conrado de Hustene, Wichmanno de Lůnen, canonicis Susatiensibus, Goswino, vicario Susatiensi, sacerdote, Radolfo de Lunen, Iohanne de Geseke, clerico, et aliis pluribus fidedignis feria secunda post Galli confessoris anno Domini M° CCC^mo undecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 89, Siegel ab; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 12, und Abschrift des 17. Jahrh, Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 321 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209), Bl. 222.

900

1311 Oktober 23

Edelherr Godfried von Rüdenberg bezeugt die Memorienstiftung des Wilhelm gen. Schekel und die Schenkung einer Rente von 30 Pfennigen an das Kloster Wedinghausen aus seinen Gütern zu Obereimer und die eines Hausplatzes beim Hospital der Klosterherren, wobei der jeweilige Pfarrer, der die Memorie zu halten hat, die Rente beziehen soll.

Nos Godefridus miles nobilis dictus de Růdenberg tenore presentium publice protestamur, quod Wilhelmus dictus Scekel divino instinctu monitus anime sue ac animabus patris et matris sue, Arnoldi scilicet et Gertrudis, consulere cupiens, presente ac consentiente Iutta, uxore sua, omnibus heredibus suis, sicut nomina tenent, ultimum suum coram nobis sic condidit testamentum: triginta videlicet denariorum redditus dedit ecclesie in Wedinchusen sub tali forma, ut quicumque habitaverit in bonis suis in superiori Embere sitis teneatur solvere decem et octo denarios eidem ecclesie singulis annis in die beati Seuerini, donec ab uxore sua aut suis heredibus predictis cum decem et octo solidis redimantur. Insuper idem Wilhelmus quandam aream parvam hospitali dominorum ecclesie dicte adiacentem duodecim denarios annuatim solventem ecclesie iam dicte legavit perpetuo possidendam; hoc tamen adiecto, quod quicumque pro tempore plebanus fuerit in Arnesberg, predictos triginta denarios tollet et exinde diem anniversarium ipsius Wilhelmi et parentum suorum predictorum sollempniter et devote agi providebit. Quia igitur hec salubris legatio et ordinatio coram nobis facta est, ad instantias partium Iutte ac heredum suorum predictorum, sigillum nostrum presenti pagine duximus apponendum. Et ad maiorem firmitatem omnium premissorum ad petitionem supradictorum sigillum venerabilis domini Gerhardi, prepositi in Wedinchusen, qui dicte legationi aderat, est appensum. Presentes

etiam erant Iohannes, plebanus in Arnesberg, Lambertus de Scedincke, Godefridus, filius noster, Hermannus et Lůdewicus, fratres Iutte supradicte, Gerhardus de Ardeyo et alii quam plures. Datum anno Domini M° CCC° undecimo, in die beati Seuerini episcopi et confessoris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 90, Siegel des Edelherrn Godfried von Rüdenberg (beschädigt, WS 27,7) und des Propstes von Wedinghausen (stark beschädigt, Bild: der Propst, das Meßopfer feiernd); Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 73; Druck: SUB II Nr. 545.

901

1311 Oktober 25

Propst Johannes von Werden überläßt seine Eigenhörige Christina von Flaesheim dem Kloster Flaesheim.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, Iohannes, prepositus Werdensis, salutem et cognoscere veritatem. Universitati vestre significamus tenore presencium puplice protestando, quod nos omne ius, quod nobis competit vel in futurum competere poterit de Cristina de Vlarsheym nobis pertinente iure proprietatis seu mancipii damus et relinquimus beate Marie virgini et sancte Katherine in Vlarsheym nichil nobis huiusmodi iuris penitus reservando. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum anno Domini M°CCC°XI°, ipso die sanctorum martirum Crispini et Crispiniani.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III 96 (Flaesheim), Siegel des Propstes abhängend.

902

1311 November 3

Jacob Fisch[1] bekennt vor den Baronen des Schatzamts, den Brüdern Detmar, Konrad und Hermann Klepping[2] 100 Pfund schuldig zu sein. Die Summe will er jährlich mit vier Pfund abtragen.

Iacobus Fisshe venit coram baronibus tertia die Novembris et recognovit se teneri Tedmaro Clippinges, Conrado Clippinges et Heremanno Clippinges in centum libris sterlingorum. De quibus solvet eisdem vel uni eorum ad festum sancti Michaelis proximo futurum quatuor libras et sic de anno ad annum ad eundem terminum quatuor libras, quousque centum libre predicte eisdem Tedmaro, Conrado, Heremanno vel uni eorum plenarie fuerint solute. Et nisi fecerit, concedit pro se, heredibus et executoribus suis, quod barones de scaccario de terris, tenementis, bonis et catallis suis ad quorumcumque manus devenerint, dictas quatuor libras annuatim fieri faciant.

Gleichzeitiger Eintrag, Public Record Office London, Queens Remembrancer M. R. Mich. 5 Edw. II. Recogn. rot 30; Wiedergabe nach Kunze, Hanseakten Nr. 45, S. 39.

[1]) Kaufmann von Lübeck; [2]) Kaufleute aus Dortmund.

903

1311 November 8

Die Brüder Nicolaus und Dietrich von Scivelburg verzichten als nächste Verwandte auf jeglichen Anspruch auf die Güter, die ihre Verwandte Clara dem Kloster Gevelsberg vermacht hat.

Universis presens scriptum visuris nos Nicolaus et Theodericus germani de Sciuelburg notum facimus, quod renuntiamus omni actioni et inquisitioni bonorum, que bone memorie Clara, nostra cognata, legavit

conventui in Geyuelberg, tamquam proximi predictorum bonorum heredes mediantibus nobili domina .. de Gelria, quondam comitissa de Monte, ac pluribus de sua familia. In cuius rei testimonium sigillum predicte domine .. comitisse huic scripto rogavimus apponi. Nos vero Elizabet de Gelria quondam comitissa de Monte ad preces predictorum Nicolai et Theoderici, fratrum, sigillum nostrum presenti scripto apposuimus in testimonium veritatis. Actum et datum anno Domini millesimo CCC° XI in festo beatorum Quatuor coronatorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg Urk. Nr. 20, Siegel der Gräfin Elisabeth (Teil abgebrochen, Bild: im Vierpaß ein mit einem gekrönten Löwen belegter Schild, Umschrift: S. ELI ... MITISSA DE MONTE*) abhängend; Rückvermerk (16. Jahrh.):* unwissend.

904

1311 November 8 Benninghausen

Bertradis, die Witwe des Hermann von Bettinghausen, gen. Lipperodesche, und ihre Kinder überlassen für ihr Seelenheil dem Kloster Liesborn zehn Morgen Ackerlandes in Bettinghausen[1], wobei von diesem Land zwei Morgen auf die von den Ausstellern dem Kloster geschuldete Pacht angerechnet werden sollen.

Universis presentes litteras visuris ac eciam audituris ego Bertradis, relicta quondam Hermanni de Bettinchusen, dicta Lipperodessche et heredes mei, scilicet Hermannus, filius meus, et filie mee Alegenteste et Alheidis notum facimus in hiis scriptis publice protestantes cum unanimi consensu et bona voluntate ob intuitum divine remuneracionis ac animarum nostrarum piam salutem et memoriam venerabili viro domino abbati ac conventui monasterii Lesbornensis decem iurnalia terre arabilis sita in Bettinchusen contulimus et assignavimus[a] libere ac perpetualiter possidenda, tali adiecta ordinacione, quod duo iurnalia ex antedictis decem pro pensione, que vulgo dicitur pach, quam eisdem viris religiosis dare consuevimus in Cathedra beati Petri, damus et assignamus, renunciantes omnibus exceptionibus et defensionibus, accionibus et impeticionibus iuris canonici et civilis, que nobis possent vel deberent aliqualiter suffragari in nobis vel nostris heredibus in iurnalibus antedictis. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis honestorum virorum prepositi in Benninchusen et Hunoldi militis de Plettenbracht et dicti Loyff militis, que presentibus ad peticionem nostram sunt appensa, dicto abbati et monasterio contulimus roboratas. Et nos antedicti recognoscimus ad peticionem dicte vidue et suorum heredum sigilla nostra presentibus appendisse. Datum anno Domini M° CCC° undecimo in Benninchusen, in octava Omnium sanctorum.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn) Bl. 36.

[a]) In der Vorlage „assignamus".
[1]) Südlich von Ostinghausen.

905

1311 November 11

Ritter Hermann von Lüdinghausen gen. Wulf verzichtet auf Vermittlung seines Onkels mütterlicherseits, Hunold von Plettenberg, und anderer zugunsten des Klosters Bredelar auf das Vergaberecht an den dem Kloster gehörenden Gütern bzw. dem Haupthof in Weslarn[1], auf das er aufgrund vorliegender Urkunden einen Anspruch zu haben glaubte.

Ego Hermannus de Ludinchusen miles cognomento Wlf presentibus et futuris hanc litteram inspecturis seu audituris cupio fore notum puplice protestando, quod strennuis viris et honestis domino Hunoldo avunculo meo de Plettenbracht, Hedenrico de Dusentscure, Alberto de Eruethe mediantibus omni iuri, quod ratione quarundarum litterarum videbar habere in locatione bonorum sive curtis religiosorum virorum .. abbatis et .. conventus in Breidelar in Weslere site renuntiavi pro me et pro meis heredibus universis et renuntio

per presentes. Super quo sigillum meum duxi hiis litteris in testimonium omnium apponendum. Datum in die Martini anno Domini M° CCC° XI°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Bredelar Urk. Nr. 154, Siegel ab; Druck: WUB IX Nr. 940; Regest: UB Bredelar Nr. 179 (vergl. die im Inhalt gleiche, im Text gering abweichende Urkunde von 1312 November 11 (WUB IX Nr. 1066).

[1]) Nordöstlich von Soest bzw. nördlich von Sassendorf.

906

1311 November 15

Engelbert Graf von der Mark erklärt, sein Burgmann in Blankenstein Burchard gen. von Elverfeldt besitze als Burgmannsgut den Zehnten zu Herbede[1], wofür er ihm 80 Mark vorgestreckt habe. Der Graf hat das Recht, den Zehnten für das Geld, für das Burchard sein Burglehen innehat, und für die 80 Mark wiedereinzulösen.

Nos Engelbertus comes de Marka universis praesentes literas visuris et audituris volumus esse notum, quod Burchardus dictus de Elverfelde, castellanus noster in Blanckensteyne, super decimam sitam Herbede, quam a nobis pro castellanatu optinet, nobis octoginta marcas bonorum denariorum Susaciorum accomodavit, sub tali conditione, quod nos et nostri haeredes dictam decimam a praefato Burchardo et suis heredibus reemere poterimus sive poterunt pro pecunia, pro qua ipsam optinet in castellanatu praedicto et pro octoginta marcis denariorum Susatiorum superius memoratis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus praesentibus apponi. Datum anno Domini MCCC undecimo, secunda feria post Martini. Supra scriptam scripturam superius approbamus. Datum ut supra.

Abschrift von 1724, StAM, Kriegs- und Domänenkammer Kleve Nr. 1 (Prozeß Belling ./. Elverfeldt), Bl. 57, dahinter deutsche Übersetzung; Druck: UB Elverfeldt Nr. 472, S. 136.

[1]) Zwischen Hattingen und Witten.

907

1311 November 18

Abt Embrico und der Konvent des Benediktinerklosters Deutz entlassen zugunsten der Äbtissin Alheidis und des Konvents des Zisterzienserinnenklosters Drolshagen, die von den Treuhändern der verstorbenen Brüder, der Ritter Adolph und Gottschalk von Winthovele, den Haupthof Ensen[1] gekauft haben, für eine Summe und bestimmte Abgaben den mit dem Haupthof verbundenen Zehnten aus ihrer Lehnsabhängigkeit.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Embrico Dei gratia abbas, Lambertus prior totusque conventus monasterii Tuiciensis ordinis sancti Benedicti Coloniensis diocesis notum facimus, quia religiosi domine Alleidis abbatissa totusque conventus monasterii de Droilshagen ordinis Cisterciensis Coloniensis diocesis emerunt sibi iuste et rationabiliter erga honestos viros Heydenricum de Erenhouen, Ludowicum de Lulstorp et Wilhelmum de Milenforst, milites, manufideles quondam Adolphi de Winthouele et Godescalci, fratris sui, militum, vendentes eisdem[a] abbatisse et conventui[b] curtim vocatam Eynse cum omnibus suis attinentiis, prout iacent in terra arabili, busto, pratis, censibus et aliis iuribus et petiis spectantibus ad eandem pro certa summa pecunie, quam ipsis manufidelibus dederunt et assignaverunt in parato, et in quam curtim pertinet decima tam in campis quam in aquis dicti loci situata et existens. Quam decimam dicti fratres de Winthouele a nobis in feodo tenebant. Et tenebant et habebant iure hereditario et perpetuo possidendam. Quod nos deliberatione prehabita ac utilitate monasterii nostri prepensata predictam decimam libertamus et liberam facimus ipsis abbatisse et conventui de feudo memorato pro certa summa pecunie, quam nobis specialiter propter hoc dederunt et pagaverunt. Unde concessimus eandem decimam pro libero allodio Berte,

filie Franconis de Waldenberg, moniali ibidem, suscipienti nomine monasterii sui predictam decimam ad habendam et tenendam perpetue et hereditarie tali modo, quod quolibet anno in festo beati Martini hiemalis de predicta decima unam marcam denariorum, sicut in curte de Eynse predicta pro censu dantur et recipiuntur a nobis, dabunt in nostrum monasterium annuatim et persolvent sine protractione. Et quandocumque contigerit personam, cui dictam decimam concessimus, mori vel resignare, extunc de devolutione, que nederval dicitur, sex solidos denariorum usualium in dicta curte et de requisitione concessionis, que gewerff vocatur, unam marcam dictorum denariorum nobis dabunt et pagabunt et non magis. Quando vero predicti abbatissa et conventus requisierint alicui persone de conventu suo, sive sit monialis sive frater, a nobis porrigi et concedi decimam memoratam, hoc ab alio omni onere, sicut predictum est, faciemus sine protractione libere et solute salvis nobis kurmedis, pensionibus, censibus et aliis iuribus, que nobis solvuntur de dicta curte in aliam curtim nostram de Eynse. Et tamen adiecto, quod predicti abbatissa et conventus de Droilshagen in signum libertationis huiusmodi feudi[c] singulis annis memoriam predictorum Adolphi et Godescalci fratrum, militum, in eorum monasterio facere debent, sicut est consuetum, renunciantes deceptioni non numerate, non tradite nobis pecunie, actioni in factum, beneficio doli mali et omnibus[d] iuris auxiliis tam canonici quam civilis, quod nobis contra premissa vel eorum aliquid posset et aliquatenus suffragari et deberet scilicet abbatissam et conventum impedire quoquo modo in toto vel in parte. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem rogavimus reverendum in Christo patrem ac dominum nostrum dominum Henricum Dei gratia sancte Colonienis ecclesie archiepiscopum, sacri imperii per Italiam archicancellarium, nobilem virum dominum Adolphum comitem de Monte, superiorem advocatum nostrum, de quorum scitu et consensu premissa acta sunt, ut sigilla sua ducerent presentibus appendenda. Nos vero Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus et Adolphus comes de Monte predicti premissis consensum adhibentes fatemur, quod ad preces abbatis et conventus monasterii Tuiciensis predictorum sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Actum presentibus Roperto de Siberg et Fleccone, militibus, manentibus in Tuicio, fidelibus nostris, qui etiam sigilla sua presentibus appenderunt in robur et testimonium premissorum, et datum anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, in octava beati Martini episcopi.

Abschrift des 15. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Abtei Deutz (Dep.), Rep. und Handschriften 1, Bl. 114; HStAD, Msc. A 23, S. 308; Regest: REK IV Nr. 678.

[a]) In der Vorlage „eiusdem"; [b]) in der Vorlage „conventus"; [c]) in der Vorlage „feudo"; [d]) in der Vorlage „omnium".
[1]) In Köln-Porz, vergl. Milz, Deutz, S. 256.

908

1311 November 24

Graf Engelbert von der Mark verspricht seiner Nichte Sophie, Tochter des Edelherrn Dietrich von Volmerstein, die von diesem von ihm zu Lehen getragenen Güter beim Heimfall der Lehen dem Gottfried, Sohn des Grafen Engelbert von Sayn, und seiner Nichte Sophie, zukommen zu lassen.

Wir Engelbracht grave zu der Marck etc. thun khund alle denn ihenenn, die diesenn gegenwertigenn briff ansehenn unnd horenn lesenn, das wir umb sunderliche liebe unnd gunst, die wir zu Sophienn, unnser nichten, habenn, die dochter ist hernn Diederichs herrenn zu Volmitzsteinn, in gudenn trewenn geloft habenn unnd geloben ubermitz diesem gegenwurtigem brieff vur unns und vor alle unnser erbenn, solch lehenn unnd gut, als der edelmann herr Dietrich, herre zu Volmitzstein, der vurgenant, vonn unns unnd unnsernn erbenn zu lehen habennde ist, so wannehe das verfelt von dem vorgenenten herrenn Dieterich, das wir das lehenn unnd gut lehenenn solenn unnd lehenenn ubermitz diesem gegenwurtigenn briff Godefride, sun hernn Engelprechts vonn Sayna, Sophienn, unnser nichtenn, der vurgenantenn unnd irenn erbenn zu rechten lehenn, und gelobenn in guttenn trewenn, sie in dem lehenn unns gut zu behalttenn nach aller unnser macht ann argelist. Das dis feste unnd stede sieg, so hebenn wir vurgenant graff Engelprecht diesenn briff besigelt

mit unnserem ingesigell. Dis geschach uff sanct Catherinen abennt, da mann zelt von Gottes gepurt dausennt iar dreyhundert iar unnd in dem eilfftenn iare.

Ausf., Perg., Fürstl. A Sayn-Wittgenstein zu Berleburg; Wiedergabe nach Abschrift des 16. Jahrh., Msc. A 24 (Homburger Kopiar) Bl. 596v.

909

1311 November 25

Adolf Graf von Berg verspricht, Godhart, dem Sohn des Herrn Engelbrecht von Sayn, und der Sophie, Tochter des Herrn Dietrich von Volmerstein, bei der Inbesitznahme und Behauptung der Burg und Herrschaft Volmarstein sowie aller dazugehörigen Güter behilflich zu sein.

Wir Adolff greve vonn dem Berge etc. thun kundt allenn denn ihenigenn, die diesenn brieff ansehenn unnd horenn lesenn, das wir umb sunderliche liebe und gunst, die wir zu Sophienn, unnser nichtenn habenn, dochter herrenn Dietrichs herrenn von Volmintzstein, in guten trewen gelobt habenn unnd gelobenn ubermits diesem gegenwurtigenn brieff vor unns unnd vur alle unnser erbenn Godharte, sonn hernn Engelprechts von Sayna hernn zu Vallendar, Sophiien der vorgenanten unnd irenn erben bey der burch zu Volmintsteine, herschafft, gude unnd alle dem, das darzu gehorig ist, behaltten soltten unnd im darzu helffenn solenn nach aller unnser macht unnd ohn argelist, da wirs mit eherenn thun mugen. Das dis vast unnd stede sey, so habenn wir diesenn vurgenant unnd gegenwurtigenn brieff besiglet mit unserem ingesigele. Dis geschach uff sanct Cathereynen dag ubermitz edeler leut, das seint her Dieterich, her Salentein, her Gerlach de proost zu Munster, hernn zue Isennburg, Godefridt von Seynn, her Christian vonn Selbach unnd vil annder erbar leut, da mann zelt von Gottes geburt dausent iar dreyhundert iar in dem elfftenn iare.

Ausf., Perg., Fürstl. A Sayn-Wittgenstein, Berleburg; Wiedergabe nach Abschrift des 16. Jahrh. in Msc. A 24 (Homburger Kopiar) Bl. 607.

910

1311 November 25

Albert von Kotthausen und seine Schwester Elisabeth überlassen für ihr und ihrer Eltern Seelenheil der Äbtissin und dem Konvent in Gevelsberg ihre Güter in Kotthausen[1]. Davon ausgenommen sind zwei Maltersaat, die der Bruder Johannes erhalten soll. Bei einem eventuellen Verkauf dieses Landes hat das Kloster ein Vorkaufsrecht. Das gleiche gilt bei einem Verkauf des Heiligen Landes.

Universis presens scriptum visuris vel audituris Albertus de Cothusen[a] salutem et cognoscere veritatem. Ad noticiam itaque tam futurorum quam presentium cupio pervenire, quod ego et soror mea Elyzabeth cum bona voluntate longa deliberatione prehabita cum consensu fratris mei Iohannis et uxoris eius Margarete[b] nec non suorum heredum dedimus et contulimus venerabilibus dominabus abbatisse et conventui in Gyuelberg bona nostra in Cothusen[c], sicut sita sunt in frondibus et cespitibus, pro redemio animarum nostrarum et parentum nostrorum, exceptis tueyn[d] maldersaden, que dedimus fratri nostro predicto et suis heredibus iure hereditario possidenda. Ipsi autem effestucaverunt et manumiserunt omnem nostram hereditatem conventui antedicto. Si autem fratrem nostrum memoratum exigente necessitate illa dicta tueyn[e] maldersat vendere oportuerit, predictus conventus, si voluerit, solvet. Similiter illa terra, que dicitur der Heiligen lant, si vendenda fuerit, nullus emere debet nec poterit extra scitum et voluntatem conventus antedicti. Cum autem ego et predicta soror mea E. viam universe carnis ingressi fuerimus, sepedictus conventus supradicto fratri nostro Io. dabit tres marcas monete tunc temporis in foro Suelme currentis, ita tamen, si ipsi fratri meo illam pecuniam in vita mea dare non potero. Si autem ei dedero vita comite, antedictus conventus post mortem meam nichil sibi dare tenebitur, sed omnia mea tam mobilia quam hereditatem pacifice et quiete in per-

petuum possidebit. Huic facto interfuerunt Iohannes op me Grauen, Euerardus van Linderhusen, Euerardus Faber, Thilmannus van Rosendale, Albertus van Rosendale, Leo van Cucucslo[f], Ludeke op me Berge[g], et alii plures. In huius rei testimonium sigillum domini Arnoldi, plebani in Suelme, presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo XI°, in die beate Katerine virginis et martiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg Nr. 21, Siegel ab; gleichzeitige Abschrift (B), Papier, unbesiegelt mit Textverlusten durch Löcher im Papier.

Abweichungen in B: [a]) Cothůsen; [b]) Methildis; [c]) Cothůsen; [d]) tuey; [e]) desgl.; [f]) Cucuslo; [g]) op me Grauen.
[1]) Südlich von Haßlinghausen in Linderhausen.

911

1311 November 27 Menden

Erenfried Quatterlant verspricht, in Zukunft gegenüber dem Kloster Welver keine Ansprüche mehr auf die Güter in Wierlauke[1] und den Zehnten zu Theiningsen[2] erheben zu wollen.

Omnibus presentia visuris ego Erenfridus Quatterlant notum facio publice protestando, quod communi assensu et bona voluntate omnium heredum meorum renunciavi et renuncio simpliciter presentibus omni impetitioni, quam feceram in venerabiles in Christo dominam .. abbatissam et communitatem conventus in Weluere super bonis in Wederlůke et decimis in Thedinchusen, ita sane, quod super huiusmodi bonis et decimis contra dictos dominam abbatissam et conventum ego et heredes mei quoquo modo in posterum non movebimus aliquam questionem. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Acta sunt hec in oppido Mendene anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, sabbato proximo post Katerine virginis, presentibus Theoderico, sacerdote, plebano in Dedelinchouen, Rudghero dicto Cale, milite, Goswino de Rodenberg, Lamberto de Hemstede, Goscalco de Ekenscede, Henrico Balke et Arnoldo, fratribus, ac Hermanno de Lancenzele pluribus quoque fide dignis.

Ausf., Perg., Kloster Welver Urk. Nr. 141, Siegel des Ausstellers (beschädigt, WS 200,4) abhängend.

[1]) Nördlich von Theiningsen; [2]) nordöstlich von Günne an der Möhne. Die Identifzierung ergibt sich aus der Nachbarschaft der beiden genannten Orte.

912

1311 Dezember 3

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren der Stadt Soest verkaufen die Eheleute Alexander und Elisabeth von Erwitte für 60 Mark dem Kloster Benninghausen ihre Güter zu Dincborgelo[1].

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Wichmannus de Hervorde et Godescalcus de Hunscheyde, magistri consulum, et totum consilium oppidi Susatensis ad noticiam veritatis in perpetuum recognoscimus et protestamur, quod ad nostram venientes presenciam Alexander de Eruethe et Elizabet, sua uxor, cum pueris suis Conrado et Bertradi recognoverunt publice protestantes, quod pro sexaginta marcis denariorum Susati usualium et bonorum sibi plene persolutis bona sua in Dincborghelo sita cum proprietate, agris, pratis, aquis, pascuis, nemoribus et universis eorundem bonorum attinenciis et iuribus rite et racionabiliter vendidissent religiosis personis domine .. abbatisse et conventui sanctimonialium de Benekinchusen nomine et iure propriorum bonorum perpetuo possidenda; renunciaveruntque iidem coniuges et pueri pro se et heredibus suis iam natis et per Dei graciam deinceps nascituris plane et expresse omni iuri, quod in dictis bonis habuerunt vel quod in ipsis vendicare possent in tempus quodlibet affuturum. Similem quoque renunciacionem fecerunt coram nobis Mechtildis, relicta Menrici de Dincborghelo, et Godescalcus, filius suus, de bonis prenotatis, petentes unanimiter, ut in testimonium contractus et renunciacionis predictorum oppidi nostri sigillum litteris presentibus apponere dignaremur. Nos igitur precibus ipsorum annuentes oppidi nostri

sigillum litteris presentibus apposuimus in testimonium et firmitatem perpetuam premissorum. Actum III° nonas Decembris anno Domini M° CCC^mo undecimo, presentibus Conrado Swelinc, Brunone de Bucge, Iohanne de Berghe, Theoderico de Capellis, Henrico de Honportin, Wernero Rufo, Sifrido de Piscina, Henrico de Aquis, Hermanno de Medebeke, Gerhardo de Ruden, Alberto de Hattorpe, Hermanno de Lake, Radolfo Dapifero, Iohanne Molendino, Godescalco de Palsole, Hermanno, monetario, et toto consilio oppidi nostri prenominati. Item presentibus viro nobili domino Godefrido de Ruddenberge, Henrico de Heringin, Bertoldo de Herborne, Alberto de Eruethe, Arnoldo de Schottin et pluribus aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 116, Siegel der Stadt Soest (beschädigt, WS 76,1) mit Rücksiegel (WS 89,2) und des Alexander von Erwitte (im Bild: rechtsgewendeter geflügelter Löwe) abhängend; Rückvermerke: 1. (15. Jahrh..) Dyncborgelo, *2. (17. Jahrh.)* ... bonorum Dingberloh itzo Thieman.

[1]) Siedlung bei Schmerlecke, später mit diesem Ort vereinigt (vergl. Schelhasse, Benninghausen S. 124 sowie Urk. von 1314 August 25).

913

1311 Dezember 17

Edelherr Conrad von Rüdenberg schenkt seinem Verwandten und Freund Ludwig Grafen von Arnsberg die vom Kölner Erzbischof zu Lehen getragene Freigrafschaft bei Stockum.

Nos Conradus vir nobilis dictus de Růdenberg recognoscimus et protestamur presencium inspectoribus seu auditoribus universis, quod de bona voluntate .. domine uxoris nostre legitime et Conradi, filii nostri, ac omnium heredum nostrorum pleno de consensu liberam comiciam nostram apud Stochem, quam a venerabili patre .. domino archiepiscopo Coloniensi tenemus in feodo, cum omnibus iuribus suis et attinenciis nobili viro Ludewico domino comiti de Arnesberg, consanguineo nostro dilecto, et suis legitimis heredibus favore consanguinitatis et specialis amicicie, qua ipsos amplectimur, intuitu damus et tradimus libere[a] et absolute hereditario iure possidendam. Preterea firmiter et bona fide promittimus per presentes, quod, quandocumque predictus dominus comes a .. prefato domino archiepiscopo impetrare potuerit, ut eandem sibi porrigat comiciam, nos et filius noster predictus sine aliqua contradictione resignabimus eandem petentes, ut sibi porrigat eam, et fideliter exorantes. Ne igitur liberam huiusmodi donationem nostram aliquis contradicere valeat vel presumat, presentem literam super hiis conscriptam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Ego vero, Conradus predictus, quia proprio careo sigillo, universa et singula sub attestatione sigilli dilecti patris mei huic litere appensi firma protestor esse atque vera. Datum anno Domini M°C°C°C° undecimo, feria sexta post festum Lucie virginis.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 1/858, Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh. in StAM Msc. VI 109a (Kopiar der Grafen von Arnsberg) Bl. 5; Abschrift des 15. Jahrh., desgl. in Msc. VI 109b, Bl. 14v; Abschrift des 18. Jahrh. nach den Farragines Gelenii (Hist. A der Stadt Köln III, S. 157); Regest: REK IV Nr. 681; Druck: Kindlinger, Münst. Beiträge III Nr. 111, S. 291 (nach Abschrift des 18. Jahrh.).

[a]) Loch im Pergament.

914

1311 Dezember 17 Vienne

Papst Clemens (V.) fordert den Domdechanten zu Münster auf, dem Stift St. Walburgis vor Soest die Güter wieder zu verschaffen, die zum Schaden für das Stift im Laufe der Zeit an Kleriker und Laien auf Lebenszeit, für eine längere Frist oder für immer, zum Teil nach Vorlage päpstlicher Urkunden, vergeben wurden.

Clemens episcopus servus servorum Dei dilecto filio decano ecclesie Monasteriensis salutem et Apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti in Christo filie priorissa et conventus monasterii sancte Walburgis extra muros Sosatienses per priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini Coloniensis diocesis quam ille, que in dicto monasterio precesserunt, easdem decimas, terras, domos, possessiones, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, redditus, iura, iurisdictiones et quedam alia bona ipsius monasterii datis super hoc literis confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renuntiationibus et penis adiectis in gravem eiusdem monasterii et non modicam lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero vero ad non modicum tempus et aliis ad firmam vel sub censu annuo concesserint, quorum aliqui super his confirmationis literas in forma communi a sede Apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea, que de bonis ipsius monasterii per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus literis, instrumentis, iuramentis, renuntiationibus, penis et confirmationibus supradictis ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictiones per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Vienne XVI kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Stifts St. Walburgis Soest) Bl. 5v der 2. Zählung; Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 346; vergl. desgl. II Nr. 2388.

915

1311 Dezember 18 Vienne

Papst Clemens (V.) erlaubt dem Abt[1] und Konvent des Prämonstratenserklosters sowie allen Äbten, Pröpsten und Priorinnen dieses Ordens, daß ihre Kanoniker die ererbten oder sonst an sie gefallenen Güter wie weltliche Personen annehmen und behalten dürfen.

Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et conventui monasterii Premonstratensis ac universis abbatibus, prepositis, priorissis etc. salutem et Apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus inclinati presentium vobis auctoritate concedimus, ut possessiones, bona paterna ad vos devoluta possitis accipere, ac si essetis in seculo, etiam alia bona mobilia et immobilia, que liberas[a] personas canonicorum vestrorum ordinis Premonstratensis mundi relicta vanitate convolantium et professionem facientium in eodem iure successionis vel alio iusto titulo, si mansissent[b] in seculo, contigissent et que ipsi potuissent aliis libere erogare valeatis petere[c], recipere ac etiam retinere sine iuris preiudicio alicuius. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Vienne XV kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. I 208 (Kopiar des Klosters Rumbeck), Bl. 41 (bzw. 42); als Überschrift: Erbe oder gouder zo besytten, dy unter dem orden Premonstratensis erhalden werden*; Nachsatz:* idem a papa Clemente sexto habemus pheudalibus dumtaxat exceptis.

[a]) In der Vorlage „liberare", hier verbessert in „liberas" nach dem Parallelbeispiel von Sauerland, Vat. Regesten I Nr. 349; [b]) in der Vorlage „mansisent"; [c]) über der Zeile nachgetragen.

[1]) Name des Klosters nicht genannt. Das Kloster Wedinghausen wurde durch Pröpste geleitet.

916

1311 Dezember 22

Der Knappe Antonius gen. Wrede überläßt der Äbtissin zu Benninghausen seinen Eigenhörigen Hermann.

Universis presentia visuris et audituris ego Antonius dictus Wrede, famulus, cupio notum esse publice protestando, quod ego de bona voluntate et consensu .. uxoris mee legitime, Antonii, Bernhardi, filiorum meorum, et omnium heredum meorum legitimorum vendidi ac iusto venditionis titulo trado et assigno in hiis scriptis quendam Hermannum, servum meum, mihi et meis heredibus pleno iure attinentem religiose domine .. abbatisse et conventui ecclesie de Benekinchusen eo iure, quo mihi attinebat, perpetuo possidendum; manumittimus eundum nomine proprio et dictorum heredum meorum et renuntians in hiis scriptis omni iuri, quod mihi et meis heredibus competere videbatur in eodem presentium testimonio literarum sigillo meo sigillatarum. Actum et datum anno Domini M°CCC° undecimo, in crastino beati Thome apostoli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 117, Siegel des Ausstellers (WS 190,5) anhängend (unterer Teil abgebrochen).

917

1311 (1312)[1] Dezember 27

Gerhard Graf von Jülich erkennt an, daß die Güter zu Garzweiler, deren Eigentumsrecht der Graf von der Mark dem Kloster Gladbach[2] im Tausch übertragen hat, dem Grafen von der Mark zur Zeit des Tauschs voll gehörten. Er weist seine Amtsleute an, wegen dieses Tauschs das Kloster nicht zu bedrängen.

Nos Gerardus comes Iuliacensis universis presencia visuris et audituris notum facimus protestantes, quod bona in Gartzwilre, quorum dominium nobilis vir comes de Marka in viros religiosos .. abbatem et .. conventum monasterii in Gladbach titulo permutationis transtulit, ad ipsum .. comitem et eius .. uxorem et ad nullum alterum pleno iure dicte permutationis tempore pertinebant, volentes propter hoc, ut .. officiati nostri dicto monasterio occasione permutationis bonorum eorundem nullam iniuriam inferri permittant. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo CCC^mo^ duodecimo, in die beati Iohannis apostoli.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Gladbach Urk. Nr. 59a, Siegel des Grafen Gerard von Jülich (beschädigt) anhängend.

[1]) Bei dem in der Kölner Kirchenprovinz gültigen Jahresbeginn zu Weihnachten das angegebene Jahr 1312 nach heutiger Zählung noch 1311; [2]) Benediktinerkloster in Mönchen-Gladbach.

918

1311 Dezember 29[1]

Der Dechant Johannes und das Kapitel des Stifts Mariengraden in Köln übertragen erblich Heinrich, dem Sohn des † Hermann von Ostentrop, den großen und schmalen Zehnten zu Ostentrop[2] für eine Pacht von vier Schillingen, die jährlich zu Elspe an den Dechanten bzw. seinen Boten zu entrichten sind, und für eine Zehntlöse von zwei Schillingen, die wie bisher an den Amtmann des Stifts bei Elspe zu zahlen sind. Bei dem Übergang des Zehnten an einen Erben sind (einmalig) vier Schillinge zu geben.

Universis presentes litteras inspecturis Iohannes Dei gratia decanus totumque .. capitulum ecclesie sancte Marie ad gradus Coloniensis salutem et cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod nos decimam nostram in Oysterendorp iacentem sive sitam maiorem et minutam, prout ad nos pertinet et dinoscitur pertinere, concessimus et concedimus per presentes Henrico, nato quondam Hermanni de Oysterendorp, et eius .. heredibus iure hereditario ab ecclesia nostra predicta tenendam et possidendam in pensione quatuor solidorum Attindernensis monete bonorum et legalium nobis .. decano vel nostro certo nuncio in villa Elsepe singulis annis in die beati Iacobi apostoli assignandorum, ita tamen quod dicta decima integra et indivisa ad unum heredum suorum descendat hoc excepto, quod idem Henricus vel sui .. heredes persolvant singulis annis duos solidos, qui cedelose[a] vocantur, nostro apud Elsepe officiato, sicut hucusque persolverunt,

item manus manui succedens nobis .. decano vel nostro .. successori quatuor solidos monete predicte pro iure, quod vorhůre dicitur, persolvet, quibus persolutis dicte manui eandem decimam eo iure, quo antecedens eam tenebat, nos vel .. successor noster, qui pro tempore fuerit, eidem concedemus. In cuius rei testimonium sigillum ecclesie nostre ad causas presentibus duximus appendendum. Datum anno Domini millesimo CCC^{mo} duodecimo, in crastino beatorum Innocentium.

Ausf. Perg., StAM, Grafschaft Rietberg Urk. Nr. 19, Siegel des Stifts Mariengraden (Rhein. Siegel IV, 12 Nr. 6) abhängend (am Rande leicht beschädigt); Regest: Heimatstimmen aus dem Kreise Olpe 5, 1950, S. 315.

[s]) Eigentlich „cendelose".
[1]) Aufgrund des Jahresbeginns zu Weihnachten; 2) östlich von Schönholthausen.

919

[vor 1312][1] Stromberg

Vor den Edelherren Godfried von Rüdenberg und Hermann, Burggraf, verzichten die Brüder Godfried[2] und Konrad, die Söhne des Gerhard gen. Quidele, auf alle Ansprüche auf die Güter in Schwefe. Sie hatten diese erhoben, weil sie beim Abschluß des Vertrages nicht zugegen gewesen waren.

Universis ac singulis presens scriptum inspecturis seu audituris nobiles viri Godefridus de Rudenberg et Hermannus borchgravius testimonium veritatis. In tempore facta sepius cum tempore dilabuntur, nisi litteris et testibus solidentur. Declaramus igitur publice in hoc scripto, quod, cum controversia quedam inter religiosas personas monasterii de Paradyso ex parte una et Goscalcum et Conradum, filios Gerhardi dicti Quidele, ex altera aliquamdiu verteretur super quibusdam bonis sitis in Sueue, in quorum contractu ipsi non interfuissent, et, si quid eis iuris in predictis bonis competere videbatur, non resignassent. Tandem predicti fratres ad nostram presentiam et proborum virorum Lůtberti et Conradi de Auenstrot, militum, in Stromberg venientes omni impetitioni, quam moverant sive movere intendebant, predicto monasterio de plano abrenuntiaverunt, ita quod nec ipsi nec heredes aut coheredes ipsorum quicquam iuris in perpetuum habere poterunt in premissis, petentes predictam suam abrenuntiationem litteris et sigillis nostris et Lůtberti et Conradi de Auenstrot, militum, confirmari. Nos itaque paci utrobique studentes presens scriptum supradicto monasterio contulimus nostris sigillis roboratum in testimonium perpetue firmitatis. Huic compositioni interfuerunt dominus Symon in Bilehem, Conradus, vrigegreve, Winandus Hiket et alii plures fide digni.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6107 (Kopiar des Klosters Paradies), S. 40.

[1]) Zum zeitlichen Ansatz vergl. Urkunde von 1312 Februar 13; [2]) in der Vorlage „Goscalcus", in der Überschrift jedoch: Item de Godefridi dicti Quidele, desgl. Godfried in der Urkunden von 1312 Februar 13.

920

1312

Der Kölner Erzbischof Heinrich baut die vom Grafen Engelbert von der Mark zerstörte Burg Fürstenberg wieder auf. Am Tag vor Ostern brennt ein großer Teil der Stadt Köln nieder.

Henricus archiepiscopus Coloniensis castrum Fürstenberg restauravit, quod praeterito anno Engelbertus comes de Marcka destruxerat[1]. Tunc in vigilia Paschae magna pars Coloniae comburitur.

Stangefol, Annales Circuli Westphalici, S. 405.

[1]) Bei Levold von Northof wird über das Geschehen mit Datum von 13. April 1313 berichtet.

921

[1312]

*Rechtsbelehrung der Stadt Dortmund für die Stadt Warburg (*Ius conscriptum a civitate Tremoniense*): Erbrecht einer Frau beim Eingehen einer zweiten Ehe nach dem Tode des ersten Mannes.*

Vermerk auf einer freien Stelle der Ratsatzung der Stadt Warburg; Druck: INA Warburg IV 1, S. 41, Nr. 34; WUB IX Nr. 954.

922

1312

Herzog Rudolf von Sachsen gibt seine Zustimmung zur Schenkung der Vogtei des Stifts Essen und der Rückgabe des Oberhofes Brackel durch König Heinrich (VII.) an den Erzbischof Heinrich von Köln.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Rodolphus Dei gratia Saxonie dux notum facimus, quod cum serenissimus dominus noster dominus Henricus Romanorum rex semper augustus venerabilem in Christo patrem Henricum, Coloniensem archiepiscopum, et quemlibet pro tempore existentem nostro aliorumque conprincipum nostrorum ad id consensum accedente ad tollendam turbationem odiosam super advocatia Assindensi pluribus annis inter Coloniensem et Assindensem ecclesias non absque gravi utriusque ecclesie dampno diutius agitatam eidem ecclesie Assindensi in advocatum perpetuum prefecerit seu advocatiam Assindensem ipsi archiepiscopo Coloniensi et ecclesie sue donaverit et eam in eos transtulerit perpetuo ex plenitudine regie potestatis nec non curtem in Brakele ex donatione regali Coloniensi ecclesie attinentem et ab eadem aliquo tempore alienatam restituerit archiepiscopo et ecclesie memoratis, prout in litteris ipsius domini nostri super hiis confectis plenius continetur. Nos ad dicti domini nostri requisitionem, ut de consensu nostro liqueat in hac parte concessioni seu donationi advocatie Assindensis predicte, restitutioni curtis in Brakele Colonienssi archiepiscopo et ecclesie sue predictis per prefatum dominum nostrum regem factis secundum formam litterarum ipsius domini nostri regis super premissis, ut predicitur, confectarum expressum nostrum consensum presentibus adhibemus, dantes has litteras nostro sigillo pendenti sigillatas in testimonium super eo. Datum anno Domini M° MCCC^mo^ duodecimo.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Nr. 1/868, Rest des Reitersiegels abhängend; Abschrift des 14. Jahrh. in StAM, Msc I 178 (Liber privilegiorum ecclesiae Coloniensis), Bl. 104; Regest: REK IV Nr. 717.

923

1312

Ritter Gerlach von Luttelnau verkauft dem Konvent in Gevelsberg besätes Ackerland beim Dorf Langendreer in der Nähe der Güter des Klosters. Die Güter gehörten früher dem Arnold Oberbeck[1]. Der Verkäufer hat sie erhalten, als bei einem Verkauf an das Kloster der Wert der verkauften Güter den gezahlten Kaufpreis überstieg.

Que aguntur in tempore, de facili evanescunt cum tempore et de gestis hominum etiam de facili emergit dura calumpnia, nisi oblivio rerum per scripti memoriam auferatur. Notum sit igitur universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, quod ego Gerlacus miles dictus de Luttellenowe una cum consensu uxoris mee Margarete nec non filiorum meorum Gerlaci, Hinrici et Luberti ceterorumque heredum meorum vendidi conventui de Gyuelberg terras seminatas adiacentes ville Drere et bonis eiusdem monasterii attinentes pro sex marcis Susaciensium denariorum et, cum predicte terre prius attinerent bonis Arnoldi super Amne, dum igitur venditionem feci predicto monasterio de bonis meis[a] in Drere per concambium ac cepi prememoratas terras ut bona, que vendidi, non demembrarentur, quia predicta bona mea meliora fuerunt

quam summa pecunie, que mihi dabatur. Nunc vero sepedictas terras iterato vendidi predicto claustro heredibus meis in figura iudicii bono testimonio manu mittentibus. Et ne venditionem istam postmodum alicuius impediat calumpnia, presentem paginam feci conscribi et sigilli mei firmatione communiri. Testes huius venditionis[b] sunt Hermannus, famulus meus, Hinricus, scultetus meus in deme Suthoue, Wernerus de Drere, Albertus de Werne, Arnoldus up der Bec et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M° CCC° duodecimo.

Ausf., Perg., Pfarr A Gevelsberg, Siegel ab; Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. VII 6106 (Kopiar des Klosters Gevelsberg) Nr. 68.

[a]) In der Vorlage „meoris", das „o" durch Unterpunktieren getilgt; [b]) in der Vorlage „vendionis".
[1]) Schulte Överbeck (vergl. Timm, Kataster der Grafschaft Mark, 1705, S. 152, Nr. 2735).

924

1312

Dietrich von Hengstey gibt Goswin von Altenvoerde frei. Dieser hat das Eigentumsrecht an seinen Gütern in Altenvoerde[1] an Äbtissin und Konvent des Klosters Gevelsberg verkauft und sich selber dem Kloster als Wachszinsiger übergeben.

Universis presens scriptum visuris et audituris The. de Heymsteden salutem et cognoscere veritatem. Ad noticiam itaque tam futurorum quam presencium cupio pervenire, quod ego et uxor mea cum consensu et voluntate omnium heredum meorum Gozwinum dictum de Aldenvůrde ab omni iure et servicio, quo nobis attinebat, liberum dimittimus et absolutum quocumque voluerit divertendi. Ego vero Go. tenore presencium protestor me proprietatem bonorum meorum in Aldenvůrde sitorum venerabili dominabus abbatisse et conventui de Gyuelberg vendidisse et effestucavisse meque personaliter eisdem iure cerocensuali tradidisse ipsis singulis annis pro censu capitis dimidium talentum cere daturum. Cum autem viam universe carnis ingressus fuero, superior vestis mea dabitur conventui memorato. Quicumque autem post obitum meum dicta bona possessurus erit, suscipiet ea ab antedicto conventu, tres solidos denariorum legalium et bonorum ipsi[a] conventui pro emergenciis et accidenciis daturus. Insuper vendidi sepedicto conventui de dictis bonis meis in Aldenvůrde duos solidos denariorum pro tempore currencium singulis annis in festo beati Martini hyemalis in perpetuum solvendos. Huic facto interfuerunt Gerardus de Hůrde, Gerlacus de Linnebike, Hermannus dictus Pape, Hinricus de frigreve et frater eius Gerwinus, Hinricus de Noua Loy et alii quam plures. In huius rei testimonium, quia proprio sigillo careo, appensum est sigillum domini Luperti militis de Vitinchouen una cum sigillo domini Gerlaci militis de Lutlenhawe. Datum anno Domini M° CCC° duodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg Urk. Nr. 24, Siegel des Lupert von Vittinghoff (WS 205, 2) und des Gerlach von Lüttelnau (Bild: Rautenkreuz mit Stern im rechten Obereck) an weißen Hanffäden anhängend; Rückvermerk (16. Jahrh.): van Aldenvurde II s geldes; *Abschrift des 15. Jahrh. in Msc. VII 6106 (Kopiar des Klosters Gevelsberg) Nr. 53; Druck: WZ 71 II, 1913, S. 45.*

[a]) In der Vorlage „ipso".
[1]) Östlich von Ennepetal.

925

1312 Januar 13 Vienne

Papst Clemens (V.) nimmt das Stift St. Walburgis vor Soest in seinen Schutz.

Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus, priorisse et conventui monasterii sancte Walburgis extra muros Susatienses per priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini Coloniensis diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam

vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filie[a], vestris iustis postulationibus grato occurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino obsequio mancipate[b], cum omnibus bonis, que in presenti rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem domos, terras, possessiones et alia bona vestra, sicut ea iuste et pacifice possidetis, vobis et monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quid autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Vienne idus Ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Stifts St. Walburgis Soest), Bl. 41 der 2. Zählung.

[a]) In der Vorlage „filii"; [b]) in der Vorlage „mancipati".

926

1312 Januar 13

Der Werler Bürger Wilhelm, Sohn des † Johann Scelen, und Elisabeth, die Frau des Johann und Stiefmutter des Wilhelm, verkaufen dem Konvent zu Welver Renten, und zwar Wilhelm vier Schillinge aus seinem Haus vor dem Büdericher Tor, Elisabeth einen Schilling aus ihrem beim Haus des Wilhelm gelegenen Haus.

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris ego Wilhelmus, filius quondam Iohannis dicti Scelen, civis Werlensis, et ego Elyzabeth, uxor dicti Iohannis et noverca dicti Wilhelmi, notum facimus presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate et consensu omnium heredum nostrorum iusto venditionis titulo vendidimus annuatim .. conventui et ecclesie in Weluereborich, ego Wilhelmus videlicet ex domo mea sita in Werle ante portam dictam vulgariter Boderike porte quatuor solidos, et ego dicta Elyzabeth unum solidum ex domo mea sita iuxta dictam domum semper dandos in octava Epyfanie Domini iure hereditario libere et quiete ac[a] perpetue possidendos. In cuius rei firmum testimonium et evidens sigillum coopidanorum et concivium nostrorum presentibus est appensum, ne aliqua cavillatio de cetero vel contradictio in premissis oriatur. Presentes erant, dum hec agerentur, Iohannes dictus Scolere, Hinricus dictus Prosekese, proconsules, Euerhardus Kepeke, Theodericus Kruse, Herbordus dictus Gyr, Erenfridus dictus Hottere, Gerhardus Menrikes, Arnoldus Knopeke, Hunoldus Scelp, Gotfridus sutor, Thomas in Atrio, Conradus ante Portam et alii plures viri fide digni. Datum anno Domini M° CCC° duodecimo, in octava Epyfania Domini prenarrata.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 143, Siegel ab.

[a]) Über der Zeile eingefügt.

927

1312 Januar 14 Vienne

Papst Clemens (V.) bestätigt dem Propst, Dechant und Kapitel des Stifts Meschede alle Freiheiten und Privilegien.

Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis filiis .. preposito, .. decano et capitulo ecclesie Meschedensis Coloniensis diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia seu alias indulgentias vobis et ecclesie vestre concessis nec non libertates et exemptiones secularium exactio-

num a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et ecclesie predicte indultis, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem eclesie auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Vienne XVIII kalendas Februarii, pontificatus nostri anno septimo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 38, Bleibulle des Papstes Clemens anhängend, im Umbug: B. Romanus*; Rückvermerk (14. Jahrh.):* Suederus *und* confirmatio pape Clementis secundi *...(irrtümlich statt „quinti"); Abschrift des 18.-19. Jahrh. in Msc. VII 5705; Abschrift des 19. Jahrh., Msc. VII 5758, Bl. 13; Druck (Regest): Vatikan. Regesten I Nr. 348.*

928

1312 Januar 18

Wenemar, Verwalter des Oberhofs Gahmen[1], überläßt die bisher als Eigenhörige zum Oberhof gehörenden Brüder Johannes und Albert, die Söhne eines gewissen Hovemann, dem Propst und dem Konvent des Klosters Cappenberg.

Nos Wenemarus, provisor curie de Gamene, presentibus recognoscimus protestantes, quod pro quatuor marcis denariorum Monasteriensium ex integro nobis solutis Iohannem et Albertum, fratres, filios cuiusdam dicti Houeman, ab omni iure, quo ad curiam nostram de Gamene astricti fuerant, exemimus et in hiis scriptis cum consensu omnium, quorum ad hoc consensus fuerat necessarius, eximimus, dantes ipsos ecclesie Kapenbergensi ad ius, quo dominus prepositus et celerarius ibidem eosdem voluerit confovere. Datum in die beate Prisce virginis anno Domini M° CCC° XII°.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg Urk. Nr. 188, vom abhängenden Siegel nur Mittelstück erhalten (Bild: Figur mit Kreuz auf der Brust).

[1]) Südlich von Lünen im Kirchspiel Brechten.

929

1312 Febuar 2

Im Streit zwischen dem Ritter Gerlach von Lüttelnau und Dietrich von Westrem wegen der Güter im Dorf Langendreer, die Gerlach dem Kloster Gevelsberg als Eigengut verkauft hat, bei denen aber Dietrich wollte, daß sie Gerlach von ihm zu Lehen tragen sollte, einigt man sich in der Weise, daß Gerlach im Tausch Dietrich das Eigentumsrecht an Gütern in Rechen[1] überläßt, womit das Kloster von allen feindlichen Bedrängungen befreit sein soll.

Universis presencia visuris et audituris notum sit, quod super dissentione dicordia orta inter Gerlacum de Lutelnowe, militem, ex parte una et Theodericum de Westerheym ex altera parte super bonis sitis in villa Drere venditis ab eodem Gerlaco, milite, sanctimonialibus in Gheuelberghe pro liberis et propriis, que dictus Th. de Westerheym ab ipso in feodo teneri volebat, amicabilis composicio ordinata est in hunc modum, quod dictus G. de Lutelnowe, miles, ac sui heredes proprietatem bonorum sitorum[a] in Rechene pro proprietate bonorum predictorum in villa Drere predicto Th. de Westerheym ac suis heredibus dederunt iusta et equa permutacione, ita quod sepedicte sanctimoniales in Gheuelberghe a prefato Th. de Westerheym ac eius heredibus de bonis prefatis amplius nullam infestacionem habebunt. In cuius rei testimonium nos G. predictus presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Et in maiorem securitatem nos Gerlacus predictus et ego Th. de Westerheym sigilla honorabilium virorum Th. de Letene, Gyselberti Speke, militum, et Eilhardi, pastoris ecclesie in Parua Tremonia, petivimus apponi in testimonium huic scripto. Presentes erant Th.

de Råde, sacerdos, Th. Nortkerke, Iohannes Houelacker, Iohannes de Ickinchusen. Datum anno Domini M^mo CCC^mo duodecimo, ipso die Purificacionis beate Marie.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg Urk. Nr. 22, Siegel ab, Rückvermerke: 1. (16. Jahrh.) van Westerheim to Langendreyre, *2. (15. Jahrh.):* dese brieff spricht, woe dat her Gerlaic van Lutelnowe, ridder, vercofft heff dat guedt to Langendreyr unde Dederich van Westerheym dat vorschreven guedt nen heff gesperneten.

[a]) In der Vorlage „bonarum sitarum".
[1]) Südlich von Bochum.

930

1312 Februar 3

Vor dem Edelherrn Godfried von Rüdenberg verkaufen Lubert Lazarus und seine Frau Jutta dem Kloster Welver einen Kotten mit dem dazugehörenden Grundstück nebst drei Morgen Landes, gelegen am Hundsteich[1] und ein Stück Busch in der dortigen Mark. Da dem Edelherrn aus diesem Kotten aufgrund seiner (Frei)grafschaft ein Zins von 12 Pfennigen zusteht, genannt Kammerschuld, weisen ihm zwei als Provisoren wirkende Konversen des Klosters diese Rente aus anderen Klostergütern an. Der Edelherr verkauft dem Kloster (das Eigentumsrecht) an dem Kotten.

Nos Godefridus nobilis dictus de Ruddenberg universis presentes litteras visuris et audituris notum fore cupimus et protestamur, quod ad presentiam nostram venientes Lubertus Lazarus, Iuttha, uxor sua, et Radolfus ac Heleke, eorum pueri, publice recognoverunt, quod pro certa pecunie summa sibi plene persoluta legitime vendidisse domine .. abbatisse et conventui sanctimonialium monasterii Weluerensis casam unam cum fundo case et tribus iugeribus agrorum sitis super loco dicto Hundisdike et unam virgam nemoris[a] in marka ibidem ad eandem casam pertinentibus perpetuo possidenda. Quia tamen ratione comitie nostre de eadem casa solvebatur nobis annuatim pensio duodecim denariorum, que camerschult appellatur, frater Hermannus et frater Iohannes de Berwic, conversi de dicto monasterio, eiusdem monasterii provisores, nobis dictam pensionem duodecim denariorum a bonis aliis dicto monasterio pertinentibus tollendam demonstrarunt. Nos etiam dominus Godefridus predictus casam nostram in predicto loco Hundesdike sitam pro certa pecunie summa nobis plene soluta eidem monasterio vendidimus perpetuo possidendam. Et hec omnia fecimus de domine Palmanie, uxoris nostre, Conradi, Godefridi et aliorum liberorum et heredum nostrorum bona voluntate dedimusque eisdem domine abbatisse et conventui presentes literas nostro sigillo sigillatas in testimonium et firmitatem premissorum. Actum in crastino Purificationis beate Marie virginis anno Domini M° CCC^mo duodecimo, presentibus magistro Arnoldo, notario oppidi Susatiensis, Waltero, famulo nostro, Iohanne Muschin et aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 144, Siegel des Edelherrn (gut erhalten, WS 27,7) anhängend.

[a]) Das „s" aus „b" korrigiert.
[1]) Vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I S. 151, Nr. 16.

931

1312 Februar 13

Godfried gen. Quidele erklärt, er und sein † Bruder Konrad hätten mit den Nonnen des Klosters Paradies wegen der Güter zu Schwefe, die Hermann gen. Unna bebaut, gestritten. Dieser Streit habe lange Zeit geruht, sei aber schließlich von ihm, Godfried, wieder aufgenommen worden. Auf den Rat seiner Freunde verzichtet er nun gegen Empfang von zwei Mark auf alle Ansprüche.

Universis ac singulis presentes litteras visuris et audituris ego Godefridus dictus Quidele ad notitiam veritatis in perpetuum protestor, quod licet questio, que inter religiosas personas monasterii de Paradyso ex una parte et Conradum, fratrem meum bone memorie, ac me ex parte altera de bonis in villa Sweue sitis, que Hermannus dictus Vnna colit, vertebatur diu, sopita et exstincta, ego tamen de novo ratione dictorum bonorum contra dictum monasterium suscitavi actionem. Sed tandem ex iussu et hortatu amicorum meorum recepi a dicto monasterio duas marcas legalium denariorum in presentia domini Conradi militis de Auenstrot, Ottonis de Sendena, Adolfi Safenberg, militum, Adolfi de Ostenuelde, Hugonis Fraubalch, famulorum, et multorum aliorum fide dignorum plane et expresse renuntiavi et in hiis scriptis renuntio omni iuri, si quid michi et meis heredibus iam natis vel deinceps nascendis in prefatis bonis competebat vel vendicare possemus in tempus quodlibet affuturum. Et quia sigillum proprium non habeo, effeci, quod dominus Conradus predictus ad preces meas sigillum suum literis presentibus apposuit in testimonium et firmitatem perpetuam premissorum. Datum anno Domini M°CCC°XII, in dominica, qua cantatur Invocavit.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6107 (Kopiar des Klosters Paradies), S. 40.

932

1312 Februar 18 Warendorf

In der gewalttätigen Auseinandersetzung zwischen Engelbert Bischof von Osnabrück, dem Bistum Osnabrück, dem Grafen Otto von Tecklenburg und ihren Helfern auf der einen Seite mit dem Ritter Friedrich gen. Post, seinen Brüdern und Helfern auf der anderen Seite verkünden als Schlichter der Ritter Johann von Plettenberg, Marschall von Westfalen, Gottschalk gen. Dücker, Ludolf gen. Hake und Baldewin von Varendorpe folgenden Spruch: Der Bischof und das Bistum haben dem Ritter Post zu verschiedenen Terminen insgesamt 2400 Mark zu zahlen, von denen 400 Mark der Osnabrücker Bürger Johann gen. Eyfler erhält. Bis zur Begleichung dieser Schuld nehmen die Schlichter als Kaution die Schlösser Iburg und Reckenberg in Verwahrung, wobei den Schlichtern die ihnen für die Wiederherstellung des Friedens entstandenen Kosten zu ersetzen sind.

In nomine Domini amen. Noverint universi, quod nos Engelbertus Dei gratia episcopus et tota nostra dyocesis Osnaburgensis ac nobilis vir Otto comes de Tekeneburg et universum suum dominium omnesque adiutores nostri utrimque ex parte una et Fredericus dictus Post, miles, ac sui fratres ipsorumque adiutores ex parte altera super omni discordia quocumque modo habita inter nos, videlicet rapinis, incendiis, homicidiis, vivis, mortuis, nominatim de Alberto dicto Buk, famulo, compromisimus et presentibus compromittimus in strennuos milites Iohannem de Plettenbracht, Westfalie marscalcum, Godescalcum dictum Dukere, Ludolfum dictum Hake et Baldewinum de Varendorpe tamquam arbitratores sive amicabiles compositores, ita ut inter nos super ipsorum pronunciacione et ordinacione eterna et firma composicio sit servanda. Nos vero arbitratores quatuor predicti arbitrio huiusmodi in nos suscepto, prout sequitur, duximus ordinandum, quod venerabilis dominus et episcopus et ecclesia Osnaburgensis domino Frederico dicto Post, militi, et suis fratribus debent dare duo milia et quadringentas marcas denariorum Osnaburgensium hoc modo, ut infra hinc et festum beate Walburgis nunc proximum solvant mille marcas fratribus dictis Post pro ipsorum voluntate et abhinc in festo beati Mychahelis proximo subsequente quingentas marcas eisdem fratribus solvant et ab illo festo beati Mychahelis post annum unum in festo beati Mychahelis tunc proximo quingentas marcas et semper pro ipsorum voluntate. Residuas vero quadringentas marcas solvere debent Iohanni dicto Eyfler, civi Osnaburgensi, in festo beate Walburgis predicto, ita ut ipse Iohannes stet contentus et fratres dictos Post a quadringentis marcis quitos dimittat libere et solute. Statuimus etiam, quod prime mille marce solvi debent in festo beate Walburgis nunc proxime, pro aliis vero mille marcis dominus episcopus et ecclesia Osnaburgensis caucionem bonam facient fratribus supradictis. Sed si caucione competenti contenti forte esse noluerint, nos quatuor arbitratores caucionem huiusmodi moderabimur, prout nobis videbit oportuna per nostrum iura-

mentum. Quam caucionem per nos inventam debent acceptare. Preterea dominus episcopus et ecclesia Osnaburgensis debent solvere expensas factas in castris Yburg et Redikenberg illis, quibus tractatores sancte pacis causa huiusmodi commiserunt, et castra ab ipsis deoccupare. Que castra debent nobis quatuor arbitratoribus assignari ad tenenda ipsa usque festum beate Walburgis nunc proximum, ut interea prime mille marce dictis Post persolvantur. Et pro residuis mille marcis et quadringentis caucio fiat modis supradictis. Quibus mille marcis solutis et caucione prestita nos arbitratores quatuor prefati debemus et volumus reddere castra episcopo et ecclesie Osnaburgensi, dummodo de expensis in ipsis castris per nos interea factis nobis prius fuerit satisfactum. Sed si episcopus Osnaburgensis et ecclesia sua premissa non facerent, nos quatuor arbitratores vias, quascumque poterimus, queremus cum castris ipsis, ut fratribus dictis Post premissam pecuniam persolvamus, prout superius est expressum. Et sic omnis computacio et recomputacio inter partes quiescere debent et esse per omnia terminate, eternaque, firma et composicio stabilis esse debet neque aliquis super causis premissis aut debitis ex eis contractis monere debet dominum episcopum Osnaburgensem et ecclesiam suam neque ipsam abinde perturbare. Hec omnia et singula nos Engelbertus episcopus, capitulum, ministeriales et scabini predicti Osnaburgenses facere promittimus et firmiter observare, sigilla nostra nos episcopus, capitulum et ministeriales presentibus apponentes. Nosque Fredericus dictus Post et fratres predicti premissa omnia ratificantes ipsa promittimus observare. In cuius signum sigillum meum appono presentibus ego Fredericus dictus Post prefatus. Nos autem arbitratores Godesalcus Dukere, Lud. Hake et Baldewinus de Warendorpe, milites, sigillo domini Io., marscalci Westfalie, appenso presentibus usi sumus et promittimus omnia ante festum beate Walburgis pro nostro posse terminare. In horum singulorum testimonium nos Symon nobilis de Lippia sigillum nostrum duximus apponendum una cum sigillo sancte pacis, quo presens scidula communitur. Datum Warendorpe anno a nativitate Domini M° CCC duodecimo, feria sexta proxima ante dominicam, qua cantatur Reminiscere.

*Ausf., Perg., Dom A Osnabrück, von den sieben Siegeln nur drei erhalten, darunter (beschädigt) das Landfriedenssiegel von Westfalen (*SIGILLUM SANCTE PACIS*) anhängend.*

933

1312 Februar 18 Münster

Bischof Ludwig von Münster entläßt Konstanze, die Tochter des Johann gen. von dem Overhuse und seiner Frau Ude, aus seiner Ministerialität und übergibt sie der Äbtissin Beatrix zu Essen. Dafür erhält er Jutta, die Ehefrau des Albert gen. Rep und Tochter des Bertram von Mengede und dessen Frau Aleidis.

Ludevicus Dei gracia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus presentem literam visuris et audituris salutem et noticiam subscriptorum. Noveritis, quod nos Constanciam, filiam Iohannis dicti van me Ouerhuse et Vde, coniugum, nostram et ecclesie nostre ministerialem, a iure et obnoxicietate ministerii, quibus nobis tenebatur, liberam et solutam pronunciamus per presentes, dantes ipsam honorabili domine Beatrici abbatisse ecclesie Assindensis, recipientes ab ipsa Iuttam, uxorem Alberti dicti Rep, filiam Bertrami de Mengede[a] et Aleidis, coniugum, in nostram et ecclesie nostre ministerialem permutationis titulo pro eadem. In cuius permutationis testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in Monasterio feria sexta post Invocavit anno Domini M° CCC° duodecimo.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 238, Rest des Siegels des Bischofs abhängend, Regest: WUB VIII Nr. 778.

[a]) In der Vorlage „Nyngede".

934

1312 Februar 19 Dortmund

Vor dem Richter zu Dortmund, Sifrid gen. Kromberg, verkauft Engelbert gen. Scop dem Kloster Elsey als Eigengut zwei Morgen Ackerlandes auf dem Felde von Renninghausen[1].

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Sifridus dictus Kromberg, iudex Tremoniensis pro tempore, notum facio et protestor, quod constitutus in presentia mei Engelbertus dictus Scop de consensu omnium heredum ipsorum vendidit monasterio et .. conventui in Else duo iugera terre seminabilis iacencia in campo Renninchusen pro octo marcis minus tribus solidis ab eodem conventu in liberam et meram proprietatem perpetuo possidenda. Testes sunt Lůdekinus de Culpe, qui etiam fideiussit pro .. filio dicti Engelberti Scof in remotis partibus existente, quod huiusmodi venditionem ratam tenebit et ad hoc consensum adhibebit; item dominus Gerwinus, .. prepositus in Else, Gobelinus dictus Quant, famulus eius, Ludgerus Rex, Henricus, frater eius, Cristianus de Hengesteberge iunior, et Dethardus de Drutmarinchusen. Actum in porticu ecclesie sancti Nicolai Tremoniensis, requisita et lata sentencia, quod equivalidum esset ac si coram tribunali actum fuisset, et datum sabbato ante dominicam Reminiscere anno Domini M° CCC^mo duodecimo. In cuius rei testimonium sigillum meum rogatus ab utraque parte duxi presentibus apponendum. Datum die et anno supradictis.

Ausf., Perg., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A zu Rheda, Abt. Limburg Urk. Nr. 15, Siegel ab; Druck: Dortmunder UB Erg. Bd. I Nr. 476.

[1]) Südlich von Dortmund bei Wellinghofen.

935

1312 Februar 21 bei Horst

Vor dem Freigrafen des Gerichts Recklinghausen und dem Freistuhl bei Horst schenken Ermegardis gen. von Dale, die Witwe des Hermann, des Sohnes des Bernhard gen. Droste von Lüdinghausen, und ihre Tochter Elisabeth dem Kloster Flaesheim für eine Memorie der Ermegardis, die ihrer Eltern und ihres † Ehemanns ihren Hof in Essel[1], wobei Petronella, die Tochter des Ritters Bernhard gen. Droste von Lüdinghausen, auf Lebenszeit aus dem Hof eine Rente von sechs Schillingen beziehen soll.

Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis et audituris nos Hugo miles de Gartappe dictus, nunc liber comes in iudicio Rikelinchusen, notum facimus et presentibus publice protestamur, quod domina Ermegardis de Dale dicta, relicta Hermanni, filii Bernardi dicti Dapiferi de Ludenkusen, et Elizabet, ipsorum filia, coram nobis et coram libera sede in loco dicto malstat aput Horst constitute dederunt et legaverunt de sano consilio consanguineorum et amicorum ipsarum ecclesie beate Marie et conventui in Vlarshem site super Lippia Coloniensis dyocesis libero animo et bona voluntate in memoriam animarum Bernardi militis dicti Dapiferi de Ludenkusen, domine Elizabet, sue uxoris, et Hermanni, ipsorum filii, mariti Ermegardis predicte, ut memoria ipsorum in eodem conventu et ecclesia in Vlarshem perpetue habeatur et peragatur cum sollempnitate debita et consueta, mansum ipsarum situm Essele in iudicio Rikelinkusen et in parrochia eadem, prout idem mansus ibidem situs est in campis, pratis, silvis, nemoribus, pascuis et aquis et cum omnibus suis attinenciis et utilitatibus pro iusto predio et quito dicto conventui et ecclesie beate Marie in Vlarshem perpetue et iure hereditario pro iusto predio et mere proprio permanendum et possidendum mansum dictum vulgariter di Houe, quem Halbertus colit et sub se tenet iure pensionali et annuali. De cuius reditibus annis singulis Petronella, filia Bernardi militis Dapiferi sororis, ad tempus vite ipsius Petronelle sex solidos legalium et bonorum denariorum monete Monasterio[a] currentis ad usus ipsius debet habere. Sed cum vita decedet ipsa Petronella, ipsi sex solidi iure hereditario ipsi conventui in Vlarshem debent permanere et ad ipsum conventum ipsius Petronelle redire. Item dominus prior et socius eius, quicumque fuerint, in Vlars-

hem tertiam partem reddituum ipsius mansi predicti annis singulis ad usus eorum tollere debent. Reliquas duas partes reddituum ipsius mansi prefati inregaliter conventus in Vlarshem annis singulis ad usus ipsius tollere debet et secundum premissa ipsa domina Ermegardis et Elizabet, filia ipsius, coram nobis et libera sede in loco dicto malstat animo benivolo absque ulla cohertione ecclesie et conventui in Vlarshem in memoriam animarum predictarum mansum predictum legaverunt et dederunt cum omnibus suis attinenciis et utilitatibus, prout situs est Essele, et eundem mansum predictum cum omnibus premissis sibi annexis eadem domina Ermegardis et Elizabet, filia ipsius, in dicto loco malstat coram libera sede et coram nobis coniuncta manu ipsi conventui predicto in Vlarshem resignaverunt et effestucaverunt, quem ibidem de manibus ipsarum domina Helewigis, magistra, et dominus Gerardus, cellerarius ecclesie in Vlarshem, pro iusto predio iure hereditario dicto conventui perpetue permanendum nomine conventus ipsorum susceperunt. Et sic promiserunt coniuncta manu ipsi conventui predicto plenam et iustam de ipso manso prefato facere warandiam. Huic tam racionabili facto et pio presentes erant in testimonium premissorum ad hoc vocati et rogati Menricus miles de Vitinchoue, Hermannus de Horst, Thidericus, suus frater, Rotgerus de Horst, Thidericus, filius Simonis militis de Horst, Otto dictus[b] Doende, Bernardus dictus Rode, Albertus, filius Bernardi Dapiferi, Hinricus dictus Dukere, Henrik de Suderwik et alii quam plures viri honesti et fide digni. Item presentes fuerunt Albertus Voget de Ebelinchem, Thidericus, suus sororius, Bernardus, frater Alberti prefati, et alii quam plures scabini iudicii secreti dicti vrigendinges et liberi homines quam plures erant presentes in testimonium premissorum. Ut autem hec supradicta tam rationabiliter acta et terminata coram libera sede et coram nobis et per sententiam ipsius libere sedis confirmata et stabilita rata permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, presentem litteram exinde conscriptam ad petitionem utriusque partis in testimonium premissorum super hoc munimine nostri sigilli, sigilli Bernardi militis Dapiferi de Ludinkusen et Hermanni de Horst munimine dedimus roboratam. Actum aput Horst anno Domini M°CCC° duodecimo, feria secunda proxima post domincam Reminiscere.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A (Dep.), Urk. Nr. III 70 (Flaesheim), das mittlere Siegel des Bernard (WS 154,11) anhängend, die beiden anderen ab; Rückvermerk: erffkoep unnd avergift des gude tho Eselle, nu genanth heren poth*; Druck (auszugsweise): WUB VIII Nr. 695.*

[a]) Hinter dem Wort Rasur von drei Buchstaben; [b]) in der Vorlage „dicto".
[l]) Bauerschaft östlich von Recklinghausen.

936

1312 Februar 29

Ernst, Domdechant, Gerhard, Archidiakon der Trierer Kirche, Werner, Propst von Mariengraden als Vertreter des Archidiakons dieses Ortes, und Albert, Chorbischof und Generalvikar des Kölner Erzbschofs Heinrich, erlauben dem Ritter Giselbert gen. Speke, wegen der weiten Entfernung von der Pfarrkirche in Mengede auf seinem Gut in Bodelschwingh eine Kapelle einzurichten, vorausgesetzt daß er diese angemessen dotiert und daß tatsächlcih, wie angegeben, Propst und Konvent des Prämonstratenserklosters Scheda als Patrone der Kirche und der Pfarrer in Mengede damit einverstanden sind. Für ein Jahr gilt die Erlaubnis, in der noch nicht geweihten Kapelle auf einem Tragaltar Gottesdienst zu feiern.

Ernestus Dei gracia decanus, Gerhardus archidiaconus in ecclesia Treuerensi, Wernherus prepositus sancte Marie ad gradus et Albertus choriepiscopus ecclesiarum Coloniensium gerentes vices in spiritualibus reverendi patris et domini domini Henrici sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi dilecto in Christo Giselberto dicto Speke, militi, salutem in Domino. Exhibita nobis ex parte tua peticio continebat, quod, cum[a] ad ecclesiam tuam parrochialem sitam in villa Meggede tociens pro divinis audiendis commode accedere non possis propter locorum distanciam et viarum discrimina, quociens tue expediret saluti, tibi indulgere curaremus, ut in predio tuo in villa Budelswèng capellam pro divinis habendis, quam competenter dotare intendis,

ut dicitur, licite possis fundare, maxime cum honorabilis viri Iohannis, decani ecclesie sante Marie ad gradus predicte, archidyaconi vices in loco gerentis, ac religiosorum virorum prepositi et conventus monasterii Schedensis ordinis Premonstratensis, patronorum, et plebani predicte ecclesie in Meggede ad hoc, ut asseris, accedat[b] assensus. Nos igitur tuo pio desiderio favore annuentes[c] benigno, ut capellam et altare in predicto loco gracia divinorum habendorum ibidem sine preiudicio matricis ecclesie construere valeas, dummodo eam competenter dotes et .. decanus, .. patroni et .. plebanus predicti ad hoc[d] consensum prebeant ac .. plebanus in Meggede pro tempore existens huiusmodi capellam per se vel per alium officiare habeat vel saltem ius[e] patronatus ipsius capelle ad ipsum pertineat, tibi tenore presencium plenam et liberam concedimus facultatem. Permittimus eciam, ut ab octavis Pasche nunc instantis usque ad annum in ipsa capella, quamquam consecrata medio tempore non fuerit, in altari portatili licite valeant celebrari divine. In testimonium premissorum nos .. decanus, .. archidyaconus et .. choriepiscopus predicti nostra sigilla presentibus apponentes, nos quoque, .. prepositus memoratus, utimur sigillo .. archidiaconi iam prefati in premissis. Datum anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, feria tercia post dominicam, qua cantatur[f] Oculi mei semper.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, A Bodelschwingh (Dep.), von den drei Siegeln das letzte ab.

[a]) Folgt Rasur; [b]) das letzte „a" aus „e" verbessert; [c]) das letzte „e" verbessert; [d]) das „c" verbessert; [e]) auf Rasur; [f]) in der Vorlage „cantur".

937

1312 März 4

Der Knappe Wilhelm von Deifeld, dem der Ritter Johannes von Rhena das bisher zu Lehen getragene und nun an das Kloster Neu-Küstelberg verkaufte Drittel des Zehnten zu Glindfeld verkauft hat[1], weist das Eigentumsrecht an diesem Zehnten dem Kloster an.

Res geste propter hoc testimonio scripture commendantur, ne ulla oblivionis nebula eas valeat absorbere. Omnibus ergo huius scripti inspectoribus et auditoribus nos Wilhelmus de Develde, famulus, ac Wilhelmus, filius eius, volumus esse notum publice protestantes, quod famosus miles Iohannes de Ren, noster consanguineus, constitutus coram nobis recognovit et expresse confessus est se terciam partem decime in Glintvelde cum omni integritate sua et iuribus acquisitis et acquirendis tam in villa quam extra villam, quam videlicet terciam partem decime predicte a nobis in pheodo tenuit, honorabili viro .. domino preposito, .. priorisse ac conventui sanctimonialium in Nouo Kustelberg et ipsorum successoribus vendidisse, resignasse et legitime assignasse perpetue possidendam feliciter et quiete, prout instrumenta super hoc confecta plenius continebant, resignans nichilominus idem Iohannes miles eandem partem decime prefate in manus nostras simpliciter atque plane. Nos vero intuitu Dei maturaque deliberatione prehabita inpheodationem, que vulgariter lenwere dicitur, quam in eadem parte decime eiusdem habuimus et habere videbamur, nec non et omne ius, quod nobis, .. heredibus aut coheredibus nostris universis de ipsa tertia parte decime in presenti seu in futuro cedere quoque modo potuisset, resignavimus et assignavimus in manus conventus memorati et in hiis scriptis ad proprietatem et possessionem perpetuam ac firmam resignamus. Ceterum pensionem trium modiorum avene, quam in dicta tertia parte decime sepefate singulis annis nobis nostrisque heredibus persolvenda hereditario iure habuimus, iam dicto conventui resignavimus et per presentes assignamus in perpetuis temporibus pacifice et quiete possidendam. Promittimus etiam in hiis scriptis data fide, quod contra hanc resignationem et assignationem inpheodationis nec non et pensionis trium modiorum avene non veniemus aut quidquid faciemus in posterum aliquo ingenio de iure vel facto. Si quandocumque per honorabilem virum, qui pro tempore in prenarrato Nouo Kustelberg fuit prepositus, coniunctim seu divisim fuerimus requisiti, extunc iam predictam resignationem ac assignationem ore et manu publice faciemus. Et in horum omnium premissorum firmum robur et testimonium presens scriptum sigillo nobilis viri domini Bertoldi de Buren dicti de Wunenberg ac sigillo universitatis oppidi Buren, quia propriis caremus sigillis, petivimus comuniri. Nos vero

Bertoldus nobilis dominus de Buren dictus de Wunenberg ad petitiones memorati Wylhelmi de Develde, famuli, eiusque filii Wilhelmi et ad evidentiam premissorum pleniorem, quia premissis affuimus, immo vidimus et audivimus, presentibus scriptis sigillum nostrum duximus apponendum. Nos quoque Conradus de Sydinchusen, proconsul, Ecbertus de Wehene, Dethmarus de Blikesen, Happe de Barchusen, Mathyas, Hinricus de Stormede, Hinricus de Kellenchusen, Bertold de Redenstorp, Hunoldus de Andepen, Hermannus de Boclon, Hinricus, Alexander et Hinricus de Haren, consules oppidi Buren, ad instancias et preces sepefati Wilhelmi de Develde, famuli, ac filii sui Wilhelmi et in testimonium predictorum sigillum nostre universitatis apposuimus huic scripto. Datum sabbato proximo ante dominicam, qua cantatur Letare. Actum anno Domini M°C°C°C° duodecimo, testibus presentibus inferius annotatis domino Hermanno milite de Patberg, Gobelino dicto Stotere ac Conrado de Andopen, famulis, Conrado, rectore scolarium in Buren, aliisque quam pluribus fide dignis.

Abschrift vom Anfang des 19. Jahrh., Altertumsverein Paderborn, Akte 110, S. 425, Nr. 29; Regest: Führer, Medebach S. 26, Nr. 126.

[1]) Vergl. Urkunden von 1312 März 12 und 18 sowie August 1.

938

1312 März 9

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Recklinghausen verkauft der Ratsherr Everhard von Westrem aus seinen Brüningburg[1] genannten Gütern der Greta gen. von Oer, Nonne in Flaesheim, auf Lebenszeit eine Kornrente, die nach ihrem Tode an den Konvent fallen soll. Außerdem gibt er seiner Tochter Mechtild, ebenfalls Nonne in Flaesheim, eine Leibrente aus demselben Gut.

Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis et audituris ego Arnoldus dictus Tuent, iudex in Rikelinchusen, et consules eiusdem opidi Rikelinchusen nomine Conradus de Hillen, Everhardus de Westrem, Sibodo dictus de Munckenbeke, Bernardus ante Curiam, Hinricus dictus uppen Berge, Udo in Foro, Conradus et Hinricus dicti de Honhus, Thelemannus, filius domine Gude, Arnoldus, filius Baldewini, Herbordus dictus Caput, Lambertus dictus de Sickeling, Volquinus dictus de Bachem, Gerhardus dictus de Dorstene et Iohannes dictus Lengerboy notum facimus et presentibus publice protestamur, quod Everhardus de Westrem predictus, Godelendis, uxor sua, Hermannus dictus Lobbe et Everhardus, ipsorum filii, in figura iudicii Rikelinchusen et in nostra presentia constituti de maturo consilio ipsorum amicorum et de pleno consensu omnium heredum ipsorum vendiderunt rite et iusto tytulo venditionis ex bonis ipsorum dictis Brunincborg sitis in iudicio Rikelinchusen, que Lubertus inhabitat et colit, Grete dicte de V̊re ad tempus vite ipsius, moniali in Vlarshem, tria maldra siliginis mensure Rikelinchusen currentis, et post obitum ipsius Grete conventui beate Marie in Vlarshem iure hereditario perpetuo permanenda et iure pensionali in crastino beati Martini ex dictis bonis Brunincborg persolvenda. Sed quandocumque idem Everhardus vel sui heredes aliud predium ipsi conventui dabit et assignabit iure hereditario, quod tria maldra siliginis ipsis solvet, tunc dictus conventus in Vlarshem bona Brunincborg dicta quita dimittere debet. Item dederunt ex eisdem bonis dictis Brunincborg coniuncta manu Metheldi, filie ipsius Everhardi de Westrem, moniali in Vlarshem, ad tempus vite ipsius et non amplius sex modios siliginis termino predicto et iure pensionali persolvendos et in Vlarshem presentandos. Sed cum dicta Metheldis, filia ipsius Everhardi, vita decedet, tunc ipsi sex modii liberi et quiti ad ipsum Everhardum de Westrem et ad suos heredes revertentur. Et si quem defectum dicta Greta de V̊re dicta vel eius conventus in Vlarshem annis singulis in solutione trium maldrorum siliginis paterentur, eundem defectum semper in eisdem bonis dictis Brunincborg debent recuperare et ipsa bona in pignore tenere, donec de omni detenta pensione ipsarum habeant restauramen. Ut auten hec supradicta tam rationabiliter acta et terminata coram iudicio Rikelinchusen et coram nobis et per sentenciam ipsius iudicii confirmata rata permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, presens littera exinde scripta sigillo

opidanorum Rikelinchusen ad petitionem utriusque partis in testimonium premissorum est roborata. Actum et datum anno Domini M°CCC° duodecimo, feria quinta post dominicam, qua cantatur Letare.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III 71 (Flaesheim), Siegel ab.

[1]) Bei Sinsen.

939

1312 März 10

Vor Ratsherren und Bürgern zu Geseke leisten die Witwe Elisabeth, die Mutter des Werner Krevet, dieser, seine Frau Mechtild und ihre Kinder auf die Güter zu Horhusen Verzicht. Diese Güter hatte Johann von Bilinchusen vom Bruder des Werner, dem Werner Krevet dem Älteren, zu Lehen getragen. Von den Brüdern Johann und Hermann von Bilinchusen hatte sie Bischof Dietrich von Paderborn gekauft und an das Kloster Hardehausen weiterverkauft.

Nos Vlricus, magister consulum, Iohannes dictus Muko, Iohannes Molendinarius, Petrus Castellani, Detmarus de Vinea, Arnoldus de Lyppia, Conradus dictus Symelmule, Walbero Pauo, Iohannes Rex, Hermannus Cristininch, Arnoldus de Langeneke et Hermannus Ricquordinchusen, consules, Hermannus dictus Rageman, subiudex, Ernestus, famulus consulum, et Hermannus Prange, oppidani in Gyseke, recognoscimus et notum esse volumus universis presentes literas visuris et audituris, quod domina Elyzabet, vidua, mater Wernheri Creuet, Meycheldis, eiusdem Wernheri uxor legitima, item Henricus, Rabodo, Hildebrandus, Iohannes, Elyzabet, Meycheldis et Gysla, prefati Wernheri pueri, et heredes legitimi dimiserunt et resignaverunt coram nobis ad hoc vocatis bona in Horhusen sita et omne ius, quod in dictis bonis habebant et habere poterant, cum omnibus dictorum bonorum iuribus et pertinenciis. Que quidem bona Iohannes de Bilinchusen a fratre dicti Wernheri, videlicet Wernhero dicto Creuet seniore in pheodum tenebat et que bona venerabilis pater in Christo Theodericus, Dei gratia ecclesie Paderbornensis episcopus, a prefato Iohanne de Bilinchusen et Hermanno, fratribus, dinoscitur emisse et viris relligiosis domino .. abbati et .. conventui monasterii in Hersvedehusen rationabiliter vendidisse. In cuius rei testimonium et memoriam sigillum nostrum cum consensu parcium presentibus est appensum. Datum feria sexta ante dominicam, qua cantatur Iudica anno Domini M° CCC^mo duodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Hardehausen Urk. Nr. 425, Siegel ab; Druck: WUB IX Nr. 981.

940

1312 März 10 Köln

Ernst, Domdechant von Köln, und Hildeger, Scholaster von St. Kunibert, schlichten als bestellte Schiedsrichter einen Streit zwischen Friedrich, Propst von St. Kunibert, auf der einen Seite, und Dechant und Kapitel auf der anderen Seite um die Verteilung der Präsenzgelder, Korneinkünfte zu Nettesheim, das Vergabrecht der Kirche in Dinker und den Bezug eines Salms.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris nos Ernestus Dei gratia decanus maioris et archidyaconus, Hildegerus scolasticus sancti Kuniberti ecclesiarum Coloniensium salutem et cognoscere veritatem. Cum venerabiles viri domini Fridericus prepositus ex una parte et capitulum ecclesie sancti Kuniberti predicte ex altera super pluribus articulis, questionibus et dissensionibus inter easdem partes habitis et super accessoriis eorundem, que ex premissis inter ipsos oriri possent vel emergere, ex post facto in nos tamquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores compromiserint sub penis et modis in compromisso super hoc confecto contentis, cuius tenor talis est:

Universis presentes litteras visuris Fredericus Dei gratia prepositus ecclesie sancti Kuniberti Coloniensis ex una parte et decanus totumque capitulum eiusdem ecclesie ex altera cum notitia veritatis salutem. Noveritis, quod, cum questio, lis seu discordia essent et diu fuissent inter nos super diversis articulis et specialiter, quod nos prepositus predictus asserebamus, quod ipsi decanus et capitulum presencias cottidianas pro memoriis animarum nobis presentibus et absentibus non darent, et super eo, quod nos decanus et capitulum proposuimus et conquerebamur, quod ipse dominus prepositus et sui quandam bladi quantitatem nobis apud Nezzishem abstuliset et quod iniuriam fecisset nobis in ecclesia de Dinckere conferendo eam contra privilegia ecclesie nostre et salmonem debitum ecclesie nostre singulis annis pluribus annis detinuisset pluribusque articulis aliis dissensio esset, demum paci et concordie intendentes super hiis et super quibuscumque aliis incidentibus et incidere valentibus pro bono et commodo ecclesie nostre compromisimus inter nos hincinde et compromittimus per presentes, nos prepositus predictus in venerabilem virum dominum Ernestum, decanum Coloniensem et archidiaconum, nos vero decanus et capitulum in virum honestum Hildegerum, scolasticum ecclesie nostre predicte, tamquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores sub pena ducentarum marcarum Brabantinarum iuris ordine servato vel non servato, partibus absentibus vel presentibus hoc ratum et firmum tenebimus et observabimus bona fide et sub pena predicta. Quecumque vero parcium contrafecerit vel contradixerit, solvat parti observanti et ratum habenti penam supradictam. In cuius rei testimonium et robur nos prepositus predictus sigillum nostrum pro nobis, nos vero decanus et capitulum sigillum ecclesie nostre ad causas pro nobis presentibus literis duximus apponenda. Datum et actum anno Domini M° CCC° duodecimo, feria sexta ante dominicam Iudica.

Nos huiusmodi compromisso in nos sucepto matura deliberatione prehabita pronunciamus preposito in ecclesia sancti Kuniberti pro tempore existenti tamquam illi, cuius redditus ab ecclesia et capitulo penitus sunt divisi, non competere amministracionem prebendarum inter canonicos dicte ecclesie distribuendam, sed de dicta amministracione decanus et capitulum disponant, prout hactenus disponere consueverunt. Item pronunciamus, statuimus et ordinamus, quod decanus et capitulum predicti non teneantur preposito suo pro tempore existenti dare vel ministrare cottidianas distributiones, que dari et ministrari in choro presentibus consueverunt, nisi ipse prepositus sit vel esset presens in choro cum aliis tempore distributionis. Item pronunciamus, quod si deinceps vacare contigerit obedientiam, villicacionem seu officium in Wilre, quod usque ad hec tempora prepositi sancti Kuniberti predicte pro tempore existentes conferre consueverunt, .. decanus et capitulum sine contradictione prepositi suam de obedientia, villicacione seu officio in Wilre predictis faciant liberam voluntatem convertendo dicte obedientie redditus in utilitatem communem ad augmentum reddituum prebendarum, quia eorum redditus sunt exigui prebendales. Item pronunciamus, quod .. decanus et capitulum ecclesie predicte domino Frederico preposito predicto in recompensam predictorum dabunt sibi et persolvent ultra id, quod sibi hactenus ministrare consueverunt, anno quolibet in festo beati Andree apostoli sex marcas pagamenti Colonie currentis quoadvixerit levandas et percipiendas. Sed .. decanus et capitulum predicti ad solucionem dictarum sex marcarum nulli de suis successoribus prepositis tenebuntur nec sui successores aliqui de sex marcis predictis annuatim solvendis a .. decano et capitulo predictis aliquid exigere poterunt vel debebunt. Et nichilominus post eius mortem in die anniversarii sui et deposicionis .. decanus et capitulum predicti suam memoriam tenebunt et cuilibet canonico in diebus deposicionis et anniversarii tantum dabitur, quantum in pecunia numerata de tribus maldris siliginis derivari potest. Item pronunciamus, quod quilibet prepositus deinceps in antea pro tempore existens omnes ecclesias parrochiales ad suam collacionem seu presentacionem spectantes nulli conferet nec aliquem presentabit, nisi unum de canonicis suis ecclesie sancti Kuniberti, qui talis sit, quod infra annum possit ad sacerdotem promoveri. Nec alium extra capitulum poterit presentare, nisi tunc demum, quando oblata ecclesia in capitulo publice non inveniat, qui dicte ecclesie in ordine sacerdotali velit vel possit onus subire. Et qui dictam ecclesiam sic acceptaverit, in ea residere debet et fructus sue prebende, quamdiu ecclesiam tenuerit, cedent capitulo. Item pronunciamus, quod quilibet prepositus pro tempore existens teneatur decano et capitulo singulis annis in capite ieiunii

ministrare unum salmonem secundum quod decet suum honorem. Item pronunciamus, quod decanus et capitulum non requirant nec requirere poterunt nec debebunt blada vel aliqua alia dampna vel interesse, que dicebant eis a dicto domino Frederico preposito ablata apud Nezzishem, in quantum ipse et sui ibidem levaverunt et abstulerunt vel quibus ipse prepositus warandiam facit, a .. decano et capitulo non impetentur nec ab eis super hoc quoquomodo veaxabuntur. Item pronunciamus, quod partes predicte hincinde dictam nostram pronunciacionem cum instancia et cum effectu petant et efficiant, in quantum possunt et debent, ut reverendissimus pater dominus Henricus, archiepiscopus Coloniensis, dictam nostram pronuncicionem in omni sui forma ex certa nostra scientia confirmet et capitulum Coloniense ex post facto suum consensum adhibeat in premissis, reservantes nobis interpretacionem, correctionem, addicionem, diminucionem et mutacionem, si aliquod dubium vel obscurum in premissis inter dictas partes in futurum emergat, pronunciantes dictam nostram pronunciacionem esse validam, inviolabilem et sub penis in compromisso predicto contentis eam precipimus perpetuo duraturam, volentes, ut omnis questio, ravor et discordia hactenus habiti inter prepositum, decanum et capitulum predictos ammodo cessent et maneat in omni concordia inter ipsos. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus literis duximus apponenda. Pronunciatum et actum Colonie in pomerio domus, quam inhabitare consuevit dominus Rutgerus, decanus ecclesie sanctorum Apotolorum Coloniensis, presentibus domino Alberto, choriepiscopo Coloniensis, Engelberto de Schinne, canonico et camerario sancti Gereonis Coloniensis, et Carsilio de Molinark, cantore Aquensis ecclesiarum Leodiensis dyocesis et aliis quam pluribus testibus vocatis et rogatis anno Domini M° CCC° duodecimo, sexta feria ante dominicam Iudica.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, St. Kunibert Urk. Nr. 2/ 145, Siegel des Domdechanten Ernst anhängend, das andere Siegel ab.

941

1312 März 12 Medebach

Ritter Johannes gen. von Rhena verkauft dem Kloster Neu-Küstelberg ein Drittel des Zehnten in der Gemarkung von Glindfeld.

Ad universorum notitiam tam presentium quam futurorum hanc litteram intuentium ego Iohannes miles dictus de Rien cupio pervenire, quod matura deliberatione prehabita de consensu et bona voluntate Osterlindis, uxoris mee legitime, Conradi, Wernheri et Giseleri, filiorum meorum legitimorum in matura etate existentium, nec non Conradi, fratris mei, et Hermanni, filii sui, ceterorumque legitimorum heredum meorum vendidi honorabili viro domino Gotfrido, preposito, .. priorisse totique conventui sanctimonialium in Nouo Questelberch ac posteris eorundem tertiam partem decime contingentem in villa et extra villam in marcha Glintfelden cum omni perceptione fructuum ac universis attinenciis et proventibus eiusdem eo iure, quo ad me spectabat, pro ducentis marcis denariorum Corebeke legalium michi traditis et solutis quiete ac libere hereditario iure perpetuo possidendam, presentibus honorabilibus viris Gotfrido de Didenshusen, Hermanno de Scharpenberch, militibus, domino Ludewico, Charbacensis ecclesie canonico, Everhardo de Vierminne, Conrado Slechtrimen, Godeberto de Didenshusen, Iohanne de Scharpenberch, Hermanno quondam Gograuii, Henrico ac Lutolfo fratribus de Doreuelden, Iohanne dicto Stotere, Gerlaco de Ahe, famulis, Henrico de Fonte, magistro burgensium in Medebeke, ceterisque ibidem consulibus universis, Iacobo de Hottepe, Conrado de Ochmarinchusen, Gerhardo Cellerario et aliis quam pluribus fide dignis. Ut autem hec rata in perpetuum maneant et inconvulsa, presens scriptum sigilli mei munimine roboravi, sigillum etiam nobilis viri domini Henrici de Ittere tam ego quam uxor mea Osterlindis predicta cum filiis nostris superius nominatis uno cum fratre meo Conrado et filio suo Hermanno apponi impetravimus ad maiorem evidentiam premissorum. Actum et datum Medebeke anno Domini M°CCC° duodecimo, in festo sancti Gregorii pape.

Abschrift vom Anfang des 19. Jahrh., Altertumsverein Paderborn, Akte 110, S. 424, Nr. 26; Regest: Führer, Medebach, S. 26, Nr. 125.

942

1312 März 16

Der Knappe Konrad gen. von Tudorp verkauft ein Gut in Heringhausen[1] bei Geseke der Cunegunde gen. von Budeke. Nach deren Tode soll das Gut an Heinemann und Druda, die Nachkommen des Rotger von Hemerde, fallen.

Ne res simul cum lapsu temporis evanescant, eternari testibus solent et scriptura. Igitur ego Conradus dictus de Tudorp, famulus, tenore presentium universis tam presentibus quam futuris cupio fore notum, quod de pleno consensu Alheydis, mee coniugis legitime, ac omnium heredum meorum bona voluntate quoddam bonum meum situm in Herdinchusen iuxta Geseke cum omnibus appenditiis suis ac iuribus acquisitis et acquirendis Cunegundi dicte de Bůdeken legitime vendidi ac assignavi perpetue iure hereditario possidendum. Prefata Cunigunde de medio sublata extunc iam dictum bonum cum omni sua integritate ad Heynemannum et Drudam, soboles quondam Rotgeri de Hemerde, hereditarie devolabit. Promitto nichilominus in hiis scriptis prefate Cunegundi ac Heynemanno et Drude memoratis de eodem bono firmam, ubicumque necesse habuerint, prestare warandyam. Postquam vero viam universe carnis ingressus fuero, extunc Alheydis, uxor mea, si supervixerit, .. ipsis simili modo de prenarrato bono prestabit warandyam. Et in horum omnium testimonium sigillo nobilis domini Bertoldi de Buren dicti de Wnnenberg presens scriptum petii roborandum. Nos quoque Bertoldus nobilis dominus de Buren dictus de Wnnenberg, quia premissis affuimus, immo vidimus et audivimus, ad instantias utriusque partis et ad maiorem certitudinem premissorum sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Datum feria quinta ante dominicam Palmarum anno Domini M° C°C°C° duodecimo, presentibus testibus inferius annotatis: honorabili viro domino Andrea, plebano in Buren, Conrado dicto Hering, plebano in Borcholte, et Conrado, rectore scolarium in Buren, Conrado de Sydynchusen, proconsule, Hinrico Alexandri, Hunoldo de Andepen, Mathya Pistore et Dethmaro de Blykesen, consulibus in Buren aliisque multis.

Ausf., Perg., StAM, Fürstentum Paderborn Urk. Nr. 407, Siegel des Edelherrn von Büren (WS 36, 3) anhängend, Rückvermerke 1. (16. Jahrh.): bonum situm in Herdinchusen iuxta Ghezike, *2. (17. Jahrh.):* Herdinckhusen iuxta[a] et Borchhoff in Gheiseke*; Druck: WUB IX Nr. 983.*

[a]) Wort von anderer Hand eingefügt.

[1]) Wüstung nordöstlich von Geseke, vergl. Josef Lappe, Die Bauerschaften der Stadt Geseke, 1908, S. 10 und Karte S. 170.

943

1312 März 18

Die Knappen Wilhelm von Deifeld und sein Sohn Wilhelm verzichten gegenüber ihrem Lehnsherrn, dem Grafen Ludwig von Arnsberg, auf den dritten Teil des Zehnten zu Glindfeld, den der Ritter Johannes von Rhena von ihnen zu Lehen getragen und dem Kloster Neu-Küstelberg verkauft hat[1].

Omnibus huius scripti inspectoribus et auditoribus nos Wilhelmus de Dewelde et Wilhelmus, eius filius, famuli, volumus esse notum protestantes nos tertiam partem decime in Glyntvelde, quam honestus miles Iohannes de Ren a nobis in pheodo tenuit et quam partem idem Iohannes de Ren, miles, honorabili viro .. domino preposito ac .. priorisse et conventui sanctimonialium in Nouo Kustelberg ipsorumque successoribus legitime vendidit perpetue possidendam, nobili viro domino Lodewico comiti in Arnesberg, a quo eandem tertiam partem decime predicte in pheodo tenebamus, resignasse et in hiis scriptis resignamus simpliciter atque plane. In quorum testimonium presens scriptum sigillo nobilis viri domini B. de Buren dicti de Wunen-

berg, quia propriis caremus, duximus roborandum. Nos ergo Bertoldus nobilis dominus de Buren dictus de Wunenberg ad instantiam predictorum scilicet Wylhelmi de Develde ac Wilhelmi, sui filii, presenti pagine sigillum nostrum duximus apponendum. Datum sabbato ante dominicam Palmarum anno Domini M°C°C°C°C° duodecimo, presentibus Walravone, nobili filio nobilis domini de Buren, domino H. milite de Patberg, Conrado, rectore scolarum in Buren, Hinrico de Dreyne, famulo, aliisque fide dignis.

Abschrift vom Anfang des 19. Jahrh., Altertumsverein Paderborn, Akte 110, Bl. 424v, Nr. 28; Regest: Führer, Medebach, S. 26, Nr. 127.

[1]) Vergl. Urkunde von 1312 März 12.

944

1312 März 27

Der (Kölner) Erzbischof zieht von Recklinghausen, ohne Verwüstungen anzurichten, durch die Grafschaft Mark und baut die Burg Fürstenberg wieder auf[1].

Invasit Engelbertus Furstenberg in dioecesi Coloniensi destruens, eodem anno lunae Paschali die archiepiscopus a Recklinchgusio per Tremoniam regionem Marcanam sine laesione tendit et reaedificavit Furstenberg.

Schrift des 17. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 574 (Dortmunder Chronik des Johannes Nederhoff), Bl. 140.

[1]) Von Levold von Nordhof wird das Ereignis in das Jahr 1313 gesetzt (vergl. 1313 April 13).

945

1312 März 29 Stromberg

Erenfried Quatterlant, Amtmann zu Menden, genehmigt den Tausch, den die Brüder Burchard, Konrad und Heinrich von Klotingen mit dem Kloster Welver vollzogen haben. Dabei haben die Brüder dem Kloster das Gehölz Helle, *das dem Erenfried als Lehnsherrn zusteht, gegeben, und dafür fünf Morgen eines Gehölzes bei Klotingen erhalten, genannt im Welschen Holte*[1].

Ego Erenfridus Quatterlant, officiatus in Mendene, notum facio universis publice protestando, quod, cum Bůrhardus, Conradus et Hinricus fratres de Clottinghen quoddam rubetum situm seu iacens apud claustrum Weluere in loco, qui appellatur Helle, cuius rubeti dicor et sum legitimus feodator, venerabilibus in Christo domine .. abbatisse et conventui sanctimonialium in Weluere contulerint et receperint ab eisdem pro concambio sive permutatione ad idem ius quinque iugera in rubetum iacens iuxta Clottingen, appellatum Walsgheholt. Huiusmodi concambium sive permutationem ratihabeo et ratifico per presentes, quibus sigillum meum est appensum in testimonium super eo. Huius concambii sive permutationis depactio peracta est in castro Stromberg anno Domini M° CCC° duodecimo, feria quarta infra octavas Pasche. Presentes[a] fuerunt viri nobiles Godefridus de Rudenberg et Hermannus burgravius in Stromberg, Ecbertus de Batenhorst, Iohannes de Houele, Conradus de Auenstrod, milites, ac alii plures fide digni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 145, Siegel des Erenfried (beschädigt, WS 200,4) abhängend; Regest: WUB VIII Nr. 704.

[a]) Beim „p" fehlt ein Kürzungsstrich.

[1]) Nordwestlich von Klotingen, vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I, S. 160, Nr. 113; vergl. auch Urkunde von 1311.

946

1312 März 29

Äbtissin und Konvent des Zisterzienserinnenklosters Sterkrade verkaufen der Hildeburgis, Witwe des Ritters Ludolf von Wittering eine Rente von 12 Schillingen aus ihren Gütern zu Laer[1]. Die Witwe schenkt diese Rente dem Kloster, damit dafür ihre Memorie, die ihrer beiden Ehemänner Gerlach von Luttelnau und Ludolph von Wittering sowie ihrer Töchter Alheid und Hildeburgis gehalten wird.

Universis in perpetuum presentes litteras visuris vel audituris .. abbatissa et .. conventus monasteri in Starkerode ordinis Cysterciensis salutem cum notitia veritatis. Notum facimus, quod cum honesta matrona domina Hildeburgis, relicta quondam Ludolfi de Witterinch, militis, specialem ad nos et ad monasterium nostrum habens devotionis affectum memoriam sui et duorum quondam maritorum suorum duarumque filiarum suarum, videlicet Gerlaci de Luttelenowe et Ludolphi de Witterinch et Alheydis et Hildeburgis, filiarum ipsius, cuperet apud nos ordinare, nos reditus annuos duodecim solidorum legalium denariorum de bonis nostris in Lare annuatim in festo beati Martini hyemalis exsolvendos relicte eidem legitime vendidimus pro duodecim marcis bonorum Brabantinorum denariorum nobis ab ea numeratis et integraliter persolutis. Quos siquidem reditus annuos unius marce dicta domina Hildeburgis pro remedio anime sue et pro memoria maritorum suorum et filiarum predictarum a nobis et a conventu nostro, qui pro tempore fuerit, perpetualiter peragenda et observanda nobis liberaliter donavit sub hac forma, videlicet quod annis singulis in festo beati Martini hyemalis decem et octo denarii a dictis reditibus sacerdoti celebranti pro tempore divina in monasterio nostro ministrabuntur, residuum vero inter singulas personas nostri conventus pro solatio karitativo et pro memoria eorundem distribuetur. Si vero nos conventum subtractionem amministrationis vel defectum redituum predictorum quandoque, quod absit, sustinere contigerit, hoc eadem domina Hildeburgis et heredes ipsius quicumque, cum ad eos id per nos delatum fuerit, prosequi poterunt et detentores per viam iuris cohertere. In cuius rei testimonium perpetuum monasterii nostri et Henrici dicti Vnuortsagede, filii dicte domine Hildeburgis, sigilla literis presentibus sunt appensa. Actum presentibus Růtchero de Vunderen, Frederico dicto Dukere, Henrico de Witterinch iuniore et pluribus aliis fidedignis. Datum anno Domini M° CCC^mo duodecimo, IIII kalendas Aprilis.

Ausf., Perg., HStAD Kloster Werden Urk. Nr. 120, Siegel der Äbtissin (beschädigt, im Bild Lamm ?) anhängend, das andere ab.

[1]) Südöstlich von Bochum.

947

1312 März 30

Vor den Edelherren Hermann und Ludolph Burggrafen zu Stromberg und den Burgmannen zu Stromberg verzichten die Brüder Heinrich und Borchard von Klotingen mit ihren Verwandten gegenüber dem Kloster Welver auf einen bisher vom Kloster empfangenen Zehnten von den Äckern auf dem Kamp *und auf das Gehölz* tor Helle.

Nos .. Hermannus et Ludolphus viri nobiles fratres burcgrauii in Stromberg, Adolphus de Ostenuelde, Ecbertus de Batenhorst, Hermannus et Hinricus fratres de Meruelde, Lubertus de Beueren, Hinricus de Ostenuelde, Wulfhardus de Walegarden, Iohannes de Houele, Adolphus et Conradus de Batenhorst, milites, Gerewinus de Bokeneuorde, Ludolphus de Sendene, Hinricus de Wulfhem, Bruno Hundertmark, Iohannes de Ostenuelde, Rodolphus de Lippia et Lubertus Balke, famuli, castellani ibidem .. universis et singulis presentia visuris et audituris cupimus esse notum et protestamur per presentes, quod .. Hinricus et Bŏrchardus fratres de Klotingen coram nobis Stromberg constituti de unanimi consensu et bona plena voluntate Gůde, uxoris ipsius Hinrici predicti, Conradi, Borchardi, Hadewigis et Lucie, natorum suorum, etiam et Frederu-

ne[a], uxoris ipsius Borchardi prefati, Conradi, Borchardi, Drude, Elyzabeth, Palmanie et Hildegundis, natorum suorum, ceterum et Conradi de Klotingen dicti Hagene, predictorum duorum fratrum fratris, Elyzabeth, uxoris sue, Conradi, Borchardi, Regelendis, Hadewigis et Elyzabeth, suorum natorum, omniumque heredum et coheredum suorum legitimorum contradixerunt, reclamaverunt et renuntiaverunt omni iuri et impetitioni, quo et qua in posterum decimam de agris super campo sitis per conventum monasterii in Weluere dyocesis Coloniensis hactenus receptam et virgulta sive ligna dicta tor Helle impetere possent iure canonico vel civili, volentes eandem decimam sicut hucusque receptam et prenotata virgulta sive ligna hereditarie a prefato conventu monasterii prelibati in perpetuum absque gravamine pacifice possideri. Acta sunt hec presentibus nobili viro domino Godfrido de Rudenberg, Hermanno, plebano in Vlede, Hinrico, viceplebano in Stromberg, Iohanne, capellano ibidem, et Iohanne, sacerdote, custode sancte crucis, Conrade de Auenstrot, milite, Euerwino de Stenbeke, Hermanno Nagel de Ostenuelde, Borchardo et Godscalco fratribus de Borgelen et Gerlaco de Mederke, famulis, etiam Hermanno, Adolpho et Arnoldo, conversis monasterii memorati, aliisque quam pluribus fidedignis. In cuius rei certitudinem et evidens testimonium premissorum nos Hermannus vir nobilis burcgravius prenotatus sigillum nostrum nosque castellani supradicti generale sigillum nostrum ad petitionem sepedictorum fratrum de Klotingen et heredum suorum et ad protestandum visa et audita presentibus duximus appendenda. Datum anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, feria quinta infra octavas Pasche, consentiente etiam Hadewigi, filia Borchardi de Klotingen, et Gertrudi, sorore predictorum Conradi, Hinrici et Borchardi fratrum de Klotingen. Datum ut supra.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 146, Siegel des Burggrafen Hermann von Stromberg (WS 26,8) mit Rücksiegel (WS 26,9) und der Burgmannschaft (beschädigt, WS 69,2) mit Rücksiegel (WS 79,2) anhängend; Rückvermerk (16. Jahrh.): Lagerbuch p. 198; *Druck: SUB II Nr. 547, WUB VIII Nr. 706, UB der Herren von der Lippe Nr. 153a.*

[a]) In der Vorlage „Ffrederune".

948

1312 April 6 Münster

Die Städte Münster, Osnabrück, Soest und Dortmund erneuern[1] für sechs Jahre ihr Bündnis:

1. Die jeweiligen Landesherren sollen in ihren Rechten nicht beeinträchtigt werden.

2. Wenn sich ein Machthaber oder Landesherr in einer der Städte für einen gegen eine der anderen Städte gerichteten Heerzug mit Pferden, Waffen, Lebensmitteln usw. ausrüsten will, darf ihm keine Unterstützung gewährt werden. Über das Vorhaben sind die anderen Städte zu informieren.

3. Greift jemand eine Stadt durch Raub, Brandstiftung oder Gefangennahmen an und flüchtet er danach, so hat jede der Städte dafür zu sorgen, daß der Übeltäter der geschädigten Stadt ausgeliefert wird. Wird dafür eine Belohnung ausgelobt, so hat die geschädigte Stadt die Hälfte zu tragen. Die andere Hälfte ist von den anderen Städten zu zahlen. Die Auslobung bzw. Zahlung einer solchen Summe darf nur mit Zustimmung aller Städte erfolgen.

4. Wenn ein Landes- oder Burgherr eine der Städte mit Gefangennahmen, Brandstiftung oder Raub überfällt oder einen Angreifer in seinem festen Platz aufnimmt, hat die nächstgelegene Stadt sofort, nachdem sie davon Kenntnis erhalten hat, den Übeltäter durch Boten oder schriftlich aufzufordern, Gefangene freizulassen, geraubtes Gut zurückzugeben oder eine Entschädigung zu entrichten. Die übrigen Städte haben in gleicher Weise zu sorgen, daß über die von der geschädigten Stadt gegen den Übeltäter und seine Gefolgsleute vorgebrachten Anschuldigungen entweder gerichtlich entschieden oder eine gütliche Einigung erreicht wird. Wenn der Angreifer der Mahnung nicht folgt, wird ihm von den Städten mitgeteilt, daß er sich im Unrecht befinde und daß gegen ihn, wo immer das angebracht sei, geklagt werde.

5. Wenn aus dem Übergriff eine Fehde entsteht, hat jede Stadt der geschädigten Stadt, wenn sie das fordert, mit Rat und Tat beizustehen. Jede der Städte wird den Angreifer auffordern, innerhalb von 14 Tagen seine feindlichen Handlungen aufzugeben und seine Ansprüche auf dem Wege des Rechts zu verfolgen. Wenn dieser das trotz Aufforderung verweigert, hat jede Stadt innerhalb von acht Tagen, nachdem sie darum ersucht wurde, zehn bewaffnete Männer in die betreffende Stadt zu schicken. Wenn es die Lage erfordert, ist die Zahl auf Ersuchen der geschädigten Stadt zu verdoppeln. Diese Bewaffneten hat die betroffene Stadt auf eigene Kosten zu unterhalten, wobei das Risiko auf dem Wege jede einzelne Stadt allein trägt. Wenn die Kräfte noch immer nicht ausreichen, sollen die vier Städte zusammenkommen und über weitere Hilfsmaßnahmen beraten.

6. Wenn einer bedrängten Stadt von den übrigen Städten bewaffnete Leute gesandt werden und wenn sie dank deren Hilfe dann obsiegt, stehen ihr von den eventuell anfallenden Lösegeldern für Gefangene zwei Drittel zu. Das restliche Drittel fällt den anderen Städten zu. Die Ausrüstung der Gefangenen wird anteilmäßig unter die Knappen aufgeteilt.

7. Wenn eine Stadt angegriffen wird und daraus eine Fehde entsteht und wenn eine solche von einer anderen Stadt aus besser geführt werden kann, so hat diese Stadt das zuzulassen und die von den anderen Städten entsandten Hilfstruppen auf Kosten der geschädigten Stadt freundlich und unterstützend aufzunehmen. Die betroffene Stadt hat dabei die doppelte Anzahl der Bewaffneten zu stellen. Die Stadt, von der die Fehde ausgeht, kämpft auf eigene Kosten. Darüberhinaus hat sie die Leute von zwei Städten zu unterhalten. Ein Bewaffneter mit einem Streitroß erhält pro Woche eine Mark, ein nur mit einem Harnisch Gerüsteter eine halbe Mark. Die Bewaffneten dürfen sich von der Fehde führenden Stadt nicht nach Hause begeben, es sei denn, dies geschähe nach Beratung mit dieser Stadt und den anderen Bündnispartnern.

8. Wenn eine dem Bündnis angehörige Stadt belagert wird, haben die anderen Städte sich umgehend zu beraten und sich mit allen Kräften dafür einzusetzen, daß die Belagerung aufgehoben und der Belagerer und seine Helfer bekämpft und geschädigt werden. Über acht Tage nach dem Beginn der Belagerung dürfen sie ihren Einsatz nicht hinauszögern. Wenn zur Entsetzung der bedrängten Stadt einem Helfer eine Belohnung versprochen werden muß, hat die Hälfte der Summe die betreffende Stadt zu tragen. Die andere Hälfte wird von den Bündnispartnern aufgebracht. Jede Stadt hat sich so einzusetzen, als wenn sie selber bedrängt würde.

9. Wenn eine Stadt von den anderen Städten wegen Vertragsverletzung insgesamt oder in einem Punkt beschuldigt wird, kann sie sich durch den Eid von vier Ratsmitgliedern rechtfertigen. Wenn sie darauf verzichtet und lieber Wiedergutmachung leisten will, hat sie jeder der anderen Städte des Bündnisses 100 Mark zu entrichten. Das Bündnis bleibt dann dennoch in Kraft.

10. Wenn ein Bürger aus den verbündeten Städten gegen den Vertrag verstößt und nach den Anklage durch das Zeugnis von zwei rechtschaffenen Zeugen überführt wird, hat er der Stadt, in der er sich aufhält, als Buße zehn Mark und ein Fuder[1] Wein zu entrichten. Niemand darf für ihn wegen einer Ermäßigung eintreten. Voraussetzung dafür ist allerdings, daß ihm durch öffentliche Verkündigung die Strafwürdigkeit seines Handelsn hätte bekannt sein müssen. Wenn er einer Schuld nicht überführt werden kann, kann er glaubhafte Leute als Reinigungszeugen annehmen und sich durch die dritte Hand[2] rechtfertigen.

11. Die Städte des Bündnisses sollen viermal im Jahr mit ihren Deputierten zusammenkommen, um über die angefallenen Probleme zu beraten. Wenn einer der Deputierten behindert oder gefangengenommen wird, hat jede der Städte sich davon betroffen zu fühlen und den Übergriff zu ahnden.

12. Keine der Städte soll ohne Beratung mit den anderen Städten eine Neuerung einführen.

In nomine Domini amen. Nos iudices, scabini, consules et universi burgenses civitatum et oppidorum Monasteriensis, Osnaburgensis, Sûsatiensis et Tremoniensis omnibus presentes litteras inspecturis notum facimus, quod nos propter communem utilitatem omnium nostrum nos ad invicem confederantes in presentem

confederationis formam pariter concordamus ipsamque pro eius clausulis compromittimus prestito iuramento ac data fide nos inviolabiliter observaturos:

(1) Volumus itaque, quod quilibet dominus cuiuslibet civitatis gaudeat per omnia iure suo nec in eo impediatur a civitatibus ullo modo, dummodo civitatem sibi subditam et predictas alias civitates gaudere faciat iure suo.

(2) Item dum aliquis magnatum seu dominorum terre ad expeditionem faciendam se munire intendit in aliqua predictarum civitatum equis, armis, victualibus aut aliis necessariis, nec civitas illa nec quisquam de civibus ibidem illi domino aut eius auxiliatoribus subveniet aliqualiter in premissis vel in aliquo premissorum illaque civitas providebit et precavebit omni, qua poterit, diligentia, bona fide, quod talis expeditio in dampnum alicuius civitatum predictarum minime se extendat. Intimabit etiam eadem civitas singulis aliis civitatibus prenotatis, quod talis dominus se ad expeditionem ceperit preparare.

(3) Item si aliquis dominus terre, nobilis, miles vel famulus aliquam civitatum predictarum spoliis, incendiis, captivitatibus aut aliis iniuriosis gravaminibus pregravarit et gravamine perpetrato a terminis profugus se subtraxerit, omnes prefate civitates omni dolo excluso fideliter laborabunt, ut malefactor ille vel in morte vel in vita civitati, cui dampnum intulit, presentetur. Et si pro presentatione illius pecuniam promitti vel dari contigerit, dimidietatem huiusmodi pecunie illa civitas, cui malefactor ille dampnum intulerit, dabit et persolvet, dimidietate altera ab aliis civitatibus persolvenda, talisque datio pecunie vel promissio non aliter fiet, nisi de consilio et assensu aliarum civitatum predictarum.

(4) Item si aliquis terre vel castri dominus aliquam predictarum civitatum infestaverit captivitatibus, incendiis aut rapinis seu aliquem malefactorem vel malefactores in castro suo seu munitionibus receperit vel detinuerit, civitas illa, que huiusmodi terre vel castri domino est propinquior, quam cito hoc intellexerit, per bonos suos nuntios et litteras absque mora monebit et moneri faciet illum dominum bona fide, quod captivum seu captivos super iusta placita quitum seu quitos eroget et remittat, ablata restituat seu illata restauret et emendet, exhibita nichilominus et prestita illi domino, si opus fuerit, sufficienti cautione, in qua relique due civitates equaliter persistent, quod illo domino seu suis a civitate illa, quam principaliter tangit negotium, super incusandis ius vel iustitiam vel amicitiam fieri facient et plenarie procurabunt. Idemque terre vel castri dominus, si huiusmodi monitis aquiescere noluerit, intimabitur extunc eidem ex parte civitatum predictarum, quod in hoc inequaliter et minus rationabiliter contra civitates procedere videatur, et de hoc necessitate compellente querimonias eas facere oporteat, ubicumque poterunt et fuerit oportunum.

(5) Item si ex iniuriosa infestatione, quam aliquis magnatum in aliquam civitatum vel oppidorum exercuerit, prelium exortum fuerit, civitas, cui hoc incumbit, si directis litteris suis poposcerit ab aliis civitatibus consilium et iuvamen, quelibet civitas magnatem illum litteris suis monebit, ut infra quindenam ab iniuririosa infestatione illius civitatis desinat et desistat ac iusta placita recipiat ab eadem, alioquin civitatem illam in iure suo deserere non debebunt. Qui si sic monitus obtemperare renuerit, extunc quelibet civitas infra octo dies, postquam requisita fuerit, decem viros armatos transmittet in illam civitatem, cui necessitas imminet et incumbit, et si maior necessitas imminuerit, ad requisitionem illius civitatis quelibet civitas huiusmodi armatorum numerum duplicabit. Quos armatos illa civitas, quam principaliter tangit negotium, expensis suis, cum ad ipsam venerint, procurabit. Viarum vero pericula in transitu quelibet civitas per se supportabit. Si autem prevalente iniuriantis seu iniuriantium violentia idem prelium ulterius se extenderit, extunc civitates convenient et tractatu inter se habito ad hoc fideliter intendent, qualiter illi civitati, cui imminet necessitas, subveniant consiliis et auxiliis oportunis.

(6) Item si reliquas civitates in aliquam civitatum predictarum armatos mittere contigerit dictisque armatis ibidem existentibus ope et opera eorundem illi civitati, quam tangit negotium, de inimicis Deus victoriam dederit, ita quod inimicos seu quosdam ex eis capi contigerit, illa civitas, quam principale tangit negotium, duas partes captivorum seu exactionum ex ipsis provenientium optinebit, parte tertia reliquis civitatibus

permanente, bonaque captivorum in conflictu acquisita inter armigeros eo iure, quod butinge dicitur, proportionaliter dividentur.

(7) Item si aliquam de predictis civitatibus impugnari contigerit et si ex aliqua civitate contra impugnatorem poterit prelium commodius exerceri, illa civitas ratione huiusmodi commoditatis admittet, quod ex ea exerceatur prelium alterius civitatis et auxiliatores de aliis civitatibus advenientes, qui erunt ibi, sub expensis illius, quam causa tangit, suscipiet favorabiliter et benigne ipsis consiliis et auxiliis assistendo. Illa etiam civitas, quam principaliter tangit negotium, tanto armatorum numero per se, quanto relique tres civitates perfrete ibidem fuerint, perfruetur, ita quod duplum numerum habeat armatorum. Illa quoque civitas, ex qua exercetur prelium, in propriis erit expensis, duarum vero civitatum homines civitas, quam tangit negotium, procurabit. Insuper expense armatorum moderabuntur hoc modo, quod cuilibet habenti dextrarium coopertum dabitur septimanatim una marca, armato vero cum torace erit dimidia marca ministranda. Nec a civitate, ex qua prelium exerceri contigerit, discedent armati ad propria redeundo, nisi de consilio illius civitatis et civitatum hoc faciant aliarum.

(8) Item si aliquam de prenotatis civitatibus obsideri contigerit, relique civitates habito quantotius inter se consilio modis omnibus, quibuscumque poterunt, ad hoc intendent fideliter, ut ab obsidione absque mora illa civitas liberetur. Quod si huiusmodi intentionem suam aliter explere nequiverint, obsessorem illius civitatis et alios, qui ei consilio et auxilio assistunt, totis viribus impugnabunt, ipsos in rebus et personis, incendiis et rapinis et aliis modis, quibuscumque poterunt, devastantes. Et hanc impugnationem ultra octo dies a primo die obsidionis, si prius non potest fieri, non tenebunt aliquatenus in suspenso. Et quelibet civitas ad hoc adeo ardenti animo intendet, ac si ipsam causa tangeret principalis. Quod si forte pro liberatione alicui magnati, nobili, militi vel famulo ab aliis civitatibus pecuniam promitti aut dari contigerit, dimidietatem illius civitas, quam tangit negotium, dabit et persolvet, dimidietate reliqua ab aliis civitatibus persolvenda. Insuper quecumque violenta iniuria alicui predictarum civitatum illata fuerit, illam relique civitates cum ea et ei equaliter supportabunt et quelibet civitas posse suo resistet et vindicabit, tamquam specialiter tangat ipsam, secundum tamen formam superius annotatam.

(9) Ceterum si aliqua predictarum civitatum ab aliis civitatibus super violatione forme huiusmodi compromissionis vel alicuius partis eius incusata fuerit, illam civitatem quatuor, qui pro tempore de consilio fuerint, expurgabunt prestito iuramento. Si autem emendare suam negligentiam potius quam expurgari decreverit, illa civitas cuilibet civitati sibi confederate centum marcas denariorum dare tenebitur pro emenda, confederatione huiusmodi in suo robore duratura.

(10) Item si aliquis civium predictarum civitatum contra presentem confederationis formam vel aliquam partem eius venisse incusatus et duorum proborum virorum testimonio convictus fuerit, ille civitati, in qua manet, tenebitur ad emendam decem marcarum et carrate vini, pro quibus relaxandis nullus hominum intercedet, ita tamen dummodo per publicam enunciationem factam in civitate, qua manet, scire potuerit, quod ipse talia, de quibus culpatur, debuerat evitare. Si autem convinci non poterit, sicut superius est expressum, ipse assumptis expurgatoribus fide dignis tertia manu se expurgabit, et talis sua expurgatio admittetur.

(11) Statuimus insuper, quod civitates predicte per bonos suos nuntios quater in anno conveniant quatuor anni temporibus infrascriptis, videlicet in octava Nativitatis beati Iohannis Baptiste et in octava beati Michaelis, item in octava Circumcisionis Domini et octava Pasche, super premissis et aliis, que emerserint, tractatum et colloquium habiture. Quod si forte nuntios civitatum vel aliquos ex ipsis in conveniendo impediri vel capi contigerit, omnes civitates predicte hoc sibi attrahent et totis viribus vindicabunt.

(12) Nulla etiam civitatum predictarum sine consilio reliquarum prelium aliquod instaurabit.

In testimonium igitur premissorum et robur firmitatis presentem paginam super eo confectam sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri, presentibus post sex annos minime valituris, antiqua tamen

confederatione nostra in suo robore perpetuo duratura. Actum Monasterii anno Domini M°CCC°XII°, feria quinta post octavas Pasche.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund; Siegel der Städte Münster (WS 77,1) mit Rücksiegel (WS 84,7), Osnabrück (WS 75,6), Soest (WS 76,1) mit Rücksiegel (WS 89,3) und Dortmund (WS 75,2) mit Rücksiegel (WS 84,3) anhängend; Druck: Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 472, S. 194 (mit Kürzungen); WUB VIII Nr. 708 (danach Wiedergabe); Hans. UB II Nr. 208, S. 84; Regest: Dortmunder UB I Nr. 324, S. 224.

[1]) Ein Fuder zu sechs Ohm, also etwa 90 Liter; [2]) d.h. durch drei Eideshelfer.

949

1312 April 9 Vienne

Papst Clemens (V). wendet sich an den Abt von Altenberg (Monteueteri), *die Pröpste von St. Marien zu Lippstadt* (Marie Lippensis) *in der Diözese Köln und von St. Gereon in Köln im Streit zwischen den Dominikanern zu Osnabrück und dem dortigen Domkapitel. Die Dominikaner hätten geklagt, daß das Domkapitel den Leichnam der Ludegardis von Bure, einer Angehörigen der Dompfarre, die nach dem letzten Willen der Verstorbenen auf dem Friedhof der Dominkaner hatte beigesetzt werden wollen, auf dem Domhof hatten begraben lassen. Der Bischof von Hildesheim, der vom Apostolischen Stuhl für die Dominkaner in der Provinz Sachsen zur Bewahrung ihrer Privilegien eingesetzt war, habe dem Dechanten und dem Kapitel aufgetragen, innerhalb einer bestimmten Frist die Leiche zurückzugeben. Andernfalls werde er über das Domkapitel das Interdikt verhängen. Das Domkapitel habe aber danach ihm, dem Papst, fälschlich vorgetragen, sie hätten die Leiche auf ihrem Friedhof in einem kirchlichen Begräbnis beigesetzt. Prior und (Dominikaner)brüder hätten dem Bischof fälschlich eingeredet, daß die betreffende Pfarrangehörige auf ihrem Friedhof begraben sein wollte. Der Bischof habe vorschnell und ohne den Sachverhalt zu prüfen die Rückgabe der Leiche und der bei der Beerdigung angefallenen Opfergaben angeordnet. Ohne zu berücksichtigen, daß sie an den Apostolischen Stuhl appelliert hätten, habe er gegen den Dechanten, den Thesaurar Gerhard, den Cantor Arnold, den Johann genannt Kaken, den Symon von Vorberch und andere Domkanoniker die Exkommunikation verhängt. Aufgrund dieser Appellation hätten sie erreicht, daß er, der Papst, an den Abt von Iburg und die Pröpste zu Oesede und Malgarten einen Brief gerichtet habe, den Prior und die (Dominikaner)brüder vor ihr Gericht zu laden. Von deren Seite sei eingewandt worden, sie besäßen ein durch den Apostolischen Stuhl verliehenes besonderes Privileg, daß sie durch ein päpstliches Mandat nicht vor Gericht gezogen werden könnten, wenn dieses Mandat nicht ausdrücklich dieses Privileg erwähne und es nicht durch eine besondere Klausel außer Kraft setze. Da der Abt und die beiden Pröpste diese Einlassung nicht gelten lassen wollten, appellierten der Prior und die (Dominikaner)brüder an den Apostolischen Stuhl. Ohne darauf Rücksicht zu nehmen, verhängten daraufhin der Abt und die beiden Pröpste über den Prior und die Brüder die Exkommunikation. Aufgrund ihrer Appellation hätten sie aber erreicht, daß der Papst an die Adressaten - d.h. an den Propst von St. Marien zu Lippstadt, an den Abt (von Altenberg), der seine Stellvertretung dem Propst von St. Walburgis, und an den Propst von St. Gereon, der seine Vertretung dem Thesaurar von St. Patrokli Soest übertragen hatte - einen Brief gerichtet habe, den Dechanten und das Kapitel vor das Gericht bei Soest zu laden. Der Propst von St. Marien Lippstadt und die Subdelegierten hätten aber die Entscheidung in der Appellation über ein Jahr in der Schwebe gelassen, obwohl sie mehrfach um eine Entscheidung gebeten wurden. Der Papst trägt nun den Adressaten auf, innerhalb von drei Monaten nach Empfang dieses Briefes den Streit ohne Berufungsmöglichkeit zu entscheiden. Andernfalls werde er die Äbte von Werden* (Verdensis) *und Altenkamp* (Campensis) *sowie den Dechanten von (St. Patrokli) Soest beauftragen, die Sache bei Soest zu entscheiden.*

Ausf., Perg., StA Osnabrück, Rep. 10 Nr. 17 (Kloster Natrup, Dominikaner Osnabrück), Bleibulle an Hanfschnur anhängend; Druck: Archiv der deutschen Dominikaner I, S. 102-104.

950

1312 April 24

Vor dem Schultheiß und den Ratsherren der Stadt Essen sichert der Essener Bürger Heinrich gen. Vyschere dem Grafen Dietrich von Limburg ein Rückkaufsrecht für eine an ihn verkaufte Rente von sechs Mark aus der Vogtei in Rellinghausen bzw. aus zwei Höfen zu Buschede, aus drei Höfen zu Beule[1] und aus einem Hof zu Hinsel[2] zu.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos .. scultetus et consules opidi Asindensis cupimus esse notum, quod constitutus coram nobis Henricus dictus Vyschere, coopidanus noster, protestabatur et confessus est publice in figura iudicii, quod, cum ipse alias emerit erga nobilem virum domicellum Theodericum comitem de Lymboryg sex marcarum redditus eidem nobili quondam competentes nomine advocatie sue in Relinchusen, qui quidem redditus exsolvuntur de duabus domibus in Buschede, tribus in Bole et una domo in Hyncele, pro quinquaginta marcis Turonensium Brozelen[a] [...][b] pro quatuor denariis computatis, dictam emptionem sub ea forma processisse, videlicet quod ipse comes aut sui heredes eosdem redditus reemere poterunt, si voluerint, pro huiusmodi quinquaginta marcis infra festum beati Petri apostoli ad Cathedram et non ultra, quod festum currit anno Domini M° CCC^mo quartodecimo. In quorum testimonium sigillum opidi nostri duximus presentibus apponendum. Actum et datum presentibus Hermanno, sculteto, Vlardo dicto Pywe, Frederico Krangen, Hensone Pywe et aliis consulibus dicti opidi anno Domini M° CCC^mo duodecimo, in crastino beati Georgii martiris.

Rasuram Brozelen approbamus. Datum ut supra.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 108 (Sammlung Kindlinger), S. 25; Regest: Limburg-Styrum 2.1 Nr. 235.

[a]) Dieses Wort auf Rasur; nach Vermerk Kindlingers soll es vermutlich Brüsseler Geld vorstellen; [b]) an dieser Stelle ist offensichtlich etwas ausgefallen.

[1]) Beule bei Steele; 2) Bauerschaft Hinsel in Ueberruhr.

951

1312 Mai 1

Bischof Dietrich von Paderborn verspricht den Edelherren von Büren, seinem Bruder Heinemann von Itter, dem Johann von Plettenberg, Marschall in Westfalen, sowie Rittern und Knappen als Mitbürgen, sie von ihrer Bürgschaft für das Bistum Paderborn zu lösen.

Nos Theodericus Dei gratia ecclesie Paderbonensis episcopus recognoscimus et notum esse volumus universis, quod nobiles viros .. dominos de Buren et Heynemannum dominum de Yttere, fratrem nostrum, et Iohannem de Plettenbraigt, marscalcum Westphalie, et eorum confideiussores, milites et famulos, qui pro nobis et ex parte nostra promiserunt pro pecunia in utilitatem ecclesie nostre permanentem conversa debemus et tenemur ab huiusmodi promissione absolutos reddere totaliter et indempnes, ad quod nos ipsis et eorum cuilibet sub sigillo nostro litteris presentibus obligamus. Datum kalendis Maiy anno Domini M° CCC° XII°.

Ausf., Perg., A Plettenberg-Hovestadt Urk. Nr. 12, Siegel des Bischofs (am Rande etwas abgebrochen, WS 50,1) mit Rücksiegel (WS 61,14) anhängend; Druck: WUB IX Nr. 997.

952

1312 Mai 5

Schiedsspruch des Johann von Bronckhorst, Propst zu Elst[1], und anderer zwischen Bischof Ludwig von Münster und Giselbert von Bronckhorst wegen verschiedener Forderungen, u.a. auch an den Grafen von der Mark.

... Voertmeer hebbe wi ghevunden, dat de vôrghenôemde here van Brunchorst, nadien dat bisscop Otte doet was, bisscop Conrade, de na hon quam, ende greef Everde van der Marke, de dicke bi hon plach tho wesen, umme dat vôrghenôemde ghelt hevet ghemaent ende vervolghet in alle dien, dat hi ze billike maenen ende vervolghen zolde.

Wiedergabe in WUB VIII Nr. 715 nach J.A. Nyhoff, Gedenkwaardigheiden uit de geschiedenis van Gelderland, I, Arnheim 1830, Nr. 130, S. 129.

[1]) Provinz Gelderland.

953

1312 Mai 11 Vienne

*Papst Clemens V. beauftragt den Abt des Klosters von St. Peter und St. Paul in Paderborn[1], den Thesaurar von St. Peter und St. Andreas[2] und den Paderborner Domherrn Werner von Volmerstein (*Volme-*), den Streit zwischen der Äbtissin und dem Kapitel des Stifts Essen mit dem Kölner Erzbischof zu entscheiden. Die Äbtissin habe angezeigt, daß das Stift von jeglicher Jurisdiktion des Kölner Erzbischofs und der Gerichtbarkeit anderer Bischöfe (*aliorum iudicum ordinariorum*) aufgrund eines speziellen Privilegs des Apostolischen Stuhls befreit sei. Dennoch versuche der Erzbischof, dort zu visitieren. Datum Vienne 1312 Mai 11 (*V. idus Maii pontificatus nostri anno septimo*).*

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 239, Bleibulle an Hanfschnur anhängend; Druck: Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 355, S. 168; Regest: REK IV Nr. 694.

[1]) Kloster Abdinghof, 2) Busdorfstift.

954

1312 Mai 11 Vienne

Papst Clemens V. beauftragt den Abt des Klosters von St. Peter und St. Paul[1], den Thesaurar von St. Peter und St. Andreas[2] und den Domherrn Werner von Volmerstein (Volme-), den Streit zwischen Äbtissin und Kapitel des Stifts Essen mit dem Kölner Erzbischof Heinrich wegen der vom Stift beanspruchten Befreiung von der Vogtei des Erzbischofs über das Stift zu entscheiden. Datum Vienne V. idus Maii, pontificatus nostri anno septimo*).*

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 240, Bleibulle an Hanfschnur anhängend; Druck: Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 356, S. 168; Lacomblet UB III Nr. 115; Beiträge zur Geschichte von Stadt und Stift Essen 13, S. 144; Regest: REK IV Nr. 695.

[1]) Kloster Abdinghof; 2) Stift Busdorf in Paderborn.

955

1312 Mai 13

Vor den Ratsherren der Stadt Lippstadt verkaufen der Lippstädter Bürger Hermann gen. Hymelrike und seine Frau Alheidis dem Propst, der Priorin und dem Konvent des Stifts Cappel eine Rente von sechs Schillingen aus ihrem Haus und der dazugehörenden Hausstätte.

Universis presentem literam visuris ac etiam audituris nos .. consules opidi Lippensis notum esse cupimus, quod constituti coram nobis Hermannus dictus Hymelrike et Alheydis, coniuges, nostri conburgenses, recognoverunt se habito consensu et vol[un]tate[a] omnium heredum suorum redditus sex solidorum denariorum apud nos usualium et bonorum tollendos singulis annis duobus terminis, videlicet tres solidos quo[libet] festo beati M[ichalis] et totidem solidos quovis festo Pasche in domo et area cum omni iur[e], prout situata

est, quam ad presens inhabitant, religiosis personis domino .. preposito, [..] priorisse totique conventui monasterii sanctimonialium in Cappele pro quadam pec[unie summa] numerata, tradita et soluta rite et rationabiliter vendidisse perpetualiter possidendos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad petitionem dictorum coniugum suorum[que] heredum apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Bernardo dicto Pundere et Petro de Sancto Trudone, proconsulibus, Hermanno Bodekini, Gerardo Eylhardi, Andrea dicto Hoppe, Herbordo de Esbeke, Iohanne de Vsnen, Machorio Ywaninc, Iohanne de Bokeneuo[rd]e, Volmaro de Magga, Frederico dicto Kuninc, Rotgero de Amerungen, Hermanno de Gutingen, Hermanno de Hiddenbroke, Arnoldo de Cleye, Hermanno dicto Vinke, Dethmaro Essekinc, Volberto Volbrachtinc, Hermanno Borenstroth, Meynardo Pistore, Lodewico de Bochem, Arnoldo dicto Hodwelkere, Theoderico de Sancto Trudone, Godefrido dicto Bluwel, consulibus, et quam pluribus aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StA Detmold, Rep I D Sect VIII Nr. 2 (Stift Cappel), Siegel ab.

[a]) Textverluste durch Beschädigungen.

956

1312 Mai 25

Gerwin gen. Nappe, Bürger zu Werl, verkauft den Schwestern Christine, Begine, und Elisabeth, Witwe, eine Rente von einer halben Mark aus seinen Gütern.

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris ego Gerwinus dictus Nappe, civis Werlensis, notum esse cupio presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate et consensu uxoris mee Mechtildis et omnium heredum meorum, prout nomina tenent, vendidi ex integris bonis meis duabus sororibus Cristine, beggine, et Elizabeth, vidue, dimidiam marcam annuatim solvendam in festo beati Mychaelis pro sex marcis legalium denariorum datis et persolutis iure hereditario libere et quiete perpetuo possidendam, tali condicione adiecta, quod, cuicumque vel quibuscumque dicte sorores dictam dimidiam [marcam][a] assignaverint vel contulerint illis, ego[b] dictus Gerwinus et uxor mea dicta seu omnes heredes eorum[c] nominati dare debemus[d] specialiter et solvere in festo beati Mychaelis memorato. In cuius rei firmum testimonium sigillum nostri oppidi presentibus est appensum. Presentes erant, dum hec agerentur, Hinricus Prosekese, Hinricus Cancer, tunc magistri consulum, Theodericus de Hollinchove, Hermannus, frater meus, Hermannus dictus Barg et alii quam plures viri fide digni. Datum anno Domini M° CCC° duodecimo, in die beati Vrbani pape et martiris. Suprascriptionem approbamus.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 91, Siegel ab; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (ehemals: Msc. VII 5737), Bl. 126v; Abschrift von 1674, Wedinghausen, Akten Nr. 321 (ehemals: Msc. I 209), Bl. 247.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen; [b]) über der Zeile eingefügt; [c]) unsichere Lesung; [d]) aus „debent" verbesert.

957

1312 Mai 25

Bischof Theobald von Lüttich wird nach der Kaiserkrönung in Rom getötet. Ihm folgt im Bischofsamt Adolf von der Mark.

Anno Domini M°CCCXII° Theobaldus episcopus Leodiensis in urbe Romana post coronacionem imperatoris ibi factam in die sancti Urbani occiditur. Cui dominus Adulphus de Marka in episcopatu Leodiensi succedit.

Wiedergabe nach Zschaeck, Levold, S. 65.

958

1312 Juni 1 Dortmund

Johann von Plettenberg, Marschall des Landes Westfalen, bekundet neben weiteren fünf Pfandherren, daß ihnen die Burg Reckenberg und die Stadt Wiedenbrück laut folgender Urkunde verpfändet wurden: Bischof Engelbert und das Domkapitel von Osnabrück verpfänden den sechs Pfandherren die Burg Reckenberg und die Stadt Wiedenbrück und erläutern die diesen damit zustehenden Rechte.

Nos Iohannes de Plettenbracht, nunc marscalcus terre Westfalie, Baldewinus de Varendorpe, Lutbertus de Beueren, Conradus de Batenhorst, Nycholaus dictus Eyfler, milites, et Iohannes Eyfler, civis Osnaburgensis, pro nobis et heredibus nostris recognoscimus per presentes literas sigillis nostris sigillatas, quod castrum Redikenberg et oppidum Widenbrugge cum omnibus iuribus ipsorum nobis sunt obligata secundum formam infrascriptam:

Nos Engelbertus Dei gratia episcopus, Iohannes prepositus, Euerhardus decanus totumque capitulum ecclesie Osnaburgensis notum facimus universis tam presentibus quam futuris publice protestando, quod nos de communi consensu nostro, ministerialium et consulum ecclesie et civitatis nostre Osnaburgensis nomine totius universitatis civitatis et pro ipsis obligavimus et presentibus obligamus viris strennuis Iohanni de Plettenbracht, nunc marscalco terre Westfalie, Baldewino de Varendorpe, Lutberto de Beueren, Conrado de Batenhorst, Nycholao Eyfler, militibus, et Iohanni Eyfler, civi Osnaburgensi, ac eorum heredibus castrum nostrum Redikenberg et oppidum Widenbrugge cum omnibus iuribus, redditibus, proventibus, fructibus, obventionibus et emergentiis, in quibuscumque bonis aut rebus consistant, atque obedientiis tam castrensium dictorum castri et oppidi quam sub castrensium in Widenbrugge et oppidanorum universorum custodia ac vigilia in Widenbrugge in omni suo iure et consuetudine tam infra castrum et oppidum quam extra, in quibuscumque bonis aut rebus existant, sive in iurisdictionibus, potestatibus, consuetudinibus, emergentiis, pascuis, pratis, piscaturis, nemoribus ac quibuscumque rebus consistant, quibus nobis et ecclesie nostre fideliter obedire consueverunt, nichil iuris aut consuetudinis sive facti nobis ecclesieque nostre tempore dicte obligationis durante in eisdem reservantes pro duobus milibus et nongentis marcis denariorum Osenbrugge legalium et bonorum nobis ab eisdem numeratis, traditis et solutis pro parte Frederico dicto Post, militi, et suis fratribus, qui castrum Yburg et Redikenberg cum redditibus oppidi in Widenbrugge contra iustitiam occupaverant, nec non etiam conversis in nostram eiusdemque ecclesie utilitatem evidentem et inevitabilem necessitatem pariter et profectum. Porro arbitramur et concedimus, quod prenotati sex ac eorum heredes tam ad presens circa reparationem qualemcumque, maxime in fossatis dicti castri viginti quinque marcas expendant et si, quod absit, ipsum castrum casu repentino igne consumi contigerit, iidem quinquaginta marcas dicte monete de scitu castrensium et consulum in Widenbrugge in reedificando castrum expendere debent adiciendas sorti principali et ad quas ipsis aut eorum heredibus manebimus obligati. Preterea ad redditus, proventus, obventiones et emergentias quoscumque dictorum castri Redikenberg et oppidi Widenbrugge tam infra fossata quam extra superius enarratos nos manus nostras per nos et alios quoscumque nomine nostro, cuiuscumque condicionis existant, non apponemus in amicitia vel in iure obligatione durante nec eosdem sex aut eorum heredes perturbabimus in premissis, expresseque volentes, quod iidem sex ac ipsorum heredes castrenses dictorum castri et oppidi ad personalem residentiam faciendam, prout tenentur, in dictis castro et oppido compellant et compellere valeant et monere sub optentu suorum feodorum castrensium, que vulgo dicuntur „bůrchlen“, sicuti ipsos nos in propriis nostris personis compellere possemus, nichilque nobis dominii et iuris tempore dicte obligationis durante circa ipsos reservando nec, quandocumque ipsorum castellanorum infeodare de suo castrensi feodo debebimus quoquo modo, sed quod iidem ad bona talium castrensium, que ratione feodorum suorum a nobis dependere dinoscuntur, manus suas apponere poterunt et se intromittere de bonis eorundem, si ibidem residere noluerint, ut tenentur, contradictione nostra qualibet non obstante, nec ipsos seu quoscumque alios subiectos iurisdictioni castri et oppidi tam intra quam extra ad tytulum fidelitatis

nobis de dictis nostris ipsis obligatis intromittemus, prout superius est expressum. Volumus etiam, quod, si prelibati sex ac ipsorum heredes quecumque bona abstracta seu alienata pertinentia ad dictos castrum et oppidum sive infra fossata dictorum castri et oppidi sive extra requisiverint et iure vel in facto vel quocumque modo ad ecclesiam revocare contigerit, eadem bona iidem in subsidium suarum expensarum circa dictos castrum et oppidum faciendarum reservabunt, nobis de eisdem nichil discomputando, promittentes unanimiter dictis sex, videlicet Iohanni de Plettenbracht, nunc terre Westfalie marscalco, Baldewino de Varendorpe, Lutberto de Beueren, Conrado de Batenhorst, Nycholao Eyfler, militibus, Iohanni Eyfler, civi Osnaburgensi, et eorum heredibus et cuilibet in solidum, quod ipsis seu alteri ipsorum viventi seu viventibus nullum impedimentum seu offendictum per nos aut nostros quoscumque nostro nomine procurabimus vel faciemus tacite vel expresse ac alios quoscumque nec contra tenorem literarum nostrarum et promissi veniemus tam diu, quousque eisdem aut eorum heredibus de prenotata summa pecunie principali infra civitatem vel dyocesim Osnaburgensem ad eorum voluntatem fuerit plenarie satisfactum. Et quandocumque vel quotiencumque quadringentas marcas dicte monete ac amplius eisdem aut suis heredibus solvere voluerimus infra civitatem et dyocesim predictas, ad ipsorum voluntatem a nobis recipient et discomputabunt de summa principali, donec totam summam receperint, que superius est expressa. Et continuo restituent nobis castrum et oppidum cum universis suis attinentiis iam predicta contradictione qualibet non obstante. Renuntiantes nichilominus omni iuri et actioni, quod vel que tempore obligationis durante nobis competit vel competere possit in castro Redikenberg et oppido Widenbrugge prenotatis et fructibus, obventionibus, proventibus et emergentiis quibuscumque tam infra fossata quam extra eorumdem preter spiritualia, que nobis semper et nostre ecclesie reservamus, volentes omnia et singula suprascripta firmiter observare et in nullo contravenire de iure vel de facto nec in hac parte suffragari nobis volumus auxilium iuris canonici vel civilis. Renuntiamus etiam aliis omnibus constitutionibus vel privilegiis editis vel edendis. In cuius rei testimonium nos Engelbertus episcopus, .. prepositus, .. decanus et capitulum, .. ministeriales sigilla presentibus duximus apponenda. Nos vero proconsules et consules civitatis Osnaburgensis, quia premissis interfuimus, recognoscimus hec omnia vera esse facta taliter et conscripta.

In horum omnium testimonium nos quinque milites et Iohannes, civis Osnaburgensis, nostra sigilla duximus presentibus apponenda. Actum et datum Osenbrugge anno Domini M° CCC duodecimo, primo die mensis Iunii.

Ausf., Perg., Dom A Osnabrück, von den sechs angehängten Siegeln die beiden letzten ab, an 1. Stelle Siegel des Johann von Plettenberg.

959

1312 Juni 1

Die Ritter Johann von Plettenberg, Marschall des Landes Westfalen, Baldewin von Varendorp, Lubert von Beveren, Konrad von Batenhorst, Nikolaus Eyfler sowie der Osnabrücker Bürger Johann gen. Eyfler verpflichten sich als Pfandinhaber der Burg Reckenberg und der Stadt Wiedenbrück, keinen Gegner der Osnabrücker Kirche dort aufzunehmen, die Pfandbesitzungen nicht zu verpfänden oder zu verkaufen, die Burgmannen zu Reckenberg und die Bürger zu Wiedenbrück bei ihren Rechten zu belassen sowie das Pfand nach Bezahlung der Pfandsumme dem Bischof von Osnabrück und seiner Diözese unverzüglich wieder einzuräumen.

Nos Iohannes de Plettenbregt[a], tunc marschalcus terre Westfalie, Baldewinus de Varendorp, Lubertus de Beueren, Conradus de Battenhorst, Nycholaus Eyflere, milites, et Iohannes dictus Eyflere, civis Osnaburgensis, universis presentia visuris sive audituris notum facimus et recognoscimus per presentes, quod in castro Redekinberg[b] et opido in Wydenbruge nobis et nostris heredibus ab .. episcopo et ecclesia Osnaburgensi obligatis nullum tenebimus vel recipiemus, qui dampna, iniuriam aut violentiam inferat .. domino epi-

scopo vel sue dyocesi, item quod castrum et opidum predicta non obligabimus alicui nec vendemus neque quocumque alio tytulo distrahemus nec avertemus ab ecclesia Osnaburgensi, sed fideliter custodiemus. Si vero, quod absit, episcopus, qui pro tempore fuerit, civitas aut dyocesis dicta castrum et opidum seu alterum eorundem inpugnare, expugnare aut circumvallare voluerint, tunc de dictis castro et opido disponere poterimus, prout nobis et nostro utilitati videbitur expedire, donec huiusmodi violentia reprimamus, item quod solutione pecunie facta, pro qua castrum et opidum predicta nobis sunt obligata, videlicet duobus milibus[c] nongentis marcis denariorum Osnaburgensium legalium, nos absque ulla contradictione seu defensione efficaciter restituemus castrum et opidum predicta cum omnibus pertinentiis, quibus nobis obligata sunt, ecclesie Osnaburgensi memorate. Item ultra summam predictam nichil computabimus preter id, quod in obligationis literis continetur. Item quandocumque et quotienscumque predicti .. episcopus et ecclesia nobis quadringentas marcas vel ultra solverint infra civitatem vel dyocesim Osnaburgensem, illas ab ipsis recipiemus et discomputabimus de summa principali. Preterea castellanos et ministeriales castri Redekenberg et opidanos opidi Widenbruge in omni suo iure et consuetudine, quibus antiquitus gaudere consueverunt[d], manere permittemus, promittentes pro nobis et heredibus nostris omnia superius enarrata firmiter observare. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum Osnabrugen anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, prima die mensis Iunii.

Ausf., Perg, Dom A Osnabrück, A: sechs Siegel angehängt, als erstes (beschädigt) das des Marschalls, Rückvermerk (14. Jahrh.): cautio de non tenendo quemquam in Widenb. in preiudicium ecclesie Osnab. facta de Plettenbrach*; dabei B: gleichzeitige Abschrift (unbesiegelt).*

[a]) In B „ Plettenbergk"; [b]) in B. „Redikinberg; [c]) in B „milibus" über der Zeile nachgetragen; [d]) in A: „consuverunt"; [e]) in B: „Osenburg".

960

1312 Juni 1 Osnabrück

Bischof Engelbert von Osnabrück, das Domkapitel und die Ministerialen des Bistums teilen den Burgmannen sowie dem Rat und den Bürgern der Stadt Wiedenbrück die Verpfändung von Burg und Stadt an die Ritter Johann von Plettenberg, Marschall des Landes Westfalen, Balduin von Varendorp, Lutbert von Bevern, Konrad von Batenhorst und Nikolaus Eifeler sowie den Osnabrücker Bürger Nikolaus Eifeler mit. Sie entbinden die Burgmannen und Bürger für die Dauer der Verpfändung von der Treueverpflichtung gegenüber der Osnabrücker Kirche und weisen sie an, die Treue den Pfandinhabern entgegenzubringen.

Nos E. Dei gratia episcopus, .. prepositus, .. decanus totumque capitulum ac ministeriales ecclesie Osnaburgensis prudentibus viris castellanis universis et subcastellanis castri in Redekenberg, proconsulibus et consulibus ac toti universitati oppidanorum oppidi de Widenbrugge salutem, gratiam eternam et omne bonum. Cum nos et ecclesiam nostram Osnaburgensem propter diversa et varia onera debitorum, quibus nos evidenter opprimebamur tam ex parte Frederici militis dicti Post et suorum fratrum quam aliorum nostrorum creditorum castrum nostrum Redekenberg et oppidum nostrum Widenbrugge ad succurrendum et relevandum huiusmodi debita obligavimus et obligare decrevimus famosis viris Iohanni de Plettenberg, marscalco terre Westfalie, Baldewino de Varendorpe, Lutberto de Beueren, Conrado de Batenhorst, Nicolao Eyfelere, militibus, et Iohanni dicto Eyfelere, civi Osnaburgensi, et eorum heredibus, vos ab obedientia et fidelitate nobis ecclesieque nostre nomine prestitis[a] sive factis absolvimus per presentes, vos rogantes et precise volentes, quatinus prenotatis sex aut eorum heredibus fidelitatem et obedientiam nobis et ecclesie nostre debitas et consuetas faciatis tam diu, quousque eisdem prelibatis sex aut eorum heredibus summa pecunie ad eorum valitatem persolvatur, que in obligationis literis nostris continetur. Quas quidem nostras literas iidem sex penes se reservant. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Osenbrugge anno Domini millesimo CCC[mo] duodecimo, prima die mensis Iunii.

Transsumpt in der Urkunde vom 30. Mai 1327, StAM, Grafschaft Ravensberg Urk. Nr. 67a.

[a]) In der Vorlage „prestititis".

961

1312 Juni 8

Papst Clemens V. gestattet dem Adolf von der Mark, Propst von St. Martini in Worms, der Präbenden in den Diözesen Münster und Köln hat, an ihrer Stelle andere Präbenden anzunehmen.

Wiedergabe nach dem Druck: Sauerland, Vat. Reg. Nr. 358 (Vat. Reg. 59 Bl. 170v); Regesten: Regestum Clementis V, Nr. 8531; WUB VIII Nr. 721.

962

1312 Juni 11

Die Witwe Gertrud gen. Pelegrim verkauft Arnold gen. von Rösebeck ihren halben Zehnten zu Wersinghausen[1].

Nos Gertrudis, relicta quondam .. dicti Pelegrim, Lutgardis, eius filia, Conradus, Herboldus, Iohannes, Gerhardus et Hermannus dicte Gertrudis filii, scire volumus singulos et universos in hiis scriptis publice protestantes, quod propria moti voluntate ac cum consensu, consilioque predeliberato discreto viro Arnoldo dicto de Rosebeke ac suis veris heredibus vendidimus ac iusto venditionis titulo assignavimus seu condonavimus nostram dimidiam decimam in Wrissinchusen sitam cum appendiciis suis universis perpetue ac hereditarie possidendam. Ne igitur presens pagina in posterum alicuius calumpnia valeat perturbari, rogamus presens scriptum sigillo opidanorum in Ruden communiri. Nos autem Gobelinus de V̊lede, proconsul in Ruden, Lutbertus de Anlaghen, Hermannus de Dreuere, Henricus Waldradis, Lutbertus dictus Duuel, Fredericus Hillebrandi, Henricus Henfridi, Lutbertus de Netelstede, Hermannus de Lon, Hermannus Helengardi, Goscalcus dictus Pal et Wulfhardus, consules ibidem, ad preces predicte Gertrudis ac suorum liberorum suprascriptorum et, quia premissa rationabiliter fieri vidimus coram nobis, presentem paginam sigillo oppidanorum in Ruden roboramus in testimonium premissorum. Testes et presentes huius rei sunt: Gerhardus de Ruden, Fredericus de Zassendorphe, Petrus de Efle, Wilhardus de Holthusen, milites et castrenses in Ruden, Vollandus, Conradus Hytertat, Dethardus de Anroghte, famuli, castrenses ibidem, Godefridus Dobere, Bodo Woste, Iohannes Nothellinc, iudex in Ruden, Hermannus dictus Rinesche, Conradus dictus Pelegrim, Iohannes dictus Hegeman, Wilhelmus de Volkelinchusen ac alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M° C°C°C° XII°, ipso die beati Barnabe apostoli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Bredelar Urk. Nr. 155, Siegel ab, Rückvermerk (14. Jahrh.): item tenden to Wissinckhusen*; Abschrift in Msc. VII 5709 b, S. 75 und Bredelar, Akten 2, Bl. 446; Druck: WUB IX Nr. 1024: Regest: UB Bredelar Nr. 180.*

[1]) Wüstung östlich von Brilon.

963

1312 Juni 16 Werden

Wilhelm Abt zu Werden überläßt dem Kloster Benninghausen im Tausch seinen zum Oberhof zu Herzfeld gehörenden Eigenhörigen, Johannes, den Sohn des Gerhard von Ostendorp, und erhält dafür Arnold von Wiggeringhausen[1].

Wilhelmus Dei gratia abbas monasterii Werdinensis universis presentia visuris salutem. Noveritis, quod nos considerata utilitate nostra et curtis nostre in Hertzvelde Iohannem, filium Gerhardi de Ostendorp curti

nostre predicte iure servili attinentem manumisimus et ipsum dedimus per concambium religiosis .. abbatisse et conventui in Benninchusen, recipientes ab eisdem .. Arnoldum de Wichgerinchusen per concambium rationabile et iustum ad idem ius, quo dictus Iohannes nobis et curti nostre de Hertzvelde predicte prius attinebat. In cuius rei testimonium sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Datum Werdene anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, in crastino beati Vithi martiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 118, Wachsrest des Siegels abhängend.

[1]) Nordöstlich von Horn, vergl. Schelhasse, Benninghausen, S. 123.

964

1312 Juni 18

Ritter Lambert von Scheidingen verkauft dem Kloster Fröndenberg für 44 Mark seine in Kessebüren gelegene Hufe, genannt Merschhof[1].

Nos Lambertus de Schedinghen, miles, universis presentia visuris et audituris cupimus fore notum, quod nos cum consensu et voluntate Hadewigis, uxoris nostre legitime, Gotfridi, Gertrudis et Hadewigis, nostrorum heredum, et coheredum mansum situm in Buren, vulgariter Merschoue nuncupatum, cenobio in Wrindeberghe vendidimus pro quadraginta quatuor marcis denariorum in Hammone legalium nobis traditis et solutis libere, hereditarie et proprietarie possidendum perpetue et habendum. Aderant huic venditioni Erenfridus Quatterlant, Henricus Dydelinchof, proconsul tunc temporis in Vnha, Hermannus Lautenzyl et alii plures. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, dominica proxima die post Viti.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 81, Siegel ab; Rückvermerk (15. Jahrh.): Buren *und (18. Jahrh.):* sive Frömern.

[1]) Unter diesem Namen später nicht mehr in Kessebüren nachweisbar.

965

1312 Juni 21

Bischof Dietrich von Paderborn, der Propst von Cappel, der Ritter Remfried von Erwitte und Meinhard gen. von Hudelich kommen überein, die Zahl der zu vergebenden Plätze für Salzhäuser in Westernkotten über die bestehende Zahl von 92 nicht zu erhöhen. Es steht jedem frei, zwei oder drei Salzhäuser zu einem zusammemzulegen. Die Pächter, die die Pacht nicht fristgerecht entrichten, sollen automatisch ihre Rechte an den Salzhäusern und den Brunnen der Sole verlieren.

Theodericus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus, praepositus monasterii in Cappele, Remfridus de Eruethe, miles, et Menhardus[a] dictus Hudelich recognoscimus et notum esse volumus, quod unanimi consensu et deliberatione omnino in hoc convenimus statuentes, quod nos universi et singuli deinceps nulli aquam puteorum nostrorum, areas casarum in Westernkotten ad operationem salis praeter datas iam et assignatas dabimus vel vendemus, et nonaginta et duae domus operum salis nunc ibidem existentes et non plures numero permanebunt. Habebimus quoque potestatem duas domus vel tres in unam domum iuxta utilitatem et placitum nostrum cuiuslibet adunandi et salem in eis divisis et adumatis per nos et per quemlibet nostrum et nostro et cuiuslibet nostrum nomine et auctoritate per nostrum nuncium, qui tum civis in Westernkotten secundum morem antiquorum fiat vel fuerit, operandi. Item pensionarii, qui pro tempore fuerint, si a solutione pensionum temporibus ad hoc statutis cessaverint, a iure, quod in dictis domibus et puteis habebant, cadent ipso facto, ita quod domini puteorum sibi vel aliis de illo iure poterunt providere et sine contradictione civium in Westernkotten assignare et locare, sicut in locationibus agrorum et bonorum suorum fieri est consuetum. Promittimus etiam praemissa fide data vicissim corporali et sub poena centum marcarum puri

argenti, quem poenam contraveniens et non serviens servanti et servantibus solvet, firmiter observare et non contrafacere ullo ingenio sive modo salvis iuribus dominii et iure nostro, consuetudinibus et statutis hactenus observatis, quibus extra praedicta in nullo volumus derogari. In huius rei testimonium et perpetuam memoriam nos episcopus, praepositus, Remfridus et Alenhardus praedicti sigilla nostra praesentibus duximus apponenda. Datum Albani martiris anno incarnationis dominicae millesimo trecentesimo duodecimo.

Abschrift von 1601 (beglaubigt durch den Notar Petrus Pesl), StAM, Reichskammergericht L 274 Bd. 1, Bl. 108, desgl. Bd. 2, Bl. 249 (A); Abschrift von 1781, Hofkammer Paderborn Nr. 832, Bl. 1, zeitweilig in der Registratur des Oberbergamts Dortmund (118 Nr. 8, nach Abgabe ans StAM unter Nr. 388), danach Druck in WZ 67, 1909, S. 227-231 (B); Abschrift des 17. Jahrh., A Ketteler zu Harkotten, Störmede F 1a 1 und 2 (C), danach Druck in INA, Kreis Warendorf S. 95, Nr. 1; StA Detmold, Kurzregest im Cappeler Urkundeninventar des 17. Jahrh.; weiterer Druck: WUB IX Nr. 1026; Regest: Lipp. Regesten Nr. 2498, Bd. 4, S. 1.

[a]) Nur in A „Alenhardus", dort aber schon der erste Buchstabe korrigiert.

966

1312 Juni 21 Priorat Grauseau

Papst Clemens V. stellt mit Rücksicht auf den Kölner Erzbischof Heinrich, seinem Verwandten, dem Heinrich von Virneburg, in der Kathedralkirche zu Köln oder einer anderen Kirche der Kölner Diözese eine Dignität oder eine Pfarrstelle oder ein anderes geistliches Amt mit oder ohne Seelsorge in Aussicht. Dem soll nicht entgegenstehen, daß dieser als Minderjähriger die Pfarrkirchen in Asbach und Welling, ferner die mit Seelsorge verbundene Propstei in Soest und Kanonikate in den Domkirchen zu Köln und Trier und in der Kirche zu Bonn und schließlich auch die Anwartschaft auf die Scholasterie von St. Gereon in Köln, über die allerdings vor dem Apostolischen Stuhl prozessiert werde, erhalten hat. Diese Erlaubnis wird erteilt, obwohl Heinrich nicht in der vorgeschriebenen Zeit zum Priesterstand gelangt ist und nicht Residenz gehalten hat. Unter der Voraussetzung, daß er auf die beiden Pfarrkirchen verzichtet, soll er zwei andere Präbenden empfangen dürfen. Der Papst befreit ihn ferner vom Makel der Irregularität, die er sich zugezogen hat, indem er bewaffnet an zwei Schlachten zur Verteidigung der Rechte der Kölner Kirche teilgenommen hat.

Clemens V. Henrico de Vyrnemburg, canonico Coloniensi, reservat consideratione Henrici, archiepiscopi Coloniensis, pro eo consanguineo supplicantis, in cathedrali vel alia ecclesia civitatis vel diocesis Coloniensis dignitatem seu personatum vel officium cum cura vel sine cura, non obstantibus, quod is olim in Aspach et in Welmich Coloniensis et Treverensis diocesium ecclesias parrochiales tunc in minori constitutus etate necnon in Susaciensi dicte Coloniensis diocesis preposituram curam animarum habentem ac in Coloniensi et Treverensi et Bunnensi eiusdem Coloniensis diocesis ecclesiis canonicatus et prebendas fuit diversis temporibus assecutus eidemque etiam de scolastria ecclesie S. Gereonis Coloniensis provisum extitit, super qua apud sedem Apostolicam litigat, dictosque preposituram, ecclesias parrochiales, canonicatus et prebendas insimul usque ad hec tempora retinens percepit et percipit fructus et redditus ex eisdem nec fecit se, prout ratione dictarum ecclesiarum parrochialium tenebatur, infra tempus a iure statutum ad sacerdotium promoveri nec etiam debitam residentiam in eisdem, dispensatione non obtenta. Papa cum eodem, ut parrochiales ecclesias, preposituram, canonicatus et prebendas predictos insimul retinere et dignitatem seu personatum vel officium huiusmodi necnon et duobus de dictis beneficiis, predictis parrochialibus ecclesiis exceptis, dimissis loco ipsorum dimissorum duo alia beneficia ecclesiastica, etiamsi dignitates seu personatus vel officia existant et curam habeant animarum, recipere et insuper cum prepositura, canonicatibus et prebendis predictis retinere valeat, dispendat; remittit et donat eidem fructus et redditus ex eisdem beneficiis perceptos, omnem ambitionis infamie seu irrigularitatis notam forsan premissorum occasione et ex eo etiam, quod olim pro defensione iurium Coloniensis ecclesie armatus duobus interfuit conflictibus, obortam abolet. Tamen assecutus

prefatas dignitates, personatus vel officia, easdem parrochiales ecclesias dimittere teneatur. Generis et morum nobilitas ... Datum in prioratu de Grausello ... XI. kalendas Iulii, anno septimo.

In eternam memoriam abbatis monasterii de Lacu et preposito Frankinfordensis ac decano S. Florini in Confluentia ...

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Regesten I Nr. 367, S. 172, nach Reg. 59 Bl. 157, Nr. 757; Regesten: Reg. Clementis V Nr. 8453 und REK IV Nr. 704.

967

1312 Juli 8

*Der Soester Bürger Dietrich von der Kapelle (*Thidericus de Capella*) verkauft dem Dietrich de* Kertorp, *Bürger zu Marsberg, einen Hof in Horhusen, den er von der Kirche zu Marsberg (*Montis Martis*) zu Lehen besaß.*

Ausf., Perg., StAM, Stift Marsberg Urk. Nr. 35, Siegel ab; Druck: WUB IX Nr. 1032; Regest: UB Marsberg Nr. 74.

968

1312 Juli 16

Vor Rudolf, Richter zu Lenhausen, verzichtet Heinrich de Palude auf jegliche Rechtshandlung gegen Propst und Konvent des Klosters Oelinghausen bzw. auf eine de Palude *genannte Hufe in die Hand der beiden Klosterbrüder Ermarus und Johannes.*

Universis presentia visuris et audituris nos Rvdolfus, iudex in Lenhusen, salutem et rei geste cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod Hinricus de Palude cum uxore sua et liberis suis constitutus coram meo iudicio renunciarunt expresse omni actioni et iuri, quod ipsis competere posset contra religiosas personas, prepositum videlicet et conventum monasteri in Vlichusen, occasione mansi de Palude dicto monasterio pertinenti, in quo predicti se aliquid iuris habuisse affirmabant. Unde in nostra presencia testimonio proborum in manus duorum fratrum dicti monasterii, Ermari et Iohannis dictum mansum resignabant et renunciaverunt omni iuris auxilio, quod contra premissa posset eis quantumlibet suffragari. Super quibus nos latam sententiam tulimus, decrevimus per presentes in rem iudicatam dictum negotium transmisisse. In cuius rei testimonium, quia sigillum proprium non habemus, petivimus sigillum plebani de Sconeholthusen huic scripto apponi. Et nos plebanus de Sconeholthusen ad rogatum iudicis et consensum partium hincinde presenti scripto sigillum nostrum in testimonium duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XII°, dominica post Divisionem apostolorum. Testes, qui aderant, fuerunt Advocatus de Hegene, Th. de Afflen, Crolleken, Richardus de Lenehusen, Gotffridus Mercator et Io., filius ipsius, et alii quam plures.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 194, Siegel des Pfarrers von Schönholthausen (Bild: Figur eines Geistlichen, in der Linken ein Buch haltend) abhängend.

969

1312 Juli 25

Vor Emund, Pfarrer zu Olfen, und Konrad Burggraf von Rechede schenkt das Mädchen Elisabeth von Widowe dem Kloster Flaesheim den Hof Lewenvurt[1] *in der Bauerschaft Rechede.*

Nos Emundus, .. plebanus ecclesie in Olflon Monasteriensis diocesis, et nos Conradus burgravius de Rechede notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentibus publice protestantes, quod coram nobis constituta Elyzabeth de Wedowe, puella, sana adhuc corpere, cupiens anime sue salubriter preca-

vere, mansum, qui vocatur Lewenwrth, cum omnibus suis attinenciis, sicut est in legione de Rechede, et proprietatem .. magistre et .. conventui in Vlarshem perpetuo iure possidendum tradidit ac effestucando resignavit commendans se orationibus earundem. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigilla nostra presentibus sunt appensa ex interventu partis utriusque. Datum et actum anno Domini M°CCC°XII°, ipso die beati Iacobi apostoli.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzogliches A Arenberg (Dep.), Urk. Nr. III 72 (Flaesheim), Siegel des Pfarrers (beschädigt) anhängend, das des Burggrafen ab; Rückvermerk (17. Jahrh.): eyn guedt, sall by Rechede gelegen syn*; Regest: WUB VIII Nr. 730.*

[1]) Nicht bei Schwieters, Westl. Lüdinghausen; das Kloster besaß später keinen Hof in der Bauerschaft Rechede (vergl. Rückvermerk und Urkunde von 1305 Okt. 1).

970

1312 August 1

Ritter Johann von Rhena quittiert den Empfang des Kaufpreises für den an das Kloster Neu-Küstelberg verkauften Zehnten zu Glindfeld.

Ego Iohannes miles dictus de Ryen recognosco et hoc scripto sub sigillo proprio publice protestor, quod dominus Godfridus, prepositus in Nouo Quystelberg, pecuniam sive denarios, quam vel quos in parte decime Glintuelden me contingente tytulo empcionis promiserat, dedit totaliter ac persolvit, unde tam Godefridum quam omnes fideiussores suos et cenobium in Nouo Quistelberg de prefata pecunia et denariis dimitto quitos, liberos et solutos, presentibus Iohanne Wygandi, Hermanno dicto Gogreue, Henrico de Doruelde, Gerhardo Cellerario, Henseke, s[er]vo suo, et Henrico dicto Angelus ac quibusdam aliis fide dignis. Datum et actum anno Domini M°C°C°C°XII°, in Vincula sancti Petri.

Abschrift vom Anfang des 19. Jahrh., Altertumsverein Paderborn, Akte 110, Bl. 424v, Nr. 28; Regest: Führer, Medebach, S. 27, Nr. 128.

[1]) Vergl. Urkunden von 1312 März 12 und 18.

971

1312 August 16

*Die Knappen Bernhard gen. von Herringen (*de Heringhen*) und Conrad gen Scoke junior tauschen mit dem Bischof Ludwig von Münster Besitzungen in den Kirchspielen Telgte (*Telghet*) und Altahlen (*Alen*) gegen solche zu Bösensell (*Bosensele*). Siegelankündigung des Dietrich von Herringen, Propst des Alten Domes, und des Domherrn zu Münster Gottfried von Hoevel (*Houele*). Datum (*in crastino Assumptionis beate Marie virginis*).*

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster Urk. Nr. IV E Nr. 9 (vergl. Gegenurkunde: Domkapitel Münster I R Nr. 20), Siegel des Propstes am Alten Dom (WS 136, 8) und des Domherrn von Hoevel (WS 196,7) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 735.

972

1312 August 18 Wolbeck

*Vor Bischof Ludwig von Münster verkauft Bernhard gen. von Herringen (*Heringhen*), Sohn des Knappen Rotger von Soelde (*Rotcheri de Solde*), als Eigengut für 270 Mark dem Dietrich von Herringen, Propst des Alten Doms zu Münster, und dem Adam, Domvikar zu Münster, seinen Oberhof zu Pininck (*Pininc*) und den Hof Bocklo im Kirchspiel Bösensell (*Bosensele*) und läßt die Güter auf. Den Verkauf billigen Rotger von*

Soelde, Dietrich, der Bruder des Bernhard, und seine Frau Hadewigis und Jutta, die Tochter der Eheleute. Siegelankündigung des Bischofs. Zeugen: Edelherr Symon zur Lippe, Lubert von Langhen, Dechant, Gotfried von Arnsberg (Arnesbergh), *Godfried von Hoevel* (Houele), *Dietrich von Rhemen* (Remen), *Domkanoniker, Bruno Hoync und Iohannes de Olflen, Domvikare, Burchard, Kanoniker an St. Ludgeri zu Münster, Ludolf von Vechtorpe, Heinrich gen. Kercekorf, Detmar Retberg, Heinrich gen. Schlüter* (Slůtere), *Wulfhard von Walegarden und Lubert von Beveren, Ritter, Lubert von Herringen* (Heringhen), *Randolf gen. Hake, Conrad Scoke iunior, Johann, Sohn des Vogtes* (filius advocati dominorum), *Redger von Vechtlaghe, die Brüder Adolf und Gerhard gen. von Wic, Knappen, Bernhard von Cleyhorst, Gottfried Travelmanninc, Lambert, Sohn des Macharius, Wessel gen. Brůsere, Bürger zu Münster, und andere. Geschehen im Obstgarten zu Wolbeck* (in pomerio nostro in Wolbeke) *1312* (feria sexta post Assumptionis Marie virginis gloriose).

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster Urk. Nr. I R Nr. 20a, Siegel des Bischofs (verstümmelt) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 739.

973

1312 August 25

Die Ritter Friedrich von Hoerde und Renfrid gen. Stenule[1] sowie der Knappe Temo von Friedhardskirchen gen. Kule schlichten einen Streit zwischen den Schwestern und Witwen Frederun und Gertrud, den Töchtern des Vogt von Geseke, wegen der Güter zu Holthausen[2] und Anröchte. Frederun hat innerhalb von vier Jahren die Güter frei von Forderungen zu stellen. Ihrer Schwester Gertrud hat sie jährlich zehn Malter Korn zu liefern. Geschieht das nicht, kann sich Gertrud an der Freigrafschaft zu Geseke, die einst ihrem Vater gehörte, schadlos halten. Für die Einhaltung der Abmachung bürgen die Brüder Friedrich und Gerhard von Mellrich.

Universis presentem literam visuris ac etiam audituris nos Fridericus de Horde, Renfridus dictus Stenule, milites, Themo de[a] Vredehardeskercken dictus Kule, famulus, notificamus presentibus publice protestantes, quod de omni rancone et dissentione et controversia, que inter Frederunim et Gertrudim, sorores carnales, viduas, filias quondam Advocati de Gheseke, et earum heredes utrimque vertebatur seu verti videbatur ratione bonorum in Holthusen et bonorum in Anrochte situatorum, mediantibus nobis et aliis earum amicis communibus, qui ipsas partes ad concordiam et unionem induximus, amicabilis compositio intervenit in hunc modum, videlicet quod prefata Frederunis et eius heredes infra spatium quatuor annorum in festo beati Michaelis nunc proxime venturo currere incipientium dicta bona in Holthusen scilicet et in Anrochte cum eorum pertinentiis quibuscumque ad manus et usum pacificum et quietum dicte sororis sue eiusque heredum debebunt extricare seu explicare sive ab omni impetitione quita facere et soluta, ad quod dicta Gertrudis suique heredes cooperari debebunt. Et promiserunt bona fide et diligentia omni dolo malo et fraude exclusis nichilominus medio tempore singulis annis circa festum beati Michaelis dicti Frederunis et eius heredes alteri parti predicte decem maltra annone, videlicet siliginis, ordei et avene eque partim, debebunt erogare et presentare. Pro quo Fredericus et Gerardus fratres dicti de Meldricke coniuncta manu sive in solidum firmiter promiserunt fideiubendo. Si autem dicta Frederunis et eius heredes predicti infra quadriennium id, quod promissum est, videlicet extricationem sepedictorum bonorum seu executionem ab impetitione ad effectum non perduxerint, forte negligentes vel remissi seu quacumque occasione, ex tunc Gertrudis ac sui heredes predicti se de comicia, que pertinuit quondam Advocato de Gheseke sita in Gheseke licite et non obstante aliqua contradictione seu allegatione iuris canonici vel civilis intromittere poterunt et pacifice possidere, donec dicti Frederunis et sui heredes prenominatis Gertrudi et eius heredibus redditus decem maltrorum annone supradicte satis certos secundum decretum proborum virorum comparent, ordinent et procurent perpetualiter et hereditarie possidendos. Unde in omnium premissorum testimonium nos milites et famulus supradicti sigilla nostra ad petitionem ambarum partium et dictorum fratrum apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus

Henrico dicto Irrevoghel, Wescelo dicto Mars, Gobelino de Ruden, Henrico de Hemerde, Menrico dicto Budel, Wernero dicto Stapel et aliis quam pluribus fidedignis. Datum crastino beati Bartolomei apostoli anno Domini M° CCC° duodecimo.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II Nr. 71 (Sammlung Kindlinger) S. 3.

[a]) In der Vorlage „et".
[1]) Beiname eines Zweiges der von Schorlemer; 2) Wüstung bei Geseke.

974

1312 September 2

Der Domdechant zu Münster, Lubbert von Langen, der Domscholaster Gottfried von Arnsberg (-bergh) und andere bekunden, daß die Brüder von Langen sich über ihre väterliche Erbschaft geeinigt hätten.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 19, S. 319; Regest: WUB VIII Nr. 741.

975

1312 September 8

Vor den Bürgermeistern und Schöffen der Stadt Dorsten erklären die Brüder Hermann und Ludwig, die Söhne des † Dorstener Bürgers Johann gen. Dunnepeffer, sie hätten den Hof Overbeck[1] bei Dorsten, der zum Oberhof Heldringhausen[2] gehört, unter den rechtlichen Bedingungen wie die übrigen Hörigen des Oberhofs von Johannes von Herle, Propst des Klosters Werden, empfangen.

Nos Iohannes ad Kemnadam et Euerhardus de Katenberge, magistri burgensium in Důrstene, Henricus ad Pontem, Iohannes de Hulsler, Gerhardus ad Molendinum ceterique scabini in Dursten universis presentem literam visuris vel audituris cupimus esse notum tenore presentium protestantes, quod constituti coram nobis Hermannus et Lodewygus fratres, filii Iohannis dicti Dunnepeffer, quondam nostri concivis, recognoverunt sibi ab honorabili viro domino Iohanne de Herle, preposito ecclesie Werdinensis, mansum dictum Ouerbeke situm apud Dursten esse porrectum in curte dicta Helderinchusen ad plenum ius ceterorum litonum sive hyemannorum suorum, tali superaddita condicione, quod quandocumque unus sive primus fratrum predictorum diem clauserit extremum, duas honorabili viro domino preposito Werdinensi tunc pro tempore existenti dabit marcas[a]. Cuicumque vero natu propinquiori talis mansus dictus Ouerbeke porrigitur, unam marcam domino preposito Werdinensi dabit tunc pro tempore existenti. Ut autem hec predicta rata permaneant, nos scabini in Dursten predicti presentem literam honorabili viro domino preposito Werdinensi munimine nostri sigilli tradidimus sigillatam. Datum anno Domini M°C°C°C° XII°, ipso die Nativitatis beate virginis Marie. Subscriptionem huius vocabuli „marcas" approbamus. Datum ut supra.

Ausf., Perg., Stadt A Dorsten, Urk. Nr. 121, Siegel ab; HStAD, Stift Werden Urk. Nr. 121, Siegel ab.

[a]) Über der Zeile eingefügt, vergl. den Nachsatz im Text.
[1]) Der Hof bei Dorsten auch Beckhove und Lemwiesche genannt (vergl. Bette, VZ 31, 1922-24, S. 14-16); 2) bei Recklinghausen vor dem Viehtor, desgl. Bette S. 8-10, desgl. Stüwer, Werden S. 257.

976

1312 September 10

Engelbert (II.) Graf von der Mark wendet sich wegen des rückständigen Gehalts des von der Stadt Osnabrück als Sekretär verwandten Magisters Johannes von der Leithe[1] an die Stadt.

Engelbertus Dei gratia comes de Marca discretis viris consulibus et scabinis civitatis Ossanaburgensis cum affectu sincero salutem in Domino sempiternam. Cum ex officii vestri debito, ut intelleximus, teneamini vestre communitatis negotia procurare et ea, qua valeatis[a] diligentia, vestre communitati dispendia prevenire,

et ad hoc efficacius procurandum magistrum Iohannem de Letene duxeritis assumendum in vestre comunitatis clericum specialem pro certo annuatim sibi sallario a vobis constituto, quamdiu remaneret in habitu seculari, prout in litteris super hoc confectis sub vestre communitatis sigillo sigillatis plenius continetur, vestram attentius discretionem rogamus, quatinus eidem magistro Iohanni, decano ecclesie Asnidensis, clerico nostro speciali et dilecto, de sallario sibi a vobis et vestris precessoribus constituto satisfacere velitis, cum hec detenta ut ultra octoginta marcarum summam transcendere videantur. Hec vestre discretioni scribimus, quia prefato nostro clerico in iure suo deesse nec volumus nec debemus. Datum anno Domini M°CCC° duodecimo, in crastino beati Gorgoni martiris.

Ausf., Perg., StA Osnabrück, Dep. 3 a 1 V Nr. 1,5 (Stadt A Osnabrück), keine Besieglung; Druck: Osnabrücker UB 6 (UB der Stadt Osnabrück) Nr. 135, S. 104.

[a]) In der Vorlage „valentis".
[l]) Zunächst Pastor in Westerkappeln, später Dechant des Stifts Essen.

977

1312 September 15

Der Magister Johannes von der Leithe, Dechant des Stifts Essen, bestimmt seine Testamentsvollstrecker, die sein bei der Stadt Osnabrück rückständiges Gehalt einfordern sollen. Gleichzeitig benennt er als Erben der betreffenden Summe seine Geschwister bzw. deren Kinder, wobei die Testamentsvollstrecker ebenfalls einen Anteil haben sollen.

Universis, ad quos presentes littere pervenerint, decanus ecclesie Asindensis salutem in Domino. Noverit vestra dilectio, quod nos magister Iohannes de Letene, decanus ecclesie Asindensis predicte, nuper vocatis quibusdam de amicis nostris constituimus manufideles seu executores nostre ultime voluntatis viros discretos, videlicet dominum Albertum, plebanum in Dulmene, germanum nostrum, magistrum Albertum, scolasticum ecclesie Asindensis predicte, et Gerhardum dictum de Bochem, nostrum concanonicum, prout in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur et prout Dominus ea vice nobis inspiravit, de bonis nostris, que nobis superesse contigerit, diversis legavimus, prout in litteris nostris evidenter apparet. Et quia consules et scabini Ossanaburgenses de sallario annuo nobis ab ipsis constituto de consilio et consensu concivium, prout in litteris sub sigillo civitatis Ossanaburgensis nobis traditis continetur, in animarum suarum periculum detinuerunt minus iuste, nos cupientes eis et nobis in hoc casu salubriter providere, detenta huiusmodi, que summam octoginta marcarum et amplius attingunt, conmisimus vive vocis oraculo nostro nomine exigendi, recipiendi et extorquendi communiter vel divisim ab ipsis huiusmodi detenta cognatis et consanguineis nostris infrascriptis, videlicet Wenemaro de Letene, filio Conradi, nostri germani, item Wenemaro et Hermanno fratribus dictis de Cavo Lapidi, filiis sororis nostre, item Hermanno, Theoderico et Alberto fratribus dictis de Vrilenchusen, filiis alterius sororis nostre, item Syberto, nostro germano, et Wenemaro, eius filio, item Conrado de Dulmene et Iohanni dicto Poppenburch. Et quia, cuius est condere, eius est interpretari, predictam commissionem supradictis consanguineis nostris factam taliter duximus interpretandum, ut hii, qui fuerint participes in labore et expensis, si quas fecerint circa premissa, sint etiam participes in emolumento, si aliquid tale emerserit occasione premissorum. In quorum testimonium sigillum nostrum ad causas una cum sigillis manufidelium nostrorum predictorum presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°CCC^mo^ duodecimo, feria sexta proxima ante festum beati Lamberti.

Ausf., Perg., StA Osnabrück Dep. 3 a 1 V Nr. 1,2 (Stadt A Osnabrück), Siegel 1. des Dechanten (stark beschädigt, im Bild Büste des Dechanten), 2. des Pfarrers in Dülmen, Albert (geteilt, oben Petrus mit Schlüssel und segnender Rechten, unten knieender Kleriker, nach rechts beseitet von zwei Sternen), 3. des Scholasters (beschädigt) und 4. Gerhard von Bochem (Standbild des Petrus mit Schlüssel rechts und Kreuzstab links;

gleichzeitige Abschrift (teilweise zerstört) beiliegend; Druck: Osnabrücker UB 6 (UB der Stadt Osnabrück) Nr. 136, S. 104.

978

[nach 1312 September 15]

Die Erben des Magisters Johann von der Leithe wenden sich an die Stadt Osnabrück und bitten um die Bezahlung des rückständigen Gehalts des Magisters. Sie drohen an, andernfalls müßten sie gegen sie vorgehen.

Viris prudentibus, providis et discretis .. magistris, .. scabinis et consulibus universis Osnaburgensis civitatis Sibertus, Wenemarus et Wenemarus dicti de Letene, Tidericus, Albertus, Hermannus fratres de Vrilinhuzen, Wenemarus et Hermannus de Holensteyne, famuli, obsequii et dilectionis, quantum possunt. Vestre providentie cupimus esse notum, quod facta per nos diligenti investigatione invenire non potuimus illas octuaginta marcas[a], in quibus quondam magistro Iohanni de Letene fuistis obligati, nobis datis per eundem esse vel fuisse persolutas, sicut ipse quondam magister coram capitulo ecclesie sue Assindencis et aliis tam militibus quam militaribus hominibus id publice declaravit. Unde cum predicta pecunia non sit persoluta, supplicamus providentie vestre instantia, qua possumus ampliori, quatinus nobis omni more et occasione postpositis de[b] huiusmodi pecunia nobis debita satisfacere studiatis. Alioquin elapsis[c] quinque diebus post receptionem[d] presentium vos et vestros, ubicumque possumus, impetemus, donec nobis fuerit satisfactum de premissis. Et in hiis circa vos nobis satis[e] volumus esse tantum. Utimur signo alieno, quia proprium non habemus.

Ausf., Perg., StA Osnabrück Dep. 3 a 1 V Nr. 1,3 (Stadt A Osnabrück), Siegel ab; Druck: Osnabrücker UB 6 (UB der Stadt Osnabrück) Nr. 137, S. 105.

[a]) Davor „marcas" gestrichen, [b]) dahinter radiert; [c]) in der Vorlage „elaptis"; [d]) in der Vorlage „recepsionem", über „s" ein „t" nachgetragen; e) davor „volumus" gestrichen.

979

[nach 1312 September]

Die Verwandten des † Pfarrers von Westerkappeln, Johannes[1], beklagen sich bei der Stadt Osnabrück, daß wegen des Überfalls Osnabrücker Bürger und des Niederbrennens des Pfarrhauses in Westerkappeln und der mit Getreide angefüllten Scheune, des Verbrennens seiner Bücher und sonstiger Gegenstände, wodurch ein Schaden von über 80 Mark angerichtet wurde, trotz Mahnungen keine Entschädigung geleistet wurde. Die Aussteller kündigen an, sich mit einer Nichtbefriedigung ihrer Forderungen nicht abfinden zu wollen.

Item nos singuli et universi et alii quidam nostri[a] consanguinei familiares domini Iohannis pie memorie quondam .. plebani in Cappele conquerimur et ad plenum conqueri non sufficimus, quod vos unanimiter accessistis ad villam Capelle ibidemque dotem suam et horreum plenum blado seu frumento, libros suos et res suas universas incendistis et per incendium omnino, sicut vobis et toti terre notorium est ibidem existentibus, destruxistis, quod videlicet Udo de Braken et Conradus de Heldesche, concives vestri, propriis manibus et voluntarie incenderunt, super quo prefatus consanguineus noster nullam penitus emendam, licet sepius vos monuerit, potuit adipisci, condempnantes ipsum in huiusmodi incendio ad estimationem octuaginta marcarum et amplius sine causa. Quem insultum hucusque supportavimus et dissimulavimus propter bonum pacis, putantes nobis aliquid a vobis fieri, per quod iniuriam et contumeliam ipsi et nobis illatam velletis mitigare, unde scitior pro certo, nisi infra suprascriptum terminum nobis super huiusmodi insulto et foro facto non satisfeceritis, quam cito facultas faciendi se optulerit, in vos et vestra semper erimus monitores.

Ausf., Perg., StA Osnabrück, Dep. 3 a 1 V Nr. I,4 (Stadt A Osnabrück), ohne Besieglung; Druck: Osnabücker UB 6 (UB der Stadt Osnabrück) Nr. 138, S. 106.

[a]) Davor gestrichen „sui".

[1]) Johannes von der Leithe, Pfarrer in Westerkappeln, später Dechant des Stifts Essen, vergl. die Urkunden von 1312, September 10 und 15).

980

1312 September 26 Soest

Johann gen. von Grummene verkauft dem Kloster Welver vier Kotten am Hundsteich[1] und den dabeiliegenden Busch Hopey[2] *mit dem Graben. Als Lehnsherr dieser Güter überträgt er sie dem Hermann, Sohn der Bertradis von Recklingsen gen. von Stein, und dem Dietrich, dem Sohn des Glöckners Johann zu Welver, die namens von Äbtissin und Konvent die Güter zu Lehen tragen sollen. Dafür wird er in die Gebetsbruderschaft des Klosters aufgenommen.*

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Iohannes dictus de Grummene ad noticiam veritatis in perpetuum protestor et recognosco, quod accedente Gerburgis, uxoris mee, Gertrudis, Alheydis et Margarete, filiarum mearum, ceterorumque heredum et coheredum meorum consensu et bona voluntate legitime vendidi venerabili domine .. abbatisse et conventui monasterii Weluerensis[a] quatuor casas meas sitas super loco dicto Hůndesdike, sicut site sunt, et nemus meum eisdem casis adiaciens dictum Hopey cum fossa, sicut situm est, pro quindecim marcis et sex solidis usualium denariorum, de quibus michi plene satisfactum est, in pecunia numerata, perpetuo possidendis. Quia tamen dicte case cum nemore ius habent bonorum feodalium, ego easdem casas et nemus sub iure homagii concessi Hermanno, filio Bertradis de Rickelinchusen dicte de Lapide, et Theoderico, filio Iohannis campanarii de Weluere, tenendas in feodo absoluto nomine abbatisse et conventus predictorum, hac adiecta condicione, quod, dum aliquem illorum mori contigerit et de morte eius plene constiterit, exnunc infra annum et diem michi seu meis heredibus nomine abbatisse michi seu meis heredibus nomine abbatisse et conventus alter[b] homo presentetur similem in feodacionem a nobis recepturus, nec pro huiusmodi infeodacionis innovacione, quocienscumque fieri contigerit, quidquam muneris vel mercedis requiremus aut accipiemus, sed pro munere vel mercede quod vel que pro huiusmodi infeodacionis innovacione derivari nobis posset, multo pocius habere cupimus fraternitatem et fore participes oracionum humilium, elemosinarum ceterorumque pietatis et virtutum operum, que in dicto conventu continue[c] fiunt, in perpetuum fieri dignabitur clementia Salvatoris. Ne igitur prefatus contractus a quoquam hominum in futurum revocari valeat vel aliqualiter inpediri, effeci, quod honesti viri Euerhardus[d] de Meyninchusin, miles, Reghenbodo Gothe et Henricus de Heringhin, cives Susatenses, ad meas et heredum meorum preces sigilla sua litteris presentibus apposuerunt in testimonium et firmitatem premissorum. Testes etiam huius contractus sunt Brůno Make, Radolfus Dapifer, Rickardus de Suderlande, Iohannes Gothe, Theodericus Preco, cives Sůsatenses, item Godescalcus de Eykinscheyde, Stephanus Thorc, Henricus Balke, Conradus Bůtscho, Iohannes de Clotinghin et alii fide digni, coram quibus ego Iohannes, uxor et pueri mei predicti resignavimus bonis ante dictis. Actum in monasterio Susatensi feria tertia ante festum beati Michahelis anno Domini M° CCC^mo duodecimo, et tunc domina Walbergis Volische abbacie in dicto conventu presidebat.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 147, Siegel des Everhard von Meiningsen (nur Bruchstück erhalten, WS 219,4) und des Heinrich von Herringen (im Bilde Hausmarke) anhängend, das 2. Siegel ab; Rückvermerk (Ende 15. Jahrh.): de quatuor casis super Rodendiick.

[a]) Das erste „e" auf Rasur; [b]) desgl.; [c]) In der Vorlage ein Schaft zuwenig; [d]) vor dem „E" Rasur.

[1]) In Kirchwelver, vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I, S. 151, Nr. 16; 2) desgl. Nr. 14.

981

1312 Oktober 5

Rudolf Pfalzgraf bei Rhein, Herzog in Bayern, erklärt sein Einverständnis, daß der König den langandauernden Streit zwischen dem Kölner Erzbischof und dem Stift Essen beendet und die Vogtei über das Stift an die Kölner Kirche übertragen und daß der König den der Kölner Kirche entfremdeten Oberhof in Brackel dem Erzbischof ebenso wie verschiedene Zölle zurückgegeben hat.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Rodolphus Dei gratia comes Palatinus Reni, dux Bawarie, volumus esse notum, quod cum serenissimus dominus noster dominus Henricus Romanorum rex semper augustus venerabilem in Christo patrem dominum Henricum Coloniensem archiepiscopum et quemlibet pro tempore existentem nostro aliorumque conprincipum nostrorum ad id consensu accedente ad tollendam turbationem odiosam super advocatia Assindensi pluribus annis inter Coloniensem et Asssindensem ecclesias non absque gravi utriusque ecclesie dampno diutius agitatam eidem ecclesie Assindensi in advocatum perpetuum prefecerit seu advocatiam Assindensem ipsi archiepiscopo Coloniensi et ecclesie sue donaverit et eam in eos contulerit perpetuo ex plenitudine regie potestatis nec non curtem in Brakele ex donatione regali Coloniensi ecclesie attinentem et ab eadem aliquo tempore alienatam restituerit archiepiscopo et ecclesie memoratis, prout in litteris ipsius domini nostri regis super hiis confectis plenius continetur, nos ad dicti domini nostri requisitionem, ut de nostro consensu liqueat in hac parte, cessioni seu donationi advocatie Assindensis, restitutioni curtis in Brakele predictis, insuper innovationi et confirmationi theloneorum, que idem archiepiscopus et sui predecessores hactenus tenuerunt et possederunt, ipsi archiepiscopo et ecclesie sue predictis per prefatum dominum nostrum regem factis secundum formam litterarum ipsius domini nostri regis super premissis omnibus, ut predicitur, confectarum expressum nostrum consensum presentibus adhibemus, dantes has nostras litteras sigillo nostro pendenti sigillatas in testimonium super eo. Datum anno Domini M CCC^{mo} duodecimo, quinta feria post festum beati Remigii.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 1/866, Siegel des Pfalzgrafen anhängend; Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. I 178 (Liber privilegiorum ecclesiae Coloniensis), Bl. 134v; Druck: Lacomblet UB III Nr. 118, S. 85; Regest: REK IV Nr. 719.

982

1312 Oktober 11

Item ein Vertragte das Saltzwerch betreffendt zwischen Rhemfrido de Erwitte undt Probsten zu Cappel, anfahendt Universis visuris, *endigendt* Datum anno Domini 1312 in translatione S. Augustini, *mit einem Transfix, dessen Anfang ist* Sciendum est ... dedit praepositus quartam vini.

Vermerk in einem Urkundenkopiar (S. 2) des Stifts Cappel aus dem 17. Jahrh., StA Detmold.

983

1312 Oktober 19

Engelbert Graf von der Mark und seine Frau Mechtild vollziehen für ihr und ihrer Eltern, Everhard Graf von der Mark und seine Frau Irmgard, Seelenheil einen Tausch mit Abt und Konvent des Benediktinerklosters Gladbach. Engelbert gibt als Eigengut einen Hausplatz mit Äckern und Gehölz zu Garzweiler in der Grafschaft Jülich und erhält dafür den Oberhof Leverkusen in seiner Grafschaft, wobei Graf Gerhard von Jülich und seine Frau Elisabeth ihre Zustimmung geben.

In nomine Domini amen. Veterum introduxit auctoritas, quia memoria hominum labilis est, quod ea, que aguntur in tempore, scripture testimonio perhennentur. Idcircho notum sit universis per hoc scriptum,

quod nos Engelbertus comes et Methildis comitissa de Marka, coniuges, ob honorem Dei et gloriose Marie virginis et beati Viti martiris in remissionem omnium peccatorum nostrorum domini Euerardi et domine Irmengardis de Marka, comitisse, coniugum bone memorie, parentum nostrorum, pro nobis et heredibus nostris tradimus permutando aream nostram cum agris et nemoribus sitis in parrochia de Garzwilre comitatus Iuliacensis cum omnibus suis attinenciis, que nostra sunt et fuerunt bona vere et pure allodialia, et ea ex nunc transferimus per presentes in religiosos viros .. abbatem et conventum monasterii Gladbacensis ordinis sancti Benedicti tytulo directi et utilis dominii ab eisdem in perpetuum possidenda de consensu et voluntate spectabilis viri domini Gerardi comitis et domine Elizabet comitisse Iuliacensis, coniugum, iure proprietatis, prout nos dicta bona hactenus possedimus et tenuimus, pro curte appellata Leuerchusen nostri comitatus cum omnibus suis iuribus, quam .. abbas et conventus predicti nobis dederunt in cambium pro dictis area et agris de Garzwilre. Nos vero .. abbas et conventus de Gladbach predicti pro nobis et nostris successoribus damus et permutamus dictam curtem nostram Leuerchusen comitatus de Marka cum hominibus, censitis, nemoribus, pratis, pascuis et omnibus suis pertinenciis et iuribus domino comiti et comitisse de Marka, coniugibus predictis, et suis heredibus ad tenendum, habendum et possidendum pro area et agris de Garzwilre predictis. Quam aream et agros dominus comes et comitissa de Marka, coniuges predicti, nobis dederunt in cambium pro curte Leuerchusin cum omnibus suis pertinenciis predictis. Et promittimus quilibet nostrum alteri rem esse permutatam et datam, defendere, warandizare et auctorizare et predictam permutacionem et cambium et omnia et singula prescripta perpetuo rata et firma habere et tenere nec contrafacere vel venire per nos, nostros heredes vel successores aliqua racione vel causa de iure vel facto. In cuius rei testimonium nos Gerardus comes et Elizabet comitissa Iuliacensis, coniuges, animarum nostrarum preferre volentes salutem cuilibet commodo temporali in hac parte promisso concambio nostrum liberaliter impartimur assensum. Nos Engelbertus comes et Metheldis comitissa de Marka, coniuges predicti, et nos .. abbas et conventus de Gladbach predicti in signum consensus nostri hincinde sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum anno Domini M° CCC° duodecimo, in crastino beati Luce ewangeliste.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Gladbach Urk. Nr. 59, Siegel: 1. Graf Gerard von Jülich, 2. Gräfin Elisabeth von Jülich, 3. Graf Engelbert von der Mark, 4. Gräfin Mechtild von der Mark, 5. und 6 Abt und Konvent zu Gladbach, alle bis auf 6 mit Rücksiegeln, an grünen Fäden anhängend; Druck: Lacomblet UB III Nr. 119.

984

1312 Oktober 29

Ludwig Graf von Arnsberg überläßt dem Bischof von Paderborn und seiner Kirche seine Ministerialin Jutta, die Tochter des Schürmann, und erhält dafür im Tausch die Ministerialin Margarete, die Tochter des Konrad von Meiningsen.

Nos Lodowicus Dei gratia comes de Arnesberg notum facimus, quod de consensu omnium heredum nostrorum Iuttam, filiam dicti Scurman, ministerialem nostram, cum venerabili domino .. episcopo et ecclesia Paderburnensi permutavimus absolvendo eam a iure ministeriali, quo nobis et nostris heredibus tenebatur, et transferimus eam ad ius ministerialium ecclesie Paderburnensis, recipiendo pro ea in locum ipsius Margaretam, filiam Conradi de Meyninchusen, famuli, ministerialem prius ecclesie Paderburnensis, ad ius et honorem, quo ministeriales nostri ceteri perfruuntur. Et hanc commutationem de voluntate predictarum personarum et quorum interest rite factam presentis scripti patrocinio approbamus. Datum quarto kalendas Novembris anno Domini M° CCC° duodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Fürstentum Paderborn, Urk. Nr. 409, Siegel ab; Druck: Wigands Archiv VII S. 182; WUB IX Nr. 1062

985

1312 Oktober 31

Vor dem Propst von St. Walburgis Soest, dem Vizepropst von St. Patrokli Soest und anderen appelliert der Kleriker Albert von St. Martin als Prokurator von Dechant und Kapitel des Stifts St. Patrokli Soest an den Apostolischen Stuhl wegen der von den Pfarrern von Werl und Büderich mit Berufung auf ein angebliches päpstliches Mandat unter Verletzung aber der Rechte des Stifts zur Betreuung der Soester Pfarreien vorgenommenen Einführung einer Person als Pfarrer an der Kirche St. Maria zur Wiesen.

Coram vobis dominis .. preposito monasterii sancte Walburgis extra muros Sosacienses et .. vicepreposito Sosaciensi et aliis presentibus et astantibus ego Albertus dictus de Sancto Martino, clericus, procurator venerabilium virorum dominorum meorum .. decani et .. capituli ecclesie Sosaciensis propono et dico nomine procuratorio pro eisdem, quod, cum in die beatorum martirum Crispini et Crispiniani .. in Werle et in Bůdrike[a] plebani ad ecclesiam Sosaciensem venientes constituti[b] coram ipsis dominis meis asseruissent se habere in mandatis Apostolicis, que tamen mandata minime ostenderunt, quod quandam .. personam de ecclesia sancte Marie in Pratis constitutam in opido Sosaciensi deberent investire. Protinus ipsi domini mei dicentes sua interesse de ipsa ecclesia, utpote que cum ceteris ecclesiis in opido Sosaciensi constitutis per canonicos ecclesie Sosaciensis possideri et gubernari consuevit et prebendis ac ecclesie Sosaciensi est annexa, prout hec parati erunt et sunt probare loco et tempore per privilegia a sede Apostolica confirmata, racione sui interesse petiverunt copiam huiusmodi mandatorum. Pref[ati][c] vero .. plebani constanter dixerunt, quod copiam eis dare vellent nec tamen hoc fecerunt, sed tacite dominis meis exclusis ad ecclesiam sancte Marie predictam accedentes quandam, ut dicitur, personam de facto, cum de consuetudine et de iure non possent, investiverunt, ut dicitur, de eadem in dictorum dominorum meorum ecclesie sue molestiam, iniuriam, dampnum et gravamen. Unde per talem processum et investituram et quia copia mandatorum predictorum data eis non fuerat vel ostensa[d], domini mei sentientes se gravatos esse et ego timens verisimiliter eos de facto plus per premissa gravari posse de mandato ipsorum super iniuria, molestia, dampnis ac gravaminibus huiusmodi ad sedem Apostolicam pro ipsis procuratorio nomine in hiis scriptis appello, supponens ipsos dominos meos, ecclesiam eorum Sosaciensem ac prefatam ecclesiam sancte Marie prebendis et ecclesie eorum annexam et per .. canonicos Sosacienses possideri et gubernari consuetam cum personis et bonis suis et cum omnibus eis adherentibus et adherere volentibus protectioni dicte Sedis, vestrum et omnium astancium super hiis testimonium invocando, et protestor, quod cum dictis dominis meis et mihi constare poterit de qualitate .. iudicis seu executoris, qui prefatam personam sic de dicta ecclesia mandavit per dictos .. plebanos investiri, appellacionem huiusmodi coram eo innovabo aut domini mei per alium ipsam facient innovari et apostolos ab ipso iudice seu executore postulabo vel domini mei per alium facient postulari, prout de iure fuerit faciendum. Appellatum in vigilia Omnium sanctorum anno Domini M° CCC° XII°, presentibus dictis .. preposito et vicepreposito, Goswino, Henrico Videlere, Alberto de Turri, Hermanno, Alberto, Alberto, Iohanne, Iacobo, Hugone, Iohanne et Winando, vicariis et altarium rectoribus ecclesie Sosaciensis, Hermanno, Veteris, Pilegrimo sancti Georgii, Herbordő, sancti Pauli, Henrico, sancti Thome, Reynero, sancti Marie Alte[f] et Henrico sancte Marie in Pratis ecclesiarum Sosaciensium rectoribus et aliis fidedignis. Nos vero .. prepositus et .. viceprepositus ac alii propter hoc sigilla nostra duximus presentibus in testimonium apponenda. Datum anno et die ut supra.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 95, Siegel ab; Insert in der Urkunde von 1312 November 13 (St. Patrokli Urk. Nr. 96).

[a]) Im Insert „Brůdrike"; [b]) im Insert „constitutis"; [c]) Pergament am Rande abgerissen, Einfügung nach Insert; [d]) Wort mit überflüssigem Kürzungsstrich; [e]) im Insert „Herburdo"; [f]) Wort über der Zeile nachgetragen.

986

1312 November 1

Ritter Goswin gen. von Soest, sowie die Knappen Johannes gen. Stapel und Antonius gen. Wrede schlichten einen Streit zwischen Äbtissin und Konvent des Zisterzienserinnenklosters zu Benninghausen auf der einen Seite und Bertold gen. von Holthausen und seinem Bruder Konrad auf der anderen Seite: Das Kloster behält den Hof tor Westen[1] *in Eickelborn gegen eine Zahlung von 30 Mark. Wenn das Kloster das Eigentumsrecht vom Edelherrn von Volmerstein erwerben will, wollen die Brüder die Güter dem Edelherrn auflassen. In der Zwischenzeit wollen sie dessen Vasallen bleiben. Das Kloster soll ferner die ihm für 17 Mark verpfändeten Güter in Eickelborn noch für drei Jahre nutzen. Danach fallen sie frei an Konrad und seine Erben zurück.*

Universis presentem literam visuris ac eciam audituris nos Goswinus dictus de Susato, miles, Iohannes dictus Stapel et Antonius dictus Wrede, famuli, notum esse cupimus publice protestantes, quod de omni rancore et controversia ac discordia, que inter religiosas personas dominas .. abbatissam et .. conventum monasterii sanctimonialium in Benekinchusen ordinis Cystersiensis parte una nec non Bertoldum dictum de Holthausen, Gertrudim, eius uxorem, Iohannem, eorum filium, Ermegardim, Margaretam et Reghelindim, filias eorundem, omnesque ipsorum heredes tam presentes quam eciam posteros ac Conradum, dicti Bertoldi fratrem, suosque heredes quoscumque parte altera vertebatur seu verti videbatur occasione bonorum dictorum Iohannis Darwestene, situatorum in Ekeneberen et bonorum ibidem, que pro decem et septem marcis denariorum inpignorata fuerant per dictos Conradum et eius heredes, mediantibus nobis et aliis amicis eorum communibus ordinatio et amicabilis compositio intervenit in hunc modum, videlicet quod dicti .. abbatissa et .. conventus pro eisdem bonis dictis Darwestene erogaverunt et presentaverunt dictis Bertoldo suisque heredibus triginta marcas legalium et[a] bonorum denariorum, pro quibus dicti fratres et heredes utrorumque predicti eadem bona cum omnibus et singulis eorum pertinentiis ad manus et ad usum pacificum dicti conventus libere resignaverunt perpetualiter possidenda. Nichilominus promiserunt firmiter dicti fratres sub fidei sue datione, quod quandocumque dictos .. abbatissam et conventum dictorum bonorum proprietatem a nobili viro .. domino de Volmestene, eorundem bonorum domino feodi, emptionis titulo comparare vel quocumque alio modo adipisci contingit, extunc tenentur et debebunt ipsi fratres ac eorum heredes dicta bona coram eodem domino feodi ad manus dicti conventus resignare, medio autem tempore iidem fratres loco dicti conventus omni dolo malo et fraude exclusis fideles vasalli dicti nobilis viri debebunt permanere, donec dictus conventus dictam proprietatem a dicto nobili vel, quicumque pro tempore dominus feodi fuerit, sortiatur. Preterea protestamur, quod dicti .. abbatissa et .. conventus bona inpignorata supradicta ab eis, qui tenuerant in pignore, pro denariis supradictis, videlicet decem et septem marcis, redemerunt eorundem bonorum reddi-tus, obventiones quascumque et minutam iusticiam ad spatium trium annorum in festo beati Michaelis nunc proximo venturo currere incipientium possessuri. Quo triennio elapso dicti Conradus suique heredes ipsa bona iam dicta cum omnibus iure et attinentiis libere et perpetualiter optinebunt. In quorum omnium testimonium ac perpetuam noticiam nos Conradus supradictus, Hunoldus de Plettenbracht et Hermannus dictus Wulf, milites, necnon Iohannes dictus Stapel et Antonius dictus Wrede, famuli supranotati, sigilla nostra ad petitionem utriusque partis predicte apponi fecimus huic scripto. Datum in die Omnium sanctorum anno Domini M° CCC^mo duodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 119, Siegel 1. des Goswin von Soest (Schildform, Bild: 11 mal geteilter Schild mit Löwen belegt, Legende: † SIGILLUM GOZWINI DE SVSATO*); 2. des Hunold von Plettenberg, 3. des Hermann Wulf (Bild: 5 mal geteilter Schild mit gekröntem Löwen, Legende:* † *SIGILLUM HERMANNI WOLF MILITIS), des Johannes Stapel (WS 251,10) und des Anton Wrede (WS 190,5) anhängend; Rückvermerke: 1. (14. Jahrh.,):* de bonis in Ekenebern, *2. (16. Jahrh.):* genant Bermans hoff*; Abschrift vom Anfang des 16. Jahrh., Kloster Benninghausen, Akte Nr. 313 (Kopiar des Klosters Ben-*

ninghausen, ehemals Msc. VII 5724), Bl. 44v, erwähnt und mit dem Beermannshof identifiziert in Msc. VII 5734, Bl. 38v; Regest: UB Volmerstein Nr. 284.

[a]) Über der Zeile nachgetragen.
[l]) Biermanns Hof zu Eickelborn (vergl. Schelhasse, Benninghausen S. 103).

987

[1312 vor November 7][1]

Die Stadt Soest beschwert sich beim Bischof von Paderborn über den Ritter Werner von Westerburg, den Verwandten des Bischofs.

Reverendo patri domino .. episcopo Paderbornensi consules et universitas civium Susacensium cum reverentia et honore se ad eius obsequia semper pronos. Reverentie vestre conquerimur, quod honestus miles dominus Wer. de Westerberg, vester consanguineus, officiatus [domini lantgravii terre] Hassie, nobis scripsit, quod Wilhelmus de Nehem, miles, officiatus de Kůghelberg, eum et suos [...].

Bruchstück einer Urkunde, benutzt als Siegelpressel an der Urkunde Fürstentum Paderborn, Urk. Nr. 410a (vergl. WUB IX Nr. 1064); Druck: WUB IX Nr. 950.

[1]) Zur Datierung vergl. Anmerkung zu WUB IX Nr. 950.

988

1312 November 10

Dem Dechanten von St. Gereon in Köln teilen Propst, Dechant und Kapitel von (St. Patrokli) Soest mit: Nachdem vom Apostolischen Stuhl dem Petrus von Neuß eine Anwartschaft für die Pfarrkirche St. Maria zur Wiesen in der Stadt Soest verliehen worden und der Dechant mit der Ausführung des entsprechenden Mandats beauftragt worden sei, obwohl dem Propst das Vorschlagsrecht zustehe und die Kirche dem Stift inkorporiert sei, hätten sie den Heinrich von Ysenburg, Kanoniker von St. Andreas in Köln, zu ihrem Sachwalter bestellt. Er solle den Dechanten veranlassen, daß das entsprechende Mandat widerrufen und ihnen eine Abschrift der Akten vorgelegt werde. Ferner solle er die Berufung einlegen.

Tenor autem mandati talis est: Honorabili viro domino .. decano ecclesie sancti Gereonis Coloniensis, iudici seu executori, ut dicitur, a sede Apostolica constituto ceterisque universis, quos infrascriptum tangit negocium, et ad quos presentes litere pervenerint, .. prepositus, .. decanus et capitulum ecclesie Susaciensis reverenciam debitam et honestam. Cum vos domine .. decane asserentes vos providisse Petro dicto de Nussia de ecclesia parrochiali sancte Marie in Pratis opidi Susaciensis ad presentacionem seu collacionem nostri .. prepositi spectante, cum dicta ecclesia incorporata sit prebendis canonicorum Susaciensium et annexa, magistrum Henricum de Ysenburg, canonicum ecclesie sancte Andree Coloniensis, procuratorem nostrum constituimus ad petendum processum et mandata revocari ex causa premissa sibique exiberi autenticum provisionem ad videndum et palpandum ac, si copiam processus et actorum, quorum copiam nuncquam habuimus, appellandum appellacionem, prosequendum termina et defectus opponendum ac iurandum in animas nostras tacto corporaliter libro ad sancta Dei ewangelia omnia et singula premissa nos credere, vera esse et ea probare posse, alium procuratorem loco sui substituendum, substitutum revocandum et faciendum omnia et singula, que in premissis et premisso contingentibus viderit oportuna, ratum habituri quidquid per dictum procuratorem vel substitutum fuerit procuratum. Et hec vobis et omnibus, quorum interest, nos .. prepositus sub sigillo nostro, quo nos .. decanus et capitulum contenti sumus, pro nobis et ipsis presentibus appenso duximus significandum. Datum anno Domini M° CCC° duodecimo, in vigilia Martini episcopi

Insert in der Urkunde von 1312 November 13, StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 97.

989

1312 November 10

Vor dem Dechanten von St. Gereon in Köln, der angeblich als Richter durch den Apostolischen Stuhl beauftragt wurde, den Petrus von Neuß in eine kirchliche Pfründe einzusetzen, bei der das Vorschlagsrecht dem Propst von (St. Patrokli) Soest zusteht, appelliert als Sachwalter des Propstes sowie von Dechant und Kapitel zu Soest, Heinrich von Ysenburg, Kanoniker von St. Andreas in Köln. Petrus von Neuß habe angeblich eine Provision für die Kirche Maria zur Wiesen. Für diese Kirche besitze der Propst das Vorschlagsrecht. Die Kirche sei wie alle anderen Kirchen in Soest dem Stift inkorporiert und dürfe nur an einen Kanoniker des Stifts vergeben werden. Heinrich fordert, das Mandat zur Ausführung der Provision zur Prüfung vorzulegen.

Coram vobis domino .. decano ecclesie sancti Gereonis Coloniensis, qui vos scribitis ut dicitis iudicem sive executorem auctoritate Apostolica constitutum in negotio provisionis, quod Petrus de Nusia, ut dicitur, prosequitur seu prosequi intendit de beneficio ecclesiastico ad collationem seu presentationem venerabilis viri domini .. prepositi Susatiensis spectante, dicit et proponit magister Henricus de Ysenburg, canonicus ecclesie sancte Andree Coloniensis, procurator dicti domini .. prepositi necnon honorabilium virorum .. decani et capituli ecclesie Susatiensis predicte, nomine procuratorio pro ipsis, quod, cum ipsi domini .. prepositus, .. decanus et capitulum alias ignoranter nomen seu personam iudicis et eius dignitatem et ipsius Petri modum et formam provisionis sibi facte, ut dicebatur coram probis viris a copia provisionis minime facta et ex eo, quia provisum dicebatur ipsi Petro de ecclesia sancte Marie in Pratis in Susato ad collationem seu presentationem dicti domini .. prepositi spectante, cum dicta ecclesia incorporata est et annexa prebendis dictorum .. canonicorum et ipse Petrus canonicus non fuisset ibidem, sedem Apostolicam seu alias iudicem competentem duxerint appellandum. Idem procurator, cum nunc de novo ad ipsius notitiam, ut dicitur, pervenerit vos dominum .. decanum iudicem fuisse seu executorem in dicto provisionis negotio ad dicti Petri instantiam constitutum, dicit et proponit excipiendo idem procurator nomine, quo supra, contra ipsum Petrum et ipsius provisionem, quod vos salva pace vestra ad providendum ipsi Petro de dicta ecclesia sancte Marie procedere non poteratis nec debebatis, cum dicta ecclesia et alie cetere ecclesie in opido Susatiensi constitute tantum per canonicos dicte ecclesie Susatiensis et non per alios possideri et haberi consueverunt et prebendis eorum huiusmodi ecclesie sint annexe, incorporate et dependentes. Unde vos domine ad provisionem dicti Petri procedere non poteratis nec debebatis in preiudicium, iniuriam et gravamen dominorum predictorum, maxime contra statuta et consuetudinem licitas et honestas iuramenta canonicorum roboratas confirmationis[a] sedis Apostolice super hiis habita et obtenta, offerens se premissa, que sufficiunt, legitime probaturum, et petit se ad probandum admitti. Unde petit idem procurator nomine procuratorio, quo supra, mandata vestra, provisionem et processum et, quidquid ex hiis est secutum, cassari et revocari et ipsum Petrum occasione temere vexationis in expensis condempnari. Petit insuper copiam processus provisionis et mandatorum in ipso negotio provisionis habitorum, quorum copiam nec ipsi nec domini sui nuncquam habebant, sibi fieri cum instantia. Item petit sibi exiberi rescriptum Apostolicum dicte provisionis in prima sui forma ad videndum, palpandum et auscultandum, quod nuncquam vidit. Et quia vos, domine .. decane, me in premissis seu aliquo premissorum, quod sufficit, non exauditis nec mandata vestra et processum non revocatis et copiam petitam non facitis nec autenticum ad inspiciendum[b] et palpandum non exibitis, ego sentiens me et dominos meos, quorum interest, super hiis et eorum quolibet indebite gravari et esse gravatos, vestrum seu vestros delegatum seu delegatos, si qui est vel sunt, si aliquod iurisdictionis fuerat reservatum, alioquin sedem Apostolicam vel alias iudicem competentem, ad quem seu ad quos de iure appellandum fuerit, in hiis scriptis provoco et appello et appellatos instanter instantissime mihi dari peto appellans, ut supra, si dicti apostoli michi[c] fuerint denegati, subponens eosdem dominos meos, personas et res cum aliis personis eis adherentibus et herere volentibus sub protectione iudicum predictorum. Et iuravit idem magister Henricus corporaliter tactis sacrosanctis per hec verba: Et iuro ad hanc sanctam Dei evangeliam tacto corporaliter libro in animas dominorum

meorum predictorum adque meam omnia et singula premissa me et dominos meos credere vera esse et probare posse, invocans super hiis testimonium presentium et precipue Iohannis dicti de Belle, auctoritate imperiali publici notarii, ut premissa in publicam formam redigat et suo signo consueto signet. Tenor autem mandati talis est: honorabili viro domino .. decano ecclesie sancti Gereonis Coloniensis, iudici seu executori, ut dicitur, a sede Apostolica constituto ceterisque universis, quos infrascriptum tangit negotium et ad quos presentes litere pervenerint, .. prepositus, .. decanus et capitulum ecclesie Susatiensis reverentiam debitam et honorem: Cum vos domine .. decane asserentes vos providisse Petro dicto de Nussia de ecclesia parrochiali sancte Marie in Pratis opidi Susatiensis ad presentationem seu collationem nostri .. prepositi spectante, cum dicta ecclesia incorporata sit prebendis canonicorum Susatiensium et annexa, magistrum Henricum de Ysenburg, canonicum ecclesie sancti Andree Coloniensis, procuratorem nostrum constituimus ad petendum processum et mandata revocari ex causa premissa sibique exiberi autenticum provisionis ad videndum et palpandum, ac si copiam processus et actorum, quorum copiam nuncquam habuimus, appellandum, appellationem prosequendum, termina et defecta opponendum ac iurandum in animas nostras tacto corporaliter libro ad sanctam Dei evangeliam omnia et singula premissa nos credere vera esse et ea probare posse, alium procuratorem loco sui substituendum, substitutum revocari, faciendum omnia et singula, que in premissis et premissa contingentibus viderit oportunum, ratum habituri quidquid per dictum procuratorem vel substitutum fuerit procuratum. Et hec vobis et omnibus, quorum interest, nos .. prepositus sub sigillo nostro, quo nos .. decanus et capitulum contenti sumus, pro nobis et ipsis presentibus appenso duximus significandum. Datum anno Domini M° CCC° duodecimo, in vigilia Martini episcopum.

Insert im Notariatsinstrument von 1312 November 13, StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 96.

[a]) Hier eher ein „confirmatione" zu erwarten; [b]) in der Vorlage „inspiendum"; [c]) in der Vorlage beim „m" ein Schaft fehlend.

990

1312 November 11

Vor dem Dechanten von St. Gereon in Köln und dem Notar appelliert Hermann, Kleriker von Soest, im Auftrag des Magisters Heinrich von Ysenburg, Kanoniker von St. Andreas in Köln, im Namen von Dechant und Kapitel zu Soest zur Behauptung des Rechts des Kapitels, die Pfarrstelle von St. Marien zur Wiesen in Soest mit einem Kanoniker ihres Stifts zu besetzen.

In nomine Domini amen. Anno incarnacionis eiusdem M° CCC^mo^ duodecimo, indictione undecima, undecima die mensis Nouembris, hora tercia crepusculum noctis constitutus in presencia venerabilis viri domini .. decani ecclesie sancti Gereonis Coloniensis meique notarii publici imperiali auctoritate infrascripti et testium infrascriptorum Hermannus, clericus de Susato, de mandoto magistri Henrici de Ysenburg, canonici ecclesie sancti Andree Coloniensis, procuratoris venerabilium virorum dominorum .. decani et capituli ecclesie Susaciensis, ut dicebat, ibidem presentis quandam appellacionem sive literam sigillatam sigillis ipsorum, de quibus ex eis fit mencio in eadem, ut prima facie apparebat, legit, petivit et innovavit eandem in hec verba:

folgt inseriert Urkunde von 1312 Oktober 31

Actum, lectum, innovatum et appellatum in curia dicti domini .. decani, quam inhabitat, presentibus domino Harperno, canonico dicte ecclesie sancti Gereonis, magistro Alberto, rectore scolarum dicte ecclesie sancti Gereonis, Conrado, clerico de Patbůrne, Iohanne, clerico, ac aliis testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis.

Et ego Iohannes de Bella, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis interfui, vidi et audivi una cum testibus prescriptis ea manu mea scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo consueto signavi vocatis ad hoc specialiter et rogatis.

Ausf., Perg., Notariatsinstrument, StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 96, Signet des Notars (Schachbrett).

[a]) Auf Rasur.

991

1312 November 11

Hermann von Lüdinghausen gen. Wulf verzichtet unter Vermittlung seines Oheims mütterlicherseits, des Ritters Hunold von Plettenberg, sowie der Knappen Heidenreich von Dusentschur und Albert von Erwitte in der Stadt Soest auf das Recht, das sich sein Vater und danach er aufgrund einer Urkunde betreffs des Vergaberechts eines dem Kloster Bredelar gehörenden Oberhofes[1] und über die dazugehörenden Eigenhörigen angemaßt haben[2].

Ego Hermannus de Ludinchusen, miles, cognomento Wlf, presentibus et futuris hanc litteram visuris seu audituris notum esse cupio puplice protestando, quod nos mediantibus strennuis viris domino Hunoldo de Plettenbracht, milite, avunculo meo, Heidenrico de Dvsentscure, Alberto de Eruethe, famulis, in oppido Susat omni iuri, quod pater meus super locatione curtis religiosorum virorum .. abbatis et .. conventus in Breidelare cum suis mancipiis sibi ratione cuiusdam littere per predictos .. abbatem et .. conventum date usurpabat et per consequens in me transtulit, renuntiavi et renuntio per presentes, ita sane, quod nec mei heredes seu homines michi vel meis heredibus aut coheredibus pertinentes in dicta locatione curtis prefate iuris aliquid optinebunt. Et littere super eo date, quas nunc perdidimus, si reperte fuerint et ostense, nullius erunt penitus firmitatis. Datum in die Martini anno Domini M° CCC° XII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Bredelar Urk. Nr. 158, Siegel des Wulf (WS 183,8) abhängend; Rückvermerk: Weßlere*; Druck: WUB IX Nr. 1066, Regest: UB Bredelar Nr. 183; WUB VIII Nr. 752 (Dieser Zweig der Familie Wulf von Lüdinghausen wohl kaum noch im Münsterland ansässig).*

[1]) In Weslarn; [2]) vergl. die Urkunde gleichen Inhalts von 1311 Nov. 11.

992

1312 November 13

Vor dem Notar und dem Dechanten von St. Gereon in Köln appelliert Lambert, der Sohn des Rutger de Velde, Notar der Kölner Curie, in Anwesenheit von Propst und Dechant des Stifts (St. Patrokli) Soest im Auftrag des Magisters Heinrich von Ysenburg, Kanoniker von St. Andreas in Köln, als des Sachwalters von Propst, Dechant und Kapitel des Stifts Soest.

In nomine Domini amen. Anno incarnacionis eiusdem M° CCC^mo^ duodecimo, undecima indictione, tercia die decima mensis Nouembris hora post primam constitutus Lambertus, filius Rutgeri de Velde, notarius curie Coloniensis, in presencia venerabilium virorum dominorum .. prepositi ecclesie Susaciensis et .. decani ecclesie sancti Gereonis Coloniensis, meique notarii publici infrascripti et testium subscriptorum de mandato magistri Henrici de Ysenburg, canonici ecclesie sancti Andree Coloniensis, procurator dictorum .. prepositi, .. decani et capituli ecclesie Susaciensis ibidem presencia virtute mandati sui sibi specialiter directi ab eiusdem, cuius tenor infra ponitur, quandam cedulam sive cartam legit, proposuit, petivit et appellavit in hec verba:

(folgt Text der Urkunde von 1312 November 10).

Actum, lectum petitum, provocatum et appellatum in curia dicti Domini .. decani ecclesie sancti Gereonis, quam inhabitat apud sanctum Gereonem, presentibus dominis Luttero de Metlar, Godefrido de Bilsteyn, canonicis dicte ecclesie sancti Gereonis, Adolfo, vicario ibidem, Hermanno de Susato, clerico, ac aliis testibus specialiter ad hoc vocatis et rogatis.

Landesbibliothek

Et ego Iohannes de Bella, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis interfui, vidi et audivi una cum testibus prescriptis manu mea scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo consueto signavi vocatus ad hoc specialiter et rogatus.

Ausf., Perg., Notariatsinstrument, StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 97, Signet des Notars (Schachbrett).

993

1312 November 16 Ampen

Edelherr Godfried von Rüdenberg schenkt, nachdem die Soester Bürger Robert Ferner und sein gleichnamiger Verwandter die von ihm abhängigen Lehngüter im Dorf Schwefe, die Jacob bebaut und bewohnt, dem Kloster Paradies verkauft haben, das Eigentumsrecht an diesen Gütern dem Kloster, um der guten Werke teilhaftig zu werden, die im Kloster vollbracht werden.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Godefridus nobilis dominus de Rûddenburg ad noticiam veritatis in perpetuum recognoscimus et protestamur, quod, cum Robertus Ferner et Robertus, eius consanguineus, dictus Ferner, oppidani Susatenses, de suorum heredum bona voluntate et consensu bona quedam sita in villa Sweue, que Iacobus colit et inhabitat, cum eorum attinenciis ad nostram infeodacionem pertinencia cenobio de Paradiso rite et racionabiliter vendidissent perpetuo possidenda, nos de consensu domine Palmanie, uxoris nostre, Conradi et Godefridi ac ceterorum liberorum et heredum nostrorum bona voluntate proprietatem de eiusdem bonis ad laudem et honorem Dei et matris sue, virginis gloriose, eidem cenobio donavimus et in hiis scriptis donamus perpetuo possidenda, sperantes firmiter pro huiusmodi dono temporali omnium bonorum, que in dicto cenobio fieri dignabitur clemencia Salvatoris, participacionem et premium indeficiens consequi ab eo, qui est bonorum omnium retributor. In huius igitur donacionis testimonium et munimen perpetuum eidem cenobio donavimus presentes litteras nostri sigilli munimine consignatas. Actum sub tilia in villa Andopen feria quinta post festum beati Martini anno Domini M° CCC^{mo} duodecimo, presentibus domino Wigando, capellario nostro, de Berstrate, Conrado, vrigravio nostro, Ludewico de Foro, Gerwino de Andopen, Gerwino, suo filio, Friderico et Gerhardo fratribus de Meldrike, Waltero de Weslere, Gerhardo Hessin, Godescalco de Dome, Lamberto de Scheydinghen, Hermanno, suo filio, Arnoldo de Lůnen, Euerhardo et Arnoldo dictis de Lake et pluribus aliis fide dignis et honestis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Paradies Urk. Nr. 69, Siegel ab, Rückvermerk (14. Jahrh.): de proprietate bonorum sancti Iohannis erven collata a domino Godefrido de Rudenberg.

994

1312 November 21

Wessel von Erwitte erklärt, Hermann von Ense habe einen Zehnten zu Robringhausen[1], den er von ihm zu Lehen getragen habe, dem Kloster Oelinghausen verkauft[2]. Da er, Wessel, im Tausch das Eigentumsrecht an einigen anderen Gütern erhalten habe, habe er das Eigentumsrecht am Zehnten dem Kloster geschenkt. Er sei zwar bereit, wage es aber nicht, zur Währschaftsleistung zum Dorf Lünern zu kommen. Er bekunde aber, daß Hermann von Ense den Zehnten 16 Jahre und das Kloster nach dem Verkauf 14 Jahre ungestört besessen haben.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Wescelus de Eruethe notum facio et protestor, quod, cum Hermannus de Enze decimam quandam in Robrechtinchusin, quam de manu mea in feodo tenebat, quondam cenobio de Olinchusin legitime vendidisset, ego recepta in concambio proprietate de quibusdam aliis bonis proprietatem de prefata decima donavi cenobio predicto hereditarie perpetuo possidendam, volens, ut de iure teneor, in omni loco, ad quem pre metu legitimo venire potero, eidem cenobio de prefata

proprietate debitam et plenam prestare warandiam et ad villam Lůnere libenter venissem racione warandie prestande, sed pre metu legitimo non audebam. Protestor eciam, quod Hermannus predictus sedecim annis vel amplius et post eius vendicionem predictum cenobium quatuordecim annis vel circa dictam decimam absque omni inpeticione possederant pacifice et quiete. In horum testimonium eidem cenobio contuli presentes litteras meo sigillo communitas[a]. Actum et cognitum feria tercia ante festum beate Cecilie virginis anno Domini M° CCC^mo duodecimo, presentibus Godescalco de Hunscheyde, Brunone Makin, Rodone Gothin, Roberto Ferner, Hermanno Walin, Henrico de Brucke, civibus Susatiensibus, et pluribus aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 195, Siegel des von Erwitte (WS 184,5) in weißem Wachs anhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): de decima in Rabertinchusen*; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 203.*

[a]) In der Vorlage ein Schaft zuviel zwischen „m" und „itas".
[1]) Nordwestlich von Mellrich; 2) vergl. WUB VII Nr. 2457 und Nr. 2463.

995

1312 November 21

Der Ritter Artur gen. Vridach verzichtet gegenüber der Äbtissin und dem Kapitel des Stifts Essen auf die zum Haupthof Huckarde[1] gehörende Mühle und die von ihm angelegten Fischteiche. Damit soll abgegolten und verziehen sein, wenn er etwas vom Stift Essen und dem Haupthof Huckarde entfremdet haben sollte. Ebenso soll nach seinem Tode seine Memorie wie die seiner Frau und seiner Töchter vom Stift gehalten werden.

Noverint universi, quod ego Arturus dictus Vridach, miles, presentibus protestor, quod ego ob salutem anime mee et ad consilium proborum virorum molendinum curtis in Hukerde et piscationes ibidem qualescumque per me factas aut fotas resignavi in manus abbatisse et capituli ecclesie Asindensis et resigno per presentes pro eo, ut, si aliqua sustulerim ab ecclesia predicta aut ex curte in Hukerde, ut michi et meis penitus ignoscatur, ac etiam pro eo, ut ipsi agant singulis annis memoriam mei post obitum meum et Elizabet, uxoris mee, in perpetuum ac etiam omnium filiarum mearum, videlicet Aleydis, Gertrudis, Ricce, Elizabet, Regewece et Petronelle, et per presentes recognosco, quod mei heredes post mortem meam in predictis bonis nichil iuris sibi usurpabunt, sed ad ecclesiam Asindensem libere redibunt. Datum et actum in presentia fratris Henrici de Buren, fratris Hermanni de Rudene et Theoderici, rectoris ecclesie sancti Iohannis Asindensis anno Domini M°CCC^mo duodecimo, in vigilia beate Cecilie virginis, et hoc sub proprio sigillo protestor, quod presentibus est appensum.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 243, Siegel ab; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 121, S. 16.

[1]) Westlich von Dortmund.

996

1312 November 30

Der Knappe Johann von Heidemühle[1] tauscht mit Äbtissin und Konvent zu Welver Äcker. Er gibt vier Ackerstücke und vier Randstücke, gelegen nach Norden up der Geyst *in Schmehausen[2] in der Pfarrei Uentrop und erhält dafür den dem Kloster gehörenden Besitz in dem Kamp* thu den Hamme *neben seinem Wohnsitz.*

Universis presentes literas visuris et audituris ego Iohannes de Hedemůlen, famulus, notum esse cupio publice protestando, quod cum consensu et plena voluntate Megthildis, uxoris mee, Iohannis, Elizabet et Margarete, heredum meorum legitimorum, cum religiosis dominabus .. abbatissa et .. conventu claustri in Weluere permutationem sive concambium quorundam bonorum feci, conferens eisdem .. abbatisse et .. con-

ventui duas partes agrorum, que theutonice dicuntur stucke, et quatuor extremitates agrorum versus aquilonem sitas up der Geyst thů Smedehusen in parrochia Vnctorpe perpetuo possidendas. Pro quibus partibus et extremitatibus agrorum ego Iohannes de Hedemůlen predictus omne ius et omnem proprietatem, quam iidem .. abbatissa et .. conventus in Weluere in quodam campo sito thů den Hamme dicto iuxta domum meam habebant, recepi ab eisdem perpetuo et hereditarie possidendam. In cuius rei testimonium, quia sigillo proprio carui, rogavi Lubertum de Boynen, meum cognatum, castellanum in Marka, sigillo suo presentia sigillare. Et ego Lubertus de Boynen predictus ad petitionem Iohannis de Hedemůlen, predicti mei cognati, sigillum meum duxi presentibus apponendum in testimonium premissorum, presentibus Godescalco de Ekenschede, Boymundo de Mari, Iohanne van der Bůken, Luberto de Hedemůlen, famulis, et aliis quam pluribus. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} duodecimo, ipso die beati Andree apostoli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 148, Siegel des Lubert von Boenen (gut erhalten, WS 213,2) abhängend.

[1]) Benannt nach dem Wohnsitz auf einer Lippeinsel; [2]) südöstlich von Uentrop.

997

1312 Dezember 3

Engelbert Graf von der Mark tauscht mit Dietrich Graf von Kleve Ministeriale. Er gibt Irmgard, die Tochter des Hugo von Gartrop[1], und erhält dafür Margarete, die Ehefrau des Dietrich von Vresendorp.

Nos Engelbertus comes de Marka universis presentia visuris et audituris notum facimus, quod Irmegardim, filiam Hugonis de Gardarpe, militis, nostram ministerialem, manumisimus et damus nobili viro The. comiti Cleuensi in suam ministerialem, recipientes nichilominus ab eodem Margaretam, uxorem Theoderici militis de Vresendorpe, in nostram ministerialem iusto et debito permutationis titulo pro eadem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, dominica post festum beati Andree apostoli.

Ausf., Perg., HStAD, Kleve-Mark Urk. Nr. 138, Sekretsiegel des Grafen von der Mark (gut erhalten, WS 33,4), abhängend, Urkunde eingebettet; Abschrift des 14. Jahrh., Hs. A III 2 Bl. 28b; Abschrift des 15. Jahrh., Hs. A III 3 Bl. 30b; Regest: Schleidgen, Kleve-Mark Nr. 146, S. 86.

[1]) Bei Gahlen.

998

1312 Dezember 13

Erzbischof Heinrich von Köln verspricht dem Bischof Ludwig von Münster, daß Johann von Plettenberg, sein Marschall für Westfalen, den dem Bistum Münster zugefügten Schaden bis zum 2. Februar nach dem Spruch des Edelherrn von Steinfurt des Jüngeren, Amtmann des Erzbischofs zu Recklinghausen, wiedergutmachen wird. Andernfalls verpflichten sich Graf Rupert von Virneburg, Werner, Propst von Mariengraden, Konrad Herr von Tomberg und Johann Herr zu Reifferscheid zum Einlager in Recklinghausen.

Cautio episcopi Coloniensis super dampnis dyocesi Monasteriensi illatis.

Nos Hinricus Dei gratia Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, omnibus presentia visuris cupimus fore notum, quod audita conquestione reverendi in Christo patris et domini domini Ludwici, Monasteriensis ecclesie episcopi, super dampnis sibi ac ecclesie sue ac terminis per Iohannem de Plettenbergh, militem, marscalkum nostrum per Westualiam, illatis ipsi domino Monasteriensi promisimus et per presentes promittimus, quod infra hinc et festum Purificationis beate Marie virginis proximo affuturum marscalkum nostrum ad hoc tenebimus et efficiemus cum effectu, quod dampna predicta ad dictum nobilis viri Ludolfi iunioris domini de Stenvordia, militis, nunc nostri officiati in Rekelinchusen, inte-

graliter restaurabit. Si vero idem marscalkus noster sufficientem non fecerit restaurationem infra terminum predictum, ut premittitur, extunc nobiles viri Rupertus comes de Virneburgh, Wernerus, prepositus sancte Marie ad gradus Coloniensis, Conradus dominus de Toneburgh et Iohannes dominus de Ryperschet, milites, oppidum nostrum Rekelinchusen intrabunt requisiti et moniti aut quilibet eorum unum militem aut hominem militaris conditionis equestris loco sui ponent, inde non exituri, nisi ad dictum predicti domini Stenuordensis de prefatis dampnis domino episcopo Monasteriensi prefato plenarie fuerit satisfactum. Et nos Rupertus, Wernerus, Conradus et Iohannes predicti recognoscimus nos fide data dicto domino Monasteriensi promisisse, quod, si prefatus marscalcus in resartitione et restauratione dictorum dampnorum negligens fuerit, quilibet nostrum per se vel per aliam personam, ut est dictum, intrabit oppidum Rekelinchusen ibidem mansuri, donec eadem dampna omnia, ut predictum est, fuerint plenarie restaurata, dantes nichilominus nos .. archiepiscopus Coloniensis predictus has nostras literas sigillo nostro et nos Rupertus, Wernerus, Conradus et Iohannes prefati nostris sigillis sigillatas dicto domino .. episcopo Monasteriensi in testimonium premissorum. Actum et datum in die beate Lucie virginis anno Domini M° CCC° duodecimo.

Abschrift des 14. Jahrh. in StAM, Msc. I 1 (großes Kopiar des Domkapitels Münster) S. 161; Regest: WUB VIII Nr. 764, REK Nr. 730.

999

1312 Dezmber 13 Brühl

Bischof Ludwig von Münster schließt mit Erzbischof Heinrich von Köln ein Bündnis zur gegenseitigen Hilfe. Beide Seiten bestellen Beauftragte, die eventuelle Streitigkeiten im Grenzbereich um Soest bzw. bei Recklinghausen beilegen sollen.[1]

Nos Ludowicus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus praesentes literas visuris et audituris notum facimus, quod cum reverendissimo in Christo patre et domino nostro domino Henrico, sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, sacri imperii per Ytaliam archicancellario, praeter connexionis vinculum, quo ecclesia nostra Monasteriensis tamquam suffraganea ecclesiae Coloniensi astringitur, pro iuribus et bonis iam dictae Coloniensis quam ipsius Monasteriensis ecclesiarum hinc inde conservandis et defendendis in specialis confederationis et unionis fedus super mutua assistentia per alterum nostrum alteri facienda convenimus in hunc modum, videlicet quod promisimus et promittimus eidem contra quoslibet suos et ecclesiae suae Coloniensis iniuriatores et bonorum eiusdem invasores, cum nos super eo requisierit, patenter et potenter ac fideliter bona fide, hoc adiecto, quod si nos contra aliquem de nostris consangwineis et fidelibus in auxilium suum vocaverit, habebimus ante omnia posse cum uno .. praelatorum suorum Coloniensis ecclesiae, quem ad hoc assumpserimus, de iure ipsius domini nostri archiepiscopi [...][a]. Si forte talis in hoc nobis obedire nollet, extunc sibi contra huiusmodi consanguineos et fideles nostros absque protractione assistemus eidem. Dum autem in auxilium suum venimus extra terram nostram, expensas, que dicuntur leveringhe, nobis sicuti caeteris dominis et nobilibus faciet idem dominus archiepiscopus affectuose ministrari. Dum autem idem dominus archiepiscopus venerit in auxilium nostrum, expensis suis, quae leveringhe dicuntur, stabit apud nos. Pabulum et talia commodum hospitiorum respicientia moderate pro comitive suae necessitate recipere poterit in terra nostra. Ut autem huiusmodi confoederatio casibus fortuitis non frustetur, condictum est inter dominum archiepiscopum et nos, quod ipse quatuor et nos quatuor elegimus et eligimus mediatores et tractatores, qui quoties inter nos, officiales, homines et terras nostras discordia emerserit, ad requisitionem illius, contra quem excessum est, conveniant in locis utrique parti aptis et audita veritate facti discordiam decidant in amicitia vel in iure nec ab invicem recedant, donec id sit factum. Et quia terra nostra circa Susatum circa Lippiam ex parte una et inferius in officio in Reglinchusen se contingant, elegit et nonimavit dictus dominus noster archiepiscopus pro mediatoribus Hermannum circa Susatum .. dominum de Buren et Hunoldum de Plettenberg, circa vero Reglinchusen Henricum de Appelderbecke et Arnoldum de Dungelen, milites. Nos vero

Monasteriensis .. episcopus praedictus elegimus et nominavimus in partibus superioribus versus Susatum strenuum virum Hermannum burggravium in Stromberg et Theodericum de Reme, canonicum ecclesiae nostrae Monasteriensis, in partibus inferioribus versus Reglinchusen Suederum, scholasticum sancti Seuerini Coloniensis, et Henricum de Vlenbruche, militem, quibus hinc inde ex nunc plenam damus authoritatem praemissa faciendi. Et si quis ordinationi eorum non pareret, contra illum omnes erimus, quousque obediat ordinationi eorundem. Si quis etiam praedictorum mediatorum decederet vel alias legitimo impedimento detineatur, quominus hiis posset interesse, is, qui etiam elegerit, infra quindenam, postquam super hoc requisitus fuerit, subrogabit alium aeque idoneum loco sui. Praefati etiam mediatores sub iuramento suo promittent praemissa fideliter peragere et expedire odio, favore vel gratia et qualibet fraude cessantibus in praemissis. Si etiam aliqui in diocesi Coloniensi [...][b] et confugerint ad terram nostram, officiatis, nunciis seu hominibus dicti domini archiepiscopi insequentibus eosdem et officiatum nostrum super hoc requirentibus fideliter et potenter officiati nostri assistent eis nec desistent, quousque iudicium fiat secundum qualitatem delicti tunc perpetrati expeditum. Ut autem praemissa firmius observentur, promisimus et promittimus omnia et singula antedicta per fidem nostram praestitam corporaliter interposito iuramento, quoad vixerimus, inviolabiliter obersvare, fraude et dolo penitus in hiis exclusis, salva tamen nobis, quod non obstante dicto nostro iuramento praefato domino nostro archiepiscopo contra Theodericum de Cleue, consanguineum nostrum, non assistemus. In cuius rei testimonium praesentes literas nostras ex hiis confectas et sigilli nostri munimine roboratas tradimus domino archiepiscopo supradicto. Datum Bruele anno 1312, in die beatae Luciae.

Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii (Bestand 1039 Nr. 2) II, S. 148-149; Regest: REK IV Nr. 731, WUB VIII Nr. 763.

[a]) An dieser Stelle fehlt ebenso wie in der Gegenurkunde ein Verb, das auf die Bedingung des vorhergehenden Verhandelns hinweisen sollte, d.h. etwa ein „deliberare"; [b]) hier Lücke; in der Gegenurkunde steht „forefecerint".

[1]) Gegenurkunde zur Urkunde von 1311 April 26.

1000

1312 Dezember 13

Erzbischof Heinrich von Köln schließt mit Bischof Ludwig von Münster und dem Ritter Hermann von Lüdinghausen sowie dessen Sohn, dem Ritter Hermann, ein Bündnis zu gegenseitigem Beistand gegen die Ritter Hermann gen. Slye sowie Heidenreich und Bernhard Wulf von Lüdinghausen. Jede Seite will während der bestehenden Fehde 20 Bewaffnete aus dem Ritterstand mit Streitrössern auf eigene Kosten und Gefahr in Lüdinghausen bzw. in der Nähe, nicht weiter entfernt als zwei Meilen, unterhalten. Falls erforderlich, wollen beide Seiten persönlich mit voller Heeresmacht zusammenkommen. Wenn der Erzbischof verhindert sein sollte, wird ihn der Edelherr Ludolf von Steinfurt, sein Amtmann zu Recklinghausen, oder eine Person gleichen Standes vertreten. Wenn Gefangene oder Beutegüter anfallen, werden diese in drei Teile geteilt, wobei der Erzbischof ein Drittel, der Bischof ein Drittel und Hermann von Lüdinghausen mit seinem Sohn ein Drittel erhalten werden. Die Verbündeten werden nur mit Einverständnis ihrer Partner einen Vergleich mit der Gegenseite schließen.

Universis presencia visuris et audituris nos Heinricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, ac Ludewicus eadem gracia Monasteriensis ecclesie episcopus et Hermannus senior de Ludinchusen nec non Hermannus, eiusdem Hermanni filius, milites, notum facimus, quod nos super infrascriptis negociis de amicorum nostrorum consilio concordavimus in hunc modum, videlicet quod quilibet nostrum alteri assistet et mutuo promisit et per presentes promittit contra Hermannum dictum Slye, .. Heydenricum et Bernardum dictos Lupos de Ludinchusen, milites, ipsorumque adiutores, qui eis in presenti assistunt vel assistent aut assistere voluerint in futurum, cuiuscumque status eminentie aut conditionis existunt aut existent, assistere potenter et patenter suis periculis et expensis et speciali-

ter tenere durante guerra inter nos aut aliquem nostrum ex una parte et Hermannum Slye, .. Heydenricum et Bernardum, milites predictos, ex altera viginti homines militaris condicionis armatos in dextrariis apud Ludinchusen vel in confinio ibidem ad longius de Ludinchusen ad duas leucas. Et, cum necesse fuerit, in personis propriis et potentia armatorum conveniemus contra eosdem Hermannum, .. Heydenricum et Bernardum adiutoresque eorundem. Verum si urgente necessitate nos Heinricus Coloniensis archiepiscopus predictus venire personaliter non possemus, fraude et dolo penitus exclusis, mittemus pro nobis et nomine nostro nobilem virum . Ludolphum de Steynvorde, militem, nunc officiatum nostrum in Rykelinchusen, vel alium ipsius condicionis eque ydoneum et potentem cum nostra potentia, qui locum nostrum tenebit in hac parte et faciet omnia, que incumbent. Et ne circa hec aut aliquid ipsorum aliqua questio seu discordia inter nos hinc-inde emergat aut emergere valeat, condictum est inter nos per pactum expressum, quod si in eadem guerra contigerit per nos et nostros coniunctim vel divisim aliquos de parte adversa capi seu captivari vel alias aliqua bona mobilia vel immobilia acquiri, quod ea, que de illis evenerint seu obvenerint modis aut viis quibuscumque, in tres partes dividentur equaliter. Quarum nos Heinricus Coloniensis archiepiscopus prefatus unam partem, nos vero Ludowicus Monasteriensis episcopus similiter unam et nos Hermannus et Hermannus predicti similiter unam partem obtinebimus. Et sic totius acquisiti viis et modis quibuscumque predictis cuilibet nostrum, ut premittitur, cedet sine qualibet difficultate pars una, que tercia est pars acquisitorum. Preterea nullus nostrum in omnem eventum aut necessitate quacumque urgente aliquam compositionem iniet cum Hermanno dicto Slye, Heydenrico et Bernardo, militibus predictis, seu eorum adiutoribus presentibus aut futuris absque alterius expressa voluntate et consensu, sed quicquid de guerra vel amicicia fuerit facienda inter nos ex una parte et ipsos eorumve adiutores ex altera, de communi concordia omnium nostrum faciemus. Hec omnia quilibet nostrum alteri faciet statim et sine mora, fraude et dolo omnino exclusis in premissis, postquam ab altero nostrum fuerit requisitus. Et continuabit hoc negocium indefesse, prout defensionis et negocii qualitas et necessitas ingruerit et persuaserit esse faciendum in premissis. Et ut ista firmiter et incommutabiliter observentur, per fidem nostram, quam per presentes quilibet nostrum alteri prestat et ad invicem loco iuramenti interpositi damus, promittimus omnia et singula premissa et quodlibet premissorum inviolabiliter observare, fraude et dolo in hiis penitus cessantibus et exclusis. Et in horum testimonium atque fidem presentes litteras, quarum quilibet nostrum unam de certa omnium nostrorum sciencia apud se tenet, exinde conscribi et sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Datum in die beate Lucie virginis anno Domini M^{mo} CCC^{mo} duodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster Urk. III Bb Nr. 8, Siegel des Erzbischofs mit Rücksiegel und des Bischofs von Münster (stark beschädigt, WS 45,3) anhängend, das 3. Siegel ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): ... que tangit episcopum et ecclesiam; *Ausf., Perg., HStD Kurköln Nr. 492; Abschrift des 14. Jahrh.: StAM, Msc. I 1 (großes Kopiar des Domkapitels Münster) S. 130; Druck: WUB VIII Nr. 762; Regest: REK IV Nr. 729.*

1001

1312 Dezember 21

Engelbert Graf von der Mark überläßt dem Grafen Ludwig von Arnsberg den Johannes von Kiesbert[1] und erhält dafür den Johannes von Dresel[2], wobei letzterer Wachszinsiger des Altars der Kirche in Herscheid, ersterer der von St. Walburgis in Meschede sein soll.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Engelbertus comes de Marka recognoscimus publice protestando, quod nos de consensu omnium heredum et coheredum nostrorum, sicut nomina tenent, Iohannem de Kysenbracht donavimus et in hiis scriptis damus cum omni iure et condicione, quibus nobis attinebat, nobili viro consanguineo nostro L. comiti de Arnsberg in hunc modum, quod ipse comes prenotatus Iohannem de Dresole cum omni iure et condicione, qua sibi et suis heredibus adherebat, nobis et nostris he-

redibus redonabit sub condicionibus infrascriptis, scilicet quod Iohannes de Dresole predictus erit cerocensualis altaris ecclesie in Herschede, Iohannes vero de Kysenbracht prenotatus erit cerocensualis beate Walburgis virginis ecclesie Messchedensis. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini MCCC^{mo} duodecimo, ipso die beati Thome apostoli.

Abschrift des 14. Jahrh. in StAM, Msc. VI 109 a (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 32v; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii VII, Bl. 64v.

[1]) Südöstlich von Herscheid; [2]) zwischen Altena und Werdohl.

1002

1312 Dezember 24

*Die Bischöfe Johann von Straßburg und Embrico von Worms teilen als vom Papst Clemens V. im Streit zwischen dem Stift Essen und dem Kölner Erzbischof beauftragte Richter den Dechanten zu Kaiserswerth und Neuss sowie dem Pfarrer zu Recklinghausen (*Rekelinchusen*) mit, daß sie an dem für eine Zusammenkunft in Deutz benannten Datum verhindert seien, und benennen als neuen Termin den 21. März. Sie bitten, dies den Parteien mitzuteilen. 1312 Dez. 24 (*in vigilia Nativitatis*).*

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 244, Siegel des Bischofs von Worms (stark beschädigt) anhängend, die übrigen ab; Abschrift Kindlingers um 1800: StAM, Msc. II Nr. 104, S. 211v; Regest: REK IV Nr. 733.

1003

1313[1]

Dietrich von Bredenbeke bittet den Grafen von Arnsberg, mit ihm zugleich seine Base Drude von Bredenbeke mit dem Gute zu Bremecke[1] zu belehnen.

Salute fidelitatis, qua[a] vobis teneor, et reverentie premissa[b]. Edele live ghenedighe here, her .. greve tho Arnsberghe, ich Thiderich van Bredenbeke, knape, bidde iů denstliken unde bigherliken in dissem bryve, dat ii willen och zametlichen mith mi belenen Druden van Bredenbeke, mine wazen, mith dem ghůde tho Bredenbeke, alzo ich dath van iů hebbe erthes entfangen. Dath it och zig myn vůllenkomen wille, zo hebbe ich dissen ieghenwordighen brif bizeghelt mit minez zilves zeghel.

Ausf., Perg., StAM, Herzogtum Westfalen, Lehen, Spezialia Nr. 6, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage aufgrund eines Kürzungsstrichs „quam"; [b]) in der Vorlage „premissis".

[1]) Die Urkunde ist nach der Schrift in das zweite Jahrzehnt des 14. Jahrhunderts zu setzen; 2) in der Gemeinde Lendringsen bei Menden.

1004

1313

Nachricht über die Erbteilung unter den Kindern des verstorbenen Grafen Ludwig von Arnsberg.

In diesem jahr ist graff Ludwig von Arnsberg mit todt abgangen unnd viel kinder nachgelassen, welche ihrer Mutter Peronetten bruder, Gerhart graff zu Gülich, in demselben jahr freytags vor Pfingsten dermassen vertragen, das der eltister Sohn Wilhelm die graffschafft Arnsberg behalten und seine andern brüder und schwestern, nemblich Godtfridus scholaster zu Münster und hernacher bischoff zu Osenbruck, Fridericus abt zu Steinfelt, Walramus canonich zu Achen, Gerhardus und Joannes canonichen zu S. Gereon binnen Cölln, auch Peronetta ein jungfrau in S. Cecilien in Cölln mit einer zimlichen leibzucht solten zufrieden sein.

Stangefol, Annales Circuli Westphalici, S. 406 (vergl. Urkunde von 1313 Juni 1).

1005

1313

Bertram von Hagen, Rektor der Kapelle von St. Benedikt in Dortmund, berichtet über das Auffinden von Registern, seine Maßnahmen zur Restaurierung und Ausstattung der Kapelle und die Verhinderung eines nächtlichen Überfalls auf die Stadt durch das Auffliegen erschreckter Tauben.

Ego Betermannus de Hagen manifestum facio universis et singulis, quod anno Domini 1313 tempore meo inveni in altari S. Benedicti in tribus erusibilis lapideis cum cera obstructis registra quedam, quorum tenor erat, quomodo et quali modo ecclesia S. Benedicti esset primo fundata extra oppidum et a quo et quomodo postmodum in loco eius in oppido capella fundata et ecclesia extra oppidum destructa, a quibus et propter quam causam, et multa alia registra de querris et bellis civitatis et terre et de dominationibus dominorum et principum et multa alia gesta antiqua. Que registra inveni et antiquiora respiciencia, statum capelle renovavi. Sed reliqua de querris et bellis tractancia consilio civitatis, quantum ad illam, que tangebant civitatem, et alia non tangentia civitatem specialiter, sed tamen de diversis gestis antiquis tractantia amicis meis specialibus, videlicet domino Nocoleo van der Bruggen et domino Aluino de Brake et ceteris communicavi.

Ex speciali devotione et pro memoriali conscripserunt predecessores mei, sicut in quolibet registro invenitur manifeste, propter vanam gloriam vel aliam lasciviam et ideo sequenda vestigia eorum ista sexternam in unum collegi (de qua sexterna tria folia ego Theodericus Westhouius non inveni) et antiqua comparavi registra et quicquid tempore meo in civitate est perpetratum et hoc tangens utilitatem capelle, quod mihi notum est, et etiam procurationem, quam pro capella feci, conscribere propono et successoribus meis pro perpetuo memoriali relinquere volo. Quantum ad curam non lateat, quod, quia primo enim capella fui dotatus, dotem et domum capelle omni modo destructam reperi. Et quia estimabilis et delectebilis locus est, ideo ipsam funditus reedificavi propria eleemosina et subsidio aliorum hominum devotorum et ipsam ad terminum vite mee inhabitavi et superius crucem ligneam figere feci, et hoc enim consensu et consilio civitatis, ut homines eam inspicientes dotem capelle et domum rectoris esse conspicerent. Etiam maiorem campanam, que pendebat super testitudinem capelle, ex eleemosina propria et etiam aliorum comparavi. Etiam tres fenestras magnas lapideas cum duabus ianuniis lapideis incidi feci et lapicidis, mercedem de propriis exposui et presbiterium cum pulpito et magnam capulam et cistam pro preparaimiclis etc. novam et duas cruces et imaginem S. Bendicti renovare feci et reliquias multas et iugerum agri prope Wambele, quatuor solidos in domo Croin annuatim et 6 1/2 solidos in Boclo et exteris bonis procuravi, quia tunc temporis magnum subsidium habui a peregrinis visitatoribus beate Virginis in Aquisgrano et specialiter, quando reliquie ibidem, videlicet camisia beate Virginis, ostendebantur; ex petitionibus, que fiebant per meos servos et petitores, quos intra posui ad portam inferius, et ex oblationibus, quas superius in capella recepi de peregrinis, et etiam in festivitatibus magnis chorum S. Reinoldi propter specialem petitionem pastoris ibidem visitavi, quod, cum feci et frequenter presentiam inde habui, et reclusorium in primo anno, quando fuit mihi capella concessa, fuit combustum et etiam lobium capelle S. Johannis, que simul reedificare feci; et parietes et testitudinem capelle feci dealbare et depingnere. Item contingebat, quod due persone erant incluse in reclusorio, que ambe moriebantur. De quorum bonis relictis procuravi pixidem unam argenteam pro conservatione sacramenti, quia primo semper sacramentum custodiebatur in pixide lignea. Ad quam argentea habita reliquias imposui postmodum. Item unum hortum parvum, qui est situs supra fossam (graven) ante reclusorium et destructum inveni, qui erat pro utilitate incluse et etiam rectoris capelle, quem reparare feci, quia inclusa tempore meo fecit ibidem plantare herbas diversas pro lagenis et aliis modis, quos mecum dividebat. Et ego supra testitudinem habui columbas, que ibi nidificabant et pullos procurabant, de quibus sibi tria vel quatuor paria ego pro amicitia dedi et reliquas vendidi. Et de tali pecunia lampadem ardere coram sacramento servavi. Et sic patet, quomodo procuratio per me facta. Sed restat iam recipere quedam perpetrata, que, ut sciantur, pro utilitate capelle est.

In primo anno sequenti, quando campanam procuravi, contingebant, quod civitas multas inimicitias habebat cum diversis vasallis. Qui inquam vasalli, videlicet anno 1314, nocte una ad comburendam civitatem volentes ignem in civitatem iacere et hoc enim ollis terreis. Contingebat, quod tenebre maxime erant, ita ut non possent discernere turrem propter crucem positam, non libenter infestabant turrim, quia considerabant ibi capellam esse. Sed quia, cum non viderent turrim, iactaverunt ollam unam plenam igni ad fenestram turris. Qua inquam olla cecidit ex casu et tetigit magnam illam campanam per me comparatam, ita ut campana magnum sonitum fecerit. Quod cum perceperint columbe in turri, que ibi nidificabant, exterrebantur et magnum strepitum et volatum fecerunt. Que cum audiverunt inimici, exercitus inmittentes ignem ad civitatem perterriti fugaverunt et, quod turris esset plena hominibus, qui nos viderent, crediderunt, quod percipientes vigilatores hominibus nunciaverunt, et quod sic esset manifestum, invenerunt.

Schrift des 17. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 574, Bl. 34 (Chronicon Tremoniense des Johannes Nederhoff).

1006

1313

Erzbischof Heinrich von Köln erlaubt den Einwohnern des Dorfes Sassendorf aufgrund ihrer Vorstellung, sie gehörten zur Pfarrei Lohne, müßten dorthin ihre Toten bringen, würden dabei häufig von feindlich gesinnten Nachbarn überfallen und gefangengenommen und hätten bei Überfällen keinen Zufluchtsort, mit Zustimmung des Abtes Godfried des Klosters St. Pantaleon in Köln als des Patrons und seines Konvents sowie des Pfarrers Heinrich in Lohne, eine Kapelle zu errichten. Diese solle mit einem Baptisterium, einem Friedhof und einer Schule verbunden sein. Zur Kapelle sollten auch die Bewohner der beiden Oberhöfe Zum Loh[1] gehören. Der Pastor zu Lohne solle einen Priester für die Kapelle bestellen oder sie selber betreuen. Zum Zeichen der Abhängigkeit der Kapelle von der Mutterkirche in Lohne haben die Einwohner zu Sassendorf an der jährlichen Synode in Lohne teilzunehmen und zu den Reparaturkosten der dortigen Kirche beizutragen. Für den Priester haben sie ein angemessenes Haus zu bauen oder zu kaufen. Dem Pastor zu Lohne müssen sie jährlich sechs Mark entrichten.

In nomine Domini amen. H. Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis nostris subditis tam presentibus quam futuris, ad quorum notitiam presentes littere pervenerint, in perpetuum rei geste cognoscere veritatem. Officii nostri debitum remediis invigilat subditorum et operosa sollicitudo, quam circa indigentiam gerimus, nos compellit, ut ex preteritis exemplis atque presentibus periculis futuris, in quantum possumus, caveamus. Sane dilecti subditi nostri homines ville de Sassendorp prope Susatum nostre dyochesis nobis frequenter insinuare curarunt, quod cum ipsi ad parrochialem ecclesiam in Loyn tamquam eiusdem ecclesie parrochiani pertineant et pertinuerint ab antiquo, propter vie prolixitatem et locorum distantiam inter easdem villas plurima ipsis eveniant incommoda et infinita pericula suscitentur, cum ipsi homines constituti sint in medio perverse nationis et natura mortalis conditionis inevitabiliter tribuente oporteat ipsos frequenter suorum fidelium defunctorum corpora deferre de villa sua predicta ad parrochialem ecclesiam memoratam, contingit multociens, ut ipsi homines propter longitudinem vie ab hostibus suis positis insidiis capiantur in medio et captivi deducantur ac teneantur vinculis mancipati tam diu, donec aut rerum omnium aut corporis iacturam ipsos oporteat sustinere. Et insuper frequenter accidit, quod in eadem villa Sassendorp insultus fiunt ab hostibus eorundem et, cum iidem homines in eadem villa presidium non habeant aut refugium, in quo simul convenire valeant et offerre se defensioni, tamquam oves disperse discurrunt et sic ab eisdem hostibus capiuntur et inhumaniter ac crudeliter pertractantur. Que incommoda et pericula prorsus evitarentur, si in dicta villa Sassindorp capella cum cymiterio foret constructa, ad quam tempore pressure huiusmodi confugere possent et talibus hostium insultibus obviare. Essent eciam oportuno tempore a periculo, quod eis imminet ex loci distantia et predicte vie longitu-

dine sepius relevati. Porro nos dictorum hominum nostrorum precibus inclinati assiduis, attendentes tamen, quod sic sumus nostris subditis in defendendo atque protegendo debitores, quod aliis iniustitiam facere non debemus, iuri parrochialis ecclesie predicte in Loyn merito prospicere volumus in hac parte, requisito et optento consensu viri religiosi nobis in Christo dilecti Godefridi, abbatis monasterii sancti Panthaleonis Coloniensis, patroni, ac .. conventus sui necnon et Henrici, pastoris eiusdem ecclesie in Loyn, ita de voluntate dictorum hominum duximus ordinandum, quod iidem homines in eadem villa Sassendorp capellam unam cum baptisterio et cymiterio construent et constructam habebunt perpetuis temporibus valituram. Item et scolas pro suis pueris informandis, et homines predicti ville una cum hominibus habitantibus in duabus curtibus appellatis Zim Loy, qui homines ad eandem capellam perpetuo pertinebunt et omnia ecclesiastica sacramenta, que olim recipere consueverunt in ecclesia Loyn parrochiali, in capella recipient memorata per sacerdotem, quem pastor decuerit et tenebitur ordinare sive per pastorem ipsum, si ipse officiare capellam voluerit memoratam, ita tamen, quod dicta capella pertineat et dependeat perpetuo tamquam ad matricem ad ecclesiam in Loyn parrochialem supradictam. Et tenebuntur in signum subiectionis homines ville Sassendorp cum hominibus curtium Zim Loy interesse synodis singulis annis apud ecclesiam Loyn celebrandis et obligati erunt homines predicti de Sassendorp contribuere, quandocumque et quocienscumque ecclesia in Loy predicta necesse habuerit de structuris et edificiis reformari. Preterea statutum et conventum est inter predictos patronum et pastorem ex una parte et homines prefatos in Sassendorp ex altera, quod ipsi homines constituent seu ement domum decentem pro sacerdote ipsis officiante et solvent pastori predicto de Loyn singulis annis sex marcas denariorum Susatiensium ponderosorum et legalium temporibus ad hoc statutis, videlicet in festo Michaelis tres marcas, in festo Pasche tres marcas. Et efficient et procurabunt ipsi homines in Sassendorp, quod census predictus sex marcarum ematur et solvatur de hereditate tali, in qua nequeat processu temporis minui aut aliquatenus deperire. Quod si casu quocumque predictus census minueretur aut deterior fieret, prout supradictum est, tenebuntur predicti homines in Sassendorp ipsum censum redintegrare. Ut autem predicta omnia et singula ad laudem Dei, beate virginis et gloriosi martiris sancti Panthaleonis ac omnium sanctorum sepedictis hominibus indulta, ordinata salubriter et concessa pro ipsorum necessitate, utilitate et commodo perpetuam optineant firmitatem, mandamus ea inviolabiliter observari. Et si, quod absit, predicta domus constructa vel empta et census emptus solutus non fuerit perpetuo, prout supradictum est, extunc omnis gratia, quo ad capellam memoratam, baptisterium, cymiterium et scolas, ipso facto sit nulla. Et nichilominus homines predicte ville Sassendorp sententiam excommunicationis, quam in hiis scriptis contra ipsos ferimus, incurrant, donec omnia et singula predicta adimpleant et observent. Prohibemus igitur sub divini anathematis interminatione, ne quis omnino hominum huiusmodi salutarem ordinationem infringere audeat vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beate virginis gloriose se noverit incursurum. In cuius rei testimonium ac perpetuam rei memoriam premissis auctoritatem et consensum adhibentes de voluntate patroni et pastoris prenominatorum ac ad instantes preces dictorum hominum de Sassendorp presentem paginam nostri sigilli munimine duximus roborandam, et nichilominus dilectorum in Christo Godefridi, abbatis sancti Panthaleonis predicti, et sui .. conventus necnon et Henrici, prepositi Susatiensis, sigilla in testimonium presentibus sunt appensa. Et nos Godefridus, Dei gratia abbas sancti Panthaleonis Coloniensis, et .. conventus noster et nos Henricus, eadem gratia prepositus Susatiensis, predicti profitemur, quod in premissorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo trecentesimo tertio decimo.

1. Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, St. Pantaleon Urk. Nr. 120, die drei Siegel anhängend; 2. Ausf., Perg., Stadt A Soest Urk. A Nr. 7124, die drei Siegel anhängend; Druck: SUB II Nr. 554; Regest: REK IV Nr. 763

[1]) Ein Lohweg (Lohe-) befindet sich zwischen Lohne und Sassendorf (Schoppmann, Flurnamen Soest, S. 256, Nr. 97, und Koske, Bördekataster, S. 449 und 452).

1007

1313

Edelherr Konrad von Rüdenberg überläßt das Eigentumsrecht von sieben Morgen Ackerlandes bei Schwefe dem Kloster zum Paradiese. Wegen der von seinem Ministerialen Franco von Warstein auf die Äcker erhobenen Ansprüche einigt man sich, daß Franco die Äcker seiner Schwester Sophie, Nonne im Paradies, überläßt und daß sie nach ihrem Tode an das Kloster fallen.

Nos Conradus nobilis de Rudenberg tenore presentium protestamur et notum esse cupimus universis presentibus et futuris, quod, cum quondam VII iugera agrorum apud Sueue sita, quorum infeodatio et proprietas ad nos spectabat, conventui ad Paradysum ob Dei reverentiam et favorem specialem, quem ad ipsum conventum habemus semper et habuimus, rite ac rationabiliter contulissemus, Franco de Warstene, ministerialis noster, super predictis agris ipsas impetens, ius sibi in hiis competere asserebat. Nunc autem divino premonitus instinctu, sepedictos agros, unum maltum siliginis et ordei et quatuor pullos annis singulis solventes, sorori sue Sophie, moniali in Paradyso, ad tempus vite sue libere contulit de consensu uxoris sue Sophie et filii sui Conradi et omnium heredum et coheredum suorum, ita ut ipsa de medio sublata predicti agri ad conventum supradictum plene ac integre devolvantur. Ut igitur predicta resignatio Franconis et omnium heredum ac coheredum suorum perpetuo stabilis perseveret, donationem iam dictam de consensu et beneplacito Godescalci, filii nostri, et heredum suorum, videlicet Gozvini, Hinrici et Rikeze et omnium coheredum nostrorum factam sigilli nostri munimine curavimus perpetuare. Hiis omnibus presentes erant dominus Hermannus, tunc sacerdos in Sueue, dominus Theodericus, frater Iohannes et frater Hermannus, fratres in Paradyso. Datum anno Domini M° CCC° tertiodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Paradies Urk. Nr. 70, Siegel des Edelherrn (fast unkenntlich: WS 27,3) anhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): de malto sororis Sophie*; Abschrift des 14. Jahrh. in Msc. VII 6107 (Kopiar des Klosters Paradies), S. 70.*

1008

1313

Dietrich von Hengstey verkauft dem Leo gen. von der Hoven für sechs Mark und vier Schillinge das Eigentumsrecht an seinen Gütern in Altenvoerde[1]. Dieser überläßt es der Äbtissin und dem Konvent in Gevelsberg und hat dafür jährlich sechs Pfennige dem Konvent zu entrichten. Sein Rechtsnachfolger hat die Güter vom Konvent zu empfangen.

Universis presens scriptum visuris et audituris Theodericus de Heymsteden salutem et cognoscere veritatem. Ad notitiam itaque tam futurorum quam presentium cupio pervenire, quod ego et uxor mea cum consensu et vo[lu]ntate[a] heredum nostrorum Leoni dicto van der Houen in Alden Vorde vendidimus et effestucavimus proprietatem, que nobis attinebat de bonis suis in Alden Vorde sitis pro sex marcis et quatuor solidis denariorum legalium et bonorum. Ego vero Leo tenore presentium protestor me et uxorem meam cum bona voluntate heredum nostrorum dedisse et manumisisse venerabilibus dominabus abbatisse et conventui in Gyuelberg eandem proprietatem predictorum bonorum, de quibus solvam dicto conventui singulis annis sex denarios in festo beati Martini hiemalis. Quicumque autem post nostrum obitum sepedicta bona possessurus est, suscipiet ea a supramemorato conventu VI denarios zů winnen inde zů werven daturus. Huic facto interfuerunt dominus Theodericus miles de Assebeke, Gerardus de Hurde, Gerlacus de Lindebeke, Hermannus dictus Pape, Henricus der vrigreve et frater eius Gerwinus, Hinricus de Nouo Lo et alii quam plures. Ego vero predictus Theodericus de Heymsteden, quia proprio sigillo careo, presentem paginam sigillo domini Arnoldi, plebani de Suelme una [cum si]gillo[b] domini Iohannis militis de Gukenhoue petii roborari. Datum anno Domini M° CCC° tertio decimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg Urk. Nr. 25, Siegel ab; Abschrift des 16. Jahrh., in Msc. VII 6106 (Kopiar des Klosters Gevelsberg) Nr. 52.

[a]) Loch im Pergament; [b]) desgl.
[1]) Südlich von Gevelsberg.

1009

1313

Aufzeichnung über die Zehntrechte von Dechant und Kapitel von St. Mariengraden in Köln um Recklinghausen in Buer, Westerholt, Gladbeck, Polsum und Bockum[1].

De decimis circa Recklinghausen, Buhr etc.: Decimatores in Buhr, Westerholt, Gladbeck, Polsem, Bochem aliisque in locis circa Recklinghausen spectant ad ecclesiam ad Gradus Bell. et iuxta librum cathenatum solvendi inde sunt 4 floreni aurei, et domino decano 3 solidi monetae Tremoniensis. Item fur gewin und gewerff suo tempore adhuc 4 floreni aurei.

Hae decimae olim fuerunt concessae in feudum, sed ex post expositae sunt ad 12 annos, quod tamen etiam iam ab aliquo tempore non est observatum, sed conductores continuant hanc perceptionem, quamdiu capitulo satisfaciunt uti inferius.

Melius tamen esset ad certos annos illis elocare et designationem bonorum exhiberent.

De his decimis et bonis extant litterae originales[2] de anno 1313 sub hunc: primo, ex quibus prima quidem fronte apparet, quasi capitulum illas sibi tunc comparasset, cum tamen non provenire praesumantur ex fundatione S. Annonis, quam aliae decimae in Westphalia sitae, sed, si penitus considerentur, patet, quod capitulum iam tum ab olim habuerit ius in illa bona et capitulo affectae, et quod abdicatores illorum bonorum solum transportarint in capitulum ius illud, quod videbantur habere in illa, quamdiu annuum canonem solvebant. Ita enim sonant litterae per compendium hic descriptae:

Iudex et consules in Recklinghausen (quorum nomina etiam subiciuntur) fatentur, quod Wesellus dictus de Veihoue et Henricus de Westerholt, gener eiusdem, iudicialiter comparentes vendiderunt decano et capitulo ad Gradus quaedam bona sita in villis Bure, Westerholt, Gladtbeck, Polsem et in aliis locis in districtu oppidi Recklinghausen consistentia in censibus, pensionibus et decimis solvendis de 30 domibus vel pluribus in dictis villis situatis seu in aliis locis quibuscumque, prout idem Wesellus de Vehove eiusque haeredes iure emphyteutico et postea Henricus de Westerholt, gener dicti Weselli, nomine dotis eadem bona habebant a decano et capitulo ad Gradus sub certo annuo censu quinque marcarum denariorum Coloniensium, sicut et annuo servitio unius hospitii, in quo decanum praedictum semel in anno decenter habere tenebatur vel ad decani optionem solvere 3 solidos bonae monetae Coloniensis loco hospitii. Testantur itaque consules, quod praedictus Wesellus de Vehoue omnesque eius haeredes et cognati ita comparentes eadem bona cum omnibus iuribus et utilitatibus ad manus decani et capituli resignarint possidenda iure perpetuo.

Aufzeichnung des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Geistliches A 168h, Bl. 19.

[1]) Bauerschaft im Kirchspiel Datteln; [2]) Original nicht überliefert.

1010

1313

Das Kapitel der Kirche zu Soest[1] überläßt zwei Hausplätze dem Hermann, Rektor des Altars von Hl. Kreuz in ihrer Kirche, und dem Albert, Rektor des Altars von St. Martin, auf Lebenszeit. Sie haben auf diesen Hausplätzen ein angemessenes Haus zu errichten und als Zins jährlich sieben Schillinge zu zahlen. Nach ihrem Tode soll aus dem Überschuß aus den Einkünften des Hauses ihre Memorie gehalten werden.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Radolphus, decanus, Theodericus, scolasticus, Heydenricus, cantor, Wynandus, thesaurarius, totumque .. capitulum ecclesie Sosatiensis notum facimus et publice protestamur, quod aream nostram, quam quondam Heydenricus dictus Gasth a nobis ad tempus sue vite tenuit et que nunc vacat ex morte sua, una cum quadam parva area adiacente, quam ex nostra permissione et licentia .. subcustos noster aliquamdiu habuit, concessimus et in hiis scriptis concedimus Hermanno, sancte crucis, et Alberto, sancti Martini altarium ecclesie nostre rectoribus, liberaliter possidendos ita sane, quod ipsi rectores domum condecentem in ipsis areis edificabunt et nobis de ea seu .. camerario nostro pro tempore existenti quatuor solidos pro antiqua pensione et pro memoria Herbordi sacerdotis dicti de Sancto Paulo, duos solidos et unum solidum .. subcustodi ecclesie nostre annis singulis ministrabunt temporibus debitis et consuetis. Recognoscimus igitur, quod dicta domus ac area nobis non vacabunt, nisi ipsi Hermannus et Albertus ambo debitum carnis videbuntur exsolvisse. Et quandocumque unus eorum obierit, alter, qui superstes manserit, tempore, quo ad vixerit, pro dicta pensione septem solidorum prefatas domum et aream liberaliter optinebit. Ipsisque ambobus mortuis domus et area predicte nobis vacabunt et salva nobis ac .. subcustodi predicto pensione prenotata de summa, que ultra hanc pensionem de domo et areis predictis exigi et colligi potest, memoriam eorum perpetuam, prout eam in vita sua ordinare decreverint, inter nos solummodo expedite faciemus. Et in huius rei testimonium ipsis Hermanno et Alberto contulimus presens scriptum sigillo ecclesie nostre ad causas roboratum. Datum anno Domini M° CCC^mo tredecimo.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 98, Siegel ab.

[1]) Stift St. Patrokli.

1011

[1313-1338][1]

Graf Wilhelm von Arnsberg interveniert bei der Äbtissin von Essen und bittet sie, die durch den Tod des Ministerialen Anton von Vogelheim heimgefallenen Lehngüter dem Essener Ministerialen Dietrich von Lendinchusen zu übertragen.

Honorabili domine .. abbatisse Assindensis ecclesie Wilhelmus comes de Arnsberg bonam ad eius beneplacita voluntatem. Bona quedam ministerialia a vobis dependencia, que sita sunt iuxta Assinde, devoluta sunt ad Theodericum de Lendinchusen, vestrum ministerialem, de iure, ut nobis dicitur, ex obitu Anthonii de Vogelhem, quondam vestri ministerialis. Unde petimus vos studiose, quatenus ipsum Theodericum predictum illis bonis infeodare velitis causa nostri, cum ipse sit verus heres illorum bonorum et propinquior in linea affinitatis ipsi Anthonio et etiam sit vester verus ministerialis. Que omnia se asserit legitime prolaturum offerentibus se loco et tempore. Faciatis itaque ad hec, ut erga vos grata vicessitudine promereri debeamus. Datum sub nostro secreto.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 251, Siegel ab; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 117, S. 33.

[1]) Datierung nach der Regierungszeit des Grafen Wilhelm von Arnsberg.

1012

1313 Januar 6-13

Die Knappen und Brüder Gottschalk und Heinrich gen. Bobbenstein einigen sich in ihrem Streit mit dem Kloster Benninghausen, indem sie gegen Empfang von zwei Mark auf jegliche Ansprüche auf die Güter in Dingborgelo[1] verzichten.

Coram universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos Godescalcus et Henricus fratres dicti Bobbensteyn, famuli, recognoscimus, notificamus et presentibus publice protestamur, quod de omni rancore, controversia[a], questione et discordia, que inter religiosas personas dominas .. abbatissam totumque conventum monasterii sanctimonialium in Benekinchusen et eorum quemlibet parte una et nos parte altera vertebatur seu verti videbatur ratione bonorum sitorum in Dincborchgelo vel cause seu occasionis cuiuscumque, que animo concipi potest, mediantibus eorum ac nostris amicis communibus, quorum nomina loco testium subscripta sunt, amicabilis et firma compositio intervenit in hunc modum, videlicet quod dictos claustrales, etiam ipsorum conversos vel eorum quemlibet ab omni impetitione, que nobis contra ipsos competebat seu competere videbatur, clamavimus et dimisimus ac in hiis scriptis dimittimus quitos, liberos prorsus et solutos. Promisimus igitur eisdem sub fidei nostre datione et sub iuramentis nostris ad hoc prestitis, quod hanc nostram compositionem cum ipsis initam sive acceptatam volumus et debebimus in omni sui forma firmiter et inviolabiliter observare et quod contra eos vel aliquem eorum occasione huiusmodi nostre compositionis per nos sive per alium vel per alios nichil attemptabimus seu attemptari procurabimus ingenio sive causa, de iure vel de facto. Preterea promisimus sub dictis fide et iuramentis nostris, quod Hermannum et Rodolphum, fratres nostros carnales, quorum copiam ad presens habere non potuimus, ad dictorum claustralium ducemus presentiam sive ad castrum Lipperode infra hinc et festum Pasche proximo nunc venturum, ut et ipsi fratres nostri omnia et singula, que nos fecimus in hac causa, ut est dictum, simili modo et pari forma faciant et perducant ad effectum. Et sic pro duabus marcis denariorum nobis per dictos claustrales numeratis et traditis et precipue propter Deum et salutem animarum nostrarum renuntiamus simpliciter et expresse omnibus exceptionibus et defensionibus iuris canonici vel civilis, que nobis coniunctim vel divisim contra premissa vel premissorum aliqua nunc vel in posterum[b] possent vel deberent aliqualiter suffragari. In cuius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem ego Conradus de Auenstrod, miles, castellanus in Rede, sigillum ad petitionem dictorum fratrum apposuimus huic scripto. Huius rei testes sunt Fr. de Hurde, Otto de Sendene, Adolphus Suffenberg, milites, Theodericus dictus Lurewolt, Alebrandus, advocatus nobilis domini Lippensis, Conradus dictus Mule, Hermannus dictus Rûde, Con. de Vorenholte, .. Cûghelenscutten, fratres, Arnoldus de Vrekenhorst, famuli, et quamplures alii fide digni[c]. Datum infra octavas Epiphanye Domini anno eiusdem .. M°CCC^mo tredecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 120, Siegel des Konrad Avenstrod (WS 170,12) anhängend.

[a]) Korrigiert; [b]) korrigiert; [c]) in der Vorlage „dignis".
[1]) In den Ort Schmerlecke aufgegangen, vergl. Schelhasse, Benninghausen S. 124-125.

1013

1313 Januar 10

Mechthild Äbtissin zu Herdecke nimmt Bela von Ostende[1], die Mutter der Ehefrau des Johann Auf der Hohen Fohr, als Wachszinsige auf und setzt ihre Leistungen fest.

Meckhildis Dei gratia abbatissa monasterii in Herreke omnibus, quibus presens scriptum [fu]erit[a] exhibitum in vero salutari salutem. Notum esse volumus universis et publice profitemur, quod nos Belam de Ostennede, matrem uxoris Iohannis Op der Honvore, ad ius cerocensuale recipimus sub hac forma, ita quod prefata Bela singulis annis duos denarios in festo Walburgis beate virginis nobis vel abbatisse, que fuerit pro tempore, presentabit et persolvet. Post mortem vero ipsius nobis cedent duodecim denarii vel superior[b] vestis, et hoc sub nostro arbitrio vel nostre succedentis. In cuius rei testimonium sigillo nostro presens scriptum roboramus. Testes sunt Hugo de Ruddinghusen, officiatus domine abbatisse, Menricus Reyse, Henricus sub Tylia, Rebbo, fermentarius, et alii quam plures. Datum anno Domini M° CCC° XIII°, feria quarta post Epyphanie Domini.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Herdecke Urk. Nr. 12, Siegel ab, Rückvermerk (16. Jahrh.): Dusse breiff helt up Belen Vormans, wy sey wassdinges is gewesen; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 13, S. 212.

[a]) Stockfleck; [b]) Wort davor „suprema" gestrichen.

[l]) Nördlich von Herdecke.

1014

1313 (1312) Januar 15[1]

Konrad Graf von Dortmund verkauft, nachdem sein † Vater bereits ein Drittel des Gerichts an die Stadt Dortmund veräußert hatte, den Bürgern für 400 Mark ein weiteres Sechstel des Gerichts. Der Graf behält ein Rückkaufsrecht. Dabei ist zunächst das Sechstel für die 400 Mark zurückzukaufen. Wenn vom Oberhof Grundstücke verkauft oder verpachtet werden, um darauf Häuser zu bauen, sollen diese wie die anderen bereits auf dem Oberhof errichteten Häuser die Lasten wie andere Bürgerhäuser tragen. Zur Schlichtung von eventuellen Streitigkeiten soll ein von beiden Seiten gleichmäßig zu besetzendes Gremium von vier Personen bestellt werden.

Nos Conradus comes Tremoniensis universis successoribus et heredibus nostris ac Christi fidelibus omnibus tam posteris quam modernis presentes literas visuris et audituris salutem et rei geste cognoscere veritatem. Notum facimus et tenore presentium publice declaramus, quod de pleno et maturo consanguineorum et amicorum nostrorum honorabilium consilio ac de consensu et expressa voluntate domine Katarine, coniugis nostre, nobilis comitis Frederici de Retberge et Ponseline, uxoris sue, Gotswini dicti Stecken et Mecheldis, sue uxoris, Elyzabeth et Sophie, sororum nostrarum, domini Hermanni de Lindenhorst, patrui nostri, et Conradi, filii sui, ac omnium verorum heredum nostrorum vendidimus pro quadringentis marcis bonorum denariorum Tremonie usualium consulibus et civibus Tremoniensibus sextam partem iudicii nostri Tremoniensis cum eius utilitatibus et proventibus in omni iure et forma conditionum, quibus dominus Herbordus, pater noster bone memorie, olim tertiam partem dicti iudicii ipsi civitati Tremoniensi dinoscitur vendidisse, secundum quod in literis ipsius super huius venditione evidentius est expressum. Ad quarum quidem conditionum omnium et singularum observationem nos et nostri heredes seu successores astricti sumus et firmiter obligati. Quod si forte nos vel nostros heredes medietatem dicti iudicii ad eosdem consules et cives Tremonienses cum omnibus eius utilitatibus et obventionibus nunc spectantem reemere contingeret, primitus sextam partem iudicii predictam reemere debebimus pro summa quadringentarum marcarum aut ipsam medietatem simul pro octingentis marcis pecunie, scilicet adeo bone et valentis, quod tres denarii cum obulo valeant unum antiquum Turonensem regalem. Recognoscimus etiam per presentes, quod si nos vel nostros successores dictam medietatem iudicii reemere contingeret, tunc dempto et deposito solummodo articulo de reemptione iudicii omnes reliqui articuli et conditiones tam in literis patris nostri quam in nostris positi salvi manebunt et in omni suo robore et integritate inviolabiles perdurabunt. Preterea recognoscimus, quod si per nos vel nostros heredes vel successores aliquam partem de fundo nostro seu curte vendere vel locare contingeret ad habitacula vel mansiones construendas vel etiam mansiones iam in ipsa curte constructe permanserint, nulla fruentur speciali libertate, sed heedem mansiones seu habitacula cum suis inhabitatoribus stabunt ad iura burgensium sicut relique mansiones civitatis. Et nichilominus illas mansiones et nostram curtem intercludi et obfirmari faciemus, sic quod ex ipsis in nostram curtem vel ex nostra curte in ipsas patere non possit transitus quoque modo. Si vero mansiones iam positas dirui seu deponi fecerimus, fundus, in quo posite sunt, fruetur pristina curtis libertate. Postremo, ut inter nos et eosdem cives Tremonienses eo firmior et stabilior concordia et amicitia perseverent, placuit, ut quatuor persone inter nos hinc inde eligantur, due videlicet ex parte nostra et due ex parte illorum, que dissentiones seu questiones, si que hinc inde emerserint, sedandi, pacificandi et terminandi per ius vel compositionem amicabilem plenariam habeant potestatem. Actum anno Domini M CCC duodecimo, feria secunda post octavas Epyphanie, presentibus discretis viris Her-

manno de Redinchusen, Nicolao de Ponte, Gerwino dicto Smithusen, Hildebrando Suderman, Lamberto de Cuffelde, Gotscalco de Isperincrode, Gerwino dicto Wise, Lamberto de Berswort, Sigero dicto Pape, H. dicto Koninc, Th. de Lunde, Alberto dicto Nigro, Hildebrando dicto Schoneweder, R. de Ludelschede, Th. dicto Sculthete, Conrado dicto Cleppinc, Alberto de Herreke. Ut autem premissa omnia firma maneant et inconvulsa, presentes literas super hoc confectas sigillo nostro communivimus et sigilla honorabilium virorum, domini Th. nobilis de Volmůstene, Th. comitis de Limburg, Frederici comitis de Retberg, H. de Lindenhorst, Frederici de Hurda, Gotswini dicti Stecke et Conradi de Lindenhorst in testimonium veritatis et firmiatis perpetue impetravimus presentibus applicari. Datum ut supra.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 113, 1945 vernichtet; Siegel des Grafen Konrad von Dortmund, des Dietrich von Volmerstein des Grafen Dietrich von Limburg, des Edelherrn Friedrich von Rietberg, des Hermann von Lindenhorst, des Ritters Friedrich von Hoerde, des Goswin gen. Stecken und des Konrad von Dortmund ehemals anhängend; Druck: Fahne, Dortmunder UB I Nr. 65 (mit Kürzungen) und Dortmunder UB I Nr. 326, S. 226.

[1]) Die Namen der Ratsherren weisen darauf hin, daß in dieser Urkunde noch der Kölner Osterstil angewandt wurde.

1015

1313 Januar 21

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Lippstadt leisten die Brüder Heinrich und Konrad gen. Hunninchus, Knappen, Verzicht auf alle Ansprüche auf den Oberhof Ikinghof[1] zugunsten des Klosters Abdinghof.

Universis presentem literam visuris ac eciam audituris nos .. iudex et .. consules opidi Lippensis notum esse cupimus publice protestantes, quod ad nostram accedentes presentiam Henricus et Conradus fratres dicti de Hunninchus, famuli, omne ius et omnem inpetitionem, quod et quam ratione hereditarie successionis vel quacumque alia occasione habebant seu habere videbantur coniunctim vel divisim in curte dicta Dikinchof cum suis pertinentiis qualibuscumque ad manus et ad usum pacificum, quietum, liberum ac perpetuum religiosorum ac honorabilium virorum dominorum .. abbatis totiusque conventus monasterii Curie Abbatis in Paderborne dimiserunt, renuntiaverunt, supportaverunt et effestucatione legitima interveniente libere resignaverunt ita perfecte, quod nec ipsi nec eorum heredes in dictis curte et eis pertinentiis aliquid iuris de cetero poterunt vendicare. Ceterum ad maiorem cautelam et securitatem dictis dominis abbati et conventui faciendam dicti fratres coniuncta manu sive in solidum pro quibusdam aliis suis fratribus carnalibus, videlicet Rotghero, Iohanne, Anthonio et Gosta, eorum sorore, quorum copiam ad presens habere non poterant, firmiter promiserunt puta, quod ipsi una cum eis pro se suisque heredibus utrimque huiusmodi factum secundum omnem sui formam, ut premissum, debebunt ratum et gratum observare. In cuius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos .. consules supradicti sigillum nostrum ad petitionem dictorum fratrum, videlicet Henrici et Conradi, apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus strennuis viris domino Hermanno de Encgere, milite[a], Conrado de Harehusen, famulo, Conrado Wigandi, tunc iudice Lippensi, Bernardo dicto Pundere et Petro de Sancto Trudone, proconsulibus, Hermanno Bodekini, Gerardo Eylhardi, Andrea dicto Hoppe, Herbordo de Esbeke, Iohanne de Vsnen, Hermanno dicto Vinke, Rotgero de Ameruncgen, Machorio Ywaninc, Fredereico dicto Kůninc, Iohanne de Bokeneuorde, Volmaro de Magga, Hermanno de Hiddenbroke, Hermanno de Gutingen et aliis tunc consulibus ceterisque quam pluribus fide dignis. Datum in die beate Agnetis virginis, anno nativitatis Domini M° CCC^mo tredecimo.

Ausf., Perg. StAM, Kloster Abdinghof Urk. Nr. 94, nur geringer, oberer Teil des Siegels der Stadt Lippstadt anhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): renunciatio Dykkinchoff*; Abschrift von 1374 in Msc. VII 4217 (Kopiar des Klosters Abdinghof) Bl. 67; Abschrift des 18. Jahrh., in Kloster Abdinghof, Akten Nr. 405; Druck: WUB IX Nr. 1096 (mit einigen Kürzungen).*

[a]) Über der Zeile nachgetragen:

[l]) Der große Ikinghof nördlich des Stadtkerns von Geseke. Seine Ländereien stoßen an den Hüsteder Triftweg bzw. liegen um die Hanschenmühle (vergl. Abdinghof, Akten Nr. 405).

1016

1313 Januar 27 Nürnberg

Johannes König von Böhmen und Polen erklärt wie seine Mitkurfürsten und Fürsten seine Zustimmung zur Überlassung und Schenkung der Vogtei über das Stift Essen und der Rückgabe des Oberhofes Brackel, die seitens seines Vaters, des Kaisers Heinrich, als er noch König war, an den Kölner Erzbischof Heinrich erfolgt waren.

Iohannes Dei gratia Boemiensis et Poloniensis rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lutzellenburgensis .. comes, universis presentes litteras inspecturis notitiam veritatis. Concessioni seu donationi advocatie ecclesie Assindensis Coloniensis dyocesis et restitutioni curtis in Brakile eiusdem dyocesis ab invictissimo domino nostro domino Henrico, tunc Romanorum rege, nunc vero imperatore, genitore nostro karissimo, venerabili in Christo patri domino Henrico, Coloniensi archiepiscopo, eiusque successoribus facte, prout in litteris dicti patris nostri continetur, sicut ceteri coelectores et principes nostri fecerunt, consensum nostrum tamquam princeps imperii adhibemus, dantes has litteras nostras in testimonium super eo. Datum Nurenberg sexto kalendas Februarii anno Domini M^{mo} CCC^{mo} tercio decimo, regnorum vero nostrorum anno secunda.

Ausf., Perg. Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 1/870., Bruchstück des Siegels anhängend; Druck: Lacomblet III Nr. 121, S. 88; MGH, Constitutiones IV 1, Nr. 422.

1017

1313 (1312) Januar 27[1]

Die Ratsherren der Stadt Dortmund gewähren dem Grafen Konrad von Dortmund und seinen Erben das Recht, das an die Bürger verkaufte Sechstel des Gerichts in Dortmund mit 400 Mark bzw. die Hälfte des Gerichts mit 800 Mark zurückzukaufen, wobei zunächst aber das Sechstel des Gerichts mit 400 Mark zurückzukaufen ist.

Nos Hermannus de Redinchusen, Nicolaus in Ponte, Gerwinus Smithusen, Hildebrandus dictus Suderman, Gerwinus dictus Wise, Gots. de Isperincrode, Lambertus de Berswort, Lambertus de Cuffelde, Sigebodo dictus Pape, Th. de Lunde, Rutgerus de Ludelschede, Hinricus dictus Rex, Hildebrandus dictus Schoneweder, Alvinus de Herreke, Conradus dictus Cleppinc, Albertus Niger, Theodericus dictus Sculthetus et Alvinus de Crakowe, consules pro tempore Tremonienses, cum universitate concivium nostrorum notum facimus universis, quod ob favorem amicicie et dilectionis honorabilis viri domini Conradi comitis Tremoniensis et pium affectum predecessorum suorum omnium ad nos et civitatem nostram omni tempore habite et in futurum habende favimus et dimisimus eidem comiti sive suis veris heredibus, si Deus ipsis pinguiorem fortunam contulerit, medietatem iudicii nostre civitatis reemendam, sic tamen, quod primo sextam partem reemere debebit seu debebunt pro summa 400 marcarum aut ipsam totam medietatem simul et semel pro 800 marcis pecunie tanti valoris, quod tres denarii cum obulo valeant unum antiquum grossum Turonensem regalem, et hoc sine contradictione, ut dicta pars sive medietas in sua progenie possit perpetuo permanere. In

cuius rei testimonium eidem comiti et suis veris heredibus dedimus presentes literas sigillo civitatis nostre firmiter communitas. Actum et datum anno Domini M CCC duodecimo, sabbato ante festum Purificationis.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 114, großes Stadtsiegel anhängend, kanzelliert; Druck: Dortmunder UB I Nr. 327, S. 228.

[1]) Die Namen der Ratsherren weisen daruf hin, daß noch der Kölner Osterstil angewandt wurde.

1018

1313 Februar 28

Der Ritter Friedrich von Hoerde, Droste des Edelherrn zur Lippe, schlichtet mit Hilfe anderer den Streit zwischen den Dienern des gen. Specht und denen des Zisterzienserinnenklosters Benninghausen.

Nos Fredericus, dapifer nobilis viri domini Lippensis, dictus de Hurde, miles, coram universis presentia visuris vel etiam audituris recognoscimus manufestius protestantes, quod de rancore, molestatione ac lesione, que vertebatur et suborta fuit inter .. famulos .. dicti Specht et eorum in hac parte complices ex una et inter .. famulos conductitios monasterii in Benekinchusen ordinis Cystersiensis eorumque socios parte altera, mediantibus nobis et aliis probis viris, qui ipsos ad pacem et concordiam induximus, amicabilis, firma et stabilis compositio intervenit, ita quod pars in partem quelibet in quamlibet occasione alicuius premissorum ullam actionem seu querimoniam per se vel per alios de cetero movere non debebit, poterit aut licebit. Unde nos, dapifer supradictus, ex parte dicti domini nostri Lippensis ac nostra huiusmodi admittentes et acceptantes compositionem, sigillum nostrum ad petitionem utriusque partis supradicte in premissorum testimonium et perpetui roboris firmitatem apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus dominis Renfrido dicto Stenule et Loyf de Heruelde, militibus, Themmone de Vredehardeskerken dicto Kule, Willekino de Heruelde, Elrico Elrici, Iohanne Ghiselberti, Iohanne dicto Wrede, Godescalco de Specken et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in Capite ieiunii anno Domini M° CCC^{mo} tredecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 121, Siegel ab.

1019

1313 Februar 28-1313 April 14 Volmarstein

Dietrich Herr von Volmerstein der Ältere überläßt dem Johannes von Nehem, Burgmann zu Mark, im Tausch das Eigentumsrecht an verschiedenen Äckern in der Feldmark von Werl, die dieser von ihm zu Lehen getragen hatte, und erhält dafür das Eigentum an einer Hufe, genannt die Lutteke Hove, *in Schüren[1], die Albert von Schüren von Johann von Nehem zu Lehen hat.*

Nos Th. dominus de Volmesten senior omnibus presentia visuris et audituris notum esse volumus, quod nos de consensu et voluntate nostrorum heredum dedimus in concambio Iohanni de Nehem, castellano in Marka, quandam proprietatem quorundam agrorum, quos a nobis in feodo tenuerat, in campo Werlensi iacentium pro quadam alia proprietate cuiusdam mansi in Schuren dicti Lutteke Houe. Quem mansum Albertus de Schuren tenet in feodo ab eodem Iohanne supradicto. Actum est hoc concambium in Volmestene in quadragesima, anno Domini M° CCC° tredecimo. Presentes fuerunt maritus filie domini de Seyne, dapifer noster de Volmestene, Engelbertus de Althona, Goswinus et Thidericus fratres dicti Mogelec et Henricus de Rodenberge et alii quam plures probi et fidedigni. In cuius rei stabilitatem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 422, Siegel ab; Abschriften des 14. Jahrh., Msc. I 106 (Kopiar des Klosters Marienfeld), Bl. 105 und Msc. VII 1326 Bl. 104; Druck bzw. Regest: UB Volmerstein Nr. 286.

[1]) Westlich von Dortmund-Aplerbeck.

1020

1313 März

Dortmunder Bürger bürgen für Beglaubigungsschreiben von Mitbürgern nach Elbing, zum König von Dänemark, nach Stockholm und nichtgenannte Orte.

Anno Domini 1313 mense Marcio promiserunt pro litera patente data Gotscalco, filio domini Hekeken, versus Elbingium, videlicet Sifridus dictus Kromberg et Iohannes de Mendene, cerdo.

Item eodem mense pro patente litera Hermanni de Essinde ad regem Dacie promiserunt Arnoldus senior de Echove et Hugo, filius eius, et Gerhardus et Wulfhardus, filii Wulfhardi doliatoris.

Item eodem mense pro patente litera Alberti Provestudon ad Stockesholmen promiserunt Iohannes de Werne, Iohannes de Brůke et Wulvinus, filius Wiggen.

Item isti fideiusserunt pro quadam patente litera data Gerwino, pistori in Wistrata, 1313, videlicet Iohannes de Milinchusen, Gotfridus Habelt et Goddinus, funifex, Conradus de Buken, Hinricus iuvenis Beselere.

Isti promiserunt pro patente litera Henrici de Poto et domine Helendis Rutgerus de Datlen, Alvinus de Poto, Alvinus et Bernardus de Braken et H. Calvus.

Pro patente litera G. de Wannemale et domine Brinchavere fideiusserunt Iohannes de Lenepe, Albertus de Wele, Iohannes de Brakele, G. de Wannemale.

Pro patente litera, quam habuit quidam amicus Iohannis, frater Castus nomine Conradus, fideiusserunt Th., frater Cellario, Iohannes predictus et Everhardus, frater eiusdem Iohannis, et Everhardus de Levene.

Wiedergabe nach Dortmunder UB I Nr. 329, S. 229, fußend auf dem Dortmunder Bürgerbuch (Liber civium)*; dieses 1945 vernichtet.*

1021

1313 März 5

Der Ritter Bernhard Wolf trägt dem Grafen Gerhard von Jülich seinen Oberhof Bellingsen[1] auf und erhält ihn von diesem als Lehen zurück.

Omnibus hoc praesens scriptum visuris seu audituris ego Bernhardus Wolf, miles, notum esse cupio, quod de uxoris meae et omnium heredum meorum bona voluntate dedi sicut in his scriptis do hereditarie nobili viro domino Gerardo comiti Iuliacensi curtim meam in Beldinghusen sitam, recipiens cum meis heredibus a dicto domino meo nomine et iure homagii dictam curtim. Datum feria secunda post dominicam Invocavit anno Domini M°CCC° tertio decimo, nobilibus viris domicello Wilhelmo de Arnsberg et domino Godefrido de Rudenberg et Lamberto de Stedinghe et Everhardo de Mewenhusen, militibus, praesentibus et quam pluribus aliis fide dignis, protestans etiam praemissa mei sigilli appensione.

Abschrift des 17. Jahrh., Papier, Staatsbibliothek München, Sammlung Redinghoven Bd. 7, Bl. 243v; Abschrift des 15. Jahrh., HStAD, Rep. und Hs. Nr. 17, Nr. 168

[1]) Westlich von Voßwinkel.

1022

1313 März 12 Soest

Dietrich Herr von Volmerstein belehnt Elisabeth, Tochter des † Heinrich gen. Gurdes, mit 24 Morgen beim Dorf Hinrickinck[1] bei Soest.

Nos Theodericus dominus de Volmenstein universis presentes literas visuris et audituris notum facimus, quod viginti quatuor iugera sita apud villam seu curtem Hinrickinck[a], que quondam Heinricus dictus Gurdes, oppidanus Susatiensis, a nostris progenitoribus et a nobis in feodo tenuit, Elisabeth, nate ipsius Henrici, puelle, iure homagii, quod vulgariter in manstadt dicitur, concedimus et porrigimus per presentes, ita videlicet, quod si forsan ipsa Elisabeth futuris temporibus maritata fuerit et pueros generaverit, pueris illis seu veris heredibus suis aliis nihilominus recognoscimus hanc nostram concessionem ipsorum agrorum salvo nostro iure fore profuturam. In cuius rei testimonium ipsi Elisabeth tradidimus has nostras literas sigillo nostro evidentius roboratas. Actum et datum in Susato anno Domini millesimo tricentesimo tredecimo, in die beati Gregorii pape, presentibus hiis testibus, vildelicet dominis Goswino, rectore altaris sancti Iohannis Evangeliste, Alberto, rectore altaris sancti Martini Susatiensis, et Thoma de Messchede, sacerdotibus, Goswino de Susato, milite, Theodoro dicto Orede, Iohanne Fridagh, Godfrido Garude, Theoderico dicto Holtwegh, Emundo et Herbordo, famulis nostris, Wilkino dicto Fogt, Henrico dicto Vuelhincke, Arnoldo de Hiluerdinckhausen et Gerhardo dicto Deghen, oppidanis Susatiensibus, et aliis fide dignis.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Reichskammergericht H Nr. 572 Bd. 3, S. 549 (nicht bei Krumbholtz, UB Volmerstein).

[a]) Randvermerk: „hart vur Soist gelegen".

[1]) In der Soester Feldmark, nördlich von Soest (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I S. 306, Nr. 106).

1023

1313 März 13

Das Domkapitel in Köln bekundet, die genannten Oboedientiare und Mitkanoniker des Kapitels hätten berichtet, daß vor dem Magister Nicolaus Nicolai, Kanoniker zu Benevent, Abbreviator[1] der Römischen Curie, Vikar des päpstlichen Notars und Dompropsts und Archidiakons in Köln Byndus, am 8. März 1313 die Ansprüche der Schwestern Christina, Ehefrau des Friedrich von Quendorp, und der Frederun, Frau des Ritters Bertold gen. Torck, auf den Oberhof des Domkapitels in Oer und auf dessen Verwaltung angemeldet worden seien. Da trotz dreimaliger Ladung niemand anders erschienen sei, sprechen die Obödientiare nach der Prüfung der Zeugenaussagen auf Antrag des Nicolaus den Schwestern als Erben ihres ohne Nachkommen verstorbenen Bruders Peregrinus den Oberhof zu. Da Friedrich, der Ehemann der Christina, außer Landes weilt, überträgt das Kapitel die Verwaltung des Oberhofs dem Bertolf, der als Ministeriale und Burgmann der Kölner Kirche dazu geeignet und zuverlässig erscheint. Vom Ertrag des Oberhofes steht Christina nach Lieferung des betreffenden Quantums an die Dompropstei und das Domkapitel und nach Abzug der Kosten die Hälfte zu, und zwar auf Lebenszeit, wenn sie ohne Kinder stirbt. Bertold verspricht, die Hörigen des Oberhofs nicht über Gebühr zu belasten.

Universis presentes literas visuris et audituris nos capitulum Coloniense salutem et cognoscere veritatem. Noveritis ex relatione veridica honorabilium virorum dominorum nostrorum obedientiariorum capituli nostri et concanonicorum et aliorum fide dignorum infrascriptorum, videlicet Ernesti, decani et archidiaconi, Hermanni, subdecani, Alberti, chori episcopi, Widekindi, scolastici, Gerhardi de Limburgh, Okeri Sueui, Ottonis de Novo Castro, Gerhardi de Solmetze, capellarii, Volmari de Brole, Wilhelmi de Walteggen, Conradi de Rennenbergh, Frederici de Helpenstein, Ottonis, presbiteri, plebani in Breckeruilde, Gerhardi nobilis Advocati Coloniensis, Theoderici de Elnere, Roperti de Tuitio, militum, et Constantini de Lisenkirchen, civis Coloniensis, ad nos pervenisse, quod anno Domini millesimo trecentesimo tertio decimo, octava die mensis Martis magistro Nicolao Nicolai, canonico Beneuentano, abbreviatore curie Rommane, vicario venerabilis patris domini Byndi, domini pape notarii, prepositi et archidiaconi Coloniensis cum potestate sibi commissa et tradita ab eodem preposito generali et libera in temporalibus et spiritualibus pro tribunali sedente inter Christinam, uxorem Frederici de Quendorp, et Frederunem, sorores, uxorem domini Bertolfi dicti Torch,

militis, qui se gerebant et habebant pro una persona dicentes et proponentes officium villicationis curtis nostre de Vre ad se pertinere et sibi adiudicari debere. Ex eo, quod vocatis omnibus, qui sua crederentur interesse in dicta curte et eius villicatione cum suis pertinentiis, tribus edictis et amplius et nullo comparente et preter sorores aliis absentibus quibuscumque contumacibus iudicatis, dicte sorores dicebant et non obstante, quod hoc erat notorium et manifestum testibus idoneis productis, probabant, quod secundum legitimam carnis propagationem Peregrino, quondam villico in Vre, eorum fratri uterino et consanguineo sine herede, id est prole descedente, in ipsa curte et eius officio tamquam proximiores heredes succedere debebant. Quo autem audito omnibus iudicialibus actis rimatis, prout secundum consuetudinem terre et morem nostri capituli de talibus iudicare et diffinire fieri est consuetum, dicti obedientiarii ad requisitionem magistri Nicolai predicti sententiaverunt Christinam et Frederunem predictas tamquam heredes proximiores Peregrini predicti in ipsa curte cum suo officio et eius pertinentiis succedere debere, et dicta curte cum suo officio dictis sororibus adiudicatis omnibus aliis qubuscumque, quo ad impetitionem dicte curtis de Vre et eius villicationem cum suis pertinentiis silentium imponebant. Quam sententiam tamquam equam ratam habentes et in eam consentientes, quia dicte sorores tamquam una persona suam actionem intentabant et unam personam in iudicio representabant super petitione curtis et villicationis predictarum, nos utilitate capituli nostri pensata attendentes Fredericum, maritum Christine predicte, in remotis degentem et morantem nobis pro villico non expedire, Bertolfum autem predictum nobis pro villico utiliter convenire, dicte Frederunis maritum ex eo, quod fama referente veridica ipse Bertolfus ecclesie Coloniensis ministerialis et castrensis fidelis inventus est et reputatur solvendo existere et notus nobis et ecclesie Coloniensi, sibi regimen dicte curtis cum ipsa villicatione et eius pertinentiis universis, in quantum in nobis est, committimus et concedimus per presentes sub ea forma, quod pensionibus et iuribus dicte curti solvere incumbentibus annis singulis in moneta, que curti predicte solvitur et presentatur, tam prepositure quam capitulo nostro et necessariis impensis et expensis deductis ad iustam et bonam anno quolibet computationem, quam dicte Cristine fraude et dolo exclusis singulis annis per ipsum Bertoldum fieri volumus et mandamus, ipsi Cristine, quo ad vixerit, si sine prole decedat, medietatem residui assignabit. Et iuravit dictus Bertoldus tactis sacrosanctis evangeliis bona et iura dicte curtis non alienare et illesa inventa conservare, deperdita recuperare, pro posse pensionem annuam solvere suis temporibus, alioquin poenam sub suo iuramento elegit incidere, prout hoc in litera parentele de Vre ab antiquo donata super hoc confecta plenius continetur, a qua recedere nolumus per presentes. Iuravit etiam idem Bertoldus homines et luttones dicte curtis non exactionare nec ipsos molestare, sed eos pro posse et viribus defendere nec aliquid ab eis exigere ultra id, quod curti solvere consueverunt ab antiquo a tempore, cuius memoria non existit. Et si in premissis vel aliquo premissorum deficeret, idem Bertolfus elegit coram nobis pro se et heredibus suis, que de iure sibi quesito in dicta curte et eius villicatione ratione et ex parte Frederunis, predicte uxoris sue, et liberorum suorum tertio commonitus, ut satisfaciat et a talibus in futurum abstineat, cadat ipso facto. In cuius rei testimonium, robur et firmitatem sigillum capituli nostri ad causas presentibus duximus apponendam. Et nos Bertoldus et Frederunis, coniuges predicti, omnia et singula vera esse et ad eorum observantiam nos obligasse recognoscentes sigilla nostra in signum consensus nostri presenti litere sunt appensa. Datum et actum in crastino beati Gregorii pape anno Domini, ut supra.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 3/871a, Siegel ab; Insert in der Urkunde von 1313 Sept. 11, Domstift Urk. Nr. 3/878.

1024

1313 März 19 Brühl

Erzbischof Heinrich von Köln gewährt der Äbtissin und dem Konvent des Klosters Welver die Gnade, den wegen einer Gewalttat auf dem Friedhof ausgesetzten Gottesdienst wiederaufzunehmen.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, dilectis in Christo .. abbatisse et conventui monasterii in Weluere nostre dyocesis salutem in Domino. Ut divinis, a quibus propter violentiam in cymiterio vestro per amicos nostros factam cessatis, resumere valeatis, vobis tenore presentium indulgemus. Datum apud Brule crastino dominice Oculi anno Domini M^mo CCC^mo XIII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 149, abhängendes Siegel bis auf Wachsrest ab; Druck: SUB II Nr. 552; Regest: REK IV Nr. 747.

1025

1313 März 16

Der Provinzial des Deutschen Ordens und Komtur in Münster sowie der Komtur in Welheim versprechen den Duisburger Bürgern, für das von den Ordensbrüdern von Amplonius von Beynshem gekaufte Haus und für die ihnen von Bela, der Schwester des Amplonius von Sconenbeche, geschenkte Liegenschaft wie jeder Duisburger Bürger die städtischen Abgaben entrichten zu wollen.

Universis presentia visuris nos in Monasterio provincialis et in Weylhem domorum fratrum Theutonicorum commendatores notum esse volumus, quod, cum fratres ordinis nostri predicti domum quondam Amplonii dicti de Beynshem sitam Důsburg emerint et postmodum hereditas quondam Amplonii dicti de Sconenbeche per Belam, sororem eiusdem, ad quam hereditas successione hereditaria extiterat devoluta, ordini nostro sive fratribus ordinis nostri pure propter Deum tradita fuerit, pro nobis et pro fratribus nostris, pro tempore qui fuerint, oppidanis Důsburgensibus promisimus et promittimus nos sive nostros fratres de predictis hereditatibus iura civitatis per omnia facturos, que aliquis oppidanus Dusburgensis laycus, si ipsarum hereditatum possessor existeret, facere tenetur. In cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillo domini Arnoldi, plebani ecclesie sancti Saluatoris in Důsburg, presentibus litteris sunt appensa. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo terciodecimo, feria sexta post dominicam Reminiscere.

Ausf., Perg., Stadt A Duisburg Urk. Nr. 1/341, zwei Siegel (beschädigt) abhängend; zwei Abschriften des 16. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 580 (Rutger Tack, Chronica Duisburg.), S. 15 und Ms. boruss. fol. 578 (Ambrosius Moer), Bl. 9; Abschrift des 16. Jahrh., British Museum London, Add. 22794, Bl. 68; Druck: Hennes, Cod. diplomaticus ordinis S. Mariae Theutonici II Nr. 391; UB Duisburg I Nr. 178.

1026

1313 März 19

Äbtissin Beatrix und das Kapitel des Stifts Essen (Assindensis) *teilen den Bischöfen Johann von Straßburg* (Argentinensis) *und Embrich von Worms* (Wormatiensis) *als den vom Apostolischen Stuhl bestellten Richtern mit, daß sie in dem Streit um die Vogtei ihres Stifts den Johann von Methler* (Methlar) *und den Johann von Kökelsum* (Kukelsum), *beides Kanoniker des Stifts Essen, als ihre Sachwalter eingesetzt hätten.*

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 104, Bl. 212v.

1027

1313 März 27 Volmarstein

Edelherr Dietrich von Volmerstein gibt seine Zustimmung und bittet, daß sein Schwiegersohn Godfried von Sayn, Sohn des Edelherrn Engelbert von Sayn, durch den Grafen Ludwig von Arnsberg mit den Gütern belehnt wird, die er selber bisher von diesem zu Lehen hatte.

Nos Theodericus nobilis vir dominus de Volmutsteyne universis presentes literas visuris et audituris notum esse volumus publice protestantes, quod nobis bene placet et affectu sincero petimus Godfridum, filium nobilis viri domini Engelberti de Seyna, nostrum generum dilectum, ab illustri viro domino nostro Ludewico comite de Arnsberg infeodari de omnibus bonis, quibus nos infeodati sumus a domino nostro antedicto, dantes has literas nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo. Datum et actum anno Domini M CCC^{mo} XIII in castro Volmutsteyn, feria tercia post dominicam Letare Iherusalem.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 a (Kopiar des Grafen von Arnsberg), Bl. 13v; desgl. Msc. VI 109 b, Bl. 23v., Abschrift des 16. Jahrh., Reichskammergericht C 79 Bd. 8, Bl. 75v und H 1389c, Bd. 2; Staatsbibliothek Berlin, Msc. boruss. fol. 837, Bl. 96v (dort mit dem Datum 1312 und damit März 7); Druck: UB Volmerstein Nr. 287.

1028

1313 März 30 Korbach

Edelherr Crafto von Grafschaft trägt dem Grafen Heinrich von Waldeck seinen Oberhof Widinchusen[1] auf und erhält diesen als Burglehen zurück.

In nomine Domini amen. Ne oblivio rebus gestis in posterum valeat novercari, necesse est ea, que fiunt in tempore, literarum testimonio perhennari. Nos igitur Crafto nobilis de Grascap omnibus in perpetuum cupimus fore notum, quod cum consensu et bona voluntate Iohannis, filii nostri, ac omnium heredum nostrorum, quorum consensus de iure vel de facto fuerit requirendus, nobili viro inclito domino nostro Henrico comiti in Waldeke et suis veris heredibus curiam Widinchusen cum eius proprietate et universis iuribus ad dictam curiam pertinentibus in campis cultis et colendis, pratis, pascuis et nemoribus libere dedimus et damus in hiis scriptis. Eandem siquidem curiam antedictus dominus noster .. comes nobis tytulo pheodi castrensis contulit et sui post ipsum successores nobis et nostris heredibus dictam curiam conferent nomine pheodi castrensis in perpetuum possidendam. Unde et nos ad ea, que verus castrensis suo vero tenetur domino, ratione predicte curie nobis nomine pheodi castrensis collate dicto domino nostro .. comiti de Waldeke nos[a] presentibus obligamus. Actum et datum Corbeke presentibus honestis viris ad hoc in testimonium assumptis domino Iohanne de Reen, milite, Abraham, tunc iudice in Corbeke, Wikero et Heynemanno, famulis nostris, Conrado de Otmarinchusen, Iohanne de Flechtorp, oppidanis in Corbeke, ac aliis quampluribus fide dignis anno Domini M° CCC° XIII°, tercio kalendas Aprilis.

Ausf., Perg., StA Marburg, Waldecker A Urk. Nr. W 5581, Siegel des Edelherrn von Grafschaft anhängend; desgl. Abschrift des 17. Jahrh.: Urk. Nr. 5584; Druck: WUB IX Nr. 1111.

[a]) Wort über der Zeile eingefügt.

[1]) Nach Führer, Medebach, Index S. 388: Wedinghausen 3 1/2 km östlich von Medebach beim Burgberg, (abweichend WUB IX, Index: wüst südwestlich von Korbach im Grund der Ae).

1029

1313 April 4, 8, 14

Die Ernennung des Grafen Adolf von der Mark zum Bischof (von Lüttich) wird durch den Papst Clemens (V.) verkündet. Graf Adolf wird zum Subdiakon und Diakon geweiht.

Dominus Adulphus de Marka feria quarta ante festum Palmarum per Clementem papam in episcopum nunciatur et ab eo in die Palmarum in subdyaconum ordinatur et per dominum Wilhelmum Penestrinum episcopum in vigilia Pasche ordinatur in dyaconum.

Wiedergabe nach Zschaeck, Levold, S. 65.

1030

1313 April 13

Der Erzbischof von Köln zieht von der Stadt Recklinghausen durch die Grafschaft Mark, ohne Häuser und Dörfer in Brand zu stecken. Die Burg Fürstenberg[1] baut er wieder auf[2].

Feria VI[a] ante festum Pasche archiepiscopus Coloniensis ab opido Rekelinchusen transit per comitatum de Marka, sine tamen combustione. Castrum de Vorstenberch restaurat.

Wiedergabe nach Zschaeck, Levold; Regest: REK IV Nr. 751.

[1]) Westlich von Neheim, bei Stangenfol wird die Wiederherstellung für 1312 angesetzt; [2]) vergl. desgl. die Ansetzung des Ereignisses für 1312 März 27.

1031

1313 April 15-22

Edelherr Simon zur Lippe einigt sich im Streit mit Gertrud, der Witwe des Ritters Rudolf von Horn, und ihren Söhnen Werner von Stapel und Johann, indem letztere auf die Vogtei[1] in Geseke verzichten, wohingegen der Edelherr ihnen die Oberhöfe in Böckum[2] und Lohe[3] überläßt. Außerdem verspricht er den Söhnen ein Burglehen zu Lipperode mit Einkünften von acht Mark aus Hufen zu Velmede[4], Stalpe[5] und Stokkum[6] bzw., wenn sie die Residenzpflicht nicht übernehmen wollen, die Rente als Leibzucht für die Witwe und Johannes.

Nos Symon nobilis vir dominus de Lippia coram universis presentem literam visuris ac eciam audituris recognoscimus, notificamus et publice protestamur, quod de omni rancore, questione, controversia et discordia, que inter nos et nostros heredes parte una et Gertrudim, relictam quondam Rodolfi de Horne, militis, Wernerum dictum Stapel et Iohannem, eiusdem vidue filios, ex parte altera vertebatur seu verti videbatur ratione advocatie in Ghyseke nec non curtis in Bochem et curtis in Rulueslo, mediantibus strennuo milite Frederico de Hurde, Erinfrido de Bredenole et aliis amicis nostris et eorum communibus compositio amicabilis et bona ordinatio intervenit in hunc modum, videlicet quod dicti vidua et eius filii, scilicet Wernerus et Iohannes, dictam advocatiam cum omni iure suo et pertinentiis quibuslibet nobis dimiserunt ac in manus nostras et nostrorum heredum libere resignarunt perpetualiter possidendam, ita sane et perfecte, quod in ipsa advocatia nichil iuris de cetero poterunt aut debebunt vendicare. Unde econverso nos habito consensu et voluntate nobilis matrone domine Alheydis, uxoris nostre, ac omnium heredum nostrorum dictum Wernerum, .. eius uxorem et eorum heredes in dictas duas curtes, videlicet Rulueslo et Bochem cum earum fructibus, iuribus, obventionibus et pertinentiis quibuscumque retrudimus, reinstituimus et ipsis assignamus libere, hereditarie ac perpetualiter possidendos. Preterea dedimus et assignavimus et in hiis scriptis assignamus prenominatis Wernero et Erinfrido vel eorum quicumque deservire decreverit facturus residentiam personalem in Lipperode pro absoluto pheodo suo castrensi redditus octo marcarum tollendos perpetualiter et hereditarie singulis annis ex mansis in Velmede, Stalpe et Stochem in dictam advocatiam pertinentibus et a cultoribus eorundem mansorum, quicumque pro tempore fuerint, ad presens autem a Dethmaro dicto Wingherdere unam marcam, a Iohanne dicto Muke unam marcam, a Borchardo et a .. dicto Hymelkos decem et octo solidos, a Henrico dicto Vasolt sex solidos, a Theoderico de Warsten unam marcam, a Rotgero de Stalpe unam marcam, a Wulberone dicto Pawe unam marcam, item a Gerardo dicto Screye et Wulberone, filio Hermanni dicti Wobele, unam marcam, sive autem huiusmodi pheodum castrense deserviverint vel deserviant sive nobis resignaverint vel per absentiam dicte residentie sue ipsum neglexerint. Nichilominus dicti vidua et Iohannes, eius filius, quamdiu vita vixerint vel alter eorum superstes fuerit, predictos redditus octo marcarum ad capiendum ex eis usufructum, qui lyftucht vulgariter dicitur, possidebunt vel possidebit. Ceterum promittimus dictis Werenhero, .. uxori et heredibus suis, quod ratione premissa et in omni causa, qua nostri opus habue-

rint, ad placitandum pro eis et tuendum ipsos eis astabimus et fildeliter tamquam aliquem nostrorum castrensium defendemus. In cuius rei testimonium nos nobilis supradictus sigillum nostrum una cum sigillis dictorum militis et Erinfridi apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Renfrido de Vredehardeskerken, Renfrido dicto Stenule, Louone de Hereulde, militibus, Bernardo dicto Pundere et Petro de Sancto Trudone, tunc proconsulibus in Lippia, Themmone dicto Kule, Andrea dicto Clusenere, Willekino et Bernardo dictis de Hereuelde, fratribus, et quampluribus aliis fide dignis. Datum infra octavas Pasche, anno Domini M° CCC^mo tredecimo.

Ausf., Perg., StAM, Fürstentum Paderborn Urk. Nr. 416; Siegel des Ausstellers (Lipp. Regesten Abb. II, 86) anhängend, die beiden anderen ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): de curtibus Bochem et Rolueslo*; Druck: WUB IX Nr. 1119.*

[1]) Unter- oder Teilvogtei; [2]) nördlich von Horn; [3]) ebenso nördlich von Horn (nicht bei Westernkotten wie WUB IX, Index); 4-6) Wüstungen bei Geseke (vergl. Lappe, Geseker Huden, S. 8ff).

1032

1313 April 16 Avignon

*[Papst Clemens V.] teilt dem zum Bischof von Lüttich gewählten Grafen Adolf von der Mark (*Adulpho electo Leodiensi*) mit, er stelle ihn, den Propst von St. Martini in Worms (*Warmatiensis*) und im geistlichen Stand eines Diakons Befindlichen, nach dem Tode des Bischofs Theobald als Hirten diesem Bistum vor. Er kenne seinen Eifer und hoffe, daß das Bistum durch die Macht der Verwandten und Freunde in seinen Rechten gefördert und verteidigt werden könne.*

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 384 (Reg. 60 Bl. 98v), Regestum Clementis V Nr. 9249.

1033

1313 April 18 bei Soest

Erzbischof Heinrich von Köln verleiht der von der Pfarrkirche in Lohne abgetrennten Kirche in Sassendorf das Taufrecht. Der Patron der Pfarrkirche in Lohne soll auch Patron der Kirche in Sassendorf sein. Die Einwohner haben angemessen für den Unterhalt des Rektors der Kirche zu sorgen, damit dieser anteilmäßig zu den anfallenden kirchlichen Abgaben beitragen kann.

Henricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis presencia visuris et audituris salutem in Domino sempiternam. Exposito nobis hiis diebus, cum essemus cum exercitu nostro in villa Sassindorp infra parrochiam Loyn prope Susatum constituti, quod cum in ipsa villa dudum ecclesia erecta esset et sepultura defunctorum concessa incolis dicte ville, ut ipsis baptismatis usum, cum difficulter propter populi multitudinem et parrochialis ecclesie ab eadem villa in Sassendorp distanciam concedere dignaremur [...][a] ac cultus divini augmentacionem, ut ex officii nostri pastoralis debito ad id teneremur, provide affectamus, ut in capella Sassindorp predicta baptisma et eiusdem pro parvulis baptizandis exercicium haberi possit, salvo iure parrochialis ecclesie in Loin predicte, presentibus concedimus in nomine Domini facultatem, sic quod incole dicte ville et attinentes ad eandem, prout vulgariter „burschaf" dicte ville distingitur, utantur gracia antedicta et patronus ecclesie in Loyn predicte sit patronus et collator capelle in Sassindorp memorate, ne ex divisione parrochie ipsi patrono preiudicium aliquod generetur, hoc adiecto, quod premissa sub ea forma procedant, quod ante omnia rectori capelle seu ecclesie in Sassindorp per incolas dicte ville et attinentes ad eandem per dotacionem dotis dicte capelle seu ecclesie sustentacio congrua ordinetur, ut iura ecclesie ipsi proporcionabiliter de parrochia in Loin in quibuscumque factis incumbencia nunc et in futurum persolvere valeat et explere. In horum testimonium atque fidem presentes litteras nostro sigillo iussimus communiri. Datum iuxta Susatum quarta feria post festum Pasche anno Domini millesimo trecentesimo terciodecimo.

Ausf., Perg., Stadt A Soest Urk. A Nr. 7123; Siegel ab; Druck: SUB II Nr. 553; Regest: REK IV Nr. 754.

[a]) Lücke im Text.

1034

1313 April 26

Die Ratsherren und Schöffen zu Dormund präsentieren dem Dechanten zu Dortmund für die durch den Verzicht des Magisters Gerhard, des Notars des Rates und der Bürger, unbesetzte St. Benedikt-Kapelle den Kleriker Bertram von Hagen.

Honorabili viro domino Ar(noldo) decano Tremoniensi consules et scabini ibidem salutis et honoris quantum possunt. Cum ex libera resignatione magistri Gerhardi, notarii nostri et coopidanorum nostrorum, capellam sancti Benedicti, cuius ius patronatus ad nos spectare dinoscitur, ad presens vacet, discretioni vestre Bertrammum dictum de Hagen, clericum, exhibitorem presentium, vobis ad eandem presentamus, rogantes, ut ipsum in dictam capellam investiatis cum sollempnitatibus debitis et consuetis. Datum anno Domini 1313 in crastino sancti Marci ewangeliste. Sigillo nostro secreto usi sumus.

Ausf., Perg, Stadt A Dortmund, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Dortmunder UB I Nr. 328, S. 229; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 477, S. 198.

1035

1313 Juni 1

Nach dem Tode des Grafen Ludwig von Arnsberg findet Gerhard Graf von Jülich, der Bruder der Witwe des verstorbenen Grafen, Peronetta, die Kinder am Freitag vor Pfingsten in der Weise ab, daß der älteste Sohn Wilhelm die Grafschaft Arnsberg erhält, während sich die Geschwister, Goddert, Scholaster zu Münster[1], Friedrich, Abt zu Steinfeld, Walram, Kanoniker zu Aachen[2], Gerhard, Kanoniker zu St. Gereon in Köln, Peronette, Kanonisse zu St. Caecilien in Köln, und Johann mit angemessenen Leibzuchten zu begnügen haben.

Nach dem Druck bei Kleinsorgen, Kirchengeschichte II, S. 219 bzw. den Aufzeichnungen StAM, Msc. VI 225ab (nach dem Chronikon Liesbornense) zum Jahre 1318.

[1]) Nach dem Tode des Bischofs Engelbert II. von Osnabrück im Jahre 1320 wird Gottfried Graf von Arnsberg († 1359) dessen Nachfolger und 1350 Erzbischof von Bremen; 2) später Propst zu Meschede.

1036

1313 Juni 1

Vor den Ratsherren der Stadt Lippstadt entläßt Hermann gen. von Lippe, Burgmann zu Lipperode, den Hermann gen. von Asholte aus seiner Hörigkeit.

Universis presentem literam visuris vel eciam audituris nos .. consules civitatis Lippensis notificamus et presentibus publice protestamur, quod ad nostram accedens presentiam Hermannus dictus de Lippia, castellanus in Lipperode, sanus mentis sue et corporis ac matura deliberatione et de consensu .. uxoris sue omniumque heredum suorum Hermannum dictum de Asholte, exhibitorem presentium, ab omnibus iure, impetitione et causa, que animo concipi potest, quibus ei aut suis heredibus pertinebat seu pertinere videbatur, clamavit et dimisit ac per presentes dimittit debita et iusta interveniente manumissione quitum, liberum penitus et solutum, dans eidem Hermanno de Asholte plenam licentiam liberamque facultatem eundi, standi, proficiscendi et morandi, ubicumque locorum sibi visum fuerit expedire, ita libere et perfecte, quod idem castellanus aut sui heredes tam presentes quam eciam posteri in eodem Hermanno de Asholte nichil iuris volent, debebunt sive poterunt vendicare, renunciantes simpliciter et expresse omnibus exceptionibus et defensioni-

bus iuris canonici vel civilis, que sibi aut eorum cuique coniunctim vel divisim contra premissa vel premissorum aliqua nunc sive in posterum poterunt sive possent vel deberent aliqualiter suffragari. Et sic in omnium premissorum testimonium et noticiam perpetuam nos .. consules supradicti sigillum nostrum ad petitionem utriusque partis apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Ecberto Wigandi et Iohanne Gyselberti, proconsulibus, Elrico Elrikinc, Ludekino de Gyseke, Bodone Stakelinc, Hermanno dicto Virlincwecge, Iohanne Gote, Theoderico et Hermanno fratribus de Sancto Trudone, Theoderico dicto Kolehorm, Iohanne et Bernardo de Langeneken, Redgero de Bolchus, Henrico de Cleye, Rodolfo de Monasterio, Godefrido Viuace, Dethmaro dicto Stotere, Dithmaro de Pole, Meynardo Pistore, Volberto dicto Valsch, Iohanne Godekini, Ecberto de Buren, Lodewico de Bochem, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum feria sexta ante festum Pentekostes, anno Domini M° CCC^mo tredecimo.

Ausf., Perg., StAM, Grafschaft Tecklenburg Urk. Nr. 11b, Siegel ab, Rückvermerk (15. Jahrh.): frigbref Hermans van Asholte.

1037

1313 Juni 10 Arnsberg

Wilhelm Graf von Arnsberg überläßt dem Johannes von Nehem, Burgmann in Mark, das Eigentumsrecht an Äckern in der Feldmark von Werl, die dieser von ihm zu Lehen hatte, und erhält dafür das Eigentumsrecht am Kotten Twegetinc *in Overen Vlerike*[1].

Universis presentia visuris et audituris nos Wilhelmus comes de Arnesberge notum esse volumus tenore presentium publice protestando, quod nos de consensu et voluntate nostrorum heredum dedimus in concambio Iohanni de Nehem, castellano in Marka, quandam proprietatem quorundam agrorum iacentium in campo Werlensi, quos agros a nobis in feodo tenuerat, pro quadam alia proprietate cuiusdam mansi dicti Twegetinchoue in Oueren Vlerike iacentis. Hoc concambium factum est in Arnesberge in octava Penthecostes, cum viros nostros beneficiavimus anno Domini M° CCC° tredecimo. Presentes fuerunt dominus Godefridus nobilis de Rodenberge, Euerardus de Meninchusen, Randolfus Hake, Bernardus dictus Wolf, Lambertus de Schedingen, milites, et alii quam plures probi et fidedigni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 425, Siegel ab; Abschriften des 14. Jahrh. in Msc. I 106 (Kopiar des Klosters Marienfeld), Bl. 106 und Msc. VII 1326, Bl. 114v.

[1]) Gleich (Ober)-Flerke, westlich von Soest)?, dort die Flurbezeichnung „Twiete" (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest, S. 142, Nr. 67).

1038

1313 Juni 10 Arnsberg

Graf Wilhelm belehnt in der Stadt Arnsberg seine Lehnsleute.

Haec sunt bona feodalia et ministerialia, quae tenentur a domino comite de Arnsberg, quibus dominus Wilhelmus comes de Arnsberg suos infeodavit dominica die post festum Pentecostes sub anno Domini millesimo trecentesimo terio decimo in oppido Arnsberg.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Kurfürstentum Köln, Hofrat, Lehen, Akten Nr. 1b; Abschrift des Lehnsregisters des Grafen Wilhelm von Arnsberg um 1800 durch Kindlinger, StAM, Msc. II 71, Bl. 77; Druck: SUB II Nr. 556.

1039

1313 Juni 11

Der Johanniter Petrus nimmt Gertrud von Lune mit ihren Schwestern und Eltern in die Bruderschaft seines Ordens auf.

Nos frater Petrus ordinis sancte domus hospitalis sancti Iohannis Iher(usalemitane), procurator passagii terre sancte, recepimus Gertrudim de Lune cum suis sororibus et parentibus in fraternitatem nostri ordinis, dantes eis plenam participationem omnium bonorum operum spiritualium, que fiunt et fient tam ultra mare quam citra in viginti duobus milibus claustris in missis, in vigiliis, orationibus ac aliis horis, bellis in effusione sanguinis, addicientes quoque auctoritate sedis Apostolice, ut, si eos mori contigerit tempore generalis interdicti, eo non obstante corpora eorum cum missarum sollempniis tradantur ecclesiastice sepulture. Datum feria secunda post octavas Pentecostes anno Domini M°CCC°XIII°.

Ausf., Perg., Stadt A Soest Urk. Nr. A 6641; Siegel des Ausstellers abhängend; Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis Soest), Bl. 58v der 2. Zählung; Regest: Msc. I 219 (Kopiar des Stifts St. Walburgis Soest), Bl 23 der ersten Zählung.

1040

1313 Juni 23 Diepenheim

Heinrich Graf von Dale verkauft mit Rat der Burgmannen zu Diepenheim[1] dem Kloster Flaesheim die Vogtei über den Hof in Roden, genannt Osthus[2], in der Pfarrei Selm bei Botzlar. Zur Währschaft setzt er seinen Oberhof Kageldinc[3].

Universis presentia visuris et audituris nos Henricus comes de Dale volumus esse notum tenore presentium publice protestando, quod nos habito maturo consilio castellanorum nostrorum in Dypenhem, vasallorum et ministerialium nostrorum ac aliorum amicorum nostrorum vendidimus .. conventui in Vlarshem Coloniensis dyocesis advocatiam domus in Roden, que etiam alio nomine Osthus dicitur, site in parrochia Selhem prope Bůzlar pro XXVII marcis denariorum Monasteriensium legalium nobis traditis, numeratis et assignatis, quas etiam in usum bonorum dictorum Kageldinch convertimus. De qua advocatia eidem conventui nos et successores nostri fecimus et faciemus plenam et integram warandiam, addicientes, quod si qui, quod absit, ex successoribus nostris dictum conventum in Vlarshem de dicta advocatia voluerint inpugnare seu infestare, in restaurum huiusmodi infestationis obligavimus et obligamus eidem conventui titulo pignoris predictam curtem Kageldinch, quousque successores nostri, si qui fuerint, ab infestatione predicti conventus cessaverint et de dampno illato eidem integraliter fuerit satisfactum. Acta sunt in Dypenhem presentibus domino Goswyno de Gemene, milite, domino Mauritio de Lembeke, decano Assindensi, Amelingo, plebano in Selhem, Alberto, nostro cappellano, Bernhardo, presbitero, suo fratre, Rotchero de Tuickelo, milite, Godefrido de Borclo, Hermanno de Gemene, Arnoldo de Wanemlo, Iohanne dicto Dalsche, Henrico de Marclo dicto Morre, Wilhelmo de Hopingen, Alexandro de Creytir, Henrico dicto Weldam, tunc temporis nostro officiato, et aliis quam pluribus fide dignis assumptis in testimonium premissorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°CCC°XIII°, vigilia Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, III Nr. 73 (Flaesheim), Siegel des Grafen von Dale (Reitersiegel, beschädigt) abhängend; Druck: WUB VIII Nr. 811.

[1]) Provinz Overijssel; [2]) in der Bauerschaft Ternsche in Selm (vergl. Schwieters, Westl. Lüdinghausen, S. 414); [3]) Nienborger Burglehen im Kirchspiel Diepenheim (vergl. WUB VIII Nr. 645 und Kemkes, Lehnregister Nr. E 591).

1041

1313 Juni 27 Kamen

Vor dem Ritter Alexander Volenspeth, Droste des Grafen Engelbert von der Mark, und Bürgermeistern und Ratsherren zu Kamen überläßt Henemann von Herdinch dem Johannes von Nehem im Tausch Äcker in der Feldmark von Werl, die zum Oberhof Beringhof[1] gehören, die Johannes von Henemann innehatte und für die an den Beringhof jährlich elf Schillinge zu entrichten waren. Dafür gibt Henemann dem Johannes vier Kotten und 15 Morgen Ackerland in Büderich, die ebenfalls elf Schillinge erbringen.

Universis presentia visuris et audituris nos Alexander dictus Volenspeth, miles, nobilis viri domini Engelberti comitis de Marka dapifer, magistri consulum et consules in Kamene declaramus tenore presentium publice protestantes, quod constituti coram nobis Henemannus de Herdinch ex una et Iohannes de Nehem ex parte altera mutuis utilitatibus perspectis in hoc combambio concordarunt, quod dictus Henemannus de voluntate heredum suorum omnium plenaria Iohanni de Nehem prefato agros sitos in campo opidi Werle olim ad curiam Berdinch pertinentes, quos inquam agros idem Iohannes ab eodem Henemanno habuit, de quibus etiam ipse Io. curie Berdinch solvere consuevit annuatim XI solidos nomine pensionis, contulit et libere assignavit. Pro quibus agris memoratus Iohannes Henemanno prelibato quatuor casas et quindecim agrorum iugera in Boderike sitas vice versa tytulo concambii reassignavit eodem iure, quo ipse Iohannes a supradicto Henemanno narratos agros tenuit, et in recompensam XI solidorum, de quibus supra diximus, possidendas. In cuius rei testimonium ad preces hincinde partium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Huius igitur concambii testes sunt Iohannes de Rure, Lambertus de Hůuele, Randolphus Hake, milites, Hermannus de Wittene, Randolphus Hake, Conradus Volenspet, Bernhardus de Aslen, Lambertus de Rure, villicus de Bodinchoue, et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Kamene anno Domini M° CCC° tertiodecimo, feria quarta post festum beati Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 426, Siegel des Alexander Volenspeth (WS 185,2) anhängend, das der Stadt Kamen ab; Abschriften des 14. Jahrh. in Msc. I 106 (Kopiar des Klosters Marienfeld), Bl. 105v und Msc. VII 1326 (ebenfalls Kopiar des Klosters Marienfeld), Bl. 114.; Regest: WUB VIII Nr. 812.

[1]) Im nordöstlichen Teil von Büderich (vergl. Preising, Büderich, S. 38 ff).

1042

1313 Juni 29

Graf Engelbert von der Mark kämpft siegreich mit dem Bischof (Ludwig von Münster). Dieser steckt Methler in Brand. Der Graf folgt ihm bis Hamm und schlägt ihn erneut[1].

In die Petri et Pauli pugnam in der Landtwehr init Engelbertus Marcanus cum episcopo et victor evasit. Altero die Monasterienses Metler incendentes secuti sunt Hammonem usque ad Kuschenbergh, ubi Engelbertus victor victorum multorum factus.

Schrift des 17. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 574 (Dortmunder Chronik des Johannes Nederhoff), Bl. 140.

[1]) Nach Levold von Northof fand das Ereignis im Jahre 1323 statt.

1043

1313 Juli 2 Priorat Grauseau

*Papst Clemens V. überträgt dem Konrad von der Mark[1] die Propstei der Kirche von St. Martin in Worms, die durch die Beförderung seines Bruders Adolph ins Bischofsamt zu Lüttich (*Leodiensem*) unbesetzt ist, obwohl er bereits in der Kirche von St. Gereon in Köln eine Präbende besitzt und obwohl er erst 23 Jahre alt ist. Datum 1313 Juli 2 (*in prioratu de Grausello VI. nonas Iulii, anno pontificatus nostri octavo*).*

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 389 (Reg. 60, Bl. 225v, Nr. 706); Regestum Clementis V Nr. 9759.

[1]) Gründer des Klosters Clarenberg bei Hoerde (Sauerland).

1044

1313 Juli 6 Mark

Vor dem Ritter Alexander Volenspeth, Droste des Grafen Engelbert von der Mark, und den übrigen Mitburgmannen zu Mark verkauft der Knappe Johannes von Nehem für 320 Mark an Abt und Konvent des Zisterzienserklosters Marienfeld den Oberhof Altehof[1] *mit dem Schulten, den dazugehörenden Hausplätzen, einem Salzhaus und den außerhalb der Stadt gelegenen Gärten und Äckern in der Feldmark von Werl.*

Universis Christi fidelibus huius litere seriem visuris et audituris nos Alexander dictus de Volenspeth, miles, nobilis viri domini Engelberti comitis de Marka dapifer, notum facimus, quod constitutus coram nobis et ceteris castellanis in Marka infra notatis Iohannes de Nehem, famulus, concastellanus noster, bona sua, videlicet curiam, que dicitur Oldinchof, cum Wilhelmo villico, uxore ipsius et filia et areas ipsi curie annexas ac unam domum in salinis intra opidum Werle Coloniensis dyocesis una cum ortis extra opidum et universis agris in campo eiusdem opidi sitis coniunctim vel divisim cum omnibus suis iuribus, attinentiis et obventionibus religiosis viris .. abbati et conventui monasterii de Campo sancte Marie ordinis Cysterciensis, Monasteriensis dyocesis, rite et rationabiliter vendidit pro trecentis viginti marcis denariorum legalium numerate sibi pecunie tradite et solute. Quam venditionem Petronilla, uxor, Hermannus, filius, Conegundis et Oleka, filie supradicti Iohannis, cum adhuc plures liberos non haberet, ratam habentes similiter cum eodem Iohanne omne ius, quod sibi in pretaxatis bonis competiit seu competere potuit quavis occasione, prelibatis .. abbati et conventui voce et manu libere assignarunt. Sane nos Alexander predictus, Rothgherus de Galen, Iohannes de Houele, Godefridus dictus Volenspeth, milites, Gerhardus de Berstrate, Ludolphus de Alen, Rodolphus de Hethvelt, Conradus Volenspeth, Randolphus Hake, Henricus dictus Monich et Hermannus de Nehem pariter cum Iohanne de Nehem .. abbati et conventui monasterii supradicti promisimus bona fide, quod ipsis de bonis antedictis iustam prestabimus warandiam. Horum autem omnium testes sunt Gerwinus de Rinkenrode, Engelbertus et Conradus de Herborne, Theodericus dictus Harme, milites, et nos omnes, prout superius positi sumus, et quam plurimi fidedigni. In quorum omnium evidentiam et certitudinem firmiorem nos singuli et universi superius expressi presentem paginam sigillo Alexandri, sepedicti militis, quo omnes contenti sumus, in hac parte duximus roborandam. Actum et datum in castro Marka anno Domini M° CCC° tertiodecimo, in octava apostolorum Petri et Pauli.

Zwei Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld, Urk. Nr. 427, Siegel des Volenspeth (WS 185,2) anhängend, an der zweiten Ausf. ab; Abschriften des 14. Jahrh.: Msc. I 106 (Kopiar des Klosters Marienfeld), Bl. 105 und Msc. VII 1326 (ebenfalls Kopiar des Klosters Marienfeld), Bl. 113v; Druck: Kindlinger Volmestein II Nr. 64, S. 264; Regest: WUB VIII Nr. 815.

[1]) Altehof, der spätere Marienfelder Hof in Werl (vergl. Anm. zur Urk. 1313 Juli 7).

1045

1313 Juli 6

Engelbert Graf von der Mark verkauft für 150 Mark die Vogtei über den Oberhof Herbede[1], der mit acht Mark an den Ritter Dietrich von der Leithe belastet ist, dem Borchard von Elverfeldt, der die Vogtei als freies Lehen erhält. Graf Engelbert und seine Erben behalten ein Wiederkaufsrecht.

Nos Engelbertus comes de Marka et Metildis, eius collateralis, universis presencia visuris et audituris notum facimus, quod nos cum consensu et arbitrio Adolphi, nostri primogeniti, et aliorum nostrorum omnium heredum advocatiam nostram curtis in Herbede cum omnibus appendiciis, prout iacet, octo marcis,

que singulis annis Theoderico de Letene, militi, solvi debent ex eadem, dumtaxat exceptis, pro centum et quinquaginta marcis denariorum in terra nostra legalium et dativorum, sedecim solidis pro marca puri argenti computatis, vendidimus Borchardo de Elvervelde et eius veris heredibus et vendimus per presentes[a], pro libero feodo ipsum infeodantes de eadem, tali tamen condicione interiecta, quod nos et nostri heredes ab eodem et suis heredibus eandem advocatiam predictam singulis annis semper in festo beati Petri ad cathedram reemere poterimus pro eadem pecunie quantitate contradictione qualibet non obstante. Qua predicta advocatia reempta ad nos et nostros heredes libera revertetur. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini millesimo tricentesimo et tredecimo in octava beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Abschrift vom Ende des 18. Jahrh., Papier, StAM, Kleve-Märkische Regierung, Landessachen Nr. 695; Abschrift von Wüsthaus: HStAD, Msc. A 37, Bl. 85v; Druck: UB Elverfeldt Nr. 473, S. 138.

[a]) In der Vorlage „presentis".

[1]) Zwischen Witten und Hattingen.

1046

1313 Juli 7

Vor Bürgermeistern und Ratsherren der Stadt Werl läßt der Knappe Johannes von Nehem, Burgmann zu Mark, der seinen Oberhof Altehof[1] mitsamt dem Schulten, den dazugehörenden Hausplätzen, einem Salzhaus sowie den außerhalb der Stadt liegenden Gärten und Äckern dem Zisterzienserkloster Marienfeld für 320 Mark verkauft hat, das Eigentumsrecht an diesen Gütern, das er von dem Edelherrn Dietrich von Volmerstein, dem Grafen Wilhelm von Arnsberg und dem Knappen Henemann von Berding durch Tausch erworben hat, dem Kloster auf.

Universis Christi fidelibus, ad quorum notitiam tenor presentium pervenerit, nos Theodericus de Oldinchoue et Hunoldus dictus Scelep, magistri consulum, Iohannes dictus Scolere, Henricus Creuet, Wilhelmus de Vflen, Haltho, Emericus dictus Wale, Arnoldus Crop, Gotswinus Egenbolt, Iacobus Nolle, Conradus dictus Notlike, Helmicus Creuet, Hermannus Phendelere et Gerhardus Menreke, consules opidi Werle Coloniensis dyocesis, cupimus innotesci, quod in nostra presentia constitutus Iohannes de Nehem, famulus, castellanus in Marka, publice recognovit se de voluntate et assensu libero Petronille, uxoris sue, Hermanni, filii, Conegundis et Oleke, filiarum eius, cum plures adhuc liberos non haberet, bona sua, videlicet curiam dictam Oldinchof cum Wilhelmo, villico, uxore ipsius et filia ac areas ipsi curie annexas unamque domum in salinis intra opidum nostrum Werle una cum ortis extra opidum ac universis agris ipsius sitis coniunctim vel divisim in campo nostri opidi memorati, cum omnibus suis iuribus, attinentiis et obventionibus rite et rationabiliter vendidisse religiosis viris .. abbati et conventui monasterii de Campo sancte Marie ordinis Cysterciensis Monasteriensis dyocesis pro trecentis viginti marcis denariorum legalium numerate sibi pecunie tradite et solute. Igitur prenotatus Iohannes proprietatem eorundem bonorum, quam a nobilibus viris domino Theoderico de Volmetstene et Wilhelmo comite de Arnesberg ac ab honesto famulo Henemanno de Berdinc concambii tytulo est adeptus, in predictos .. abbatem et conventum monasterii prenominati transferens et assignans omne ius dominii, quod sibi et suis heredibus in prelibatis bonis competiit vel competere potuit in posterum quacumque occasione, sepefatos .. abbatem et conventum in corporalem misit possessionem cum sollempnitatibus debitis et consuetis. Pro cuius facti memoria perpetuo habenda ad petitionem tam .. abbatis et conventus quam etiam Iohannis sepedicti presens scriptum sigillo nostri opidi duximus muniendum et quod per omnia ita, ut premittitur, actum sit, publice presentibus protestamur. Datum anno Domini M° CCC° tertiodecimo, sabbato post octavas apostolorum Petri et Pauli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 428, Siegel der Stadt Werl (WS 71,6) anhängend; Abschriften des 14. Jahrh.: Msc. I 106 (Kopiar des Klosters Marienfeld), Bl. 105 und Msc. VII 1326 (ebenfalls Kopiar des Klosters Marienfeld), Bl. 113; Druck: Kindlinger, Volmestein II Nr. 63, S. 262; Regest. WUB VIII Nr. 816.

[1]) Altehof (nicht wie Vahrenhold, Marienfeld S. 180, der Oeldenhof im Ksp. Rheda) identisch mit dem Marienfelder Hofe in Werl (vergl. Kloster Marienfeld, Akten, Fach 63 Nr. 3 bzw. Mehler, Werl, S. 76).

1047

1313 Juli 8

Dietrich von Volmerstein bittet den Junggrafen Wilhelm von Arnsberg, seinen Schwiegersohn Godfried von Sayn mit den Gütern zu belehnen, die er von dessen Vater zu Lehen hatte.

Illustri viro domicello W. comiti de Arnsberg T. de Volmutsteyne suum obsequium in omnibus benevolum et paratum. Nobilitatem vestram omni precum instancia, qua possumus, exoramus, quatenus perpetui obsequii intuitu Godfridum de Seyna, generum nostrum dilectum, infeodare dignemini omnibus bonis, quibus nos infeodati sumus a domino nostro dilecto pie memorie comite de Arnsberg, patre vestro. Datum anno Domini M CCC^{mo} XIII, proxima die ante festum beate Margarete virginis.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 a (Kopiar der Grafen von Arnsberg) Bl. 13v; desgl. Msc. VI 109 b, Bl. 24; Druck: UB Volmerstein Nr. 287.

1048

1313 Juli 13

Everhard und Dietrich gen. vom Teich (Weiher) bekunden, die Kanoniker von St. Patrokli in Soest hätten mit ihrem Verwandten Siegfried dem Goldschmied über die Lieferung von Silber, die Vergoldung der Figuren und den Lohn für die Anfertigung des St. Patrokli-Schreins die aufgeführte Vereinbarung getroffen.

Nos Euerhardus et Theodericus dicti de Lacu presentibus literis publice protestamur, quod venerabiles viri domini .. decanus et capitulum ecclesie Sosatiensis super capsa beati Patrocli facienda de nostro concilio cum Zigefrido, aurifabro, consanguineo nostro, in hunc modum concordarunt: primo videlicet ipsi domini ipsi Zigefrido argentum purum et examinatum assignabunt ad opus ipsius capse consumandum, et ipse inmediate argento habito operari in ipsa capsa incipiet et ab eis pro qualibet marca puri argenti in ymaginem vel in alias formas neccessarias ad ipsam capsam fabricandas accipiet quindecim solidos in Sosato usuales pro mercede. Et nichilominus omnia fabricata auro ipsorum dominorum loco et tempore deaurabit. Quandocumque vero una, due, tres, quatuor vel quinque marce argenti puri ad opus capse predicte in formas albas fuerint transmutate, domini prefati Zigefrido predicto unam marcam Sosati legalem de qualibet marca dabunt pro mercede, tres vero solidi de qualibet marca residui manebunt apud dominos predictos, quousque fabricata fuerit integraliter deaurata bona computatione reservandi. Et horum trium solidorum summam, in quantum se extendit, pro qualibet marca extunc eidem Zigefrido persolvent expedite. Ultra vero huiusmodi precium idem Zigefridus nichil amplius requirere poterit aut debebit ab ipsis dominis, nisi ipsi proprio motu aliquam sibi curialitatem duxerint faciendam. In quorum omnium testimonium et observantiam pro ipso Zigefrido nostra sigilla duximus presentibus apponenda. Datum anno Domini M° CCC° XIII°, in die beate Margarete virginis.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 99, Siegel des Ausstellers abhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): Concordia cum magistro et facta capsa sancti Patrocli.

1049

1313 Juli 17 Wengern

Johannes gen. Ovelacker und seine Frau sowie sein Bruder Everhard einigen sich in der Auseinandersetzung mit dem Kloster Elsey über den Oberhof Langendreer, indem sie auf ihr Rechte an dem Oberhof verzichten.

Nos Iohannes dictus Ovelacker, .. uxor nostra, Everhardus, frater noster, ceterique nostri heredes recognoscimus per presentes et protestamur, quod de discordia exorta inter nos ex una et ecclesiam sanctarum monialium in Else ex parte altera racione curtis in Drere ex utrorumque nostrorum amicorum consilio sumus amicabiliter concordati taliter, quod nos Iohannes, .. uxor nostra, Everhardus, frater noster, ac heredes nostri renunciavimus et renunciamus predictis monialibus omnem iusticiam, quam habuimus, habemus vel habere poterimus in futurum in prefata curti Drere. Et ne de hiis in posterum aliquod dubium vel aliqualis dissencio oriatur, nos sigilla propria non habentes petivimus honestos viros, consanguineos nostros Lubertum de Vitinchove, Theodericum de Letene, Gerlacum de Luttellenowe, milites, et Hermannum de Horst, famulum, ut pro nobis suis sigillis presens scriptum roborarent in evidens testimonium premissorum. Nos vero Lubertus de Vitinchove, Th. de Letene, Gerlacus de Lutellenowe, milites predicti, ac Hermannus de Horst predictus rogati per Iohannem et Everhardum ac eorum heredes dictos Ovelacker, nostros consanguineos, presens scriptum ex inde sigillis nostris fecimus communiri, presentibus nobili viro Th. comite de Lymburg, .. preposito de Else, dicto Sluch, milite, Engelberto de Altena, Gerhardo de Wittene, Goscalco et Gobelino dictis de Berchem, Stephano dicto de Koten, Henrico, Wenemaro et Rotgero dictis de Dungelen, Th. dicto Nortkerke, Sybodone dicto de Bruggenoge, Bernhardo et Henrico fratribus dictis de Munkenbeke, Hermanno et Bernhardo fratribus dictis de Luderinchove et aliis quam pluribus fidedignis. Datum et actum in Wenegere anno Domini M°C°C°C°X°III, feria tercia post Divisionem apostolorum.

*Ausf., Perg., Stadt A Hohenlimburg, Evang. Pfarr A Elsey (Dep.), von den vier Siegel das zweite (von der Leithe/*Letene*) ab, die anderen anhängend.*

1050

1313 Juli 19 Avignon

Zwölf Erzbischöfe und Bischöfe gewähren denen, die an bestimmten Festtagen die Klosterkirche in Kentrop besuchen, einen Ablaß.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis miseratione divina Franciscus Panormitanus, frater Nicolaus Iadrensis, et frater Raymundus Adrianopolitanus, archiepiscopi, frater Geronimus in dominio Tartarorum, Raymundus Massiliensis, frater Nicolaus Scarpatensis, Raymundus Vasionensis, Berengarius Carpentoratensis, Leonardus Aquinas, Antonius Segorbricensis, Iohannes Siluensis, et frater Franciscus Glauinicensis, episcopi, salutem in Domino sempiternam. Gloriosus Deus in sanctis suis in ipsorum glorificatione congaudens in veneratione beate Marie semper virginis eo iucundius delectatur, quo ipsa utpote mater eius effecta meruit altius sanctis ceteris in celestibus collocari. Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii sanctimonialium siti extra muros oppidi Hamensis Coloniensis diocesis, que ipsius gloriose virginis est insignata vocabulo, congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in omnibus et singulis festivitatibus Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi, Resurrectionis, Ascensionis et Pentecostes, beatorum Michaelis archangeli, Iohannis Baptiste et omnium apostolorum, in Commemoratione omnium sanctorum, in dedicatione eiusdem ecclesie, in die dominico post Ascensionem Domini, qua portatur ymago dicte virginis gloriose, in festo Corporis Christi ac per octo dies festivitates predictas immediate sequentes causa devotionis et orationis accesserint annuatim vel qui ad reparamenta, luminaria et ornamenta predicte ecclesie manus porrexerint adiutrices, seu qui dictam yma-

ginem cum devotione sequentur, de omnipotentis Dei miseratione et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi singuli singulas dierum quadragenas et iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum Auinione XIIII kalendas Augusti, pontificatus domini Clementis pape quinti anno octavo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop Urk. Nr. 31, neun Siegel der Erzbischöfe und Bischöfe anhängend, das 2., 6. und 12. ab.

1051

1313 Juli 24

Vor den Ratsherren zu Lippstadt verkaufen Meynard gen. Huddic, sein Sohn Johannes und seine Tochter Margarete für 30 Mark dem Kloster Cappel das von Johannes gen. Jonas genutzte Salzhaus in Westernkotten samt der zugewiesenen Sole und der dazugehörenden Hausstätte. Die Verkäufer versprechen Währschaft wegen eventueller Ansprüche des Stifts Meschede.

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos consules civitatis Lippiensis notum facimus publice protestando, quod coram nobis constituti Meynardus dictus Huddic, Iohannes, eius filius, et Margaretha, ipsius filia, recognoverunt se habito consensu et voluntate omnium heredum et coheredum suorum quandam domum salinariam, quam ad presens colit et fruitur Iohannes dictus Ionas, sitam in villa Koten cum aqua salinaria ad eam deputata et consueta cum omni iure, area et pertinentiis quibuscunque, prout situata est, honorabili viro domino Ludewico, preposito, priorisse et conventui monasterii sanctimonialium in Cappele pro triginta marcis denariorum Susatiensis monetae legalium et bonorum pecunia numerata tradita et soluta rite et rationabiliter vendidisse libere et perpetualiter possidendam. Nihilominus ad maiorem cautelam et securitatem dicti Meynardus suique heredes promiserunt se dictis claustribus plenam et iustam warandiam de prenominatis domo salinaria et eius pertinentiis quibuslibet prestaturos quodque eos ab omnibus inpetitione et inpedimento, quae ipsis ab honorabilibus viris domino preposito et capitulo ecclesiae Meschedensis occasione dictarum domus et aquae salinariae contingere possent, eximere debeant et velint ac indempnes penitus conservare. Et sic dicti venditores renunciarunt simpliciter et expresse omnibus exceptionibus et defensionibus iuris canonici vel civilis, que eis vel eorum cuique contra dictam venditionem nunc aut in posterum possent seu debent aliqualiter suffragari. In cuius facti testimonium et perpetui roboris firmitatem nos consules supradicti sigillum nostrum ad petitionem dictorum Meynhardi et haeredum eius una cum sigillo eiusdem duximus presentibus apponendum. Et ego Meynhardus iam predictus etiam sigillum meum in omnium premissorum recognitionem pro me et dictis haeredibus meis apposui huic scripto. Actum presentibus domino Louene de Heruelde, milite, Ecberto Wigandi et Iohanne Ghyselberti, tunc proconsulibus, Elrico Elrici, Ludolfo de Ghyseke, Iohanne dicto Cote, Hermanno dicto Vrilincwege, Henrico de Cleye, Theoderico Kolehorn, Theoderico et Hermanno fratribus dictis de Sancto Trudone, Bodone Stakelinc, Godefrido Viuace, Rodolfo de Monasterio, Redgero de Bolehuis, Iohanne dicto Kuninc, Iohanne et Bernhardo dictis de Langeneke, Iohanne Goldekini, Ecberto de Bueren, Dethmaro dicto Stoten, Meynardo Pistore, Lodewico de Bochem, Dithardo de Pole, Volberto dicto Valsch, consulibus, item Iohanne dicto Suncuos, Bernhardo dicto Pundere et quam pluribus aliis fide dignis. Datum in vigilia beati Iacobis apostoli anno Domini M CCC^{mo} tredecimo. Concordat etc. Petrus Rels, notarius.

Abschrift des 17. Jahrh., Papier, StA Detmold L 36 F Sect. II Nr. 7 Bl. 14-14v.

1052

1313 Juli 28

Vor dem Domherrn zu Paderborn Albert von Amelunxen verkauft der Knappe Johannes gen. Stapel seine Hufe zu Lohe[1] an den Knappen Goswin gen. von Schlingworm und den Bürger zu Lippstadt Gerlach gen. Scele. Der Verkäufer läßt die Hufe, die er vom Domherrn für eine Pacht innehatte, diesem auf.

Universis presentem literam visuris ac audituris nos Albertus[a] de Amelungessen, canonicus ecclesie Paderbornensis, notum facimus et publice protestamur, quod ad nostram perveniens presentiam Io. dictus Stapel, famulus, recognovit se habito consensu .. uxoris sue et Bertoldi, filii, omniumque aliorum heredum suorum quendam mansum suum situm in Rulveslo cum omni iure et pertinentiis quibuscumque, quemadmodum ipsum mansum a nobis tenet sub annua pensione, que vulgariter pacht dicitur, Goswino dicto Slingworm, famulo, et Gherlaco dicto Scele, civi Lippensi, eorumque[b] uxoribus ac heredibus pro quatuordecim marcis denariorum traditis et solutis rationabiliter vendidisse. Quem quidem mansum cum suis pertinentiis predictis Iohannes dictus et sui heredes ad manus et ad usum dictorum Goswini et Gerlaci ac eorum heredum libere coram nobis resignarunt perpetualiter possidendum, salva tamen nobis predicta pensione nostra de eodem manso debita et consueta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo dicti Iohannis apposuimus huic scripto. Et ego Iohannes sepedictus in testimonium premissorum meum sigillum duxi presentibus apponendum. Datum sabbato post festum Iacobi apostoli anno Domini M°C°C°C° XIII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 122, Siegel des Ausstellers (im Bild Familienwappen: zwei mit je vier Eisenhüten beladene Pfähle) und des Johann Stapel (WS 251,10) anhängend, Rückvermerke: 1. (15. Jahrh.): Růlefslo, *2. (18. Jahrh.):* itzo Mennenhoff gnandt, K. Horn*; Abschrift des 16. Jahrh., Kloster Benninghausen, Akten Nr. 313 (Kopiar des Klosters Benninghausen, ehemals Msc. VII 5724), Bl. 54; Druck: SUB II Nr. 557, WUB IX Nr. 1147.*

[a]) Die zweite Silbe auf Rasur; [b]) das „que" nachträglich eingefügt.
[1]) Lohe, nördlich von Horn; 2) vergl. Urk. von 1324 Juni 15.

1053

1313 Juli 31

Graf Wilhelm von Arnsberg entläßt Herbord gen. Stotere aus seiner Ministerialität.

Nos Wilhelmus comes de Arnserg circa universos et singulos scripti huius inspectores recognoscimus ac publice protestamur, quod nos Herbordum dictum Stotere, qui nobis ministeriali iure attinebat, manumisimus ab hoc iure liberum ac solutum. In cuius rei testimonium presentem scriptum[a] dedimus Herbordo prefato sigilli nostri robore communitum. Presentes erant huic ordinationi dominus Iohannes de Arnsberg, prepositus in Meschede, dominus Iohannes de Arnsberg, canonicus ecclesie Paderbornensis, Iohannes de Molendino, famulus, Henricus de Hemerde et alii quam plures viri idonei ac fide digni. Datum anno Domini M° CCC° XIII°, pridie kalendas Augusti.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke Urk. Nr. 37, Siegel ab; Druck: SUB II Nr. 558.

[a]) Wort über der Zeile nachgetragen.

1054

1313 August 7 Hemmerde

Florikin Vogt von Gore läßt dem Grafen Engelbert von der Mark vor dem Freistuhl zu Hemmerde dem Zehnten zu West-Heil auf[1].

Universis presentes literas visuris et audituris tam presentibus quam futuris ego Florikinus Advocatus de Gore cupio fore notum presentibus publice protestando, quod ad manus nobilis viri domini Engelberti comitis de Marka et suorum heredum proprietatem decime mee site in Westheyle coram sede libera et comite libero integraliter, plane et simpliciter resignavi ac finaliter manumisi et de resignatione decime predicte dicto comiti plena fide prestita speciali promitto facere presentibus warandiam. In testimonium vero premissorum et maioris roboris firmitatem presentem literam duxi mei sigilli munimine roborandam. Datum in Hemmerde coram sede libera et comite libero Hinrico dicto Roggen feria tertia ante Laurentii anno Domini M° CCC° XIII°, presentibus scabinis, Rutgero Dapifero, Richardo de Hesnen, Hermanno de Dalhusen, Th. de Vresendorpe, Godefrido dicto Volenspit, Th. dicto Vridag et Walramo de Bergkamene, militibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg Urk. Nr. 190a, Siegel des Ausstellers (Schild belegt mit Balken) abhängend; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 45, Bl. 133.

[1]) Heil, nordwestlich von Bergkamen.

1055

1313 August 9 Herdecke

Das Kloster Herdecke gibt dem Vorsteher des Marien-Hospitals in Iserlohn, Widekind gen. von Revele, und dessen Nachfolgern seinen dortigen Oberhof mit acht von Wilhelm eingebrachten Morgen Landes zu Oestrich[1] in Pacht.

Universa negotia, que stare cupimus in statu solido, litterarum fiunt testimonio firmiora. Scient igitur universi, ad quos presentes littere pervenerint, quod nos Mecheldis, miseratione divina abbatissa, totusque conventus monialium[a] ecclesie in Herdicke ordinis sancti Benedicti unanimes et in hac parte prorsus concordes Widekindo dicto de Reuele, speciali amico et fautori[b] nostre ecclesie predicte, procuratori hospitalis sancte Marie virginis in Iserloen, omnibusque suis eiusdem officii successoribus curtem nostram in loco predicto sitam, quam idem Widekindus ad honorem Dei et sue matris gloriose cum octo iugeribus de suo proprio ampliavit, exposuimus et porreximus[c] cum agris, hortis[d], pratis, pascuis, areis, silvis, nemoribus et duobus mansis in Osterich[e] sitis ac aliis quibuscumque uti[litati]bus[f] et proventibus sine expulsione et admissione cuiusvis persone seu personarum sub pace et tranqu[illitate][g] perpetualiter possidendam sub tali conditione, quod [prenomi]natus[h] Widekindus aut sui successores singulis [an]nis[i] ante festum Nativitatis Domini duo maldra tri[tici][j], novem[k] maldera cum dimidio siliginis, sedecim ma[ldera][l] bracii avenatici, quatuor maldera avene et du[as][m] mensuras salis semper mensure Tremoniensis, [unam] marcam legalis monete et decem pullos pro pensio[ne] persolvant, dictam pensionem semper in suis curribus et e[xpen]sis infra septa nostri claustri nobis presentando. [Si] solutio dicte pensionis ante festum Palmarum ple[na vel] semiplena soluta non fuerit, ex tunc omni defensione[o] cessante memorata nostra curtis in n[ostros] manus et potestatem cum agris appositis libere r[ever]tetur, nisi per causas probabiles et sufficient[es] poterint excusari, hoc etiam adiecto, quod defun[cto] vel amoto uno procuratore, abbatissa, que pro tempore fu[erit], dictam curtem pro sola marca sibi ob reverentiam exi[genda] porriget procuratori succedenti. Ut autem haec omnia [pre]missa in omni sua parte firmentur et a nullo pro[rsus] per dilapsum temporis possint infirmari, nos abbatissa et c[on]ventus has nostre expositionis patentes litteras [nostris] sigillis propriis et sigillo oppidanorum in Iserlo[en] ad hoc ex utraque[p] parte postulato duximus roboran[das]. Acta sunt hec in Heriche super caminata abbatisse predicte in vigilia beati Laurentii in facie conventus ecclesie predicte anno Domini M CCC XIII coram viris providis et discretis, videlicet Gerhardo, canonico eiusdem ecclesie, Henrico et Goschalco, de ordine Predicatorum fratribus, Gotfrido de Mendene, tunc capellano in Loen, Hugone de Rudding, Giselero, opidano in Loen, ac aliis quam pluribus discretis viris et fide dignis.

Abschrift des 16. Jahrh., Papier, am rechten Rande Teil des Blattes (1 cm) abgeschnitten, StAM, Kloster Herdecke Urk. Nr. 11a, dabei Übersetzung des 17. und 18. Jahrh.; Druck: Iserlohner UB Nr. 10, S. 6.

[a]) In der Vorlage „monalium"; [b]) korrigiert aus „fautore"; [c]) davor gestrichen „pro"; [d]) korrigiert aus „horreis"; [e]) korrigiert; [f]) am Rand Text abgerissen; [g]) desgl.; [h]) desgl.; [i]) desgl.; [j]) desgl.; [k]) aus „decem" durch Überschreiben korrigiert; [l]) am Rande Text abgerissen; [m]) desgl.; [n]) davor „defe" gestrichen; [o]) die beiden Worte durchgestrichen bzw. am Rande ergänzt.

[1]) Westlich von Iserlohn.

1056

1313 August 9

Arnold, Kanoniker des Klosters Wedinghausen, teilt den Vorstehern der Pfarrei St. Christopherus in Köln mit, er habe zugunsten seines Bruders Johannes gen. von Köln, Bürger zu Soest, auf seinen in der Pfarrei St. Christopherus gelegenen Kindsteil, der durch den Tod seiner Eltern Gerhard von Köln und Wirikinis, Bürger zu Soest, auf ihn gefallen sei, verzichtet.

Viris prudentibus et discretis .. officiatis parrochie S. Christofori Coloniensis frater Arnoldus, canonicus monasterii de Wedinchusen iuxta Arnesberg ordinis Premonstratensis, cognoscere veritatem. Noveritis, quod renunciavi et renuncio per presentes super ea pueri parte, que michi de morte quondam Gerhardi de Colonia et Wirikinis, uxoris sue, civium Sůsatiensium, parentum meorum, cessit in hereditate quondam Wilhelmi Isereil et Drude, sororis sue, sita in parrochia vestra iuxta curiam domini .. prepositi ecclesie S. Gereonis Coloniensis ad manus Iohannis dicti de Colonia, fratris mei, civis Sůsatiensis, ita quod iure optinebit et convertere potest in quamcunque manum sibi videbitur expedire. Et hec vobis et omnibus, quorum interest, sub sigillo domini mei .. prepositi monasterii mei predicti ad preces meas presentibus appenso duxi significandum. Datum in vigilia beati Laurentii anno Domini MCCC tredecimo.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, St. Gereon, Siegel ab; Druck: UB St. Gereon Nr. 261, S. 268.

1057

1313 August 10

Vor Johannes gen. Flos, Richter der Stadt Osnabrück, schwören die Brüder Werner und Ludolf Colstrung den Städten Osnabrück und Soest Urfehde wegen der Gefangenschaft, in die Ludolf aufgrund des Vorwurfs eines vor dem Tor der Stadt Soest begangenen Raubes geraten war.

Nos Iohannes dictus Flos, iudex civitatis Osnaburgensis, universis presentia visuris notum facimus publice protestantes, quod Wernherus et Ludolfus dicti Colstrung, fratres, coram nobis in figura iudicii constituti promiserunt fide corporali prestita iuramento eorum ad sanctorum Dei reliquias nichilominus accedente, quod compositionem, que vulgo dicitur orvede, Sosatiensi et Osnaburgensi civitatibus occasione captivitatis, qu[am][a] dictus Ludolfus pretextu spolii apud portam civitatis Sosatiensis comissi [te]nebatur[b] astrictus factam, tenebunt et fideliter observabunt nec aliqua ratione per se vel per alios contravenient in futurum, constituentes post se fideiussores, videlicet dominum Liborium de Alen, militem, Gyselbertum de Twisle, Thidericum dictum Stempel et Albertum dictum Buk, armigeros, qui fide corporali prestita Iohannem dictum Deken et Hinricum dictum Wanken, qui simplicter una cum fideiussoribus predictis promiserunt in solidum, quod, si dictorum Wernheri et Ludolfi amici vel aliquis de eisdem prefatas civitates vel earum aliquam aut quempiam de civibus earundem voluerit inpugnare quomodolibet aut gravaminare ratione huiusmodi captivitatis, dicti fideiussores recuperabunt et, quidquid in dictarum civitatum vel earum alicuius preiudicium attemptatum fuerit aut gravamen, supplebunt in integrum, quotienscumque et quandocumque a dictis civitatibus vel earum aliqua super hac fuerunt requisiti. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XIII°, ipso die beati Laurentii martiris.

Ausf., Perg., StA Osnabrück, Dep. 3 a 1 IV Nr. 21 (Stadt Osnabrück), Siegel des Richters (stark beschädigt) abhängend; Druck: Osnabrücker UB 6 (UB der Stadt Osnabrück) Nr. 153.

[a-b]) Lücken durch Mäusefraß.

1058

1313 August 14

Engelbert Graf von der Mark überträgt, nachdem Florin Vogt von Gore den Zehnten zu Westheil[1] für zwölf Mark dem Prämonstratenserkloster Cappenberg verkauft und ihm vor dem Freistuhl zu Hemmerde aufgelassen hat, das Eigentumsrecht an dem Zehnten an Propst und Konvent zu Cappenberg[2].

Engelbertus Dei gratia comes in Marka universis presentia visuris salutem in auctore salutis. Cum acta patrum per oblivionis scrupulum subtrahantur memoriis filiorum, factum nostrum perhennabit vivacitas literarum. Noverint igitur universi, quod dilecti nobis in Christo .. prepositus et conventus de Capenberg Premonstratensis ordinis Monasteriensis dyocesis a viro nobili Florino Advocato de Gore pro duodecim[a] marcis denariorum Monasteriensium pecunie solute proprietatem decime in Westheyle cum appenditiis suis omnibus sibi empcionis et venditionis iusto titulo procurarunt idemque Florinus omne ius proprietatis eiusdem decime cum appenditiis predictis in manus nostras coram Henrico, libero comite nostro, presidente tunc sedi liberi comitatus in Hemerde, plenarie resignavit, warandiam eiusdem debitam nobis fide prestita promittendo. Nos igitur ecclesiam de Capenberg favore speciali prosequentes, de pleno consensu omnium heredum nostrorum eidem ecclesie proprietatem prenarrate decime site in Westheyle cum appenditiis memoratis contulimus et in hiis scriptis integraliter conferimus perpetuo possidendam. Cuius proprietatis dictis de Capenberg faciemus debitam warandiam, quandocumque fuerimus requisiti, quod promittimus sub testimonio presentium, quibus sigillum nostrum apposuimus in noticiam premissorum. Datum in vigilia Assumpcionis beate Marie virginis gloriose anno Domini M° CCC° tertio decimo.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg Urk. Nr. 190b, Reitersiegel des Grafen von der Mark (rotes Wachs, stark beschädigt) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 831.

[a]) Über der Zeile die Buchstaben „de".

[1]) Nordwestlich von Bergkamen; 2) vergl. Urkunde von 1313 August 7.

1059

1313 August 14

Der Offizial des Kölner Hofes transsumiert die Urkunde des Papstes Bonifaz VIII. über die Exemption des Ordens der Augustinereremiten.

Officialis curie Coloniensis universis presentes literas visuris et audituris salutem et cognoscere veritatem. Noveritis nos literas sanctissimi patris quondam domini Bonifatii pape octavi non cancellatas nec abolitas nec in aliqua sui parte viciatas sub veris bulla et filo serico et stilo vidisse et legisse in hec verba: Bonifatius (*folgt Text der Urkunde von 1294 Feb. 21, in der Papst Bonifatius VIII. den Orden der Augustinereremiten mit seinen Personen, Kirchen, Häusern und Besitzungen in das Recht und Eigentum von St. Peter und des Apostolischen Stuhls aufnimmt und unterstellt).*

In cuius rei testimonium, quia timebatur de perditione ipsarum literarum, sigillum maius officialitatis nostre apposuimus transsumpto originali Apostolicarum literarum earundem. Datum anno Domini M° CCC° tredecimo, in vigilia Assumptionis beate Marie virginis.

Abschrift des 15. Jahrh. in StAM, Msc.VII 6123 (Kopiar der Augustinereremiten Lippstadt) S. 55.

1060

1313 August 15

Propst Gerhard und der Konvent des Prämonstratenserklosters Scheda verkaufen aus Not für 90 Mark dem Kloster Oelinghausen ihre Hufe und drei Kotten in Herdringen, ihren dortigen Zehnten, eine Rente von neun Schillingen, die ihnen das Kloster Oelinghausen schuldete, und einige Äcker in Altenlinde[1], die jährlich sechs Schillinge einbringen.

Universis presentia videntibus vel visuris Rotgherus, Dei patientia prepositus, Ywanus, prior, Anthonius, supprior, totusque conventus monasterii in Schyda Premonstratensis ordinis, Coloniensis dyocesis, salutem et subscriptorum cognoscere veritatem. Cum acta fidelium annotatione testium et plantulis scripturarum tradantur memoriis posterorum, vobis decrevimus intimandum, quod per casus continuos infortuniorum ad inopiam devenimus miseratam, que nos heu conpellit bona nostra vendere fidelium olim elemosinis et fratrum laboribus conquisita. Hinc est, quod mansum nostrum et tres casas sitos in Herderinc in parrochia Hustene, decimam nostram sitam ibidem, pensionem novem solidorum, quam in festo beati Iacobi apostoli singulis annis ecclesia de Olinchusen debebat nobis, et quosdam agros sitos in Aldenlynne solventes annuatim sex solidos cum omnibus et singulis appenditiis, obventionibus et proventibus mansi, casarum, decime, pensionis novem solidorum et agrorum dictorum ac proprietatem eorundem cum omni iure, quo ea possedimus, de maturo et sano consilio omnium nostrum ac de pleno consensu reverendi in Christo .. patris abbatis nostri domini .. prepositi de Kapenberg et aliorum omnium, quorum consensus ad hoc fuit necessarius, pro nonaginta marcis denariorum legalium Monasteriensium nobis solutorum in religiosas personas prepositum et conventum monasterii de Olinchusen Coloniensis dyocesis, Premonstratensis ordinis, venditionis et emptionis iusto titulo transtulimus et transferimus in hiis scriptis perpetuo possidenda, renuntiantes omni exceptioni seu liti, quas pro bonis huiusmodi in futurum movere possemus et promittentes bona fide memoratis emptoribus dictorum bonorum debitam facere warandiam. In quorum omnium perpetuam notitiam sigilla nostra una cum sigillis reverendorum in Christo patrum, patris abbatis nostri, prepositi de Kapenberg et .. prepositi de Arnesberg, presentibus decrevimus apponenda, et nos Theodericus et Gerhardus, Dei gratia de Kapenberg et de Arnesberg ecclesiarum prelati iam dicti, ad petitionem venditorum dictorum sigilla nostra scriptis apposuimus in notitiam premissorum. Datum in Assumptione matris et virginis gloriose, anno Domini M° CCC° tertiodecimo.

Ausf., Perg., Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 196, Siegel des Propstes und des Konvents zu Scheda und der Pröpste von Cappenberg und Wedinghausen (alle sehr gut erhalten) anhängend; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. VII 5727 (Kopiar des Klosters Oelinghausen) Bl. 159v; Abschrift des 14. Jahrh. in dem im Besitz des Altertumsvereins Paderborn befindlichen Kopiar (Cod. 348) S. 39; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 196.

[1]) Alter Name für Hoevel (westlich von Hachen).

1061

1313 August 19

Die Schwestern Ermengardis und Agnes, Töchter des Ludolf gen. Gropen von Gudensberg, ehemalige Kanonissen des Stifts Meschede, verzichten auf die ihnen vom Kölner Erzbischof Heinrich bei der Umwandlung des Stifts Meschede in ein Kanonikerstift zugesagten Pensionen gegen eine einmalige Abfindung von 24 Mark.

[U]niversis[a], ad quos presentes littere pervenerint, nos Ermengardis et Agnes, sorores, filie Ludolphi dicti Gropen de Gůdenborgh, quondam canonice ecclesie Meschedensis secularis, salutem et infrascriptorum cognoscere veritatem. Universitatis vestre noscat discretio, quod cum alias reverendus in Christo pater dominus Henricus, Coloniensis ecclesie archiepiscopus, in commutatione personarum dicte ecclesie Meschedensis,

qua pro canonicarum conventu cum bona voluntate et unanimi consensu omnium canonicarum tunc ibidem existentium, de quarum numero et nos tunc eramus, ex certis et rationabilibus causis canonicorum institueret collegium in ecclesia antedicta ac consideratis facultatibus ipsius ecclesie cuilibet earundem canonicarum pro competentia sua quatuor marcarum redditus in presentia et trium marcarum redditus in earum absentia, prout olim, cum adhuc in eadem ecclesia residerent, habere consueverant, deputaret certis terminis persolvendos, prout in litteris eiusdem domini .. archiepiscopi super hoc confectis plenius continetur. Nos tamen considerantes attentius, quod huiusmodi redditus sine nota lese conscientie diu tollere non valeamus, cum eos minime deserviamus in divinis, unde in recompensam huiusmodi competentiarum datis nobis liberaliter ab honorabilibus viris dominis .. preposito, .. decano et .. capitulo dicte ecclesie Meschedensis viginti marcis puri et probati argenti nobis ab ipsis traditi et assignati et sub legali pondere sufficienter deliberati[b] cum maturo consilio et pleno consensu nec non ex speciali iussu Ludolphi dicti Gropen, patris nostri predicti, Gertrudis, matris nostre, Conradi, Hermanni, Iohannis et Ludolphi, fratrum nostrorum, Hermann[i], sacerdotis, et Werneri, militis, fratrum dictorum de Besse, avunculorum nostrorum, nec non omnium consanguineorum et amicorum nostrorum plena voluntate accedente[c] omni iuri, quod nobis in predicta Meschedensi ecclesia, competentiis seu annuis redditibus a prefato domino .. archiepiscopo nobis deputatis, ut est dictum, quomodius competere videbatur vel aliqualiter competere posset in futurum, renuntiavimus et in hiis scriptis renuntiamus sponte, simpliciter et de plano, profitentes publice nichil iuris vel impetitionis ex nunc in antea nobis in dictis ecclesia, competentiis et redditibus competere vel quomodolibet remanere, renuntiantes quo ad hoc expresse per presentes exceptioni doli mali et beneficio minoris, rescripto Apostolico seu cuicumquam alio a nobis seu pro nobis impetrato seu impetrando ope et remedio appellationis ac cuiusvis alterius defensionis ac omni alii iuris specialis vel communis beneficio, per que contra premissa seu premissorum aliquod in futurum venire possemus de iure vel de facto, ipsamque ecclesiam Meschedensem et suas personas, quamdiu vixerimus, cum omnibus amicis nostris promovebimus et honore et favore, quibus poterimus, plenius[d] prosequemur. In cuius rei robur et testimonium presentes litteras prefatis dominis .. preposito, .. decano et .. capitulo Meschedensi tradidimus predictorum Ludolphi, patris nostri, Werneri de Besse, militis, avunculi nostri, et nobilium virorum dominorum Henrici de Roderichsen, Werneri de Gudenborgh, Euerhardi dicti Wlph et Stephani de Scardenbergh, militum, de quorum consilio et voluntate singula premissa processerunt, sigillorum munimine roboratas. Et nos Ludolphus dictus Grope, pater predictarum puellarum, Wernerus de Besse, miles, ac nobiles Henricus de Ruderichsen, Wernerus de Gudenborgh, Euerhardus dictus Wolph et Stephanus de Scardenbergh, milites predicti, profitemur omnia et singula sic acta esse, prout superius sunt narrata, sigilla nostra ad petitionem predictarum Ermegardis et Agnetis presentibus in testimonium premissorum duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo trecentesimo tertiodecimo, domica post Assumptionem beate Marie virginis gloriose.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 39, Siegel 1 und 2 ab, Siegel des Stephan von Schardenberg (beschädigt) und des Werner von Gudenberg (Bild: aufrechter Wolf) anhängend, das 5. Siegel ab, mit Transfix von demselben Tage; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc VII 5758 (Kopiar des Stifts Meschede), Bl. 50; Regest: Wolf, Meschede Nr. 39; REK IV Nr. 775.

[a]) Der Raum für die nicht ausgeführte Initiale ausgespart; [b]) Wort auf Rasur; [c]) auf der zweiten Silbe irrtümlich ein Kürzungsstrich; [d]) an dieser Stelle Pergament zusammengenäht.

1062

1313 August 19

Die Brüder Werner und Grope, Söhne des Ludolf gen. Grope von Gudenberg erklären, daß der im Hauptbrief erfolgte Verzicht mit ihrer Zustimmung geschehen sei.

Nos etiam Werherus et Grope, fratres, Ludolfi dicti Gropen de Gudenberg filii, profitemur ea, quibus presens scedula annexa est, de nostro consilio et bona voluntate[a] universa et singula processisse, prout iacent, apponentes sigillum Ludolfi supradicti, patris nostri, quo etiam ipse circa premissa usus est, ex certa eius scientia in testimonium super eo. Actum et datum anno et die premissis.

Transfix an der Urkunde von demselben Tage (Nr. 39), StAM, Stift Meschede, Urk. Nr. 40, Siegel ab; Regest: Wolf, Meschede Nr. 40.

[a]) In der Vorlage „volumptate".

1063

1313 August 19

Edelherr Bertold von Büren der Jüngere verbürgt sich zusammen mit seinen Mitbürgen mit 600 Mark beim Grafen von Arnsberg für seinen Verwandten, den Edelherrn Bertold von Büren, der für drei Wochen aus dessen Gefangenschaft entlassen wurde und nach Ablauf dieser Frist in die Haft zurückkehren muß. Andernfalls wollen sich die Bürgen in die Stadt Arnsberg zum Einlager begeben, bis die 600 Mark gezahlt sind.

Omnibus hoc scriptum visuris seu audituris nos Bertoldus nobilis vir dominus de Buren iunior cupimus fore notum lucide protestantes, quod una cum reliquis nostris confideiussoribus promisimus et promittimus pari manu et data fide in his scriptis pro nobili viro domino Bertoldo de Buren, nostro consanguineo, pro sexingentis marcis denariorum Susatiensium[a], pro quibus ipsum a vinculis excredidimus et excredimus per presentes a nobili viro comite de Arnsbergh usque ad tres hebdomadas proxime affuturas, hac tamen conditione interposita, scilicet si dictus dominus de Buren, noster consanguineus, ad vincula prefixo termino revertetur, extunc nos a promissione seu excreditione narratis quiti fore agnoscimus et soluti. Sin autem sepedicto termino elapso ad vincula relicta redire renuerit[b], extunc nos omni dilatione remota, postquam moniti fuerimus[c], opidum Arnsbergh pro pretaxatis sexingentis marcis solvendis intrabimus obstagium facientes et deinde nullatenus exituri, nisi dicto comiti de Arnsbergh pecunia fuerit integraliter persoluta seu de ipsius fuerit amicitia et favore. Ad maiorem enim evidentiam et huius facti firmitatem nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo decimo tertio, dominica proxima post Assumptionem sancte Marie virginis gloriose.

Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii Bd. IX, Bl. 57; Druck: Wigands Archiv 7, Nr. 92, S. 190; WUB IX Nr. 1151.

[a]) In der Vorlage „Susatiensibus"; [b]) in der Vorlage „nenuerit"; [c]) In der Vorlage „fuimus".

1064

1313 August 28

Der Knappe Johannes Schele und seine Frau Pernetta, die auf alle bisherigen Einkünfte aus dem Oberhof Büderich[1] verzichten, kaufen erneut von Abt und Konvent des Klosters Corvey für 150 Mark eine Rente aus dem Oberhof.

Ego Iohannes dictus Schele, famulus, Pernetta, conthoralis mea, et heredes nostri renuntiantes favorabiliter et bona voluntate omnibus necessitatibus et iuribus nobis ab antiquo usque ad tempora hec spectantibus in pensione curie et officii in Boderike protestamur et recognoscimus publice in hiis scriptis, quod nos pensionem predicte curie et officii in Boderike cum omnibus pertinentiis, iuribus et obventionibus suis nunc de novo pro centum et quinquaginta marcis denariorum Sosato legalium emimus erga venerabilem virum dominum Ropertum, abbatem, accedente pleno consensu prioris, prepositi, custodis, portarii, hospitalarii, infirmarii, magistri karitatum et totius conventus ecclesie Corbeiensis quiete et libere possidendam. Quibus videlicet abbati et conventui prenarrate ecclesie damus et concedimus specialem graciam reemendi cum centum et

quinquaginta marcis denariorum legalium dictorum, dummodo ad manus suas et ad usus suos proprios reemerint, quandocumque eis fuerit oportunum. In testimonium, evidentiam premissorum sigillum mei videlicet dicti Iohannis Schele memorati una cum sigillis scilicet nobilis viri Engelberti comitis de Marka et Thiderici de Snellenbergh, militis, est appensum. Nos igitur Engelbertus comes de Marka et Thidericus de Snellenbergh, miles, ex rogatu dicti Iohannis Schele, Pernette, conthoralis sue, et heredum suorum, presentibus hiis et loco testium advocatis scilicet Ravenone de Papenhem, milite, Rabodone de Wigere, dapifero in Waldenbergh, Gherhardo de Windecke, Henrico de Ewich et Gobelino de Dusentschure, famulis, cum aliis quam plurimis fide dignis, nostra sigilla hiis literis apponi fecimus in testimonium omnium premissorum. Datum et actum feria tertia post festum Bartholomei apostoli anno Domini M° CCC° XIII°.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 101, S. 180.

[1]) Trotz der Zeugen und Siegler aus dem Amt Waldenburg Büderich bei Werl, wo Corvey Besitz hatte.

1065

1313 August 31 Fröndenberg

Ritter Hermann von Dahlhausen[1] gibt dem Kloster Fröndenberg mit Zustimmung des Abts von Siegburg im Tausch seine zum Oberhof Dahlhausen gehörenden Hufen zu Ardey, Fröndenberg und Hemmerde und erhält dafür das Land, das unter dem Langhestucke *gelegener Acker genannt wird.*

In nomine Domini amen. Cum humane conditionis operatio per temporis mobilitatem transeat et mutetur, necessarium est et utile facta mortalium scriptis et voce testium roborari. Nos igitur Hermannus miles de Dalhusen notum facimus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos cum consensu venerabilis de Sybergh abbatis nec non uxoris nostre ac aliorum heredum nostrorum dedimus cum permutatione sive per modum concambii conventui in Vrondeberghe mansum in Ardeya, mansum in Vrondeberghe ac mansum in Hemerde cum omni iure, quod nos vel ad dictum abbatem in dictis mansis videbatur pertinere, iure hereditario possidendos, qui ad curtem nostram Dalhusen pertinebantur, recipiendo pro eisdem antedictis mansis ab abbatissa et a toto conventu in Vrondeberghe, quitquit adiacet inferius agro, qui vulgariter Langhestucke nuncupatur, ita quod ager permaneat integer[a] et cenobio in Vrondebergh attineat sicut ante ac cetera omnia ibidem agro predicto adiacentia in illa inferioritate, ut iam est dictum, ad nos iure hereditario devolvatur. Presentes fuerunt dominus Theodericus miles de Wickede, Theodericus, sacerdos de Mendene, Lutfridus, sacerdos de Hedemere, Gerhardus de Halighen, Theodericus de Redinchusen ac Petrus de Aslen ac alii quam plures fide digni. In evidens itaque testimonium premissorum, ut hec rata et inconvulsa serventur, presens scriptum predicto conventui dedimus sigillo nostro communitum. Actum et datum anno Domini M° CCC° XIII°, sexta feria ante Egidii in claustro Vrondeberghe.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 82, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage „integerus".
[1]) Westlich von Fröndenberg, links der Ruhr.

1066

1313 September 3

Vollmacht für Beauftragte des Johanniterordens zum Kollektieren.

Ausf., Perg., Stadt A Soest Urk. A Nr. 7213, vor allem im oberen Teil stark beschädigt und nicht lesbar.

1067

1313 September 5

Drei Johanniter quittieren dem Rat der Stadt Soest den Empfang einer ehemals von den Kreuzherren hinterlegten, für die Fahrt ins Heilige Land gesammelten Summe[1].

Nos fratres Petrus de Colofabe, Petrus [...] Gercius et Philippus Gregorii ordinis sancte domus hospitalis beati Iohannis Iheros(olomitane), procuratores a religioso viro fratre Leonardo de Tabris, dicti ordinis procuratore generali et summo magistro ordinis hospitalis predicti, constituti, deputati ad colligendum pecuniam de truncis et arcis pro passagio in subsidium terre sancte deposita[m uni]versis presencia visuris et audituris notum facimus, quod recepimus a p[ruden]tibus viris consulibus Susaciensibus Coloniensis dyocesis triginta septem marcas d[ena]riorum apud Susatum currencium, quas quondam cruciferi pro passagio generali in subsidium terre sancte in custodiam dictorum consulum posuerant atque manus, sub presencium testimonio literarum, quibus sigilla nostra sunt annexa. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XIII°, feria quarta ante festum Nativitatis beate virginis.

Ausf., Perg., Stadt A Soest Urk. A Nr. 7214; Siegel ab.

[1]) Vergl. die Breven des Papstes Clemens V. von 1308 August 11 und 1309 Juni 9 zur Rückgewinnung des Heiligen Landes.

1068

1313 September 11 Köln

Gerard von Virneburg, Archidiakon des Bistums Trier, Domkanoniker in Köln, Generalvikar in geistlichen und weltlichen Angelegenheiten des Dompropsts und Archidiakons Byndus in Köln, teilt dem Ritter Bertold gen. Torck mit, die Obödientiare der Kölner Dompropstei hätten den Oberhof zu Oer und dessen Verwaltung den Schwestern Christina und Frederun als Erben ihres † Bruders Peregrinus zugesprochen. Der Aussteller bestätigt als Vertreter des Dompropsts dieses Urteil und befiehlt den Hörigen des Oberhofs, dem Torck als dem Verwalter des Oberhofs und seinen Rechtsnachfolgern gehorsam zu sein.

Gerardus de Virnenburg Dei gratia archidyaconus in ecclesia Treuerensi, canonicus Coloniensis, vicarius generalis in spiritualibus et temporalibus venerabilis patris domini Byndi, domini nostri prepositi et archidyaconi ecclesie Coloniensis predicte, in prepositura predicta cum suis pertinentiis constitutus, strennuo viro domino Bertoldo dicto Torch, militi, plenitudinem omnis boni. Tenore presentium protestamur et publice profitemur, quod auditis honorabilibus viris obedientiariis prepositure nostre Coloniensis predicte et aliis fide dignis, qui iudicio intererant, ubi iudicatum et sententiatum fuit, quod honeste matrone domine Cristina et Frederunis, sorores quondam Peregrini, villici curtis in V̊re, tamquam proximiores heredes dicti Peregrini in curte et villicatione predictis cum suis pertinentiis succedere deberent, imposito silentio super impetitione curtis et villicatione predictarum aliis quibuscumque. Et visis litteris super hoc confectis sigillo capituli Coloniensis sigillatis, quarum tenor talis est:

folgt Urkunde von 1313 März 13

Invenimus rite iudicatum. Unde secundum obedientiariorum predictorum diffinicionem in premissis habitam, qui in talibus ad preposituram Coloniensem immediate spectantibus habent solummodo diffinire de consuetudine dicti capituli hactenus observata a tempore, cuius memoria non existit, curtem de V̊re et eius villicacionem cum suis pertinenciis cum suo onere et honore perpetuis temporibus tenendam et habendam pro vobis et heredibus vestris in omni forma, pactis et condicionibus literis capituli Coloniensis predicti insertis et superius prenotatis auctoritate et vice domini nostri Byndi, prepositi predicti, nobis in hac parte commissa tamquam suo vicario generali vobis concedimus per presentes, precipientes ex nunc in antea hyemannis, iuratis, littonibus et hominibus sive asscripticiis curtis predicte, ut vobis in vita vestra et post mortem vestram vestris heredibus veris et legitimis secundam legitimam carnis propagacionem a vobis et Frederune

predicta, uxore vestra, descendentibus nulli alii vel nullis aliis respondeant de iuribus, redditibus dicte curtis nec alicui alteri obediant et redditus dicte curtis assignent. In cuius rei testimonium presentem literam sigilli nostri appensione una cum sigillis venerabilium dominorum .. decani et capituli Coloniensis, Henrici, prepositi Bunnensis et archidyaconi in ecclesia Coloniensi, fratris nostri, et Werneri, sancte Marie Aquensis Leodinensis dyocesis et beati Marie ad Gradus in Colonia ecclesiarum prepositi, consobrini nostri dilecti, duximus roborandam. Et nos decanus et capitulum ecclesie Coloniensis predicte premissa omnia et singula vera esse recognoscentes sigilla nostra in signum consensus nostri ad peticionem domini Gerardi, prepositure nostre vicarii generalis predicti cum plenitudine potestatis a preposito nostro predicto constituti[a] presentibus duximus apponenda. Et nos Henricus, Bunnensis Coloniensis dyocesis, et Wernerus, beate Marie Aquensis et ad Gradus in Colonia ecclesiarum prepositi predicti ad preces dicti domini Gerardi, quia premissis omnibus et singulis interfuimus, sigilla nostra apposuimus huic scripto in testimonium veritatis. Datum et actum Colonie, feria tercia post Nativitatem beate Marie virginis anno Domini millesimo trecentesimo terciodecimo.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 3/878, Siegel des Gerard von Virneburg, des Domdechanten und des Domkapitels zu Köln, des Propstes Heinrich von Bonn und des Propstes Werner zu Mariengraden anhängend; Abschrift des 18. Jahrh., Vest. A Recklinghausen, Haupturkundenarchiv III Nr. 972 und VIII C 86, mit Insert von 1313 März 13.

[a]) In der Vorlage „constitutus".

1069

1313 Oktober 11 Priorat Grauseau

Papst Clemens V. gewährt dem (Grafen) Konrad von der Mark, für den sein Bruder Adolf, Bischof von Lüttich, eintritt, die Anwartschaft auf ein Kanonikat im Dom zu Köln, obwohl ihm der Papst bereits die Anwartschaft auf eine Präbende in St. Martin in Worms verliehen hat.

Wiedergabe nach dem Druck bei Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 395 (Reg. 60 Bl. 229v, Nr. 723); Regestum Clementis V Nr. 9782.

1070

1313 September 12

*Graf Heinrich von Waldeck einigt sich mit dem Erzbischof von Mainz über verschiedene Streitfragen. U.a. wird vereinbart, daß alle Befestigungen und Burgen des Grafen dem Erzbischof gegen alle Widersacher offen stehen sollen, außer es handelt sich um das Reich, den Grafen von der Mark (*de Marca*) oder den Edelherrn Eberhard von Breuberg (*Bru-*).*

Abschrift, StA Würzburg, Ingrossaturbuch 2 Bl. 25v; Druck: Würdtwein, Diplomata Magunt 2, Nr. 57; Regest: Vogt, Mainzer Regesten I, Nr. 1607

1071

1313 September 16

Der Ritter Bertold gen. Torck verkauft dem Zisterzienserinnenkloster in Hamm[1] sein Zinsgüter zu Wambeln[2] im Kirchspiel Rhynern.

Universis presentes literas visuris et audituris ego Bertoldus dictus Tork, miles, notum facio publice protestando, quod rite et legitime vendidi et me vendidisse in hiis scriptis recognosco religiosis dominabus .. abbatisse et conventui monasterii in Hammone Cisterciensis ordinis mea bona pensionalia Wanebollen in parrochia Rynheren sita cum universis suis attinentiis iure hereditario perpetuis temporibus possidenda. Pro

quorum bonorum venditione ego fateor certam pecunie summam michi fore traditam et solutam. Igitur, cum hec venditio de consensu et voluntate meorum coheredum procedere debeat, ne in posterum exinde dictis .. abbatisse et conventui dubium inconveniens oriatur, Bertoldus, filius meus primogenitus, et Frederunis, nunc uxor mea legitima, et Heydenricus ac Cůnegundis, liberi, ac ceteri coheredes nostri in huiusmodi bonorum meorum venditionem una mecum liberaliter consenserunt; de ipsis quoque bonis ipsis .. abbatisse et conventui warandiam legitimam faciemus. In cuius rei testimonium meum sigillum una cum sigillis virorum honorabilium Heydenrici, cantoris ecclesie Sosatiensis, fratris mei, Goswini de Rodenberg, militis, ac Stephani dicti Tork, fratris mei, qui etiam nomine meo pro huiusmodi warandia promiserunt, presentibus sunt appensa. Actum et datum die dominica post Exaltationem sancte crucis anno Domini M°CCC° tertio decimo. Testes huius rei sunt Albertus, vicarius ecclesie Sosatiensis, Ludolphus de Heringen, Syfridus de Piscina, Hildegerus de Tilia, Henricus et Gerhardus dicti Degen, fratres, Iohannes, monetarius, Iohannes Cuperio et alii quam plures fide digni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop Urk. Nr. 32, Siegel des Torck (WS 201,7), des Kantors von St. Patrokli (WS 135,9), des Goswin von Romberg (WS 152,2) und des Stephan gen. Torck (WS 216,15) anhängend (alle gut erhalten); Abschrift: Kloster Kentrop Urk. Nr. 495, Bl. 10.

[1]) Kloster Kentrop; [2]) südöstlich von Rhynern.

1072

1313 September 18

Das Zisterzienserinnenkloster Benninghausen nimmt den Ritter Everhard gen. Boleke in die Fraternität des Klosters auf, da er dem Kloster betreffs der Güter gen. Judikenhovele[1] *entgegengekommen ist.*

Universis Christi fidelibus, quibus presentes litere fuerint exhibite, nos .. abbatissa totusque conventus monasterii sanctimonialium in Benekinchusen ordinis Cystersiensis recognoscimus publice protestantes, quod, cum dominus Euerhardus dictus Boleke, miles, dictum monasterium in bonis dictis Iudikenhouele pie pertractavit favorabiliter et amice, nos huiusmodi respicientes affectum promisimus eidem et in hiis scriptis firmiter promittimus, quod, quandocumque dicta bona a manibus eorum, qui ea tenent et possident, venundari continget, nos ea volemus et debebimus emptionis titulo pro nostris denariis comparare ac eorundem bonorum proventus et redditus cedentes inter nostras personas in nostro refectorio equaliter seu convenienter distribuere seu partiri ad habendam ex eis annuam consolationem in crastino Nativitatis beate virginis Marie singulis annis in perpetuum nec in aliquos alios usus converti debebunt redditus, quicumque fuerint antedicti. Preterea dicti militis, .. uxoris sue ac utriusque parentis eiusdem felicis recordationis memoriam et exequias in iam dicto termino, tamquam si corpora eorum presentia fuerint, sollempniter perpetuis temporibus peragemus et devote, dantes ipsis et eorum cuilibet plenam fraternitatem et participationem omnium bonorum operum, que apud nos fiunt in vigiliis, ieiuniis, castigationibus, missarum sollempnitatibus, elemosinis et aliis piis operibus quibuscumque. Unde in omnium premissorum testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos .. abbatissa supradicta sigillum nostrum pro nobis et dicto conventu nostro apponi fecimus huic scripto. Datum crastino beati Lamberti anno Domini M°CCC^mo tredecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 123, Siegel der Äbtissin (WS 129,6) anhängend; Rückvermerk (15. Jahrh.): de Iůdenhovele.

[1]) Hof Jökenhövel in der Dorfbauerschaft im Kirchspiel Herzfeld, vergl. WUB VII Nr. 2393 und Nr. 2456.

1073

1313 Oktober 7 Düvelsmühle[1]

Vor Godfried von Rüdenberg verzichten die Brüder Philipp, Konrad und Henemann, die Söhne des Philipp, gegenüber dem Kloster zum Paradiese auf die erhobenen Ansprüche auf das Rotttland[2].

Nos Godfridus de Rudenberg tenore presentium volumus esse notum presentibus et futuris, quod Philippus et Conradus et Henemannus fratres, filii quondam Philippi in nostra presentia in Duuelesmule constituti de plano renuntiaverunt omni impetitioni, quam moverant seu movere intendebant monasterio de Paradyso de Rothlande, ita quod erunt in perpetuum absoluti a predictis fratribus et omnibus heredibus et coheredibus eorum in eternum. Ut autem predicta prorsus in perpetuum ratificarentur, predicte compositioni presentes erant dominus Hermannus, sacerdos, tunc procurator predicti monasterii, et nos Godfridus et Conradus predicti et Iohannes, frater conversus in Paradyso, Godfridus de Berge, Godfridus, filius Godfridi de Rudenberg, Alexander de Meninchusen, Renerus Wenke, Winandus Wale, Borchardus, Goscalcus, Wilhelmus de Borgelen, Hinricus Balke, Borchardus de Clotinge, Iohannes Stoltenberg, Iohannes Dithmari filius de Gezike, famulus domini Godfridi, et alii plures. Datum et actum in Duuelesmulen, dominica secunda post festum sancti Mychaelis anno Domini M° CCC° tertio decimo.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6107 (Kopiar des Klosters Paradies), S. 80.

[1]) Oder Buddemühle am Soestbach zwischen Borgeln und Hattrop (vergl. Soester Zeitschrift 6, 1887/88, S. 79-81); [2]) Land im Rott im nördlichen Teil von Schwefe?

1074

1313 Oktober 24

Gottfried Vernekenbroke schenkt sein steinernes Haus in Brilon in der Derkeren Straße und seine Äcker für ein Armenhopital.

In nomine Domini amen. Tenore presentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter, quod sub anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo tertio decimo, indictione decima, die vero Saturni, vigesima quarta mensis Octobris, hora nona vel quasi pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini Clementis, divina providentia pape quinti, anno eius septimo, in mei notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum presentia propter infrascripta personaliter constitutus providus et discretus vir Godefridus de Vernekenbroke senior, dioecesis Coloniensis, oppidi de Brilon, non vi inductus aut metu coactus vel aliqua sinistra, ut asserit, machinatione circumventus, sed bona deliberatione et maturo consilio prehabito in sui et suorum progenitorum et amicorum animarum salutem propter Deum dedit et donavit donatione perfecta inter vivos appellata aliisque omnibus melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus potuit et debuit, irrevocabiliter cessit et supportavit ore, manu et per effestucationem simpliciter, pure et perpetuo ac pro dote et in dotem, in honorem Dei omnipotentis et Christi fidelium pauperum peregrinorum hospitalitatem temporalisque indigentie relevamena, sue et suorum progenitorum et amicorum animarum refectionem assignavit sua mobilia et immobilia bona, agros, terras arabiles sive pecias iurnalium in locis infrascrptis situata, videlicet domum suam lapideam in oppido de Brilon in platea de Derkere strote communiter vulgarisata twischen Semmede Henricks schüren und Hude Krils Hansen huse, deinde unam peciam up dem Boslar, aliam peciam bower dem Hotzerwege, item tertiam peciam indecimales by dem Kampe, item mediam peciam by dem Willgerimbs Loe, item quindecim scepelinorum peciam up dem Kalbersterte penes agros Gersemans und Haardrats lendereyen, item duo iurnalia by der Schlammkuhlen a decimatione immunes, item septem scepelinorum in dem Streitfelde, item sex scepelinorum agrorum sive terrarum arabilium sub capella de Alden Brilon. Ac locis supra specificatis peciatim ac nominatim consistentes et consistentia et in toto ad summam decem iurnalium minus uno scepelino, in idiomate Brilon eyn halff scheppelsede nuncupato, mensure

eiusdem se, ut asseruit, extendentes et extendentia cum omnibus iuribus pertinentiarum, obventionibus et emolumentis illos coniunctim et divisim sumptos supra, intus et extra, circum, circa attinentibus. Acta sunt hec in parochiali ecclesia Brilon penes altare beate et intacte virginis gloriosissime Marie ante introitum chori eiusdem parochialis ecclesie situatum sub anno Domini, indictione, mense, die, hora vel quasi pontificatu prefatis. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Tilmanno Zeppenfeldt et Henningio Watermann, curionibus vicinis, Christiano Fülling, plebano de Brilon, procuratore et provisore prelibato, presbyteris, vicariis et altaristis ecclesie parochialis et capelle in Alden Brilon ad premissa vocatis et rogatis.

Beglaubigungvermerk des Notars Eusebius Euensby.

Abschrift des 18. Jahrh., Papier, Fälschung[1], Stadt A Brilon; Druck: SUB II Nr. 559;

[1]) Schon von Seibertz wurde die Echtheit in Zweifel gezogen. Motiv für die Fälschung war die Behauptung der Hospitalverwaltung in geistlicher Hand, dazu Bruns (INA Brilon, S. 16 f.), der die Einordnung der Urkunde als Fälschung (wahrscheinlich in der zweiten Hälfte des 17. Jahrh.) u.a. mit dem Hinweis auf die in anderen Quellen nicht genannten Personen begründet. Völlig widersprüchlich ist jedoch auch die Datierung: 1. der 24. Oktober war kein Sonnabend (Saturni), sondern ein Mittwoch, 2. im Jahre 1313 galt nicht die 10. Indiktion, 3. der Oktober 1313 fiel nicht in das 7. Jahr des Pontifikats des Papstes Clemens V., sondern in das 8.

1075

1313 Oktober 27

Die Äbtissin Gertrud und ihr Konvent zu Benninghausen verkaufen dem Abt Florin des Klosters Liesborn eine Rente von zwei Schillingen aus ihrem Hof Velthaus[1]. Für diese Rente haben sie die Memorie des Abts zu halten.

Nos Gertrudis abbatissa totusque .. conventus ecclesie in Benekinchusen universis Christi fidelibus presentem literam visuris seu audituris salutem in omnium Salvatore. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos unanimi consensu et voluntate honorabili viro domino Florino, abbati Leysbernensi, ex domo nostra, que dicitur Velthus, duorum solidorum redditus vendidimus rationabiliter pro duabus marcis denariorum legalium nobis ab ipso integraliter numeratis ac persolutis. Quorum quidem perceptionem ob divine remunerationis intuitum in usum nostrum proprium tradidit perpetualiter acceptandam, tali vero conditione apposita, ut quam diu predictum dominum abbatem vivere contigerit, quod nos ob sui gratiam et favorem specialem annuatim sequenti die Martini supradictis solidis fruamur nomine servitutis. Post obitum vero eius, cuius vitam Dominus feliciter prorogare dignetur, eadem utamur pecunia diem ipsius anniversarium ob hoc in Domino devotissime recolentes. In cuius rei testimonium nos G. abbatissa una cum sigillo discreti domini[a] Hartwici, prepositi loci supradicti, sigillum nostrum presentibus duximus apponenda. Datum in vigilia Symonis et Iude apostolorum anno Domini M°CCC^mo XIII^mo, presentibus discretis viris Hinrico de Vnna et Bernhardo, conversis in Benekinchusen, et quam pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 124, (entgegen der Ankündigung) Siegel des Abts Florin von Liesborn (nicht identisch mit WS 125,12) und der Äbtissin zu Benninghausen (WS 129,6) anhängend; Abschrift des 16. Jahrh. in Msc. VII 5724 (Kopiar des Klosters Benninghausen) Bl. 57v; Regest: WUB VIII Nr. 846.

[a]) Über der Zeile nachgetragen.

[1]) In der Pfarrei Hellinghausen, in der Soester Fehde verwüstet. Zum Streit zwischen dem Kloster und von Schorlemer s. Msc. VII 5734 (vergl. Schelhasse, Benninghausen S. 130).

1076

1313 Oktober 28

Engelbert Graf von der Mark verleiht den in der Stadt Werden bestehenden Gilden der Schuhmacher, Kerzenmacher und Gerber das Privileg, daß niemand ihr Gewerbe im Kaufen und Verkaufen ausüben darf,

der nicht Mitglied ihrer Gilden ist. Fremde dürfen nur an den Festen von Ostern, Pfingsten und Weihnachten sowie auf den Jahrmärkten verkaufen. Bei Mitgliederaufnahmen fällt ein Drittel der Aufnahmegebühren an den Grafen, zwei Drittel verbleibt den Gilden.

Nos Engelbertus comes de Marka notum esse volumus universis presentem paginam inspecturis publice protestando, quod nos unionibus, qui dicuntur gilden, in oppido Werdinensi commorantibus, ut videlicet sutoribus, ceriatoribus, corriatoribus, contulimus et damus libertatem infrascriptam: primo et principaliter contulimus et damus eisdem videlicet, quod nulli de numero sutorum, corriatorum, ceriatorum ibidem in iudicio nostro commorantium debeant seu debent exercere sua officia emendo vel vendendo, nisi sint de confraternitate unionum, tamen apposito titulo, quod sequitur, quod adveni seu alieni de officiis istorum existentium vendere possunt Pasche, Pentecostes, Nativitatis Domini festivitatibus et temporibus nundinarum. Si autem in aliis temporibus vendere seu portabunt sua venalia in humeris suis vel ad clamaclos dependent ea, quousque forum perdurabit. Preterea volumus, quandocumque aliquis recipitur apud uniones, quod ex toto tertia pars de ea susceptione ad nos recensetur, residuam vero binam partem servabunt uniones. Cum autem ita factum fuerit, quod servisia braxatur unionum, ex toto octo mensure nobis pro nostra decernentur. Et nos Engelbertus de Marka ad maiorem securitatem omnium premissorum firma permanendo presentem cartam duximus sigillo nostro communiri. Datum anno Domini M° CCC°XIII°, in die apostolorum Simonis et Iude.

Ausf., Perg., Stadt A Essen, A der Evang. Gemeinde Werden, Siegel ab.

1077

1313 Oktober 29

Heinrich von Westerholt verkauft dem Ritter Engelbert von Bottlenberg seine Lehngüter zu Serm[1] im Kirchspiel Mündelheim zusammen mit dem Eigentumsrecht und läßt die Güter auf.

Universis has presentes litteras inspecturis ego Henricus de Westerholtze notum facio, quod ego iusto vendicionis titulo vendidi hereditarie et vendo per presentes strennuo viro Eyngelberto de Bodellenberge, militi, bona feodalia et totum ius michi in dictis bonis competens dicta de Sermede et proprietatem eorundem in parrochia Mundelichem sita, que Arnoldus de Pomerio a me homagii iure tenebat, pro novem marcis Brabantinis denariorum, de quibus michi recognosco plene satisfactum. Quibus bonis ego Henricus predictus ante ecclesiam de Mundelicheym super stratam publicam effestucavi et renuntiavi et per presentes effestuco et renuncio pure, simpliciter et de plano et dicta bona eidem Engelberto hereditarie manu et calamo supraporto, adhibitis, que adhiberi in talibus consueverunt. In premissorum robur et testimonium sigilla probatorum virorum, quia sigillo proprio carui, Bernardi de Sickenbeke[2], militis, et Wetzeli de Strunckede et de Vehove, armigeri, ad preces meas presentibus sunt appensa, quod nos Bernardus miles et Wetzelus predicti verum esse recognoscimus et profitemur. Actum, renunciatum et effestucatum presentibus Lodewico, plebano in Mundelicheym, Godeschalco de Kalicheym, pastore in Vrimersheym, Heynekino et Wilkino de Kalicheym, Hermanno de Anghere, Ludolfo dicto Crampe et pluribus parochianis ibidem ac aliis quam pluribus fidedignis, et datum anno Domini M tricentesimo tercio decimo, feria secunda post festum beatorum apostolorum Symonis et Iude.

Ausf., Perg., A des Grafen von Spee zu Heltorf, Abt. P 8, Nr. 1; Wiedergabe nach dem Druck bei Strange, Beiträge zu Genealogie 11, S. 123.

[1]) Rechts des Rheins gegenüber von Krefeld-Uerdingen; [2]) Sienbeck, Rittergut bei Herten.

1078

1313 November 10

Bürgermeister und Rat der Stadt Brilon bestätigen die Stiftung des neuen Hospitals[1].

Abschrift des 18. Jahrh., Stadt A Brilon; Druck: INA Brilon, Nr.8a, S. 17, Fälschung[1].

[1]) Wenn die Urkunde über die Stiftung des neuen Hospitals von 1313 Okt. 24 gefälscht ist, kann die Bestätigung dieser Urkunde zwangsläufig nicht echt sein.

1079

1313 November 13

Adam gen. von Sodingen verkauft dem Propst zu Elsey, Gerwin, und seinem Konvent eine Hufe zu Renninghausen[1].

Universis presentes literas visuris et audituris ego Adam dictus de Sodinge ac Greta, uxor mea, Hildebrandus, Adolfus, ac Iohannes, filii mei legitimi, ac omnes heredes mei notum facimus firmiter protestantes, quod cum unanimi consilio et bona voluntate vendidimus domino Gerwino, preposito in Else, ac conventui ibidem mansum quendam sitam in villa Renninchusin et quicquid ad dictum mansum dinoscitur pertinere sive sit in nemore sive in campis sive sespitibus seu virgultis iure hereditario perpetue possidendos. Et predictus Adam cum omnibus suis veris heredibus iam dictis predictum mansum cum omnibus suis attinentiis iam dicto preposito et conventui coram sede libera dicta vrist[ol][a] et coram Heynemanno dicto Rogge, tunc temporis vrigreve existente, libere resignarunt. Presentes fuerunt nobilis domicellus Theodericus de Lymborch, dominus Hermannus dictus Vos, miles, dominus Godefridus Scluch, miles, dominus Hinricus de Dûnehoue, miles, Gerhardus de Witthene, Gerwinus de Althena, Bernhardus de Hockede, Gotfridus de Sutheym et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium ego Theodericus nobilis domicellus de Lymborch ad petitionem partis utriusque sigillum meum una cum sigillo dicti Adam duxi presentibus apponendum. Datum crastino beati Kuniberti episcopi anno Domini M°CCC° tredecimo.

Ausf., Perg., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A Rheda, Abt. Limburg Urk. Nr. 16, Siegel des Edelherrn von Limburg anhängend, das andere ab.

[a]) Loch im Pergament.

[1]) Südlich von Dortmund bei Wellinghofen.

1080

1313 November 19

Vor den Rat der Stadt Werl verkaufen Johannes von Bodrike, die Brüder Johannes und Otto sowie Wilhelm, der Sohn des † Ritters Wilhelm gen. von Nehem, dem Soester Bürger Richard von Heringen eine Rente von zwei Mark, und zwar eine Mark aus einem Haus des Johann von Bodrike im Bäckerviertel in Werl und je sechs Schillinge aus einer Schlafkammer beim Haus des Hunold gen. Schelip bzw. einer Schlafkammer beim Rathaus.

Universis presens scriptum visuris et audituris Theodericus de Hellinchoue et Hunoldus Schelip, magistri consulum, et totum consilium oppidi Werlensis notum facimus et protestamur, quod constituti coram nobis Iohannes de Bodrike, Iohannes et Otto fratres et Wilhelmus, filius Wilhelmi quondam militis dicti de Nehem, recognoverunt, quod certa pecunie summa eis persoluta legitime vendidissent discreto viro Richardo de Heringen, oppidano Susatiensi, et eius heredibus perpetuam duarum marcarum pensionem, quarum una ex domo dicti Iohannis de Bodrike in vico nostro pistorum sita et sex solidi ex cubiculo apud domum Hunoldi dicti Schelip et sex solidi ex cubiculo proximo apud domum nostram consulum sito essent annuatim persolvendi, ita quod dimidietas in festo Pasche et dimidietas in festo beati Michaelis annis singulis persolvatur et absque omni impedimento eis in oppido Susatiensi presentetur in pecunia Susati usuali. Recognoverunt

etiam, quod ex domo et cubiculis predictis nulla alia pensio persolveretur, sed illa esset prima et principalis. In horum igitur testimonium et firmitatem oppidi nostri sigillum una cum sigillo Wilhelmi predicti, qui sigillo suo proprio utitur, presentibus litteris apposuimus ad preces partium predictarum[a]. Datum feria secunda ante festum beate Cecilie virginis anno Domini M° CCC^mo XIII^mo, presentibus etiam Hermanno Bars, Arnoldo Knoppekin, Hermanno Scriptore, Emelrico Walin, Conrado dicto Notlic, Henrico dicto Steyne, Everhardo dicto Suinintholt, nostris concivibus, et pluribus aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Vikarien Urk. Nr. 9, Siegel der Stadt Werl (WS 71,6) und des Wilhelm von Nehem (Bild: Wappenschild mit Blättern bestreut und mit Balken belegt, Legende: S·WILHELMI MILITIS DE NEHEM*) anhängend.*

[a]) In der Vorlage „predictorum".

1081

1313 November 22

Graf Wilhelm von Arnsberg schenkt das Eigentumsrecht am Zehnten in Robringhausen[1] dem Kloster Oelinghausen. Den Zehnten, den Wessel von Erwitte vom Grafen zu Lehen getragen hatte, habe Hermann von Ense im Tausch gegen andere Güter in Esken[2] erworben und dem Kloster Oelinghausen verkauft und übertragen. Graf Wilhelm billigt diesen Tausch. Um aber die Lehnsbindung zu Wessel von Erwitte nicht aufzuheben, empfängt Graf Wilhelm das Eigentumsrecht an den Gütern zu Esken und gibt sie dem Wessel von Erwitte zu Lehen.

Wilhelmus Dei gratia comes in Arnesberg universis presentia visuris salutem et rei facte cognoscere veritatem. Caritatis ratio nos invitat, ut ea, que a nobis ecclesiis vel cenobiis pietatis causa conferuntur, fideliter curemus et ut inconvulsa permaneant, super hiis testimonium perhibere curavimus. Placet igitur nobis ad notitiam omnium pervenire, quod proprietatem decime site in Robertinchusen, quam Wescelus de Eruete a nobis tenebat in feodo, Hermannus de Ense per commutationem proprietatis quorundam aliorum bonorum in Eschen, que Henricus dictus Hanebic a patre dicti Hermanni possidebat, sibi conquisivit et libertavit et dictam decimam cum proprietate sic conquisita in manus religiosorum prepositi videlicet et conventus monasterii in Olinchusen iusto tytulo venditionis transtulit possidendam. Nos vero utilitati ac promotioni dicti monasterii ob spem divine remunerationis consulere cupientes, huiusmodi commutationem legitime factam de consensu et voluntate nobilis domine Beatricis, legitime uxoris nostre, Godefridi[a], .. Wilhelmi nec non aliorum heredum nostrorum ratificamus et confirmamus et proprietatem dicte decime in Robertinchusen cum omni iure, quod nobis in eadem competebat, prefate ecclesie in Olinchusen in nomine Domini contuli-mus et conferimus in hiis scriptis perpetuo et hereditario iure possidendam. Preterea, ne fides homagii inter nos et Wescelum dissolveretur, recepimus in restaurum et recompensam proprietatem sepedicti boni in Eschen ipsi Wescelo in feodo concedendo. Ne autem alicuius in posterum[b], quod absit, calumpnia hanc collationem nostram rite factam infirmare possit vel infringere, presentem literam super hiis confectam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum anno Domini M° CCC° XIII°, in die beate Cecilie virginis et martiris. Acta sunt hec presentibus domino Godefrido, fratre nostro, canonico et scolastico maioris ecclesie in Monasterio, Gerhardo, plebano in Ehinchusen, Reynero, scriptore nostro[c], Henrico de Binole dicto Papen, Brunsteno, hiis duobus in Hacnen castellanis existentibus, nec non quam pluribus aliis viris fidedignis, quibus hoc factum notum exstitit evidenter.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 197, Siegel des Grafen von Arnsberg (WS 41,2) anhängend; Abschrift des 14. Jahrh. im Kopiar des Klosters Oelinghausen: Altertumsverein Paderborn, Cod. 348, S. 238; Abschrift um 1800 in Altertumsverein Paderborn, Akten 110; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 205.

[a]) Auf Rasur; [b]) in der Vorlage „postrum"; [c]) auf Rasur.
[1]) Norwestlich von Mellrich; b) Hof Esken in Herringsen (südwestlich von Soest).

1082

1313 November 28

Äbtissin Dedela und das Kapitel des Stifts Geseke verkaufen dem Ludolf gen. von Ghesike und seiner Frau Helenburgis, Bürger zu Lippstadt, eine Kornrente, die nach dem Tode eines der Ehepartner zur Hälfte und nach beider Tode ganz an das Stift fällt. Dafür wollen sie die Memorie der Eheleuten begehen und machen sie teilhaftig ihrer guten Werke.

Omnibus presentem literam visuris vel etiam audituris nos Dedela Dei gratia abbatissa totumque capitulum secularis ecclesie beati Cyriaci in Ghes(eke) recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod nos matura habita deliberatione rite et rationabiliter vendidimus discreto viro Ludolfo dicto de Ghesike et Helenburgi, coniugibus, civibus Lippensibus, redditus octo moltorum annone, videlicet quatuor moltorum siliginis et totidem moltorum ordei Lippensis mensure. Quos quidem redditus eisdem coniugibus singulis annis, quo ad vixerint, infra duo festa puta beatorum Michaelis et Martini hyemalis in domum ipsorum sub nostris laboribus, eventibus et expensis presentabimus et solvemus sub hac conditione, quod post obitum alterius ipse dimidietatem dictorum reddituum obtinebimus, alteri eorum, qui superstes fuerit, aliam dimidietatem persolventes. Postquam autem ambo coniuges viam carnis universi ingressi fuerint, extunc a solutione totalium reddituum quite erimus et solute. Eorumque exequias, memoriam et anniversarium tamquam nostrorum fratrum et sororum sollempniter peragemus et devote. Propter quod damus ipsis plenam fraternitatem et participationem omnium bonorum operum, que aput nos fiunt in vigiliis, ieiuniis, missarum sollempnitatibus, elemosinis, castigationibus, orationibus et aliis piis operibus quibuscumque. Preterea promittimus firmiter dictis coniugibus, quod in die anniversarii eorum tribus presbiteris nostris, concanonicis, quicumque pro tempore fuerint, et rectori capelle sancti Godehardi nec non rectori ecclesie sancti Martini in Ghes. cuilibet horum XII denarios, nostro quoque dyacono IIII denarios et tantum subdyacono nostro, item duobus dicte ecclesie nostre custodibus coniunctim quatuor denarios singulis annis in perpetuum procurabimus presentialiter erogari. Unde in omnium premissorum testimonium ac maiorem certitudinem nos abbatissa et capitulum supradicte sigilla nostra apponi fecimus huic scripto, superscriptionem, que est mensure, approbando. Datum feria quarta post festum beate Katherine virginis anno Domini M° CCC° XIII°.

Abschrift des 15. Jahrh., StAM, Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke, nach 1396) Bl. 54v.

1083

1313 Dezember 12

Der Knappe Dietrich von Eppenhausen[1] gesteht dem Junggrafen Wilhelm von Arnsberg und seinen Erben zu, die Rente von drei Mark, mit der er belehnt wurde, mit 30 Mark zurückzukaufen.

Universis presentis scripti inspectoribus ego Theodericus de Eppenhusen, famulus, notum esse cupio tenore presencium publice protestans, quod trium marcarum redditus, quibus a nobili viro domicello Wilhelmo comite de Arnsberg sum infeodatus, ipse comes prefatus seu sui heredes redimere poterint pro triginta marcis Susatiensis pagamenti, si eis placuerit. Etunc vero, videlicet si dictos redditus a me seu meis heredibus redemerit seu redemerint, trium marcarum redditus ego ac mei heredes legitimi ipsi domicello Wilhelmo predicto ac suis heredibus veris de bonis meis quibuscumque assignabo seu assignabimus. Quos inquam redditus ipse domicellus Wilhelmus seu sui heredes mihi ac meis heredibus porriget seu porrigent iure homagii perpetuo possidendos. In cuius rei robur et testimonium presens scriptum, quia proprio sigillo ego ac mei heredes caremus, petivi sigillo avunculi mei domini Constantini, decani in Hagen, confirmari. Presentes erant dominus Godefridus, capellanus comitis de Arnsberg, Iohannes de Molendino, Hermannus de Betercamp, Reynerus, notarius, et alii quam plures viri fidedigni. Datum anno Domini M CCC^mo XIII, pridie idus Decembris. Suprascriptionem eciam superius factam approbo.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI a (Kopiar des Grafen von Arnsberg) Bl. 14, desgl. Msc. VI b, Bl. 24v.

[1]) Östlich von Hagen.

1084

1313 Dezember 16

Edelherr Dietrich von Volmerstein schenkt dem Kloster Benninghausen das Eigentumsrecht an Gütern zu Eickelborn, die Bertold von Holthusen dem Kloster überlassen hat. Die Äbtissin weist ihm als Gegenleistung 12 Mark an.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Theodericus nobilis dominus de Volmuthst(ene) ad noticiam veritatis in perpetuum recognoscimus et protestamur, quod, cum proprietas bonorum in Eyckenberne, que Bertoldus de Holthůsen quondam cum suis sororibus cenobio sanctimonialium de Benekinchůsin in honorem Ihesu Christi offerebat, dominio nostro de Volmuthst(ene) attineat et attinuerit ab antiquo, nos ob honorem Ihesu Christi matrisque sue virginis gloriose proprietatem de eisdem bonis liberaliter donavimus et in hiis donamus eidem cenobio perpetuo possidendam, accedente ad hoc domine Godestine, uxoris nostre, Theoderici, Bekin et Elise, liberorum, ceterorumque heredum nostrorum plena voluntate et consensu, volentes eidem cenobio de prefatis bonis et proprietate per nos donata plenam et debitam prestare warandiam. Renunciavimusque sicut in hiis scriptis renunciamus plane et expresse omni iuri, quod nobis et nostris heredibus iam natis vel per Dei gratiam deinceps nascituris in dictis bonis conpetebat vel conpetere[a] posset in tempus quodlibet affuturum, sperantes ob huiusmodi donacionem mercedem a Domino consequi sempiternam particpesque fieri omnium pietatis operum, que in dicto cenobio fieri dignabitur clemencia Salvatoris. Ne tamen de prefatis bonis penitus frustremur[b] spe solacii temporalis, .. abbatissa et conventus cenobii predicti nobis sponte duodecim marcas denariorum usualium obtulerunt. Quas nos cum graciarum actione suscipientes, redonavimus eis presentes litteras nostri sigilli munimine roboratas in testimonium et firmitatem perpetuam premissorum. Datum die dominica ante festum beati Thome apostoli anno Domini M° CCC^mo XIII^mo, presentibus Goswino de Sůsato, Goswino de Rodinberg, Bertoldo de Holthusin, Arnoldo Schottin, Theoderico, aurifabro, Petro, apothecario, Iohanne Slumpart, Herbordo Sůuerlikin, Heyneckone et pluribus aliis fide dignis et honestis, quos omnes in testimonium admisi nomine vasallorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 125, Siegel des Ausstellers (gut erhalten, WS 31,2) anhängend; Abschrift des 16. Jahrh., Kloster Benninghausen, Akten Nr. 313 (Kopiar des Klosters Benninghausen, ehemals Msc. VII 5724), Bl. 45v; Druck: UB Volmerstein Nr. 290.

[a]) Die letzte Silbe aus „ba" korrigiert, [b]) das zweite „r" steht über zwei durch Überschreiben wegkorrigierten Buchstaben.
[1]) Vergl. Urkunde von 1309 Juli 7.

1085

1313 Dezember 20

Der Kölner Domherr Konrad von Berg (de Monte)*, ehemals Elekt und Konfirmat zu Münster, entbindet die Mitglieder des Domkapitels in Münster von allen ihm gegenüber eingegangenen Verpflichtungen. Es siegeln die Grafen Adolf von Berg und Engelbert von der Mark. Datum 1313 Dez. 20* (in vigilia beati Thome apostoli)*.*

Abschrift des 14. Jahrh. in StAM, Msc. I 1 (goßes Kopiar des Domkapitels Münster) S. 449, Nr. 50; Druck: WUB VIII Nr. 766.

1086

[1313 Dezember 20]

Die unter diesem Datum überlieferte Urkunde (WUB VIII Nr. 854 nach dem Druck bei Niesert, Beiträge II Nr. 91, S. 270) - Bischof Ludwig von Münster schließt mit dem Grafen Adolf von der Mark und anderen Grafen und Herren ein Bündnis gegen von Korff und zur Niederlegung von Harkotten - gehört, wie die vorhandene Ausfertigung (Fürstbistum Münster, Urk. Nr. 547) belegt, zum Datum 1342 Dezember 19 (Lesefehler Nieserts, vergl. WUB IX Nr. 1176). Auffallen hätte müssen, daß Graf Adolf von der Mark in der Urkunde und nicht sein Vater Engelbert erscheint.

1087

1313 Dezember24/25

Adolf (Graf von der Mark) hält als Bischof von Lüttich am Weihnachtsabend Einzug in die Stadt Lüttich und feiert am Weihnachtstag die erste Messe. Unter den Gästen befindet sich u.a. der Graf (Engelbert) von der Mark.

Adulphus episcopus Leodiensis in vigilia Nativitatis Domini Leodium ingreditur et cum magno honore suscipitur. Ibi tunc in ipsa die Nativitatis Domini primam missam celebrat et magnam curiam tenuit, comite Hanonie et comitibus de Marka et de Monte et domino de Valkenborch et aliis multis nobilibus presentibus.

Wiedergabe nach Zschaeck, Levold, S. 66.

1088

1314

Reaktion des Königs Ludwig auf die Parteinahme des Kölner Erzbischofs für den Gegenkönig Friedrich von Oesterreich.

Nachdem der Ertzbischoff zu Cölln Henricus Fridericum Hertzogen zu Ostereich zu einem Römischen König neben etlichen andern Churfürsten erwehlet und zu Bonn gekrönet, hat solches dem andern im zweispalt erwehleten König Ludouico Bauaro zum höchsten verdrossen, deswegen fast alle umbligende Graffen und Hern an sich gezogen und dieselbigen gegen den Ertzbischoffen zu Cölln und dessen land und Leut angereitzt. Und unter andern hat König Ludwig im Jahr 1314 Wilhelm Graffen zu Arnsperg nach absterben seines Vatters Ludouici von neuen belehnet und denselben sampt andern Westphälischen Graffen und Hern, und sonderlich Engelberten Graffen von der Marck und Simon Edlen Hern zu der Lippe bewegt, das sie dem Ertzstifft Cölln und Hertzogthumb Westphalen viel schadens zugefügt, darumb sich der Ertzbischoff ein zeitlang in der Statt Soest in Westphalen erhalten und die gegenwehr an die handt genommen. Und hat in dieser unruhiger zeit der Ertzbischoff zu seiner und seiner unterthanen versicherung am Rhein Rolansecke, Lins und Vurdingen befestiget und das Schloß und die Graffschafft Hulckeradt erkaufft und Lechenig erbauet, auch folgenden Jahrs Ruprechten von Virneburg zum Marschalck in Westphalen gemachet und mit Graff Wilhelm von Arnsberg und Ludwigen Bischoffen zu Münster und andern sich vertragen und verbunden, und also Graff Engelberten von der Marck des Ertzstiffts Cölln und des Stiffts Münster feindt und andern feinden viel wiederstandt gethan.

Stangefol, Annales Circuli Westphalici, S. 407.

1089

1314[1]

Papst Johannes XXII. bannt Kaiser Ludwig und verbietet den Mönchen in Deutschland zu singen. Wie an vielen Orten richtet sich auch in Dortmund der Zorn der Bürger gegen die Geistlichen, die diesen Befehl befolgen und die zudem der Unkeuschheut geziehen werden. Bei einer Prozesion werden viele Geistliche erschlagen.

Eodem anno excommunicavit papa Johannes XXII. Ludowicum caesarem et monachis aliis papir inhibuit canere in Germania ad multos annos magna discordia et perturbatione sacerdotes multi papae morigerantes civitatibus expellebantur. Inde proverbium: „Sie sollen vorbaß singen oder aus der stadt springen". Solches ward auch zu Dortmund practicirt. Dazu dann kam auch die unkeuschheit, so sie wohl hie als andteren ortten an frauen und jungfrauen uebten. Dann als einmahl die bürger in procession gingen mit den pfaffen in ihrer gewehr, wie breuchlich, umb die stadt, sein sie fur der stadt pfortten zugescharen, ihrer viel erlagt, excepto hostiam gerenti, qui accusavit cives coram papam. Unde quidam volunt decimae non translationem collegii S. Pantaleonis, seq a papa pro poena a Tremoniensibus exactam. Et post illud tempus ordinati pastor et capellani in aede S. Reinoldi.

Schrift des 17. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 574 (Chronikon Tremoniense des Johannes Nederhoff), Bl. 140.

[1]) Die hier geschilderten Ereignisse müssen später angesetzt werden. Der Chronist reiht sie in das Jahr 1314 ein, in dem Ludwig der Bayer in einer Doppelwahl gewählt wurde. Kaiser wurde er im Jahre 1328. Der Höhepunkt der Auseinandersetzungen zwischen Ludwig dem Bayern und dem Papst fielen in die Jahre 1323/1328.

1090

1314

Die in Dortmund wirkenden Kanoniker weichen vor dem Druck der Bürger nach Köln aus[1].

Cum vero hoc modo non satis tuto canonicorum reliquiae Tremoniae agere possent, Coloniam sese contulerunt. Sic igitur expurgata hac canonicorum faece civitas Tremoniensis templum S. Reinoldi parrochialem fecerunt, ibi denique pastorem et vicarios aliquot, qui animarum curam gererent et divinum officium peragerent, instituerunt.

Schrift des 17. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 574 (Dortmunder Chronik des Johannes Nederhoff), Bl. 572.

[1]) An der Zuverlässigkeit der mitgeteilten Fakten sind Zweifel angebracht.

1091

1314

Der Knappe Wasmodus von Boke verzichtet in die Hände von Priorin und Konvent von St. Katharinen Dortmund auf die dort seiner Tochter Constanze übertragene Präbende.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, Wasmodus de Bŏke, famulus, volumus esse notum protestantes, quod nos Dei intuitu et favore speciali consensu Constancie, nate nostre, supraportamus et resignamus per presentes prebendam ipsi nate nostre in cenobio sancte Katerine Tremoniensis collatam ad manus religiosarum priorisse et conventus ibidem libere et solute, effestucantes in hiis omnes impetitiones, quas in eadem tenere poteramus et habere. In cuius rei robur sigillum strennui viri domini Gherewyni de Rynkenrode petivimus hiis apponi. Et nos Gherewinus predictus ad petitionem Wasmodi et nate sue predictorum et, cum nobis omnia premissa de facto constiterint, sigilllum nostrum apposuimus in testimonium premissorum. Datum anno Domini M° C°C°C° quartodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Katharinen Dortmund Urk. Nr. 48, Siegel des Ausstellers (beschädigt) abhängend.

1092

1314

Vor den Bürgermeistern zu Werl verkaufen ihre Mitbürger, die Brüder Bertold und Johannes gen. Crummere, dem Kloster Himmelpforten eine Rente von vier Schillingen aus ihren beiden Häusern in Werl, wobei diese bereits mit einer Rente von zwei Schillingen zugunsten des Heinrich gen. Prosekese belastet sind.

Universis presentes litteras visuris seu percepturis nos Iohannes dictus Scolere et Theodericus de Holdinchoue, magistri burgensium in Werle, notum facimus publice protestando, quod Bertoldus dictus Crummere, Iohannnes, eius frater, cives in Werle, cum consensu et plena voluntate uxorum suarum Berte et Gertrudis ac puerorum eorum utriusque sexus, scilicet Bertoldi, Iohannis, Bertoldi, Henrici, Hermanni, Godefridi, Margarete, Dedradis, Dedradis et omnium verorum heredum et coheredum suorum vendiderunt rite et rationabiliter domine .. abbatisse et conventui sanctimonialium ecclesie ad Portam Celi pro quadam pecunie summa quatuor solidos legalium denariorum de duabus domibus suis ibidem sitis, de quibus habet Henricus dictus Prosekese, civis eiusdem oppidi, duos solidos annuatim, qui dabuntur ei, videlicet unus solidus in quolibet festo Pasche et alter solidus in quolibet festo beati Mychaelis iure hereditario perpetuis temporibus possidendi una cum suis heredibus veris universis, tali conditione interposita, ut dicti fratres Bertoldus et Iohannes ac eorum heredes singulis annis, postquam dicti duo solidi[a] dicto Henrico prius ac suis heredibus dictis soluti fuerint in quolibet festo Mychaelis, dictos quatuor solidos prefatis monialibus persolvere teneantur prompte et expedite. Si autem dicte domus aliqua adversitate ingruente fuerint devastate, dicti Bertoldus et Iohannes ac eorum heredes ad eosdem quatuor solidos se firmiter obligarunt. Presentes aderant Gerwinus de Thv^{e}nen, Wilhelmus Wole, Hermannus Boricholte, Wilhelmus Vlecke, Hermannus, villicus de Stene, et alii quam plures fide digni. Ut autem huiusmodi factum firmum maneat et inconvulsum, providorum virorum, burgensium in Werle, sigillum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° quartodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 85, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend, Rückvermerk (18. Jahrh.): wo sein die hausstetden nicht mehro zu finden.

[a]) Wort doppelt geschrieben.

1093

1314

Vor Bürgermeistern und Ratsherren zu Werl verkauft Gerhard gen. Detthe für elf Mark seinen Hausplatz in Werl an Äbtissin und Konvent des Klosters Himmelpforten.

Universis presentia visuris seu percepturis nos Iohannes dictus Scolere, Theodericus de Holdinchoue, magistri burgensium, et universi consules in Werle notum facimus publice protestando, quod Gerhardus dictus Detthe cum consensu et plena voluntate uxoris sue Sophie, filiarum suarum Alheidis et Didradis omniumque heredum suorum vendidit rite et rationabiliter aream suam integram in Werle sitam cum omnibus attinentiis suis domine abbatisse et conventui sanctimonialium ecclesie in Porta Celi pro XI marcis legalis monete, renuntiantes plane et expresse omni iuri, quod in dicta area habere dinoscebantur, ita plane, quod dicte moniales aream suam eandem, quibuscumque voluerint, poterunt locare pro earum voluntate. Presentes huic facto aderant Hinricus Vole et frater eius Wilhelmus, Hinricus dictus de Bersteraten, Gerwinus de Tv̊nen, Hermannus dictus Borcholt, Wilhelmus dictus Wale, Arnoldus dictus Kepeke, Euerhardus dictus Suinintholt et frater suus dictus Cruze, Iohannes dictus Snudel, Hermannus dictus Vrondelere et alii quam plures

fide digni. Ut autem huius factum firmum permaneat et inconvulsum, ad instantiam partium utrobique presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas ob maiorem[a] evidentiam. Datum et actum anno Domini M° CCC° quarto decimo, dominica[b].

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 84, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Rückvermerk (18. Jahrh.): wegen einer Kotte, aber wo ist zu finden 1713.

[a]) Über der Zeile nachgetragen „io"; [b]) Datum nicht weiter ausgeführt.

1094

1314

Feinde der Stadt (Dortmund) werfen um Mitternacht mit Feuer gefüllte Töpfe durch ein Fenster der Ostenpforte. Diese fallen auf ein dort hängendes Glöcklein, deren Schall wiederum die dort nistenden Tauben aufscheucht. Aufgrund des entstandenen Lärms fliehen die Feinde, da sie annehmen, ihr Vorhaben sei entdeckt.

Contigit, quod civitas cum quibusdam, quos Bertramus ab Hagen[1] vasallos diversos appellat, inimicitias foveret. Quare nocte quadam cimmeriis tenebris demiore hostes ollas terreas ignibus plenas per fenestram forte fortuito in portam orientalem super campanulam coniecerunt, ita ut sonitum redderet. Quo territae columbae in eadem porta nidificantes simul earum volatu strepitum magnum fecerunt. Ita hostes perterriti proditos se esse putantes, quantocius infecto opere aufugerunt.

Chronikalische Notiz des 17. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin Ms. boruss. fol. 573, Bl. 45v bzw. deutscher Text (Chronik des Detmar Mulher, vergl. Anton Fahne, Die Grafschaft und freie Reichsstadt Dortmund, 1854, S. 39).

[1]) Bertram ab Hagen, Dortmundsche Chronik.

1095

1314

Nach der Vertreibung der Kanoniker richten die Bürger zu Dortmund die Kirche von St. Reinoldi als Pfarrkirche ein.

Sic igitur expurgata hac canonicorum faece civitas Tremoniensis templum S. Reinoldi parrochialem fecerunt. Ibi denique pastorem et vicarios aliquot, qui animarum curam gererent et divinum officium agerent, instituerunt.

Chronikalische Aufzeichnung, Staatsbibliothek Berlin Ms. boruss. fol. 572, Bl. 10v.

1096

1314 (1534)

Güterverzeichnis des Haupthofes Drasenbeck[1].

Iura et pertinentie curtis in Drasemecke in parrochia Remelinchusen anno Domini millesimo trecentesimo decimo quarto dicte curti consignate, quorum Iudocus modernus schultetus est et fuit in possessione anno Domini millesimo quingentesimo trecesimo quarto.

Chrirograph, Perg., teils lat., teils deutsch, StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 41; Druck: SUB II Nr. 565; Wolf, Meschede Nr. 41.

[1]) Haupthof des Stifts Meschede im Kirchspiel Remblinghausen, südlich von Meschede.

1097

1314/1315

Erzbischof Heinrich von Köln einigt sich zur Beendigung der Prozesse und kriegerischen Auseinandersetzungen mit dem Grafen Engelbert von der Mark auf die Teilung der Essener Vogtei. Bei einem grundsätzlichem Anspruch auf die gesamte Vogtei will der Erzbischof den Grafen mit der Hälfte der Vogtei belehnen. Gemeinsam wollen sie die Personen und Güter des Stifts Essen schützen, Ansprüche Dritter abwehren, wenn sie von der Äbtissin und dem Kapitel darum ersucht werden. Alle Einmischung Dritter in die Vogtei und auch die Vorstöße von Äbtissin und Konvent wollen sie gemeinsam zurückweisen.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis presentia visuris et audituris in perpetuum salutem et pacem in Domino sempiternam. Divina disponente clementia regimini beati Petri Coloniensis presidentes id precipue in votis gerimus, qualiter causis, per quas eadem ecclesia hactenus turbationum et guerrarum sustinuit incursus, exstirpatis ea, que pacis sunt et ad ecclesie profectum dinoscuntur cedere, inducamus. Ea propter provide attendentes, quantum ecclesia nostra et predecessores nostri lesi sunt et expensas inmoderatas hactenus sustinuerunt ex guerris diversis, quas precipue pro advocatia Assindensi aliisque bonis et iuribus ecclesie nostre Coloniensis cum nobili viro Engelberto comite de Marka et eius progenitoribus habuerunt, ut de cetero ipsa ecclesia nostra cum eodem comite et heredibus suis de premissa advocatia et aliis in pacem perpetuam reponantur, presertim quia idem comes id idem desiderabiliter affectans se et suos heredes ad pacem nobiscum et successoribus nostris habendam pure optulit puro corde, cum eodem comite de omnibus inpetitionibus, que ex quibuscumque causis usque in hodiernam diem inter ecclesiam Coloniensem et ipsum dependebant, concordavimus in hunc modum: in primis videlicet de advocatia Assindensi, quod, ut ecclesie nostre iura et bona in eadem valeamus adiutorio comitis de Marka, qui pro tempore fuerit, prestantius conservare, medietatem dicte advocatie, que quidem advocatia totaliter ad nos et ecclesiam nostram pleno iure pertinet, heredibus dicti comitis seu comiti de Marka post ipsum pro tempore existenti, in feodo concedimus habendam per ipsum comitem, residua medietate nobis et ecclesie Coloniensi reservata, sic quod iura et redditus advocatie eiusdem debitos et consuetos simul regamus et percipiamus nec nos aut successores nostri comitem de Marka, qui pro tempore fuerit, a sua medietate excludemus vel ipse nos vel successorem nostrum excludet etiam ob quamcumque causam vel guerram, si qua, quod absit, inter ecclesiam Coloniensem et comitem de Marka in posterum oriretur nec alter nostrum contra alterum seu nostros utrobique successores per opidum, fideles ac homines advocatie eiusdem se iuvabit, iura etiam et bona ecclesie Asindensis, prout onus et debitum ipsius advocatie requisierit, pariter defendemus, dum hoc faciendum incubuerit et ex parte abbatisse et conventus Assindensis fuerimus requisiti. Nolumus etiam, quod aliquis ratione guerre vel debitorum nostrorum quorumcumque vel etiam dicti comitis prefatam Asssindensem ecclesiam invadat per inpignerationes, captivitates vel molestet incendiis vel rapinis. Nec nos et successores nostri aut comes de Marka pro tempore existens bona et iura, homines et possessiones seu quicquam ad hec pertinentia ratione advocatie predicte debemus vel poterimus aliis pro feodis, debitis, expensis vel de predictis vel pro aliis factis quibuscumque nunc existentibus et in futurum supervenientibus obligare, inpignorare, concedere vel donare vel cuicumque de ipsius ecclesie Assindensis iuribus inmutare et si a quoquam vel a quibuscumque etiam cum clausula non obstante de premissis a nobis vel successoribus nostris et heredibus comitis de Marka in contrarium optineretur vel fieret illud seu illa, volumus omnino viribus carere nec abbatissam et conventum Assindensem et eorum subditos sub quovis colore quesito vel querendo quavis arte ad talia obligare, sed quod eadem ecclesia in suis honoribus, libertatibus, privilegiis et gratiis debitis per ecclesiam Coloniensem et ipsum comitem nostrosque hinc inde officiatos et fideles fideliter conservetur. Adolphus etiam primogenitus dicti Engelberti comitis de Marka aut aliquis suorum heredum, cuiuscumque status vel dignitatis exstiterint, se nunquam in antea pretextu electionis de se adhuc faciende vel donationis cuiuscumque superioris vel inferioris de eadem advocatia in parte vel in toto intromittet ultra ea,

que sunt superius enarrata. Immo si quispiam alterum in preiudicium nostrum et ecclesie Coloniensis contra divisionem predictam quocumque titulo donationis, electionis vel concessionis cuiuscumque de eadem advocatia vel eius se intromitteret vel aliqui se intromitterent de eadem, hoc comes de Marka pro tempore existens una cum Coloniensi ecclesia, quam primo super hoc requisitus fuerit, potenter et patenter defendet. Et idem faciet contra abbatissam et conventum predictos, donec pareant nobis et ecclesie Coloniensi et ipsi comiti de advocatia memorata. Nec cum ultra ipsis resistetur, quam eorum resistentia duraverit, in hac parte simili modo nos, successores nostri et ecclesia Coloniensis comiti de Marka pro tempore existenti in omnibus et singulis articulis predictis hec et eadem servabimus et faciemus viceversa, ne per nos aut successores nostros a dicta advocatie medietate quovis titulo excludatur ab antedictis observari.

Entwurf, Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 2/919, unbesiegelt; Regest: REK IV Nr. 902.

1098

[1314-1315][1]

Klagepunkte des Kölner Erzbischofs Heinrich gegen den Grafen Engelbert von der Mark: 1. Der Graf hat seit mehreren Jahren von Kaufleuten, die auf- und abwärts den Rhein befahren, widerrechtlich bei Schokeschair[2] bzw. am Elpe genannten Ufer[3] Zoll erhoben und sie ihrer Waren beraubt, obwohl diese Orte in seinem Herzogtum zwischen Rheinberg und Neuß gelegen sind und das Geleitrecht dort dem Erzbischof zusteht. 2. Der Graf hat trotz des vereinbarten Friedens die bescheidene Befestigung der Stadt Menden niedergelegt und in der Stadt für drei Tage ein so großes Truppenkontingent einquartiert, daß die Einwohner ihrer Vorräte beraubt wurden und dadurch verarmt sind. 3. Der Graf verweigert die Wiedereinlösung des von Erzbischof Sifrid an ihn verpfändeten Gerichts Bochum. Die Verpfändung ist ungültig, da sie ohne Zustimmung des Domkapitels erfolgte. 4. Der Graf hat den Hunold von Crawinkel für die Pfarrkirche in Bochum präsentiert, ohne zu berücksichtigen, daß das Vorschlagsrecht für die Besetzung der Pfarrei zwischen ihm und dem Erzbischof abwechselt und daß dieser turnusgemäß Heinrich von Bentheim präsentiert hat. 5. Der Graf hat die Vogtei über das Stift Essen, die von Kaisern und Römischen Königen dem Erzbischof und der Kölner Kirche geschenkt wurde, gewalttätig an sich gezogen und genießt widerrechtlich die Einkünfte. Der Erzbischof fordert die Rückgabe der Vogtei und der daraus bezogenen Einkünfte in Höhe von über 6000 Mark. 6. Der Graf hält das Gelände, auf dem ehemals das Schloß Holte stand, und die dabei liegenden Wiesen in einer Größe von 40 Morgen besetzt und bezieht daraus die Einkünfte. Er übergeht dabei den Schiedsspruch des (Walram) von Falkeburg und (Johann) von Kuyk in der Auseinandersetzung zwischen dem ehemaligen Erzbischof Wikbold und dem verstorbenen Grafen Everhard von der Mark, nach dem der Erzbischof das Schloß aus den Einkünften, die er dort vor der Zerstörung der Burg bezogen hatte, wieder aufbauen durfte. Der Erzbischof fordert, daß der Graf das Gelände, das er durch das Ziehen von Gräben unbrauchbar gemacht hat, in den früheren Zustand zurückversetzt und die entzogenen Güter zurückerstattet. Er dürfe sich nicht in die Angelegenheiten der Burgmänner, die die Kölner Kirche dort hatte, einmischen und müsse, die Gerichtsbarkeit, die er dort zum Nachteil der Kölner Kirche eingerichtet hat, aufheben und die von ihm bestellten Schöffen abberufen. 7. Den Oberhof in Brackel, der dem Erzbischof aufgrund einer kaiserlichen Schenkung gehört, hat sich der verstorbene Graf Everhard unter stillschweigender Umgehung der Rechte des Erzbischofs vom ehemaligen König Albrecht zusammen mit den nachbenannten Oberhöfen verpfänden lassen, so daß Erzbischof Sifrid aus dem Besitz gedrängt wurde. Der Erzbischof fordert die Rückgabe des Hofes und die Erstattung der Einkünfte, die der Graf für die Dauer von etwa 33 Jahren in Höhe von jährlich 100 Mark bezogen hat. In gleicher Weise fordert der Erzbischof die Rückgabe der Reichshöfe Westhofen und Elmenhorst, die der Graf zusammen mit den Einkünften daraus in Besitz hält, obwohl sie dem Erzbischof vom Reich zum Pfand gesetzt wurden. Der verstorbene Graf Everhard hat sie sich unter Verschweigung dieses Sachverhalts erneut zum Nachteil der Kölner Kirche verpfänden lassen, ohne die frühere Pfandsumme zu begleichen. 8. Graf En-

gelbert von der Mark, der Großvater des jetzigen Grafen, hat die Städte Unna, Kamen und Iserlohn einst ohne Erlaubnis des Erzbischofs Sifrid in dessen Herzogtum Westfalen angelegt. Graf Engelbert hat zwar auf Geheiß des Erzbischofs die Planken der Befestigungen niederlegen und versprechen müssen, sie nicht wieder anzulegen. Der Vater des jetzigen Grafen von der Mark und dieser selber hat sich aber nicht an das Versprechen gehalten. Der Erzbischof fordert daher die Niederlegung der Befestigungen. 9. Graf Everhard von der Mark hat die Stadt Lünen und ihren Zubehör, die Dienstmannsgüter des Erzbischofs wegen des Herzogtums Westfalen sind, gegen dessen Willen vom Herrn von Volmarstein gekauft. In gleicher Weise hat er die Burg Hoerde und dessen Zubehör, die ebenfalls Dienstmannsgüter der Kölner Kirche sind, von Albert von Hoerde erworben. Der Erzbischof fordert die Rückgabe der Stadt Lünen und der Burg Hoerde. 10. Der Erzbischof fordert, daß der Graf sich nicht mehr in die Gerichtsbarkeit im Dorf Meinerzhagen, die als Beifang bezeichnet werde, einmische. 11. Der Graf soll dem Erzbischof Genugtuung leisten, weil er die Wohnung des Grafen von Arnsberg bei Werl, die im Gerichtsbezirk des Erzbischofs liegt, ohne gerichtliches Verfahren gewaltsam zerstört und ein eigenes Gericht, das Selbstgericht heißt, eingerichtet hat. 12. Der Erzbischof fordert, daß die von ihm vorgelegten schriftlichen Beweise geprüft und die beigebrachten Zeugen gehört werden und daß gemäß dieser Beweise der Kölner Kirche ihr Recht widerfahren soll.

Hii sunt articuli, in quibus nobilis vir Engelbertus comes de Marka domino Henrico Coloniensi archiepiscopo et ecclesie sue iniuriatur:

(1) In primis quod iam prelibatus comes mercatores ascendentes et descendentes in alveo Reni compulit applicare ad litus Reni, primo apud Schokeschair, deinde apud ripam dictam Elpe aliquando per modum theolonii, quantum voluit, per familiam suam de pecunia extorsit ab eisdem et aliquando omnia bona eorum, que in vinis et aliis rebus [existunt][a], deducebavit, rapuit et eos eisdem spoliavit et cepit infra ducatum archiepiscopi memorati. Que pecunia et rapine ascendunt ultra sex milia marcarum denariorum Brabantinorum. Et quia idem comes hec fecit in alveo Reni inter Berkam et Nussiam, ubi conductus mercatorum ad ipsum archiepiscopum et ecclesiam suam spectat, ut est dictum, et ob hoc ipsius archiepiscopi interest indempnitati dictorum mercatorum in hac parte providere, petit ipsum comitem ad hoc induci, ut ydonee caveat, quod mercatoribus ablata huiusmodi restituat et ipsi archiepiscopo de attemptato huiusmodi emendam prestet sub eadem caucione cavendo se amplius similia non facturum.

(2) Item idem comes opidum Mendene ad ipsum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem circumceptum sepo et modico fossato, ne nocturno tempore homines archiepiscopi ibidem manentes ab inimicis caperentur et occiderentur. Quo ad munitionem ibidem factam confregit[b] et complanavit et cum tanta multitudine hominum equitum et peditum per triduum ibidem stetit seu homines sui inibi iacuerunt, quod ipsos homines inhabitantes depauperaverunt et exactionaverunt et ea, que in domibus suis fuerunt, eis abstulerunt, quod dictus archiepiscopus iniuriam huiusmodi pro decem milibus marcarum sustinuisse noluisset et dampnum sibi et ipsis hominibus in premissis illatum estimat ad mille marcas denariorum Susatiensium, petens, ut idem comes premissa secundum enarrata emendet et similiter ydonee caveat, ne similia in antea attemptare presumat, maxime cum idem comes antedictus fecerit infra treugas tunc temporis inter ipsum dominum archiepiscopum et eum datas, quas idem archiepiscopus, si necesse fuerit, paratus est probare.

(3) Item quod idem comes iudicium in Bůchem ad ecclesiam Coloniensem pertinens olim per Syfridum, Coloniensem archiepiscopum, ut ipse comes asserit, sibi obligatum ipsi archiepiscopo denegat restituere et dimittere, cum obligatio huiusmodi absque capituli Coloniensis consensu facta non tenuerit nec teneat et data sine preiudicio, quod tenuerit, idem comes de ipsius iudicii proventibus et emergenciis deductis expensis sortem principalem et electam ad duo milia marcarum Susatiensium percepit, sic quod sors principalis ex toto est extenuata et ad ultra perceptorum restitutionem eidem archiepiscopo tenetur, ut est dictum.

(4) Item quia vicessitudo presentandi ad ecclesiam in Buchem in Westfalia, dum vacat, est inter archiepiscopum et comitem predictum et ipse comes seu pater suus vicissitudine sua utendo Gerhardum de Cra-

winkel pastorem dicte ecclesie proxime defunctum ad ipsam ecclesiam presentaverit et ex tali presentatione eadem ecclesia ipse Gerhardus pluribus annis obtenta proxime obierit et ex hoc vicissitudo presentandi in vacatione huiusmodi ecclesie prefate presentatio seu provisio ad ipsum archiepiscopum pertineat et Henrico de Benthem providerit de eadem et ipse comes Hunoldum de Crawinkel in eadem vacatione ad ipsam ecclesiam in preiudicium dicti archiepiscopi presentarit, petit dominus archiepiscopus id per dictum comitem revocari nec ipsum Henricum per eundem Hunoldum in eadem ecclesia amplius inpediri. Premissa prefatus archiepiscopus pro se et ecclesia sua dicit.

(5) Item quod, cum ex donatione imperatorum et regum Romanorum de consensu principum ipsi archiepiscopo et ecclesie sue advocatia ecclesie Asindensis ad ipsum et ecclesiam suam spectet et ipse comes eam occupet violenter, petit archiepiscopus perceptis ex eadem sibi restitutis, que estimat ultra sex milia marcarum denariorum Susatiensium, ab eodem comite sibi et ecclesie sue dimitti, offerens se paratum premissam donationem probare per literas imperatorum, regum et principum imperii predictorum.

(6) Item quod idem comes occupat eam partem aree, in qua olim castrum Holte attinens Coloniensi ecclesie edificatum erat, et prata iuxta castrum Holte sita ad ipsum archiepiscopum spectantia numero XL iurnalium et ultra et iam XXX annis et ultra se de hiis intromisit et fructus exinde sustulit. Et quia per arbitros, videlicet dominos de Valkenburg et de Kuych defunctos, olim ad decidendum discordiam olim inter Wicboldum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem ex una parte et bone memorie dominum Euerhardum comitem de Marka, patrem nunc comitis, electos ex altera pronunciatum existit, quod dictus archiepiscopus sine dicti comitis impedimento aream eandem castri prefati reassumere et eam edificare de redditibus suis, quos ante castri destructionem ibidem habuit, uti possit, petit, cum dictus comes aream eandem per fossata destruxerit et inutilem reddiderit, ut eam usu habitabilem, ut prius, faciat et restitutis ablatis dicta prata et alia bona ecclesie, que ibidem occupat, ipsi archiepiscopo remittat nec se de castrensibus, quos ecclesia Coloniensis ibidem habuit, intromittat et a iurisdictione, quam in dicto loco in preiudicium dicti archiepiscopi instituit, cesset et scabinos, quos ibidem de facto fecit, revocet.

(7) Item quod curtem in Brakele, quam ex donatione imperiali ad ipsum archiepiscopum spectat et quam comes Euerhardus defunctus tacito de iure archiepiscopi, quod in ipsa curte habuit, sibi cum infrascriptis curtibus a quondam domino Alberto Romanorum rege in pignore obligari procuravit, archiepiscopum Syfridum ab eiusdem curtis possessione eiciendo, prafato nunc archiepiscopo et ecclesie sue remittat, et quod XXXIII annis vel circa ab eadem, videlicet quolibet anno centum marcas denariorum Susatiensium percepit, restituat. Item curtes in Westhouen et Delmenhorst ad imperium spectantes, quas ipse comes occupat, dictus archiepiscopus simili modo cum perceptis restitui sibi petit. Et eo, quia fuerunt et sunt Coloniensis ecclesie pignus ab imperio et ipse comes Euerhardus tacito de hoc eas sibi in iniuriam Coloniensis ecclesie tamquam pignus obligari procuravit, ipsi ecclesie de iure pignoris sui prius non satisfacto.

(8) Item quia opida Vnna et Camene et Yserenlon Engelbertus comes de Marka, nunc comitis avus tamquam preter licentiam domini archiepiscopi Syfridi in ducatu suo Westfalia constructa ad mandatum dicti archiepiscopi plancas de eisdem deponendo destruxit et promisit nunquam ulterius reedificare, sicut ex dictis quondam Engelberti comitis literis patentibus dicta sunt, tam pater nunc Engelberti comitis quam ipse comes reedifaverunt et firmaverunt infra ipsum ducatum preter ipsius archiepiscopi voluntatem, petit ipse archiepiscopus tamquam dux Westfalie munitiones ipsas destrui et ne ammodo reedificacione firmiter caveri ab eodem.

(9) Item cum opidum Lunen et eius attinencie sint bona ministerialia ipsius archiepiscopi ratione ducatus Westfalie et comes Euerhardus de Marka a domino de Volmestene defuncto et similiter castrum Hůrde et eius attinencias[c], que similiter sunt bona ministerialia Coloniensis ecclesie, ab Alberto de Hůrde invito domino archiepiscopo emerit et nunc comes comes ea occupet, petit archiepiscopus dicta bona in Lunen et castrum Hůrde sibi restitui a comite memorato.

(10) Item petit archiepiscopus, ut idem comes a iurisdictione in Meynershagen, que infra villam ibidem, sicut vulgariter dicitur en bivanch, ad ipsum archiepiscopum spectat, se, sicut hactenus fecit, amplius non intromittat.

(11) Item quod de eo, quod mansionem comitis de Arnsberg infra iurisdictionem archiepiscopi prope Werle sitam sine iudicio violenter destruxit, faciendo ibidem iudicium, quod dicitur selfgerigte, ipsi archiepiscopo satisfaciat.

(12) Premissa dictus archiepiscopus proponit et dicit pro se et ecclesia sua, ut probationes sue tam per literas quam per testes super hiis audiantur et quod secundum probata ius suum et ecclesie sue sibi attribuatur, ne diutius ipse comes contra Coloniensem ecclesiam in huiusmodi iniuriis perseveret.

Entwurf, Pergamentblatt, Vorder- und Rückseite beschrieben., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 2/917; Regest: REK IV Nr. 903.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen; [b]) von „quo" bis „confregit" Text wiederholt; c) in der Vorlage „attinencie".

[1]) Zur zeitlichen Einordnung des undatierten Entwurfs vergl. REK IV Nr. 901 Anm. 9 (S. 198); [2]) sonst nicht genannt, vielleicht mit dem Hof Schockenwerd bei Elten und Herenschockenwerd, Rheininsel bei Emmerich in Verbindung zu setzen (schar = seichtes Wasser); [3]) Elpe Hof, Bach bzw. Bauerschaft im Kirchspiel Walsum.

1099

1314/1315[1]

Erzbischof Heinrich von Köln einigt sich wegen der durch die vorausgegangenen Kriege erlittenen großen Schäden mit dem Grafen Engelbert von der Mark über die wechselseitigen Ansprüche: 1. Der Erzbischof soll gemäß dem zwischen seinem Vorgänger, Erzbischof Wikbold, und dem Grafen Everhard von der Mark geschlossenen Vergleich das Gelände der Burg Holte zurückerhalten und dort die Burg wieder aufbauen dürfen. 2. Der Erzbischof soll das von Erzbischof Siegfried an den Grafen von der Mark verpfändete halbe Gericht Bochum wieder einlösen dürfen. 3. Der Graf von der Mark verzichtet auf alle Ansprüche auf den Oberhof Brackel und die Insel Webelincvorde[2] *zwischen der Burg Volmarstein und der Ruhr. 4. Der Graf von der Mark verzichtet zugunsten des Erzbischofs auf alle Ansprüche auf das strittige Hochgericht im Dorf Meinerzhagen. Der Erzbischof darf dort aber keine Befestigung anlegen und keinen Jahr- oder Wochenmarkt abhalten lassen. 5. Der Graf von der Mark soll die Burg zu Hoerde und das Dorf Lünen, die er unrechtmäßig angekauft hat, vom Erzbischof wieder zu Lehen empfangen. 6. Die Amtsleute beider Seiten sollen die Einigung beschwören und verpflichtet sein, die beiderseitigen Rechte zu wahren und die Güter zu schützen. 7. Beide Seiten versprechen, diese Vereinbarung zu wahren und vereinbaren ein gegenseitiges Schutz- und Treuebündnis. 8. Bei dem zu erwartenden Tod des kinderlosen Grafen Otto von Kleve soll das, was das Erzstift beansprucht, an dieses fallen, wohingegen der Erzbischof den Grafen von der Mark beim Erwerb des Restes beistehen will. 9. Für die jeweiligen Nachfolger soll der Vertrag ebenfalls bindend sein, wobei der Erzbischof aus der Grafschaft Kleve die Güter erhalten soll, die zwischen Rhein und Maas liegen, während der übrige Besitz dem Grafen von der Mark gehören soll*[3].

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis presencia visuris et audituris salutem et pacem in Domino sempiternam. Divina disponente clemencia regimini ecclesie beati Petri Coloniensis presidentes id precipue in votis gerimus, qualiter causis, per quas eadem ecclesia hactenus turbationum et guerrarum sustinuit incursus, exstirpatis ea, que pacis sunt et ad ecclesie profectum dinoscuntur cedere, inducamus. Eapropter provide attendentes, quantum ecclesia nostra et predecessores nostri lesi sunt et expensas inmoderatas hactenus sustinuerunt ex guerris diversis, quas[a] pro bonis et iuribus ecclesie nostre Coloniensis cum nobili viro .. Engelberto comite de Marka et eius progenitoribus habuerunt, ut de cetero ipsa ecclesia nostra cum eodem comite et suis heredibus in pacem perpetuam reponatur, presertin quia idem comes id idem desiderabiliter affectans se et suos heredes ad pacem

nobiscum et successoribus nostris habendam optulit puro corde, cum eodem comite de omnibus inpeticionibus, que ex quibuscumque causis usque in hodiernum diem inter ecclesiam Coloniensem et ipsum dependebant, concordavimus in hunc modum:

(1) In primis videlicet de castro Holte, quod ad nos et ecclesiam nostram dicimus pertinere ipso comite contrarium asserente, sic est accedente ad hoc consensu dilecte in Christo Megthildis, uxoris sue legitime, in nos et ipsum comitem concordatum, quod nos et successores nostri ad aream castri nostri Holte redire et ibidem edificare possumus iuxta tenorem composicionis inter dominum Wycboldum archiepiscopum Coloniensem, predecessorem nostrum, et bone memorie Euerhardum quondam comitem de Marka, patrem nunc comitis Engelberti antedicti, per nobiles viros Walramum de Valkenberg et Iohannem de Kuc dominos facte[b], que in Theutonico est conscripta.

(2) De iudicio vero seu medietate[c] iudicii in Bochem, quantum et prout ad ecclesiam Coloniensem pertinet et per bone memorie dominum Syfridum Coloniensem archiepiscopum, olim predecessorem nostrum, prefato Euerhardo quondam comiti de Marka pro quadringentis marcis denariorum Coloniensium obligata[d], ne super solutione dicte pecunie, in quo valore[e] solvi debeat, amplius dubitetur, sic est concordatum, quod dum nos vel successor noster quicumque aut ecclesia Coloniensis ipsam medietatem iudicii redimere voluerimus, quod dum placuerit nobis et ecclesie nostre, facere poterimus et extunc idem comes vel eius heredes recipient Turonensem grossum regalem pro tribus denariis vel tredecim Hallensibus dativos pro Turonensi; et talem pagamentum idem comes vel eius heredes in recipiendo dictam pecuniam recipere tenebuntur nec eandem redemptionem debebunt vel poterunt denegare.

(3) Item de curte in Brakele, quia ex donacione regis de consensu principum imperii ad nos et ecclesiam Coloniensem spectat et de insula dicta Webelincuorde, sita inter castrum Volmesteyne et Ruram, super quibus questio semper exstitit inter nos et ecclesiam et comites de Marka, sic est actum, quod idem comes de Marka pro se et heredibus suis de eiusdem uxoris sue consensu et coniuncta manu cum eadem omni iuri, quod in eisdem curte et insula hactenus habuit seu habere videbantur, ad captandum amiciciam et favorem cum ecclesia Coloniensi et archiepiscopis pro tempore existentibus renunciavit et renunciat per presentes, ius, quodcumque quocumque titulo in premissis sibi et suis heredibus conpetens in nos et Coloniensem ecclesiam perpetuo transferendo simpliciter et de plane.

(4) De iudicio autem alto ville in Meynershagen, quod nos ad ecclesiam nostram Coloniensem, ipse vero comes ad se asseruit pertinere, quia de hoc semper altercacio fuerat inter Coloniensem ecclesiam et comitem de Marka pro tempore existentem, sic est actum et concordatum, quod idem comes cum dicta uxore sua pro se et heredibus suis de voluntate Adolphi, primogeniti sui, et aliorum suorum heredum iuri cuicumque in ipso alto iudicio infra eandem villam Meynershagen sibi conpetenti[f] renunciavit et renunciat et ipsum iudicium transferre in nos et ecclesiam Coloniensem perpetuo tenendum et habendum per nos et successores nostros, sic tamen, quod nec nos nec successores vel ecclesia Coloniensis ullam municionem vel aliquod forum annuale vel septimanale faciamus vel inponamus seu fieri faciemus in villa supradicta.

(5) De castro Hurde et villa Lůnen cum eorum attinenciis, que ipsum comitem seu eius progenitores asseruimus contra nostram voluntatem tamquam bona ecclesie nostre feodalia indebite conparasse, ipsum comitem cum aliis bonis suis, que ab ecclesia nostra Coloniensi tenet, infeodamus ipsique ea in feodo a nobis et ecclesia Coloniensi habenda et tenenda perpetuo concedimus per presentes.

(6) Item pro perpetua unione inter nos, successores nostros et ecclesiam Coloniensem ex una parte, Engelbertum comitem, Adolphum, eius filium, et eorum heredes ex altera condictum est, quod officiati nostri ex utraque parte ex nunc in antea instituendi, dum instituuntur, iuarabunt tam ecclesie Coloniensis quam comitatus de Marka iura servare et bona eorundem defendere sub pena et periculo corporis atque rerum, sic quod quicumque officiatorum scienter contrarium fecerit vel ab eo, cui dampna inferuntur, monitus non de-

stiterit et ablata non restituerit, ab officio suo ammoveatur et nichilominus pena puniatur supradicta. Nec hec pena a domino, cuius officiatus fuerit, remitti possit eidem absque lesi voluntate.

(7) Item nos promittimus pro nobis successoribus nostris et ecclesia Coloniensi et ipse comes et eius filius pro se et heredibus suis premissa in perpetuum observare, sic quod nec Coloniensis ecclesia comitem de Marka pro tempore existentem deseret nec ipse econverso ecclesiam eandem in quacumque iuris necessitate, sed contra suos iniuriatores sibi assistent mutuo totis viribus fideliter et potenter. Et si quicquam sinistri alteri contra alterum relatum fuerit seu discordie aliqua, quod absit, inter nos vel nostros subditos fideles et annexos orirerentur, is, cui talia relata fuerint vel cui iniuriam aliquam inferri contigerit, alium, quem obnoxium sibi videtur in premissis, requiret seu requiri faciet, ut obveniant tam archiepiscopus quam comes pro tempore existentes. Et inpetitus iuxta trium vel quatuor consiliariorum inpetentis diffinicionem emendabit attemptata et ab eisdem desistet. Et ut talia sine fraude fiant, dicti consiliarii sub iuramento suo super hoc specialiter prestando promittent, quod nullam partem fovebunt, sed per iusticiam vel amorem dubia vel exorta discutient hinc et inde, quorum discucioni parere tenebitur pars utraque, ita quod in omnem eventum ad nullam discordiam inter Coloniensem archiepiscopum et comitem de Marka tunc existentes veniatur, sed pax perpetua vigeat inter eos.

(8) Preterea cum comitatus Cleuensis ex morte Ottonis absque herede masculo, levesirve vulgariter nuncupato, decedentis, prout et in quantum a nobis et ecclesia Coloniensi dependebat, ad nos et ecclesiam nostram sic libere devolvens, idem comes de Marka et eius filius predictus nobis assistent et nos ei pro consecucione eiusdem et bonorum, que Ottonis comitis fuerant antedicti, sive ex ista parte sive ex illa parte Reni consistant bona fide, ut tam nos pro ecclesia nostra quam ipse comes pro dicto Adolpho, filio suo, eadem bona nobis, prout divisim conpetunt, consequamur.

(9) Et si ipse comes decederet, filius suus et heredes sui id idem nobis et ecclesie nostre facient et successor noster quicumque modo simili hec faciet filio comitis antedicto et suis heredibus. Nec alter alterum in hiis deseret pro viribus et pro posse nec etiam alter sine altero conposicionem vel treugas per tractatus pacis vel guerrarum artationes iniet seu faciet cum quocumque de comitatu et bonis eiusdem supradictis coniunctim vel divisim. De hiis tamen bonis, que ex ista parte Reni versus Mosam de eodem comitatu nos vel successorem nostrum optinere contingerit, poterimus nos vel successor noster ad usus ecclesie nostre, que nobis pro ecclesia Coloniensi expedire viderimus seu viderit, retinere et alia Adolpho relinquere memorato.

Item conventum est inter nos et ipsum comitem et eius filium, quod pro horum stabiliori firmitate pro pena eligimus utrobique, quod si nos, successores nostri et ecclesia Coloniensis premissa aut eorum aliquid infregerimus, quod a iure directi dominii, quod in castro et dominio Dynslaken et bonis comitatus Cleuensis inter Roram et Lyppiam constitutis habemus, cademus et econverso idem Adolphus et sui heredes, si contra premissa venirent in parte vel in toto, cadent a iure utriusque dominii, quod habent seu acquirent seu eis acquiritur in castro et dominiis antedictis.

In cuius rei testimonium presentes literas ex hiis conscribi et nostro et capituli nostri Coloniensis una cum sigillis dictorum Engelberti comitis et Megthildis comitisse de Marka, uxoris sue legitime, et Adolphi, predicti primogeniti eorundem, sigillis fecimus communiri pro firmitate perpetua premissorum. Et nos decanus et capitulum Coloniense, quia premissa pro ecclesie Coloniensis utilitate sunt facta et ordinata, sigillum ecclesie nostre ad preces reverendi in Christo patris ac domini domini Henrici, Coloniensis ecclesie archiepiscopi predicti, in signum nostri consensus et testimonium premissorum duximus presentibus apponendum. Et nos Engelbertus comes, Megthildis comitissa de Marka et Adolphus, primogenitus eorundem predicti, nec non Adolphus, Dei gratia episcopus Leodiensis, et Conradus de Marka, chori episcopus Leodiensis, fratres Engelberti comitis antedicti, recognoscimus omnia et singula premissa, prout premittuntur, sic acta esse, promittentes bona fide ea omnia et singula observare reverendo in Christo domino Henrico, Coloniensi archiepiscopo antedicto, suis successoribus et ecclesie Coloniensi pro nobis et pro heredibus comitatus de Marka

pro tempore existentibus, eligentes in penam contra nos scienter, quod quemadmodum superius enarratur, quod, si nos vel heredes predicti premissa vel eorum aliquod infringeremus, quod a castro Dinslaken et dominio eidem attinente cum omnibus bonis et iuribus suis, quod in eisdem habemus seu nos Adolphus, primogenitus predictus, et heredes nostri habituri sumus seu acquirere poterimus, cadamus absque ulla condicione ipso facto. Et hec omnia ad ipsum dominum archiepiscopum, suos successores et ecclesiam Coloniensem perpetuo devolventur. In quorum omnium testimonium et veritatem perpetuam presentes literas, quarum tam nos quam idem dominus archiepiscopus pro se et ecclesia sua hinc inde copiam, ne aliquis nostrum se per ignoranciam ab observancia contentorum in eisdem excusare valeat, sub sigillis dicti domini archiepiscopi et nostris habemus, sigillo nostro hiis literis duximus apponenda.

Entwurf, Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 3/918, unbesiegelt; Regest: REK IV Nr. 901.

[a]) In der Vorlage „qua"; [b]) in der Vorlage „factam"; [c]) in der Vorlage „mediate"; [d]) in der Vorlage „obligato"; [e]) in der Vorlage „valorem"; [f]) in der Vorlage „conpetentem".

[1]) Zur Einordnung der Urkunde unter das angegebene Datum bzw. zwischen 1311 und 1315 vergl. Anm. zu REK IV Nr. 901, Nr. 9; [2]) genauer: nicht zwischen, sondern in der Ruhr bzw. im Ruhrbogen; [3]) Der Vertrag ist weniger eine die beiderseitigen Interessen ausgleichende Vereinbarung, sondern gibt einseitig die Ansprüche des Kölner Erzbischofs wieder.

1100

1314 Januar 2

Der Rat der Stadt Dortmund interveniert beim Bischof von Utrecht für die Bürger von Wesel und bittet, daß von diesen als Angehörigen des Reichs in der Stadt Utrecht kein Zoll erhoben werde. Der Rat von Dortmund trägt diese Bitte vor, weil die Stadt Wesel in Zweifelsfragen Rechtsweisungen bei ihm einholt[1].

Reverendo in Christo patri et domino Traiectiensis ecclesie episcopo consules et scabini Tremonienses, quantum poterunt obsequii benivoli et honoris. Fuerunt apud nos discreti viri scabini opidi Weselensis et nobis conquerendo exposuerunt, quod licet ipsi ab antiquo pertinuerint imperio et pertineant, racione cuius non tenentur ad dacionem thelonei, tamen ab ipsis et civibus eorum theloneum in civitate Traiectensi minus debite exigatur. Quapropter super causa huiusmodi vobis literas nostras deprecatorias mittere curavimus. Cum igitur sciamus premissa taliter circa eos se haberi et iidem Weselenses in signum huius ad nos super iure dubio diffiniendo soleant et teneant ad nos habere recursum, excellentiam vestram diligenter rogamus, quatenus ob reverenciam sacri imperii et nostrorum non permittatis, quod ab eisdem Weselensibus de cetero theloneum aut vectigal in dicta civitate vestra aliqualiter exigatur, facientes taliter ad premissa, ut preces nostras sibi prodesse gaudeant et vobis teneamur proinde specialiter ad merita gratiarum. Datum in crastino Circumcisionis Domini anno nativitatis eiusdem MCCC quarto decimo.

Abschrift, Stadt A Wesel, Bürgerbuch, Bl. 111; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 478, S. 198, Frensdorff, Dortmunder Statuten, S. 261.

[1]) Am 15. Januar 1314 interveniert in gleicher Weise die Stadt Nijmegen für Wesel (Frensdorff, Statuten, S. 261).

1101

1314 Januar 9

Bürgermeister und Rat zu Medebach errichten ein Statut über Herwede und Gerade.

Cum omnium habere notitiam potius sit divinitatis quam humanitatis, conveniens est et utile, ut ea, que aguntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, in scripta publica, quibus demonstrari valeant, redigantur. Hinc est, quod nos Theodericus Heuerare, presentis anni proconsul, Thitmarus de Hildeshusen, in eodem officio vel dignitate noster antecessor vel anni elapsi, quod idem sonat, proconsul, nec non consules, socii nostri in consilio huius anni et antecedentis existentes, et quam plures viri nostre communitatis, scilicet oppidi Medebeke, fide digni, quorum infrascripta sunt nomina, universis notum esse cupimus audituris pre-

sentia seu visuris, quod invicem constituti ob negotia et profectus seu bonum nostre civitatis seu communitatis consideratione facta per nos hinc et inde, tandem unanimi consensu, bona deliberatione decrevimus et elegimus, statuentes ob nostre civitatis profectum ac eiusdem incrementum pro isto iure, quod apud vulgares hirwede dicitur, tantum vestes sarcitas, factas seu aptatas ad corpus viri mortui, quibus solebat uti strata publica seu vestiri, ministrari consanguineo in cognatione magis proximo, et hoc nobiscum civitate vel oppido comorante. Quod ex parte iuris pertinentis ad femellas seu muliebrem sexum, quod vulgariter gerade dicitur, similiter est tenendum, scilicet quod tantum vestes sarcite, facte seu aptate ad corpus femelle mortue vel decedentis, quibus strata publica solebat uti seu vestiri, consanguinee ipsius in cognatione magis proxime vel familiari pro isto iure dicto gerade ministrande seu tradende, et hoc tantum nobiscum oppido commorante. Preterea volumus, sicut etiam iuris esse dignoscitur, quod si quis vel qua virgo decesserit vel obierit, ita quod matrimonium non contraxerit, bona, que post obitum ipsius dimiserit, seu mobilia vel immobilia fuerint, omnia sint hereditaria bona, prout sunt. Et quod disponetur de his iure bonorum ad hereditatem pertinentium, quia ad ipsam pertinent, nec cuiquam pro huiusmodi iuribus, scilicet hirwede et gerade antedictis, ex his volumus aliquid, quod donetur. Compromisimus et compromittimus huiusmodi electionem ob utilitatem et bonum sive commodum nostre civitatis vel communitatis factam servari stabilem ac esse seu permanere a quolibet nostrorum civium penitus inconvulsam. Si vero actionem moveri[a] contigerit coram consulibus nostre civitatis, ut sepius assolet, ab affinibus vel consanguineis in cognatione proximis, qui vel que in iuribus prescriptis, scilicet hirwede et gerade, quid iuris dignoscuntur habere, pro quacunque parte adversa per consules antedictos sententia lata fuerit, rata tenebitur ac tota actio exstincta. Si vero quis, quod absit, ausu temerario sententiam per consules sepedictos latam frustrare presumpserit vel actionem renovare vel revocare, quinque marcarum penam incursurum se noverit vel quinque marcas denariorum oppido nostro prescripto legalium impendendas in usum et structuram eiusdem oppidi vadiabit. Si autem reclamans sententiam et cupiens ipsam frustrare seu actionem renovare, excessus suos quantitate predicte pecunie emendare seu prevenire nequit, penam equivalentem his quinque marcis dandis suo corpore sustinebit. Ordinatio, electio, compromissio super huiusmodi iuribus facta est anno incarnationis dominice M° CCC° quarto decimo, feria tertia post Epiphaniam Domini, presentibus consulibus utriusque anni, presentis[b] et preteriti: presentis vero scilicet Ioh. Hulwecke, comite libero, Conr. Diclindis, Conr. Gleden, Henr. Widepe, Ioh. Rocheric, Cunhardo iuxta Ripam, Borchardo de Duna, Wilhelmo, Thitmaro Mönch, Ioh. Frederici, preteriti vero anni consulibus Conrado de Luchardencusen, Gerhardo Cellario, Ioh. Monetarii, Conr. Rosendal, Ioh. super Colle, Winando in Flori, Eckeberto, Ioh. Glit, Henemanno in Piscina, Henr. Wachenuelde, Theoderico Hulenuecken et aliis nostre communitatis civibus quam plurimis, scilicet Ioh. Ruteno, Hertegeno, Henr. super Fonte, Hartuico de Grunenbecke, Hartmodo Fumite, Euerhardo de Duna, Ioh. Ruuel, Videlero Palatino, viris famosis ac fidei testimonio approbatis.

Wiedergabe nach dem Druck von Seibertz (SUB II Nr. 560), dessen Abschrift von der Ausfertigung im Stadt A Medebach; Urkunde später durch Stadtbrand im Jahre 1844 vernichtet.

[a]) Bei Seibertz „movi"; [b]) desgl. bei Seibertz „presentibus".

1102

1314 Januar 12

Engelbert Graf von der Mark verspricht dem Johannes von Wickede, dem seine † Eltern den Stegerepeshof[1] *im Dortmunder Felde verkauft haben, Währschaft.*

Nos Engelbertus comes de Marka ad universorum notitiam cupimus pervenire tenore presentium publice protestantes, quod nos de quodam manso dicto Stegerepes hove, sito in campo Tremoniensi, qui patri nostro et matri felicis memorie attinebat et quem ipsi discreto viro domino Iohanni de Wickede et suis heredibus cum omnibus attinenciis quondam vendiderunt, eisdem Iohanni et suis haeredibus nos et nostri haere-

des plenariam et integram facere volumus et per praesentes facimus warandiam pre omnibus impetitoribus in omnibus locis, ubi necesse habuerint et ipsis fuerit opportunum. Atque in rei testimonium et firmitatem praesentes literas ipsis tradidimus nostro sigillo firmiter communitas. Datum anno Domini MCCCXIIII, sabbato post Epiphaniam Domini.

Abschrift des 17. Jahrh., Erzbischöflich Akadem. Bibliothek Paderborn Pa 102 (Diederich Westhoff, Chronik der Stadt Dortmund), Bl. 475v; Druck: Dortmunder Beiträge 42, 1936, S. 196.

[1]) Vergl. August Meininghaus, Zwei Urkunden zur Geschichte des Dortmunder Stegerepshofes (Dortmunder Beiträge 42, S. 193).

1103

1314 Februar 1

Vor dem Richter und dem Rat der Stadt Werl verkauft Scelep, der andere Bürgermeister der Stadt, dem Kloster Marienfeld verschiedene Renten aus Häusern in Werl als Wortgeld und fünf Morgen Ackerlandes beim Oberhof Ovacker[1].

Universis, ad quorum noticiam tenor presencium pervenerit, nos Godefridus de Borebenne, iudex iuratus, Theodericus de Oldinchoue, magister consulum, Gerhardus Menrekes, Conradus, filius Margarete, Hinricus dictus Kouolt, Conradus Notlike, Henricus de Stenhem, Euerhardus dictus Swineholt, Arnoldus dictus Knop, Hermannus dictus Bars et Hermannus dictus Scriuere, consules opidi Werle Coloniensis dyocesis, notum esse volumus publice protestantes, quod constitutus coram nobis in figura iudicii Hunoldus dictus Scelep, alter de magistris consulum nostrorum pro tempore, pensiones quasdam annuas infra specificatas, quas in quibusdam domibus concivium nostrorum habuit, et quinque iugera sua in campo opidi nostri iuxta curiam Ouackere pro septuaginta marcis denariorum Susaciensis monete sibi solutis integre viris religiosis .. abbati et conventui de Campo sancte Marie ordinis Cysterciensis Monasteriensis dyocesis rite possidendas perpetuo vendidit, assignavit et in possessionem misit cum sollempnitatibus debitis et consuetis. Pensiones vero sunt iste: domus Erenberti dicti Hottere dabit VI solidos, domus Wilhelmi Pistoris III solidos, domus Arnoldi dicti Mughe VI solidos, domus Henrici dicti Speghe XV solidos, domus Bodonis VIIII solidos, item domus Cristine Barbitontricis VI solidos. Has igitur pensiones prenominati inquilini de domibus suis, quas singuli nunc inhabitant, ipsi et successores eorum nomine arealium denariorum dabunt annuatim terminis, quibus hactenus ipsas pensiones solvere consueverunt. In quorum omnium testimonium sigillo opidi nostri, quo et ego Godefridus, iudex, in hac parte utor, cum proprium non habeam, hoc scriptum ex rogatu parcium duximus muniendum. Actum et datum anno Domini M° CCC° quartodecimo, in vigilia Purificationis beate Marie.

Zwei Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 450 und 450a, Siegel der Stadt Werl (beide gut erhalten, WS 71,6) anhängend.

[1]) Zur Lage vergl. Rückvermerk einer Urkunde von 1502 (INA Werl, Nr. 158, S. 77): an dem Melxter Schemme ... in der Hoppenvode an der Ovackers hegen.

1104

1314 Januar 20-1315 Mai25

Graf Dietrich von Limburg rechnet mit dem Kölner Erzbischof über Einnahmen und Ausgaben ab.

Anno Domini millesimo CCC X IIII a die Fabiani et Sebastiani martyrum, quo Th. comes de Limburg computavit domino archiepiscopo Coloniensi et suis amicis. Hec sunt recepta per eum a dicto tempore usque ad tempus huc: item sustulit de fabrica in Hagen V marcas, sicut constat Gerwino de Altena. Item recepit de hereditate quadam in Bracwede XX solidos. Item de quibusdam exuviis de Vorewerke sustulit I marcam. Item sustulit I marcam de hereditate quadam in Varney. Item sustulit de fabrica veris XVI solidos.

Item anno Domini X CCC (X) quinto sustulit idem comes de petitione Maii ex officio Swelma X marcas et de petitione officii in Haghen XXX solidos.

Hec subsequentia sunt exposita per dictum comitem de Limburg ad usum domini episcopi: Item die Fabiani et Sebastiani martyrum computavit dominus Iohannes, capellanus comitis de Limburg, sicut ex mandato domini episcopi receperat, et computavit in Bůnna. Exposuit idem dominus Iohannes in exitu et in reditu computatione facta X solidos cum VI denariis, sicut constat Gerwino de Altena.

Item consequenter die Vincentii misit comes de Limburg servum Gotswinum Důsche, ubi tunc temporis convenerant domini ad placitandum, et intimavit ibidem amicis domini episcopi, quod Euerhardus de Calchem captiverat hominem domini episcopi. Expendidit idem Gotswinus II solidos.

Item sabbato ante dominicam Invocavit ivit comes de Limburg Coloniam cum Gerwino de Altena et fuit in negotio domini episcopi, ordinavit et optinuit apud dominum comitem Gůliensem, quod ipse quittos dimisit Telemannum et dictum Loze, quos ipse captiverat. Exposuit ibidem XXII solidos et VI denarios.

Item dominica, qua cantatur Quasi modo geniti, ivit comes Coloniam cum suis amicis, videlicet Gerwino de Altena, quia eodem tempore promulgata et edicta fuit zona cum compositione inter dominum Coloniensem et comitem Gůliensem. Intimavit amicis domini episcopi dampnum, quod fecerant illi de Calchem hominibus domini episcopi. Exposuit ibidem XVI solidos in reditu eundi domum, exposuit in Linipe IV solidos et in Moleboten II soldidos.

Item circa festum Urbani in Maio ex relatu, quod comes Gueliensis diffidasset civitatibus domini episcopi, transtulit se comes Coloniam apud amicos domini episcopi, videlicet prepositum de Bunna et prepositum sancti Severini, manens ibidem quatuor[a] noctibus et expendidit ibidem XXXV solidos cum VI denariis. Item dedit Rotgero dicto Dukere X marcas et XII denarios pro suo castellanatu ex iussu domini episcopi.

Item dedit uni ducens ursam domini episcopi V solidos, nomine Plůmere dedit V solidos.

Konzept, Perg., Stadtbücherei Mülheim/Ruhr, Nachlaß Stöcker Urk. Nr. 1; Druck: Limburg- Styrum II 1, Nr. 239, S. 130.

[a]) In der Vorlage „quantuor".

1105

1314 Februar 2

Hermann gen. Borichholte und gen. Scriver und der Sohn seines † Bruders Johannes, Johannes gen. Scriver, verkaufen dem Kloster Welver das Eigentumsrecht an zwölf Morgen Ackerlandes beim Hopey[1], gelegen beim Kloster, an sieben Morgen Jungholzes und an drei Kottstätten.

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris nos Hermannus dictus Boricholte et dictus Scriuere necnon Iohannes, filius Iohannis dicti Scriuere pie memorie, fratris dicti Hermanni, notum esse desideramus presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate et maturo consensu omnium verorum heredum nostrorum, prout nomina tenent, contulimus ecclesie et conventui in Weluere proprietatem duodecim iugerum agrorum iacentium iuxta locum, qui vulgariter Hopey dicitur[a] et iacentium iuxta dictam ecclesiam necnon septem iugerum crescentium lignorum sitorum iuxta Hopey ac trium[b] locorum casarum dictorum vulgariter kotenstade iure[c] hereditario perpetue possidendam. Que videlicet loca casarum continent unum iuger. In cuius rei firmum testimonium sigilla nostra, scilicet Hermanni et Iohannis prenominatorum presentibus sunt appensa. Presentes erant, dum hec agerentur, Godefridus de Borbenne, tunc temporis iudex in Werle, Henricus de Berstrate, Hermannus de Penthelinch, Goscalcus de Ekenescede, bone nationis famuli, Theodericus de Hollinchove, tunc temporis proconsul in Werle, Emelricus dictus Wale, Iohannes dictus Lychte, cives ibidem, Conradus dictus Grube et alii quam plures viri fide digni. Datum anno Domini M° CCC° XIIII°, in die Purificationis beate Marie virginis.

Ausf., Perg, StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 151, 1. Siegel ab, des des Scriver (WS 215,16) anhängend.

[a]) Wort über der Zeile nachgetragen; [b]) korrigiert und radiert; [c]) die erste Silbe durch Vermoderung unkenntlich.

[1]) Wohl ehemaliger Fischteich des Klosters unmittelbar südlich der Kirche: Am Huipoot, Honpey (Schoppmann, Flurnamen Soest I, S. 151 Nr. 14).

1106

1314 Februar 3

Heinrich gen. Huninchus verzichtet gegenüber dem Kloster Himmelpforten auf alle Ansprüche auf die Mühle unter dem Berg Riesenberg[1], die er namens seiner Frau zu haben vermeinte[2].

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Henricus dictus Hunninchus ad noticiam veritatis in perpetuum protestor et recognosco, quod, cum ex parte uxoris mee Odilie putarem me ius habere in molendino sub monte dicto Rysenberch iacente, tandem per amicos meos informatus fui, quod in illo molendino nichil iuris habui nec potui vendicare. Et sic ad honorem Dei et matris sue virginis gloriose ego et Odilia, uxor mea predicta, necnon Sophia, filia mea, pro nobis et heredibus nostris iam natis et per Dei graciam nascituris in futurum renunciavimus et in hiis scriptis plane et expresse renunciamus omni actioni, que de iure seu de facto nobis racione dicti molendini conpetere posset in tempus quodlibet affuturum. In horum igitur testimonium et firmitatem perpetuam dedi domine abbatisse et conventui monasterii de Hymelportin presentes literas pro me et meis heredibus meo sigillo sigillatas et effeci, quod Conradus de Meyninchhůsen et Henricus Keyse, cives Sůsatenses, sua sigilla apposuerunt ad maiorem evidenciam premissorum. Actum in crastino Purificacionis beate Marie virginis anno Domini M° CCC^mo^ quarto decimo, presentibus Brunone Makin, et Conrado Swelinc, magistris consulum Susatensibus, Bertoldo de Herborne, Hermanno Cubic, Iohanne de Molendino, civibus Sůsaciensibus, et pluribus aliis fide dignis et honestis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 83, Siegel des Heinrich Huninchus (WS 170,1) anhängend, 2. und 3. ab, beiliegend Abschrift des 18. Jahrh.

[1]) Anhöhe nordöstlich von Himmelpforten in der Gemeinde Niederense (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest II S. 121, Nr. 48); 2) vergl. WUB VII Nr. 646.

1107

1314 Februar 22

Vor den Ratsherren zu Recklinghausen schenkt Johann gen. Ave Maria mit seinen Angehörigen den Beginen im Hause Stovern das von ihnen bewohnte Haus und einen Hofplatz bei den Beginen und ein kleines Haus und einen Hofplatz beim Graben und erhält dafür für sich und seine Angehörigen die Leibzucht.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos consules oppidi Rekelinchusen, nomine Conradus de Hillen, Everhardus de Westerhem, Sibodo de Munckenbeke, Bernardus ante Curiam, Volquinus de Bachem, Růtgerus de Honhus, Gerhardus de Důrstene dictus, Herbordus dictus Houet, Lambertus de Sickelinc, Gerhardus dictus van der Trappen, Lambertus dictus Deken, Gerhardus, filius Frederunis in Domo Lapidea, Lambertus Hun dictus, Arnoldus, filius Udonis, et Bernardus dictus Stůt notum facimus publice protestantes, quod Iohannes dictus Ave Maria et Verdeburgis, eius uxor legitima, Beatrix, eius soror[a], ac Megtheldis cum eisdem personis commorans in nostra presentia constituti communicato suorum amicorum et aliorum virorum discretorum maturo consilio unanimiter et concorditer magno et pio cordium suorum desiderio dederunt universis Bagginis commorantibus in domo dicta Stoweren domum et aream sitas apud domum dictarum Bagginarum, quas idem Iohannes dictus Ave Maria et Verdeburgis, eius uxor legitima, inhabitabant, et domunculam unam et aream sitas apud fossam iuxta domum luteam Conradi, scultheti de Helderinchusen, iure perpetuo possidendas et insuper omnia bona sua mobilia nec non immobilia iure predicto, scilicet perpetuo habenda et pacifice possidenda, nichil alicui inde dandum, sed tres denarii Rekelinchusen usuales de

domo et area sitis apud domum Bagginarum dictarum de Stoueren et unus denarius predicte monete de domuncula et area sitis apud fossam singulis annis iure pensionali arearum curie Rekelinchusen persolventur. De omnibus bonis premissis tam mobilibus quam immobilibus predictus Iohannes Ave Maria, Verdeburgis, eius uxor, Beatrix, soror[b] eius, et Megtheldis cum ipsis commorans se alienaverunt resignantes et effestucantes predictas domos et areas in nominatis sitis locis una cum omnibus bonis mobilibus aliis et immobilibus prefatis Bagginis de domo dicta Stoueren in evum perpetuo possidendas. Preterea iam dicte Baggine de domo Stoueren ad hoc sunt astricte, quod prenominatis personis, videlicet Iohanni dicto Ave Maria, Verdeburgi, eius uxori, Beatrici, eius sorori[c], et Megtheldi secum commoranti de predictis bonis omnibus victum, vestitum et suorum corporum necessaria ad vite eorum tempora ministrabunt. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem ad preces tam dantium quam recipientium sigillum nostri oppidi Rekelinchusen presenti pagine duximus apponendum. Actum et datum anno Domini M°CCC^mo quarto decimo, ipso die beati Petri de cathedra.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. III Nr. 779 (Beginen Recklinghausen); Siegel der Stadt Recklinghausen anhängend.

[b-c]) Verbessert aus „eiusdem Iohannis".

1108

1314 Februar 22 Menden

Hadewigis, die Witwe des Ritters Godfried von Sümmern, vermacht ihren beiden Töchtern Mechtild und Gertrud, Nonnen in Oelinghausen, eine Rente von vier Schillingen, und zwar zwei Schillinge aus dem Haus und dem Hausplatz des Hermann Balge und zwei Schillinge aus dem Haus und dem Hausplatz der Ymme gen. Stukenersche zu Menden. Nach dem Tod der beiden Töchter soll die Rente an die Nonnen des Konvents in Oelinghausen fallen, die dafür die Memorie der Ritter Lubert von Bevern, Godefried von Sümmern und des Friedrich von Wendt sowie die von ihr und ihren Kindern zu halten haben.

Universis presentia visuris et audituris innotescat in perpetuum, quod ego Hadewigis, relicta Godefridi de Summeren, militis pie memorie, cum consensu Gerlaci, filii mei, et omnium heredum libero arbitrio lego et confero filiabus meis Mechtildi et Gertrudi, monialibus in Oelinchusen, quatuor solidorum redditus annuales ex bonis meis Mendene, videlicet ex domo et area Hermanni de Balge duos solidos et ex domo et area Ymme dicte Stukenersche duos solidos ex predictis duabus domibus et areis perpetue tollendos semper Kathedre Petri. Post obitum vero predictarum mearum filiarum tollet predictos quatuor solidos ex predictis domibus perpetue conventus sanctimonialium eiusdem claustri, ita quod de ipsis quatuor solidis semel in anno distributio fiat inter ipsas sanctimoniales et conventum. Quo die memoriam peragent in fraternitate Luberti de Beueren et Godfridi de Sumberen et Frederici Went, militum, et specialiter mei et puerorum meorum vivorum et defunctorum missis et vigiliis quovis anno. In cuius collationis evidentiam contuli eis presens scriptum sigillo Erenfridi Quatterlant roboratum. Et ego Erenfridus Quatterlant presentem literam meo sigillo sigillavi. Datum et actum in cimiterio Mendene, presentibus Erenfrido Quatterlant, Lamberto de Hemstede, Wicboldo, magistro civium Mendensium, Gobelino Muddepenninch et toti consules Mendenses et quam plurimi aderant fide digni anno Domini millesimo trecentesimo quartodecimo, Kathedra Petri.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 198, Siegel des von Quatterlant (WS 200,4, an den Rändern beschädigt) anhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 206.

1109

1314 März 3

Hermann von der Horst[1] unterwirft sich im Streit mit dem Bischof Ludwig von Münster wegen der ihm zugefügten Schäden dem Schiedsspruch des Ritters Dietrich von der Horst und des (Grafen) Dietrich von Kleve.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, ego Hermannus dictus van der Horst notum esse cupio, quod de discordia seu dissentione habita inter reverendum virum dominum Ludwicum Monasteriensis ecclesie episcopum ex parte una et me ex altera ratione dampnorum mihi per ipsum illatorum plane et simpliciter reformati sumus et compositi ad dictum et pronuntiationem Symonis van der Horst, militis, et Tyderici de Cleve ita, quod quicquid inter nos dixerint et pronuntiaverint, ex utraque parte ratum tenebimus atque firmum et exnunc pro compositione inviolabiliter observanda. In cuius compositionis fidem et testimonium presens scriptum ipsi domino episcopo predicto dedi sigilli mei munimine consignatum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quartodecimo, dominica, qua dicitur Reminiscere.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. I 1 (großes Kopiar des Domkapitels Münster), Bl. 129; Abschrift Kindlingers um 1800 in Msc. II 3, Bl. 79, Nr. 157; Regest: WUB VIII Nr. 863.

[1]) Wegen der Beteiligung des Grafen Dietrich von Kleve ist unter den vielen Linien der von der Horst am ehesten an die gleichnamige Herrschaft in der heutigen Stadt Gelsenkirchen zu denken, vergl. die Güterauftragung an den Grafen von der Mark 1315 März 20.

1110

1314 März 5

Gyseler, der Sohn des † Ritters Heinrich von der Linden verkauft für 33 Mark der (Nonne) Katharina von der Mark seine Güter zu der Linden[1] in Fröndenberg, die nach ihrem Tode an das Kloster Fröndenberg fallen sollen.

In nomine Domini amen. Ea, que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, dignum est scripto memorie commendare. Noverint igitur singuli ac universi presentia visuri, quod ego Gyselerus, filius quondam Hinrici dicti van der Lynden, cum voluntate, consilio et auxilio Hinrici et Gyseleri, consangwineorum meorum, vendidi iusto venditionis tytulo domine Katerine de Marcha et ecclesie in Vrendeberg post eiusdem domine Katerine obitum vel decessum pro triginta et tribus marcis denariorum legalium et bonorum ad omnem meam voluntatem michi persolutis bona mea dicta Thů der Lynden sita in Vrendeberg cum pratis, nemoribus ac ceteris omnibus suis attinentiis perpetuo possidenda renuntiavique, sicut in hiis scriptis renuntio, omni exceptioni iuris seu facti, per quam contra prefatum contractum venire possem in futurum. Et in huius facti firmitatem et robur perpetuum ego Gyselerus rogavi presens scriptum sigillis honorabilium virorum, videlicet domini prepositi Scheydensis et domini Hermanni de Dalhusen, communiri. Et nos .. prepositus Scheydensis ac nos Hermannus de Dalhusen de voluntate partis utriusque sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Acta sunt hec anno Domini M° CCC° quartodecimo, feria tertia post dominicam Reminiscere, presentibus domino Rotgero, preposito ecclesie Scheydensis, domino Hermanno milite dicto de Dalhusen ac eorundem dominorum servis, videlicet Iohanne et Gerhardo, Rudolpho de Vrendeberg, Gerhardo, Wernhero et Hinrico dicto Kůninc et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno et die predictis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 83, 1. Siegel ab, das des von Dalhusen (WS 212,5) beschädigt anhängend; Rückvermerk (15. Jahrh.): item ein haeff alhie tho Froendenberghe, die Lynden genant.

[1]) Tritt bei Roden, Stift Fröndenberg nicht in Erscheinung.

1111

1314 März 11

Vor den Ratsherren der Stadt Büren erklären die drei Schwestern und Konversen Mechteldis, Reimodis und Alheidis, die Töchter des † Johannes gen. Trekebrot in Büren, daß das von ihnen von den Augustinereremiten in Lippstadt auf Lebenszeit gekaufte Haus und die Hausstätte nach ihrem aller Tode an die Augustinerermiten zurückfallen soll.

Nos Conradus de Sydinchusen, proconsul, Hinricus Allexandri, Arnoldus Rouere, Hinricus de Harn, Meyngerus, filius Lodewici de Diderikeshusen, Hermannus de Bochlem, Hartmodus de Barchusen, Bertoldus de Redhenstorp, Gizelbertus de Vehene, Iohannes Osterlant, Hinricus Radolphi et Godscalcus dictus Rost, consules in Buren, universis presens scriptum visuris vel audituris volumus esse notum, quod tres sorores carnales et converse, scilicet Meychtheldis, Reymodis et Alheydis, filie quondam Iohannis dicti Trekebrot in Buren, venientes ad nostram presentiam recognoverunt publice nobis audientibus et expresse, quod domus nostra et area, in qua habitant, quam ad tempus sue vite emerunt circa fratres de Lippia ordinis sancti Augustini de ordine fratrum Heremitarum, post mortem omnium trium dicta domus et area ad usum dictorum fratrum Lippensium redire libera debeat et quieta, ita quod nulli heredes ex parte ipsarum trium in domo vel in area aliquam [port]ionem[a] debeant expectare. In huius rei testimonium ad petitionem utriusque partis, scilicet tam sororum tam fratrum sigillum nostre universitatis presentibus est appensum. Datum in crastino post domincam, qua cantatur Oculi mei anno Domini M° CCC° XIIII°.

Ausf., Perg., StAM, Augustinereremiten Lippstadt Urk. Nr. 2, Siegel der Stadt Büren (WS 67,3) anhängend; Druck: WUB IX Nr. 1200.

[a]) Textverlust durch abblätternde Schrift.

1112

1314 März 17

Vor den Ratsherren der Stadt Lippstadt verpachtet Heinrich, Konverse und Kämmerer des Klosters Benninghausen, dem Eberhard Kale auf fünf Jahre den Oberhof Overhagen[1].

Universis presentem literam visuris vel eciam audituris nos .. consules civitatis Lippensis notum esse volumus protestantes publice, quod constitutus coram nobis Henricus, conversus monasterii sanctimonialium in Benekinchusen, camerarius seu lanifex ibidem, habita ad hoc totius conventus sui voluntate et consensu curtem dictorum claustralium in Ouerhaghen cum omni iure et agris ac pertinenciis quibuscumque, prout situata est, locavit et commisit Euerhardo, filio Alberti dicti Kale, ad spacium quinque annorum in festo Pasche nunc instanti currere incipientium ad colendum ipsam curtem, fructificandum et fructus recipiendum ab eadem pro debita et consueta annua pensione dictis claustralibus singulis annis in festo beati Petri ad cathedram infra muros Lippenses exsolvenda, videlicet pro duodecim maltis annone, puta siliginis, ordei et avene equepartim Lippensis mensure, nec non quatuor solidis denariorum Lippie usualium et bonorum et duodecim pullis. Ut igitur dicti claustrales suam eo certius consequantur pensionem, suos dictus Euerhardus Deghenardum dictum de Cliue, Lambertum sculthetum de Milinchusen et Iohannem de Horne dictum Byrman constituit et ordinavit fideiussores, qui in solidum seu coniuncta manu dictis claustralibus pro huiusmodi pensione tempore, ut premissum est, consequenda firmiter promiserunt. Si autem medio tempore dictum Deghenardum, quod absit, decedere contingeret, extunc ipsius heredes eodem fideiussionis vinculo, quo eorum pater, quemadmodum voluntaria electione pollicebantur, essent innodati. Quo autem quinquennio elapso, dicti fideiussores ab astrictu sue fideiussionis quiti erunt penitus et soluti, dummodo pensio prorsus sit soluta. Nichhilominus idem Euerhardus eosdem curtem et agros ad vite sue terminum possidebit sub hac pena, quod si aliquo annorum in solvendo suam pensionem predictam defecerit seu negligens fuerit, extunc,

qualitercumque eciam de statu ipsorum curtis sit et agrorum, ipsam curtem cum omni iure voluntate spontanea resignabit. Est autem specialis adiecta conditio, quod illi, qui horum agrorum partem forte maiorem vel pauciorem a dictis Euerhardo vel Deghenardo conduxerint seu coluerint, tali parte licite fruentur pro pensione acceptata, donec expleant usum fimi. Unde in omnium premissorum testimonium ac maioris roboris firmitatem nos .. consules supradicti sigillum nostrum ad petitionem partium una cum sigillo ipsorum claustralium apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Ecberto Wigandi et Iohanne Gyselberti, proconsulibus, Elrico Elrikinc, Ludolpho de Gyseke, Hermanno Virlincwecge, Henrico de Cleye, Iohanne dicto Gote, Bodone Stakelinc, Th. de Sancto Trudone et Hermanno, eius fratre, Th. dicto Kolehem, Godefrido Viuace, Iohanne dicto Kůninc, Redgero de Bolehus, Iohanne et Bernardo de Lancgeneken, Iohanne Goldekinc, consulibus, et quam pluribus aliis fide dignis. Et nos .. abbatissa totusque conventus monasterii supradicti in signum ratihabitionis nostre et consensus de omnibus premissis presentem literam nostri sigilli appensione duximus roborandum. Datum in die beate Gertrudis anno Domini M° CCC^mo quartodecimo.

Zwei Ausf., Perg, StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 126, an beiden Urkunden Siegel ab, Rückvermerk 1. (17. Jahrh.): elocatio alicuius curtis in Auerhagen claustralis dictae, *2. (15. Jahrh.): de* Houerhagen.

[1]) Südwestlich von Lippstadt.

1113

1314 März 17

Vor dem Edelherrn Wilhelm von Ardey verkauft sein Vasall Johannes gen. Madewik *dem Kloster St. Walburgis bei Soest eine Kornrente von einem Malt aus den Gütern zu Mawicke[1]. Da das Eigentumsrecht an diesen Gütern dem Edelherrn zusteht, schenkt er das Eigentumsrecht an der Rente dem Kloster.*

Universis presentes literas visuris et audituris nos Wilhelmus vir nobilis de Ardeya notum facimus et publice protestamur, quod, cum Iohannes dictus Madewik, noster vasallus, de consensu Růmeldis, uxoris sue, et Hermanni, eius filii, et Gobelini dicti de Nedene, sui nepotis, ac ceterorum suorum coheredum plena ad hoc voluntate accedente pro certa pecunie sibi tradita et soluta [summa][a] venerabilibus personis .. preposito, .. priorisse et .. conventui monasterii sancte Walburgis extra muros Sůsacienses vendidisset annuam pensionem unius malti annone siliginis et ordei pari quantitate de bonis suis in villa Madewik sitis, quorum proprietas ad nos pleno iure pertinere dinoscitur, absolute perpetuis temporibus possidendam et infra festa Mychaelis archangeli et beati Martini hyemalis singulis annis percipiendam et tollendam, nos ipsam venditionem et similiter emptionem ratam et gratam habentes, de voluntate et consensu Iůtte, uxoris nostre, Henrici et Wilhelmi, filiorum nostrorum, ac aliorum coheredum proprietatem prefate pensionis malti annone beate Marie virgini gloriose, beate Walburgi virgini et .. preposito, .. priorisse et .. conventui predictis damus et concedimus liberaliter per presentes, volentes, ut huiusmodi factum nostrum nullus filiorum ac coheredum nostrorum futuris temporibus possit infringere aut quomodolibet violare. Igitur protestamur, quod Iohannes, uxor sua et filius eius predicti obligaverunt bona sua in Madewik predicta cum integritate .. preposito, .. priorisse et .. conventui prefatis pro inpetitione filiorum ac coheredum nostrorum defendenda et pro debita warandia pensionis memorate. In cuius venditionis, emptionis et nostre donationis seu concessionis ac obligationis testimonium pro nobis et pro uxore nostra et filiis ac coheredibus et ad petitionem Iohannis, vasalli nostri predicti, sue uxoris et filii presens scriptum nostro sigillo duximus roborandum. Actum et datum die dominica Letare anno Domini M° CCC^mo quartodecimo, presentibus Alberto, vicario Sůsaciensi, Henrico, rectori cappelle Themink, Richardo, sacerdote, Theoderico de Honrode, Hermanno dicto Bettinchusen, Thiderico dicto Hemmenere, nostro officiato, Gerhardo dicto de Bůgge, iudice, Theoderico, aurifabro, Conrado dicto Brunink, Godefrido, fabro, Wiggero Vockinchus, Wernero Vryol, Iohanne Wanmate, Herbordo, pistore, et aliis fidedignis. Item dictus Iohannes, .. uxor et filius suus obligaverunt nobis prefata bona etiam excepta pensione predicta, quod nos relevabunt ab huiusmodi facto per nos consumato, si forte filii nostri aut alii in fu-

turo premissa quomodolibet infringere presumerent aut quomodolibet violare. Actum et datum ut supra coram testibus supradictis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Walburgis Soest Urk. Nr. 58, Rest des Siegels des Edelherrn (WS 30,10 ?) anhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): 1. beate Marie virginis, *2.* de Madewik*; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc I 219 (Kopiar von St. Walburgis Soest) Bl. 75 der 2. Zählung und S. 13 der 1. Zählung.*

[a]) Singemäß zu ergänzen.
[l]) Zwischen Soest und Werl.

1114

1314 März 18 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln setzt fest, daß in der Stadt Recklinghausen beim Tode von Ministerialen und Wachszinsigen, die zugleich Bürger der Stadt sind, ihren Herren der gebührende Anteil entrichtet werden muß, sonst aber den Kindern der Verstorbenen und ihren rechten Erben gegenüber anderen Berechtigten der erste Erbanspruch auf Herwede und Gerade zusteht.

Henricus Dei gratia Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis presentibus et futuris has litteras intuentibus et audientibus salutem in Domino sempiternam. Ex parte opidanorum nostrorum in Rekelinchusen nobis est humiliter supplicatum, ut, cum ex quadam inepta consuetudine apud eos hactenus sit servatum, quod, si quis ex eis ministeriali seu cerocensuali iure alicui ecclesie vel domino ligatus vel alias opidanus vel opidana existat, decedat, quamquam domino vel ecclesie, cuius ministerialis vel cerocensualis existit, ius sibi ex morte talis competens persolvatur, nichilominus tamen is, qui eiusdem iuris cum defuncto existit, et in illa progenie proximus est heres, bona mobilia dicti decedentis, que herwede et gerade vulgariter nuncupantur, tollit et liberos decedentis seu alios veros heredes eiusdem exheredat seu excludit a successione huiusmodi bonorum, que potius ad ipsos heredes liberos quam ad alienos devenirent, nos ipsis super premissis dignaremur paterno subsidio subvenire, maxime cum plerumque hii, qui huiusmodi mobilia „herwede" et „gerade" dicta tollunt, sint extra opidum nostrum Rekelinchusen sub alieno domino commorantes et ex hoc inhabitantes dictum opidum nimium depauperentur in equis, armis, vestibus et aliis bonis, que sub hoc colore auferuntur eisdem. Attendentes itaque nichil fore equius, quam ut veri et liberi heredes parentibus suis in bonis, que relinqunt, succedant, more pii patris, qui semper sibi et ecclesie sue subiecte et indefesse servierunt, intendit ab eorum gravaminibus relevare, ut, quo maiora commoda a nobis recipiunt, tanto in nostro et ecclesie nostre servicio ardenciores ubilibet habeantur, prefata consuetudine, que pocius est dicenda corruptela, non obstante sic de eadem duximus statuendum et ordinandum, ut de cetero dictis opidanis nostris utriusque sexus hominibus decedentibus liberi seu heredes eorum veri et proximiores, videlicet illi, quibus competit porcio hereditaria in bonis mobilibus eorum ipsorum, succedant eisdem nec ad dandum herwadiam aut gerade aliis teneantur, hoc adiecto, quod de illis, qui dominorum seu ecclesiarum aliquarum ministeriales aut cerocensuales exstiterunt, iura ex talium decedentium morte competencia ipsis dominis seu ecclesiis persolvantur, prout hoc de iure, privilegio vel consuetudine fuerit faciendum. Quia per premissa nec dominis aut ecclesiis ipsis de iure eorum nolumus aliquatenus derogari, precipimus itaque premissa de cetero in ipso opido nostro Rekelinchusen firmiter observari nec quemquam ex eis fore cogendum in contrarium ordinacionis nostre superius enarrate. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsis opidanis nostris dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum apud Gudensberch in crastino dominice Letare anno Domini millesimo trecentesimo quartodecimo.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Stadtarchiv Urk. I Nr. 7, Siegelrest anhängend; nicht in REK IV.

1115

1314 März 18

Der Ritter Loyf von Herevelde verkauft dem Zisterzienserinnenkloster Benninghausen den Hof zu Eickelborn, den er vom Stift Geseke für eine Pacht von zwei Schillingen hat. Er läßt den Hof der Äbtissin zu Geseke auf, die den Hof für die genannte Pacht dem Kloster Benninghausen verpachtet.

Coram universis presentem literam visuris vel etiam audituris ego Loyff de Hereuelde, miles, recognosco et protestor publice me habito consensu et voluntate Alheidis, uxoris mee, Alberti et Heydenrici, filiorum, omniumque aliorum heredum meorum mansum meum in Ekeneberen cum omni iure et pertinentiis quibuscumque, prout situatus est, religiosis personis dominabus abbatisse et conventui monasterii sanctimonialium in Benekinchusen ordinis Cisterciensis pro quadam pecunie summa tradita et soluta rite et rationabiliter vendidisse. Quem quidem mansum ego et mei heredes predicti ab honorabili domina abbatissa secularis ecclesie in Gyseke tenuimus et possedimus pro duorum solidorum denariorum annua pensione, que dicitur pacht apud vulgus, prenominate domine mee de ipso manso singulis annis in festo beati Michaelis exsolvenda ipsumque mansum libere resignavimus cum omni suo iure et per presentes resignamus in manus domine prenominate. Unde nos abbatissa dicte ecclesie de consensu preposite totiusque capituli nostri huiusmodi approbantes venditionem et resignationem recognoscentes, ad petitionem dictorum militis et heredum suorum eundem mansum cum omnibus pertinentiis et iure predictis pro pensione prelibata suo tempore, ut dictum est, nobis persolvenda dictis dominabus abbatisse et conventui in Benekinchusen locavimus et commisimus et in hiis scriptis committimus perpetualiter possidendum. Igitur nos abbatissa in Gyseke sigillum capituli nostri una cum sigillo dicti militis pro suis heredibus in signum ratihabitionis et veritatis de premissis apponi fecimus huic scripto. Datum crastino beate Gertrudis anno Domini M° CCC^mo^ quartodecimo.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Kloster Benninghausen, Akten Nr. 313 (Kopiar des Klosters Benninghausen, ehemals Msc. VII 5724) Bl. 45.

1116

1314 März 24 Rüthen

Der Knappe Gottfried von Ruden verzichtet mit Zustimmung seines Vaters, des Ritters Gerhard, und aller seiner Brüder, zugunsten des Abts Florin und des Konvents in Liesborn auf gewisse Güter in Langenstraße[1]. Diese hatte sein † Oheim väterlicherseits von einem Goswin, dem Eigenhörigen dieser Güter, gekauft und dem Gottfried auf dem Totenbette übertragen.

Noverint universi presentium inspectores, quod ego Gotfridus de Ruden, famulus, quorundam amicorum meorum consilio inductus pariter et instructus ad hoc etiam honesti militis domini Gerhardi, patris mei, atque fratrum meorum omnium plena accedente voluntate quedam bona in Langenstrot sita, que quondam bone memorie Gotfridus, patruus meus, a quodam Goswino, eorundem bonorum asscripticio, pro quadam summa pecunie comparavit, que idem patruus meus mihi contulit, dum iacuit in extremis, religiosis viris domino Florino, abbati in Lyseberen, ac toti conventui ibidem in iam dicti patrui mei anime remedium resignavi et resigno, renuntians plane omni iuri, quod mihi competiit vel in posterum competere posset in eisdem, volens nichilominus dictam ecclesiam Lyseberen et sibi adherentes in recompensam dictorum bonorum, ubicumque potero, promovere de cetero fideliter et constanter. Et hec premissa omnia sub sigillo honestorum virorum castellanorum in Ruden presentibus ad preces meas appenso protestor firmiter in hiis scriptis. Datum anno Domini M° CCC^mo^ XIIII^mo^, dominica post festum beati Benedicti.

Ausf. Perg., StAM, Kloster Liesborn Urk. Nr. 102, Siegel der Burgmannen zu Rüthen (am Rande abgebrochen, WS 80,3) anhängend. Rückvermerk (von der Hand des Urkundenschreibers): Datum et actum in platea ante domum Henrici dicti Bouinch in oppido Ruden in proborum[a] virorum presentia Frederici de Sas-

sendorp et Wilhardi de Holthusen, militum, Theoderici de Messchede, Wernheri Stotere, Conradi et Arnoldi fratrum dictorum Hitertat, Hermanni de Volkelinchusen, Dethardi de Anrochte, Iohannis de Heghe necnon domini[b] Hermanni, plebani in Aldenruden, et aliorum quam multorum, die et anno Domini supradicto; item aderant Henricus et Gerhardus fratres de Hemerde;

Abschrift des 15. Jahrh. in Msc. I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn) Bl. 74; Druck: Schmieder, Urk. Liesborn Nr. 129, S. 105 (fehlerhaft); Regest: WUB VIII Nr. 869.

[a]) Über dem „p" eine überflüssige „re"-Abkürzung; [b]) „d" aus „L" verbessert.
[l]) Zwischen Rüthen und Geseke.

1117

1314 März 25

Walther gen. Vilch, Bürger in Werl, verkauft an Propst und Konvent zu Oelinghausen aus seinem Hausplatz eine Rente von einer halben Mark.

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris ego Waltherus dictus Vilch, oppidanus Werlensis, notum esse desidero presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate Margarete, uxoris mee legitime, ac omnium verorum heredum meorum vendidi ex integra area nostra .. domino preposito et conventui ecclesie in Olinchusen dimidiam marcam annuatim solvendam in festo beati Mychaelis iure hereditario perpetue possidendam. In cuius rei firmum testimonium sigillum oppidi Werlensis presentibus est appensum. Presentes erant, dum hec agerentur, Iohannes dictus Scolere, Theodericus de Hollinchoue, proconsules, Hermannus Frondelere, Hermannus Prosekese, Conradus Notlike, Euerhardus Kepeke, Theodericus Kruse, Henricus Kavolt, Hermannus Bars, Conradus Kapetowe, Thomas in Atrio, consules Werlenses, Henricus Krevet, Euerhardus de Thvnen, Euerhardus Swinintholt, Henricus de Steyne et alii quam plures viri fide digni. Datum anno Domini M° CCC° quartodecimo, in die Annunciationis beate Marie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 199, Siegel der Stadt Werl (abgegriffen, WS 71,5) anhängend; Abschrift des 14. Jahrh. im Kopiar des Klosters Oelinghausen: Altertumsverein Paderborn, Cod. 348, S. 136; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 207.

1118

1314 März 30

Johannes gen. Scemel und seine Frau Alheidis verkaufen den Rektoren der Altäre in der Kirche St. Patrokli in Soest eine Rente von einer Mark aus ihrem außer einer Abgabe von einem Huhn unbelasteten Haus in Werl und aus dem dortigen Besitz.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Iohannes dictus Scemel et Alheidis, eius uxor legitima, notum facimus et publice protestamur, quod de consensu et voluntate Gerhardi et Oleken, liberorum, ac ceterorum nostrorum coheredum rite et legitime vendidimus viris discretis .. rectoribus altarium ecclesie beati Patrocli Sůsatiensis pro certa pecunie summa nobis soluta et tradita redditus annuos unius marce denariorum Sůsati usualium et bonorum de domo et de totali nostra hereditate in opido Werle sita, de qua nullus census datur, sed unus pullus quolibet festo Pasche pro dimidietate et quolibet festo Michaelis pro reliqua dimidietate vel infra quindenam post quodlibet festum, sine captiositate per nos ipsis rectoribus vel per nostros successores dicte domus et hereditatis possessores in opido Sůsatiensi sub nostro periculo et expensis presentandos et perpetuo tempore iure hereditario possidendos, statuentes pro warandia legitima .. dictum Rump de Werle, Lodewicum de Růdenberg et Iohannem dictum Stutenbrot[a], nostros coopidanos, nostros fideiussores reddituum predictorum. Igitur ut huiusmodi emptio et venditio perpetuis temporibus firma et inviolabilis perseveret, hoc scriptum ipsis .. rectoribus damus sigillo opidanorum et civitatis in Werle evidentius communitum. Et nos .. proconsules et .. consules in Werle protestamur dictam emptionem rationabiliter

esse factam et propter hoc ad petitionem opidanorum nostrorum predictorum et ut ipsis rectoribus de predictis redditibus sine nostra tamen obligatione caveatur, sigillum opidi nostri duximus presentibus apponendum. Actum et datum anno Domini M° CCC° quartodecimo, in vigilia Palmarum. Testes huius rei sunt dominus Godefridus vir nobilis de Rudenberg, Euerhardus Clot de Madewik, Iohannes Scolere et Theodericus de Holdinchoue, proconsules in Werle, Conradus Notlike, dictus .. Kouolt, Iohannes Hene, Henricus Prosekese, Conradus Kapecowe et Hermannus Bars, consules ibidem, ac alii omnes de concilio, Hermannus Bere, Werneko Vriol, Iohannes Wanmate ac alii plures fidedigni.

Ausf., Perg., StAM, Vikarien bei St. Patrokli Soest Urk. Nr. 10, Siegel der Stadt Werl (stark beschädigt, WS 71,5) anhängend.

[a]) Auch die Lesung „Stucenbroc" möglich.

1119

1314 März 30

Die Brüder Heidenreich, Hermann und Bernhard Wulf von Lüdinghausen (die de Wolve heyzent von Ludinghusen)*, alles Ritter, schließen in ihrer kriegerischen Auseinandersetzung mit Bischof Ludwig von Münster und ihrem Neffen Hermann dem Alten von Lüdinghausen einen Vergleich. Unter anderem geloben sie, die Sühne einzuhalten, die Graf Wilhelm von Arnsberg und der Domdechant zu Münster, Edelherr Simon zur Lippe, vermittelt haben. Sie betrifft die Überlassung der Dompropstei an den Bischof von Münster*[1] (umme den dûmpropst to besceren unsen herren von Munstere). *Datum 1314 März 30* (an deme Palmobende).

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel, Amt Lüdinghausen Urk. Nr. 14; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 3 Nr. 175; Druck: WUB VIII Nr. 873 (mit weiteren Angaben); Druck: Kindlinger, Münstersche Beiträge III S. 748 ff.; Regest: REK IV Nr. 814.

[1]) Zu dieser Zeit war die Dompropstei durch den Tod des Johann von Kleve unbesetzt (vergl. WUB VIII Nr. 882).

1120

1314 März 30

Hermann der Alte von Lüdinghausen (Ludinghusen) *und sein Sohn Hermann der Junge, beides Ritter, verprechen dem Bischof Ludwig von Münster Beistand gegen alle Widersacher mit Ausnahme des Hermann von Gemen* (Gemene)*, des Johann von Doring und seiner Brüder, des Conrad von Lindenhorst und des Tilmann von Hagenbeck* (-beke) *und seiner Brüder. Das Haus Lüdinghausen soll dem Bischof als Offenhaus dienen mit Ausnahme gegen den Abt von Werden. Hermann der Alte darf dem Bischof mit seinem Teil des Hauses nicht beistehen gegen den Grafen von der Mark, was Hermann dem Jungen mit seinem Teil des Hauses gegen den Grafen von der Mark und alle Feinde des Bischofs erlaubt ist. Datum 1314 März 30 (an Palmabende).*

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster, Amt Lüdinghausen Urk. Nr. 12; Druck: WUB VIII Nr. 874 (mit weiteren Angaben).

1121

1314 März 31

Gertrud, die Witwe des Ritters Everhard von Mengede, und ihre Kinder Everhard und Jutta verkaufen dem Ritter Giselbert gen. Speke ihre Güter zu Tortberg[1] *und versprechen, diese innerhalb von zwei Jahren aufzulassen.*

Notum sit universis presentia visuris et audituris, quod nos Gertrudis, relicta quondam Everhardi militis de Menghede, nec non Everhardus et Iutta, heredes nostri, vendidimus bona nostra sita in Tortberghe cum omnibus suis attinenciis, obventionibus, proventionibus, fructibus quibuscumque, prout iacent, Giselberto dicto Speke, militi, in hac forma, quod nos et heredes nostri infra spacium duorum annorum a data presencium, quandocumque prefatus Giselbertus requisierit, dicta bona in Tortberghe resignabimus et mittemus in manus, cuiuscumque persone predictus Giselbertus, miles, voluerit habere resignata. Potentes eciam erimus magistri Rutgeri ac heredum suorum in Rekelinchusen, ut predicta bona resignent in manus, cuiuscumque persone predictus Giselbertus, miles, habere voluerit, quandocumque ab eo fuerimus requisiti. Et homines in dictis bonis commorantes promittent censum sive pensionem dictorum bonorum[a] solvere annuatim in manus, cuiuscumque persone dicta bona fuerint resignata, recipientes econverso predicta bona ad tempora vite sue ab eadem persona pacifice possidenda. Promittimus itaque plenam warandiam facere predictorum bonorum[b] post diem resignationis, videlicet annum sex septimanis et prout ius expostulat et requirit. Est eciam condictum, quod, si Giselbertus, miles, proprietatem predictorum bonorum[c] in Tortberghe non poterit comparare, predictus filius noster Everhardus dicta bona porriget in feodo duabus manibus sive personis absque dono alicuius muneris, quibus Giselbertus, miles predictus, voluerit habere porrecta. Preterea si dictum Giselbertum militem dictum Speke medio tempore mori contigerit, promittimus omnia sibi promissa Ernesto, filio suo, firmiter adimplere, ad maiorem securitatem, constituentes ipsi fideiussores discretos viros Ernestum de Menghede, militem, Iohannem et Everhardum, fratres ipsius, Rutgerum de Ichorne, Henricum de Spelmenninch, Hermannum de Busche, qui se data fide manu coniuncta obligaverunt, quod, si in omnibus ac singulis premissis aliquis defectus fuerit, quod absit, extunc moniti a prefato Giselberto, milite, vel Ernesto, eius filio, duabus septimanis elapsis civitatem Tremoniam intraturi iacendo ibidem more bonorum fideiussorum ab inde non recessuri, quousque predicto Giselberto, militi, et eius filio Ernesto super defectu sive defectibus plenarie fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium nos Ernestus de Menghede, miles, et Iohannes, frater ipsius, ad petitionem prefate domine Gertrudis ac heredum suorum Iutte et Everhardi sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Et nos reliqui fideiussores sigillis predictorum sumus contenti et omnia ac singula recognoscimus esse vera. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} quartodecimo, ipso die festi Palmarum.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, A Bodelschwingh (Dep.) Urk. Nr. 9, erstes Siegel ab, das des Johann von Mengede (Umschrift abgegriffen) anhängend; Rückvermerke: 1. (16. Jahrh.) item dit helt in Layrberge, *2. (17. Jahrh)* stamghut.

[a]) In der Vorlage „dictarum bonarum, [b]) desgl.; [c]) desgl.

[1]) Teil der Bauerschaft Deininghausen nordwestlich von Castrop.

1122

1314 April 1

Edelherr Konrad von Rüdenberg läßt dem Kölner Erzbischof Heinrich den von ihm zu Lehen getragenen und an den Ritter Friedrich von Sassendorf, Burgmann zu Rüthen, verkauften Zehnten zu Suttrop auf und bittet ihn, den Ritter Friedrich damit zu belehnen.

Reverendo in Cristo patri ac domino H. archiepiscopo Coloniensi, sacri imperii per Ytaliam archicancellario, Conradus nobilis vir dominus de Růdenberg parati obsequii voluntatem. Noverit vestra dominatio, quod nos cum consensu Godefridi, filii nostri, ceterorumque nostrorum heredum, videlicet Goswini et Henrici, strennuo militi Frederico dicto de Sassendorp, vestro castellano in Ruden, decimam in Suttorpe cum omni iure, quod in ipsa habere videamur, sibi ac suis heredibus vendidimus ac iusto venditionis titulo assignavimus. Unde cum nos ipsam decimam de manu vestre dominationis habebamus, ipsam presentibus resignamus, rogantes studiose, quatenus predictam decimam prefato Frederico, militi, eodem modo et iure, quo nos eam de vestra dominatione habuimus, conferatis. Hoc ratum habebimus et acceptum. In cuius testimonium

nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum feria secunda post dominicam Palmarum anno Domini M° CCC^mo quartodecimo.

Ausf., Perg., A von Fürstenberg zu Herdringen Urk. Nr. 34, Siegel ab.

1123

1314 April 2

Vor dem Grafen Wilhelm von Arnsberg und seinem Sohn Godfried verpachten die Kanoniker zu Wedinghausen den Bürgern zu Arnsberg den Oberhof Evenhof[1] auf 60 Jahre.

Nos Wilhelmus comes de Arnsberg, Godefridus, primogenitus noster, ceterique nostri heredes, sicut nomina tenent, circa universos et singulos, ad quos littere presentes pervenerint, ad notitiam veritatis. Recognoscimus et publice profitemur, quod constituti coram nobis religiosi viri dominus Gerhardus, prepositus, totusque conventus canonicorum ecclesie in Wedinchusen curtem eorum sitam in Eueneho cum universis agris eidem curti attinentibus dilectis opidanis nostris in Arnsberg universis eorumque veris heredibus ad spatium sexaginta annorum matura deliberatione prehabita locaverunt pro hiis inquam redditibus annualibus, videlicet triginta maldris avene Arnsbergensis mensure et dimidia marca denariorum in Arnsberg legalium et bonorum inter festa sanctorum Martini et Andree annis singulis persolvendis. Redditus autem dimidie marce predicte infra primos decem annos predicti opidani non persolvent .. canonicis antedictis. Deinceps vero, videlicet hiis decem annis transactis, dicte dimidie marce redditus cum predictis aliis redditibus, videlicet triginta maldris avene, singulis annis prefati opidani nostri persolvent predictis canonicis, quousque numerus istorum sexaginta annorum totaliter compleatur. Usum autem glandinum et lignorum in marka eidem curti attinenti predicti opidani nostri in Arnsberg non habebunt. Et est condictum, quod .. magistri consulum et .. consules opidi nostri Arnsberg predicti, quicumque pro tempore fuerint, singulis annis dictos redditus exclusa ac semota qualibet arrestatione seu occupatione ad granarium dictorum canonicorum in Wedinchusen omni dolo excluso libere presentabunt, alioquin iam dicti una cum universis ceteris opidanis nostris in Arnsberg non dimittentur quiti a .. canonicis antedictis. Transactis autem hiis annis sexaginta prefata curtis in Eueneho cum universis agris tam novalibus seu de novo cultis quam non novalibus eidem curti attinentibus ad canonicos ecclesie in Wedinchusen libere revertetur. Agros vero per inpinguationem fertiles factos predicti opidani nostri hiis annis sexaginta transactis rursum colent quatuor annis et de quolibet iugere unum scepel avene persolvent predictis canonicis singulis annis et extunc predicti agri ad ipsos canonicos libere revertentur. In cuius contractus robur ad petitionem[a] utriusque partis sigillum nostrum una cum sigillis earum duximus presentibus apponendum. Presentes erant ordinationi huic Godefridus nobilis de Růdenberg, dominus Gerhardus, prepositus predictus, Henricus, prior, Wescelus, subprior, Iohannes, plebanus, Alexander, Euerhardus, Hermannus, custos, predicte ecclesie canonici, Euerhardus de Meninchusen, Lambertus de Scedingen, milites, Gobelinus, cappellanus noster, Reynerus, notarius noster, Anthonius de Enze, Hermannus de Bentcamp, Henricus, proconsul in Arnsberg, Winandus, carnifex, Theodericus, faber, ceterique consules ibidem et alii quam plures viri idonei ac fide digni. Datum anno Domini M° CCC° quartodecimo, quarto nonas Aprilis, anno cicli indictionis duodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 92, Siegel des Grafen von Arnsberg (WS 41,2), des Klosters Wedinghausen (WS 109,8) und der Stadt Arnsberg (WS 67.6) anhängend; Abschrift des 17. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 321 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209), Bl. 65; Druck: SUB II Nr. 562.

[a]) In der Vorlage „petionem".

[1]) Gelegen hinter dem alten Schlosse nach Norden (Blätter zur näheren Kunde Westfalens, 13. Jg. 1875, S. 77 ff.).

1124

1314 nach April 7 und vor Mai 1

Levold (von Northof) erhält durch den Bischof Adolf (von der Mark) die Anwartschaft auf eine Präbende in Lüttich.

... post festum Pasche provisum fuit michi de prebenda Leodiensi per dominum episcopum Adulphum ante festum Iacobi.

Zschaeck, Levold, S. 66.

1125

1314 April 9

Äbtissin und Konvent des Zisterzienserinnenklosters Benninghausen versprechen der Äbtissin und dem Kapitel des Stifts Geseke, wegen des von dem Ritter Loyf gen. von Hervelde angekauften und vom Stift Geseke abhängigen Hofes zu Eickelborn wie dieser dem Stift jährlich zwei Schillinge zu entrichten[1].

Universis presentes literas visuris et audituris nos Hadewigis Dei gratia abbatissa et conventus ecclesie sanctimonialium in Benekinchusen Cisterciensis ordinis notum esse cupimus et tenore presentium publice protestamur, quod nos ratione cuiusdam mansi siti in Ekeneberen, quem strennuus miles Loyf dictus de Hereuelde nobis vendidit et quem idem miles ab ecclesia in Gyseke[a] sub annua pensione duorum solidorum tenuit et possedit, venerabilibus dominabus abbatisse et .. capitulo secularis ecclesie in Gyseke predicte duos solidos denariorum singulis annis in festo beati Michaelis perpetuo persolvemus. In cuius rei testimonium et evidentiam ampliorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum feria tercia infra octavas Pasche anno Domini M° CCC^mo quartodecimo.

Ausf., Perg., A des Altertumsvereins Paderborn (Dep. in der Theodorianischen Bibliothek in Paderborn), Siegel ab; Abschrift von 1596 in StAM, Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke) Bl. 94v; Druck: WUB IX Nr. 1209; Regest: Stoewer, Inventar Paderborn Nr. 47.

[a]) Im Kopiar „Ghesike".

[1]) Vergl. Urkunde von 1314 März 18.

1126

1314 April 15

Bertold Torc bestätigt die Aushändigung einer Urkunde des Kölner Domkapitels durch Wenemar von Aldendorpe, wonach die Nachkommen des Goddart von Oer vom Hof und dem Schultenamt von Oer nicht entfernt werden dürfen.

In Godes namen amen. Wi her Bertolt Torc unde vor[a] Vrederun van V̊re, sin egte wif, dot kundich allen den genen, de desen bref aneseyt, dat her Wenemer van Aldendorpe met unseme hete ende met unseme willen vor uns ende vor unse erven umbe unse ende unser erven beste ende bate hevet geantwart ende gedan den ervebref, den hebbet de regte erven van V̊re oppe den hof ende oppe dat scultetammet van V̊re, van deme domproveste ende deme capittele van Kolne, de spreket, dat de regte erven van V̊re, de van heren Godenarde van V̊re sint gheboren, nit ne mogen van deme ammethe ende van deme hove van V̊re werden entervet. Hir over hebbet gewesen her Dideric van der Letene, her Hinric de Kostere van Vitinchoven, her Gerlag ende her Hinric van Luttelenowe ende hebbet oc unse ingesegele an desen bref gehangen tot erre orkunde. Dese bref es gegeven van Godes gebŏrde an deme dusentestene an deme drehundersten ande an deme vertindesten jare des manendages, de es nest na deme nesten sunnendage na Paschen.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 116, S. 54.

[a]) Nach einem Randvermerk bei Kindlinger ist statt des „vor" ein „vro" (= Frau) zu lesen. Möglich wäre auch ein verlesenes „wi".

1127

1314 April 27 Köln

Heidenreich, Scholaster von St. Andreas in Köln, einigt sich mit Heinrich von Heringen, Bürger zu Soest, über den Rückkauf des Oberhofes in Gelmene[1] *für 300 Mark. Für die Zahlung von 50 Mark beim letzten Termin können der Ritter Johann von Plettenberg und der Priester Hermann von Lippstadt nach Ermessen einen Aufschub gewähren. Der Scholaster unterwirft sich wegen der Äcker gen.* Withof *und einer Rente aus der Hofstelle des Oberhofs* Gelmene *dem Spruch des genannten Johann und des Hermann.*

Universis presentia visuris et audituris ego Heydenricus, scolasticus ecclesie sancti Andree Coloniensis, notum facio, quod cum discreto viro domino Henrico de Heringen, opidano Susaciensi, concordavi super redempcione curtis in Gelmene et eius[a] attinenciis in hunc modum, quod dabo sibi infra hinc et festum beati Petri ad vincula nunc venturum trecentas marcas denariorum Susati usualium et deinde a festo beati Michaelis tunc venturo ad annum unum ducentas marcas eiusdem pecunie. Pro quibus ducentis marcis sibi infra Susatum constituam tres fideiussores. Et si videbitur domino Iohanni de Plettinbregt, militi, et domino Hermanno de Lyppia, presbitero, quod secundum statum meum necesse habeam, poterunt me de quinquaginta marcis de prefatis trecentis marcis ad terminum ulteriorem induciare, prout hoc viderint expedire. De agris dictis Withof et pensione aree curtis in Gelmene stabo dictis eorundem Iohannis et Hermanni. Prefata eciam pecunia persoluta idem Henricus litteras suas, quas de dicta curte habet, mihi reddet. Et si, quod absit, predicta non explerem, tunc idem Henricus manebit sub omnibus condicionibus in dicta curte, sicut nunc ipsam habet. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillo dicti Iohannis, quod ad peticionem ipsius Henrici est appensum, hiis litteris sunt appensa. Et ego Iohannes de Plettinbregt, miles predictus, ad peticionem ipsius Henrici, quia predicta omnia et singula observare promisi, sigillum meum in horum testimonium duxi presentibus apponendum. Datum Colonie, sabbato post dominicam Misericordia Domini, anno Domini M° CCC° XIIII°.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 1/883, Siegel des Scholasters (zur Hälfte abgebrochen) und des Ritters Johann von Plettenberg anhängend.

[a]) „Et eius" irrtümlich doppelt geschrieben.
[1]) Vergl. das „Geilmer Land am Soestpade" in Sassendorf (Schoppmann, Flurnamen Soest I, S. 285, Nr. 20).

1128

1314 Mai 2 bei Attendorn

Vor dem Ritter Heinrich von Plettenberg und Hermann, Pfarrer in Elspe, schenkt Gertrud von Ottersheym *ihre Güter zu Sporke*[1] *dem Kleriker Heidenreich von* Hersebeke[2]*, ihrem Bruder. Nach dessen Tode sollen die Güter an die Priorin und den Konvent des Klosters Rumbeck fallen, die dafür für die beiden Geschwister und deren Eltern die Memorie zu halten haben.*

Universis presentes literas audituris Hermannus de Plettenbraycht, miles, et Hermannus[a], plebanus in Elsepe, salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod Gertrudis de Ottersheym, vidua, propter hoc in nostra presentia constituta donavit, contulit et assignavit bona sua propria apud Sporkey Heydenrico de Hersebeke, clerico, fratri suo, ad terminum vite sue, ipsius Heydenrici clerici, possidenda, renuntians omni iuri, quod sibi in dictis bonis conpetebat vel conpetere poterit[b] in futuro, ita videlicet, quod ipso Heydenrico viam universe carnis ingresso dicta bona ad usus .. priorisse et .. conventus monasterii in Rumbeke perpetue et libere devolvantur, ut ipsorum Heydenrici et Gertrudis et .. parentum suorum memoria in dicto monasterio perpetue annis singulis in missis et vigiliis et aliis orationibus solempniter peragatur. In cuius rei testimonium sigilla nostra ad petitionem eiusdem Gertrudis presenti cedule duximus apponenda. Acta sunt apud Attenderne ante portam aquarum, presentibus Hermanno de Plettenbraycht dicto de Molendino, Gerwino de Bô-

keneuoerde, Iohanne, filio domini de Haldinghusen, militis, Conemanno, filio quondam Herwici, oppidani Attendernensis, et aliis quam pluribus fide dignis, anno Domini M°C°C°C° XIIII°, in crastino beatorum Phlippi et Iacobi apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck Urk. Nr. 45, Siegel ab; Rückvermerk (18. Jahrh.): Sporcke im Kirspel Elspe; Abschrift 16. Jahrh. in Msc. I 208 (Kopiar des Klosters Rumbeck), Bl. 25.

[a]) In der letzten Silbe ein Schaft zuwenig; [b]) Wort über der Zeile eingefügt.
[1]) Im Kirchspiel bzw. westlich von Elspe; 2) Hespecke neben (östlich von) Sporke.

1129

1314 Mai 7

Nachdem vor dem Knappen Wessel von Erwitte und seinem Sohn Rudolf der Knappe Rudolf gen. Hunoldink dem Kloster St. Walburgis bei Soest einen Hausplatz in Glasheim[1] mit 24 Morgen dazugehörendem Ackerland verkauft und vor dem Freistuhl des Wessel von Erwitte diesem als dem Lehnsherrn der Güter aufgelassen hat, schenkt Wessel dem Kloster das Eigentumsrecht an den betreffenden Gütern.

Omnibus Christi fidelibus presentes literas visuris et audituris nos Wescelus et Rudolphus, eius filius, dicti de Eruethe, famuli, notum facimus et publice protestamur, quod, cum Rudolphus dictus Hunoldink, famulus, a nobis in feodo tenuit quandam aream in villa Glashem sitam, ad quam viginti quatuor iugera agrorum pertinere dinoscuntur, idem Rudolphus ad nos veniens publice confitebatur se honorabili viro Arnoldo, preposito, Elene, priorisse, totique conventui monasterii sancte Walburgis extra muros Sůsacienses huiusmodi aream, agros et alias universas ipsius aree attinencias pro certa pecunie summa sibi tradita et soluta de consensu Beatricis, uxoris sue, Hunoldi, Iohannis, Ludolphi, Rudolphi ac Alheidis, liberorum ac coheredum suorum, iure hereditario perpetuis temporibus possidenda rite et rationabiliter vendidisse ipsaque bona ad nostras manus coram libera nostra sede et coram .. vrigravio ac liberis sedis nostre hominibus ac aliis testibus inferius annotatis resignaverunt, petentes, ut .. preposito, .. priorisse et conventui predictis proprietatem dicte aree agrorum et attinenciarum dare et porrigere liberaliter curaremus. Nos igitur precibus eorum annuentes, quia huiusmodi vendicionem legitime factam esse cognovimus, ob honorem Dei, gloriose eius matris, virginis Marie, et omnium sanctorum ipsam admisimus et .. preposito, .. priorisse et conventui ac monasterio sancte Walburgis proprietatem aree predicte, agrorum et attinenciarum dedimus et assignavimus manualiter et damus ac assignamus per presentes, recedentes ab omni iure, quod nobis et heredibus nostris in ipsa proprietate et in premissis conpetere poterit quoque modo, promittentes nichilominus una cum prefato Rudolpho pro ipsorum bonorum iusta warandia monasterio sancte Walburgis predicto facienda. In cuius rei testimonium ego Wescelus pro me et pro filio meo et pro Rudolpho, uxore sua et heredibus eorum predictis sigillum meum duxi presentibus apponendum. Actum et datum feria tertia post festum beati Iohannis ante portam Latinam anno Domini M° CCC^mo^ quartodecimo. Testes huius rei sunt Albertus, vicarius ecclesie Susaciensis, Iohannes de Růden, clericus, Steneko de Eruethe, Euerhardus iunior de Hagene, Godescalcus de Lapide, Hermannus Ertmarink[a] et Ricbodo, eius filius, ac pluribus aliis fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 59, Siegel ab, Rückvermerk (18. Jahrh.): cessat; *Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis Soest) Bl. 108v der 2. Zählung und Bl. 13 der 1. Zählung.*

[a]) In der Vorlage durch ein er-Kürzel „Ertmarerink".
[1]) Wüstung westlich von Erwitte.

1130

1314 Mai 9 Bacharach

Herzog Leopold von Österreich trifft zur Unterstützung seines Bruders Friedrich bei der Wahl zum König Vereinbarungen mit dem Kölner Erzbischof Heinrich u.a. wegen des Grafen von der Mark über das Schultenamt zu Dortmund, die Oberhöfe Westhofen und Elmenhorst sowie Brackel und die Übertragung des Schutzes für die Stadt Dortmund.

Universis presentes litteras inspecturis nos Liupoldus Dei gracia dux Austrie et Styrie, dominus Carniole, Marchie ac Portusnaonis, comes in Habspurg et Kyburg nec non lantgravius superius Alsacie generalis notum facimus, quod pro illustri principe Friderico duce Austrie, fratre nostro, cum venerabili in Christo patre domino Heinrico Coloniensi archiepiscopo pro adiutoribus suis de infrascriptis articulis concordavimus in hunc modum: ...

(2) Item innovabit Engelberto comiti de Marcha litteras suas, quas habet super officio scultetatus Tremoniensis et curtibus Westhoven et Elmenhorst sibi ab imperio obligatis, augmentando sibi summam contentam in litteris eisdem pro obligacione predicta ad tria milia librarum Hallensium, quas in thelonio Hamerstein recipisse debuisset ex parte regis et non recepit. De curte vero in Brakele, quam idem comes dicit esse pignus suum et quam archiepiscopus ad se ex donacione imperatoris asserit pertinere, coram rege exhibebuntur littere utriusque partis, quas de dicta curte habent. Et qui meliores litteras habuerit, obtinebit eam. Ad preces eciam dicti archiepiscopi rex custodiam oppidi Tremoniensis cum suis attinenciis committet comiti memorato. ...

Actum et datum in Bacheraco, feria quinta post Invencionem sancte crucis, que erat VII. idus Maii anno Domini millesimo trecentesimo quartodecimo.

Ausf., Perg., HStAD, Kurköln Urk. Nr. 235, von den ursprünglich 6 Siegeln fehlt das 4; Druck: MGH, Constitutiones V Nr. 26, S. 26; Lacomblet UB III Nr. 129.

1131

1314 Mai 9 Bacharach

Erzbischof Heinrich von Köln erklärt, er sei mit Herzog Leopold von Österreich und Steiermark einer Meinung, daß für den Fall, daß bei der jetzigen Vakanz dessen Bruder, Herzog Friedrich von Österreich, zum Römischen König gewählt wird, dieser dem Königreich der Römer mit Eifer und Kraft und als demütiger Sohn der Heiligen Römischen Kirche vorstehen und die Rechte und Güter des Kaiserreichs glücklich lenken und verwalten werde. Er, der Erzbischof, verspreche eidlich, ihn zum König der Römer wählen zu wollen. Siegelankündigung des Bischofs Adolf von Lüttich (Leodiensis)[1], *des Propstes zu Bonn* (Bunnensis) *und Kölner Archidiakons Heinrich und des Propstes Hartrad von Wetzlar* (Wetflariensis) *sowie der Grafen Engelbert von der Mark, Simon von Sponheim* (Span-), *Ropert von Virneburg* (Raperti de Virenburg) *sowie der Edelherren Reynold von Valkenburg, Konrad von Schleiden* (Sleyda) *und Konrad von Tomberg* (Toneburg). *Datum 1314 Mai 9* (quinta feria post Invencionem sancte crucis).

Ausf., Perg., Haus-, Hof- und Staatsarchiv Wien; Druck: MGH, Constitutiones V Nr. 29, S. 33; Regest: REK IV Nr. 820 (mit weiteren Angaben).

[1]) Geborener Graf von der Mark.

1132

1314 Mai 15

Edelherr Dietrich von Volmerstein der Jüngere überläßt dem Propst, der Priorin und dem Konvent des Klosters St. Walburgis bei Soest das Eigentumsrecht an den Gütern in Katrop[1] und an den dortigen neun Morgen Ackerlandes sowie an zwei Kotten in Meckingsen[2], vorbehaltlich eines Zinses aus diesen Gütern.

Omnibus presens scriptum visuris et audituris nos Theodericus iunior dominus de Volmůtstene notum facimus publice protestando, quod de consensu et bona voluntate domine Godeste, uxoris mee, Theoderici, Lyse et Reke, liberorum nostrorum, ac coheredum dedimus et in hiis scriptis damus honorabili viro domino .. preposito monasterii sancte Walburgis extra muros Sůsacienses et .. priorisse ac conventui suo liberam proprietatem bonorum in Caterbeke et suarum attinenciarum et novem iugerum agrorum ibidem, item duarum casarum in Meckinchusen et universarum suarum attinenciarum, ita quod ipsi huiusmodi bona et casas, agros et pertinencias universas iure hereditario perpetuis temporibus libere et pacifice ac quiete sine nostra inpeticione ac heredum et liberorum nostrorum poterunt optinere, salva nobis pensione, que solvi nobis consuevit de eisdem. In cuius rei testimonium ipsis dedimus hoc scriptum nostro sigillo roboratum. Actum et datum anno Domini M° CCC^mo^ quartodecimo, in vigilia Ascensionis eiusdem, presentibus domino Goswino de Sůsato et Conrado de Brochusen, militibus, Alberto, vicario Sůsaciensi, Henrico, cappellario in Themink, Richardo, presbitero, Theoderico de Honrode, Hermanno de Wermingen, Themone iuniore de Honrode, Iohanne de Růden, clerico, Rudolpho et Rudolpho, famulis Theoderici de Honrode, ac aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Walburgis Soest Urk. Nr. 60, Siegel des Ausstellers (WS 31,2) anhängend; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 24v der zweiten Zählung und S. 13 der 1. Zählung.

[1]) Östlich von Borgeln, 2) desgl.

1133

1314 Mai 17

Abt Konrad und der Konvent des Zisterzienserklosters Bredelar überlassen der Äbtissin und dem Kapitel von St. Ciriacus in Geseke Renten von 16 Schillingen aus ihren Gütern in der Stadt und in der Feldmark von Geseke und erhalten dafür im Tausch die Güter des Stifts im Dorf Dalwig[1].

Universis Christi fidelibus presentes literas visuris et audituris nos frater Conradus, Dei gratia abbas, et totus .. conventus monasterii in Breydelere Cisterciensis ordinis notum esse cupimus, recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod unanimi consensu et bona voluntate assignavimus et in hiis scriptis assignamus venerabilibus dominabus .. abbatisse et .. capitulo secularis ecclesie beati Cyriaci in Gyseke redditus sedecim solidorum denariorum in Sůsato legalium singulis annis in festo beati Martini episcopi hyemalis titulo annue pensionis de bonis nostris in oppido et campo Gysekensi sitis perpetuo recipiendos, occasione et dilacione quibuslibet procul motis. In cuius assignationis concambium et restaurum predicti domina abbatissa et capitulum in Gyseke nobis bona sua sita in villa Dalewich eo iure, quo ad ipsas et ipsarum ecclesiam pertinebant, unanimiter et favorabiliter dimiserunt perpetuo possidenda. Ne autem huiusmodi factum oblivio deleat, sed pocius perpetuum memoriale permaneat, nos .. abbas et conventus predicti has literas conscribi et sigillo nostro una cum sigillo discretorum virorum .. oppidanorum in Gyseke fecimus roborari. Actum presentibus discreto viro Bodone, plebano sancti Petri in Gyseke, Vlrico, magistro oppidanorum ibidem, Wescelo dicto Mars, Menrico dicto Budel, Hermanno de Riquordinchusen et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in crastino Ascensionis Domini anno eiusdem M° CCC^mo^ quarto decimo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke Urk. Nr. 34, Siegel ab; Abschrift des 15. Jahrh. in Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke) Bl. 81v.

[1]) Wüstung südöstlich von Korbach.

1134

1314 Mai 17

Die Äbtissin Lysa von Freckenhorst[1] überläßt ihrem Verwandten Wilhelm Graf von Arnsberg auf Bitten des Ritters Titmar von Retberg dessen Verwandten Johannes gen. Pryns und den Johannes, Sohn der Sara, der Tochter des † Ritters Johann von Ruenberg, Ministerialen des Stifts, und empfängt dafür Johannes und Konrad, die Söhne des Konrad von Retberg.

Nobili viro consanguineo necnon socio suo predilecto W. comiti de Arnsberg Lysa, Dei gratia abbatissa monasterii in Vrekenhorst, cum orationibus continuis id, quod potest, benevolentie et honoris. Noverit vestra dilectio, quod nos ad preces Titmari militis dicti Retberg damus vobis Iohannem dictum Pryns, consanguineum Th. militis predicti, et Iohannem, filium Sare, filie quondam Iohannis militis de Ruenberg, ministeriales nostre ecclesie, iusto titulo permutationis, recipientes pro eisdem personis Iohannem et Conradum, filios Conradi dicti Retberg, ne ecclesie nostre in hac permutatione aliquid valeat deperire. Datum et actum anno Domini M CCC^{mo} XIIII, in crastino Ascensionis Domini.

Abschrift des 14. Jahrh. in StAM, Msc VI Nr. 109a (Kopiar des Grafen von Arnsberg) Bl. 24v, desgl. des 15. Jahrh., Msc. VI 109b, Bl. 39v; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 71, S. 148; Regest: WUB VIII Nr. 878; Limburg-Styrum II 1 Nr. 240, S. 131.

[1]) Gräfin Lisa von Isenburg, Schwägerin des Grafen Wilhelm.

1135

1314 Mai 18 Neheim

Der Ritter Bernhard Wulf billigt mit seinen Erben die Schenkung von Gütern in Mawicke[1], die vor Jahren sein † Großvater Heinrich, Schulte von Soest, an das Kloster Benninghausen für sein Seelenheil getätigt hat[2].

Notum sit universis et singulis presentium inspectoribus seu auditoribus, quod nos Bernhardus Wolf, miles, cum nostris heredibus nobis natis, Heydenrico videlicet et Hinrico, et adhuc nobis per Dei gratiam procreandis donationem, quam avus noster bone memorie dominus Hinricus, miles, scultetus de Susato in bonis sitis in Madewig conventui et ecclesie in Benkinchusin pro salute anime sue ante multos annos contulit seu donavit, nobis gratam et voluntariam ostendimus per presentes, quam etiam ratam et firmam habemus in perpetuum, prout per sigillum nostrum, quod presentibus appensum est, protestamur. Datum Nehem sabbato post Ascensionem Domini anno Domini M° CCC° quartodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 127, Siegel des Wulf (in Schildform; Bild: im 5mal geteiltem Feld ein aufrecht stehender, gekrönter und doppeltgeschwänzter Löwe) abhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): de Madewik.

[1]) Zwischen Soest und Werl; 2) vergl. WUB VII Nr. 1840.

1136

1314 Juni 1

Konrad gen. Platere, der den Konvent zu Oelinghausen wegen gewisser Güter zu Bellingsen[1] und Kalthof[2] bedrängt hatte, danach durch den Urteilsspruch zu Unna belehrt wurde, daß er keinen Rechtsanspruch besitze, und deswegen vor Henemann gen. Rogge, Gograf zu Unna, und anderen auf alle Forderungen verzichtet hatte, war durch gewisse Leute verleitet worden, erneut Forderungen gegenüber dem Kloster zu erheben und dessen Leute in Menden zu arrestieren. Wiederum durch ein endgültiges Urteil belehrt, leistet er nun vor dem Gericht zu Menden Verzicht auf alle Ansprüche.

Universis presencia visuris et audituris innotescat, quod ego Conradus dictus Platere inpetiveram conventum cenobii Olinchusen de quibusdam bonis sitis Beldinchusen et Coldehof. Qua inpetitione, dum me nichil iuris habere didici, experiencia sentenciali Unna coram Henemanno, gogravio ibidem, dicto Roggen et fratuelo meo, canonico in Schede, et Arnoldo de Mechlen, Th. dicto Werenbolt, magistro consulum in Vnna, abrenunciationem et dimissionem plane feceram quitam et absolutam. Post hec vero ex instinctu quorundam alicuis spe consecutionis prescriptum conventum inpetivi, homines eorum Mendene arrestando necnon occupando, sed iterato sentenciis determinativis et diffinitivis expeditus renunciationem omnino feci et facio et me fecisse coram iudicio Mendene per presentes literas recognosco, presentibus Henrico, presbitero in Mendene, Erenfrido dicto Quatterlant, officiato ibidem, Goswino de Rodenbergh, Arnoldo dicto Calf[a], Henemanno Rogge, Th. de Bracle, Gobelino Muddepenninch, Wicboldo, magistris consulum Mendene, et ceteris fide dignis audientibus, quod ego plane abrenuntio et desisto ab omni inpetitione facta et quorumcumque bonorum facienda. Quod in hiis scriptis promitto, deinceps me nunquam facturum et devoveo fide data. In cuius renunciationis certitudinem contuli preposito et toti conventui predicto presentia sigillo Erenfridi Quatterlant sigillata, proprio enim careo. Et ego Erenfridus Quatterlant petitione partis utriusque presentes literas meo sigillo sigillavi. Datum et actum Mendene anno Domini millesimo trecentesimo quartodecimo, sabbato post Pentekosten.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 200, Siegel des Erenfried Quatterlant (beschädigt, WS 200,4) anhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 208.

[a]) Von hier ab verkleinerte Schrift.
[l]) Westlich von Voßwinkel; 2) nördlich von Sümmern.

1137

1314 Juni 3

Die Brüder Otto und Johannes von Nehem verkaufen für 14 1/2 Mark dem Kloster Rumbeck eine Rente von einer Mark und zwölf Hühnern aus verschiedenen Häusern in Werl.

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris nos Otto et Iohannes fratres dicti de Nehem notum esse volumus presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate et maturo consensu omnium verorum heredum nostrorum iusto venditionis titulo vendidimus .. domino preposito et conventui ecclesie in Rumbike unam marcam et XII[a] pullos annuatim, scilicet ex domo Detmari[b] dicti Dodegos quinque solidos, ex domo Ecberti dicti Comvteme Dege tres solidos et ex domo Theoderici dicti Borst sita iuxta fossam quatuor solidos et sex pullos pro quinta decima dimidia marca legalium denariorum numeratorum et persolutorum iure hereditario perpetue possidenda sub tali forma, videlicet quod dicta marca duobus terminis, scilicet in festo Pasche dimidia marca et altera dimidia marca cum sex pullis dicte ecclesie annuatim persolvantur in festo Mychaelis[c]. Preterea nos predicti Otto et Iohannes una cum matre nostra Guda nomine ac sororia nostra Hadewigis nec non Wilhelmo, filio suo, ac omnibus veris heredibus eorum adiuncta Margareta, uxore Iohannis prenominati, cum veris omnibus heredibus eorum simul resignavimus prefatam marcam cum prefatis pullis religioso viro .. domino preposito tunc temporis ex parte ecclesie prenarrate. Ut hec emptio firma sit et inconvulsa, sigillum bone nationis hominum Werlensium una cum sigillo oppidi Werlensis ad petitionem nostram, videlicet parcium utrarumque tam emencium quam vendencium, presentibus sunt[d] appensa in testimonium omnium premissorum. Presentes erant, dum hec agerentur, dominus Lambertus, plebanus in Werle, ac Ludolfus, suus cappellanus, Lodewicus Stokelinch, Wilhelmus de Vflen, Wilhelmus Woyle, Henricus Snidewint, bone nationis famuli, Iohannes dictus Scolere, Theodericus de Hollinchove, proconsules, Hermannus Frondelere, Henricus Prosekese, Euerhardus Kepeke, Theodericus Kruse, Conradus Nothlike, Iohannes Heyne, Henricus Kavolt, Hermannus Bars, Conradus Kapetowe, Thomas in Atrio, consules, et alii

quam plures viri fide digni. Datum anno Domini M° CCC° XIIII°, feria secunda post festum sancte Trinitatis. Suprascriptionem approbamus „in festo Mychaelis".

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck Urk. Nr. 46, 1. Siegel ab, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Abschrift des 16. Jahrh. in Msc. I 208 (Kopiar des Klosters Rumbeck), Bl. 4.

[a]) Die Zahl radiert: bei der Terminfestsetzung der Zahlungen werden nur sechs Hühner erwähnt; [b]) der erste Buchstabe des Namens korrigiert; [c]) die drei Worte „in festo Mychaelis" nachgetragen; [d]) aus „est" korrigiert.

1138

1314 Juni 10

Der Ritter Dietrich von der Leithe der Jüngere und sein Erstgeborener Everhard verzichten zugunsten der Äbtissin Beatrix von Essen auf das Vergaberecht an einem Zehnten von einer Hufe Tor Erlen[1] *und den dazugehörenden Gütern. Die Äbtissin hat diese Hufe von Hugo von Pechove erworben. Der Ritter von der Leithe hatte das Vergaberecht von der Äbtissin zu Lehen getragen*[2].

Universis in perpetuum presentes litteras visuris vel audituris nos Theodericus de Lethene iunior, miles, et Everhardus, noster primogenitus, notum facimus, quod, cum venerabilis domina Beatrix, abbatissa ecclesie Asindensis, decimam mansi et bonorum ad ipsum spectancium dictorum Tor Erlen ab Hugone de Pechoue et heredibus suis legitime comparasset, nos de consensu et voluntate omnium coheredum nostrorum concessionem ipsius decime vulgariter dictam lenwar, quam a dicta domina abbatissa cum quibusdam aliis bonis nostris in feodum tenuimus, ob reverenciam et specialem amiciciam, quam ad ipsam gerimus, memorate domine abbatisse liberam penitus et solutam dedimus et tradidimus perpetualiter optinendam, renunciantes plane et simpliciter omni exceptionis et iuris auxilio canonici et civilis, que vel quod nobis vel heredibus nostris contra premissa posset in posterum quomodolibet suffragari. In cuius rei testimonium nos Theodericus sigillum nostrum, quo ego Everhardus sigillo proprio adhuc carens contentus sum, duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M°CCC^mo^XIIII°, IIII° idus Iunii.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 252; Siegel (beschädigt) des von der Leithe anhängend; Rückvermerk (14 Jahrh.): de decima ton Erlen spectante ad altare Magdalene.

[1]) Erle, nördlich von Gelsenkirchen; [2]) vergl. Urkunde von 1315 Februar 27.

1139

1314 Juni 24

Der Ritter Johannes genannt Quaderibbe trägt dem Grafen Gerard von Jülich den ihm als Eigengut gehörenden Haupthof in Körbecke[1] *auf und erhält ihn als Lehen zurück.*

Universis, ad quos praesentes litterae pervenerint, ego Johannes dictus de Quaderibbe, miles, notum facio recognoscens, quod ego nobili viro domino Gerardo comiti Juliacensi domum et curtim meam in Cuertbeke cum viginti quinque libris nigrorum Turnensium annui reditus, quae meum purum sunt allodium, supportavi et eas ab eodem et suis heredibus pro me et meis heredibus resuscepi habendas et possidendas iure in perpetuum feodali. In cuius rei testimonium sigillum meum praesentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° quarto decimo, die Johannis Baptiste.

Abschrift des 17. Jahrh., Papier, Staatsbibliothek München, Sammlung Redinghoven Bd. 7, Bl. 232.

[1]) Körbecke an der Möhne. Daß dieser Ort gemeint ist und nicht Korbach oder Körbecke bei Brilon, sollte sich daraus ergeben, daß eine ähnliche Auftragung von Eigengut an den Grafen von Jülich sich auch in der Urkunde von 1313 März 5 findet, wo Güter des benachbarten Bellingsen betroffen sind.

1140

1314 Juli 4

Dietrich von Volmerstein der Jüngere verzichtet gegenüber dem Kloster Flaesheim auf alle Ansprüche auf die strittigen Güter in Rapen[1] und Hubrachtinc[2] *und erkennt die Verzichtleistung seines † Vaters auf diese Güter als gültig an.*

Nos Th. de Volmestene iunior universis presens scriptum visuris et audituris notum esse volumus et tenore presencium protestamur, quod, cum dissencionis materia sive discordie inter monasterium conventus in Flarsem ex una parte et nos ex altera racione quorundam bonorum, videlicet in Rapen et in Hubrachtinc sitorum iuxta Rekelinchusen in districtu reverendi domini nostri .. archiepiscopi Coloniensis, fuisset exorta, nos tamen acquiescentes consiliis quorundam proborum virorum omnem impeticionem, quam adversus predictum conventum de dictis bonis habuimus, ex consensu et voluntate Godestunis, uxoris nostre legitime, Th., nostri filii, Lise ac Elizabeth, nostrarum filiarum, penitus quitam dimisimus et liberam, ita quod de prefatis bonis inter prefatum conventum et nos de cetero nulla nota rancoris sive inimicicie oriri poterit nec vigere. Preterea resignacionem de prememoratis bonis predicto conventui quondam per .. patrem nostrum factam ratam et firmam tenebimus et tenemus et ratficamus eciam per presentes. Ne igitur per nos sive per nostros heredes sepedicto conventui fiat resistencia et inhibicio quoquomodo de bonis predictis, presens scriptum sigilli nostri munimine eidem conventui dedimus roboratum. Datum anno Domini M°C°C°C° quarto decimo, in die beati Odalrici.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III 74 (Flaesheim), Siegel des Ausstellers (WS 31,2) anhängend; Regest: REK IV Nr. 840;, UB Volmerstein Nr. 291 (S. 721).

[1]) Östlich von Oer-Erkenschwick; [2]) Schulte Hubbert in Rapen.

1141

1314 Juli 13 Bremen

Goswin von Soest und die Brüder Hermann und Bernard gen. Wulf, alles Ritter, verkaufen der Jutta von Arnsberg, Äbtissin, und dem Konvent zu Fröndenberg zu Eigentumsrecht den ihnen gemeinsam gehörenden Oberhof zu Vinning[1].

Nos Goswinus de Sůsato necnon Hermannus et Bernardus fratres dicti W°lf, milites, omnibus et singulis presentia visuris vel audituris notum esse cupimus tenore presentium publice protestantes, quod nos curtim nostram in Wygende sitam cum omni utilitate et integritate sua et omnibus attinentiis eiusdem, prout ad nos iure proprietatis communiter pertinebat, de consensu et matura voluntate omnium heredum nostrorum, scilicet Bertoldi et Gerwini, filiorum et heredum meorum, Goswini predicti, ac Henrici, filii mei, videlicet Bernardi predicti, dilectis in Christo domine Iutte de Arnesberge, abbatisse, et conventui monasterii in Vrůndeberg coniunctis manibus unanimiter eodem iure proprietatis in contractu venditionis rite ac rationabiliter assignavimus et assignamus autore Domino in hiis scriptis. Et in horum premissorum omnium testimonium et firmitatem perpetuam et, ne quis heredum nostrorum hoc factum nostrum inposterum conetur infringere, hanc presentem paginam super eo confectam sigillis nostris pro nobis et nostris heredibus predictis generatis et generandis duximus roborandam. Actum et datum in cimiterio in Bremen presentibus Emundo, decano christianitatis in Mendene, nobili viro domino Godefrido de Rudenberg, Euerhardo de Meninchusen, Goswino de Rodenberg, Conrado de Brochusen, militibus, item Conrado de Meninchusen, Bertoldo de Holthusen, Iohanne de Slepere, Iohanne de Rodenberghe, Conrado dicto Ketelere, Conrado dicto Thone et aliis pluribus fidedignis, in die beate Margarethe virginis anno Domini millesimo trecentesimo quartodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 84, Siegel 1. des Goswin von Soest (Schildform, im Bild: Löwe, jedoch kaum erkennbar), 2. ab, 3. des Bernard Wulf (Bild: 5mal geteilter Schild, mit gekröntem, doppelt geschwänztem Löwen belegt) anhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): Briffe auff die guter zu Vennigen im kirspell von Hemerde gelegen, sprechende anno 1414.

[1]) Bauerschaft im Kirchspiel Hemmerde östlich von Unna. Das Stift Fröndenberg hatte dort später den Berdes-Hof.

1142

1314 Juli 27

Edelher Simon zur Lippe verleiht den Bürgern zu Lippstadt zur Vermeidung der möglicherweise in ihrem Weichbilde zwischen ihm und ihnen auftretenden Streitigkeiten die Gnade, daß die Sprüche des Rates für ihn und die Bürger rechtsverbindlich sein sollen, soweit sie seinen alten Rechten und denen der Bürger nicht widersprechen.

Wy her Symon en edele man ande en here to der Lippe bekennet oppenbarliken an deseme ieghenwordighen brive, dat wi mith willen ande mith vulborde vrowen Alheyde, unser husvrowen, heren Bernhardes, des domprovestes van Parborne, Henrikes, Otten, Symonnes, Bernhardes, Mechtelde, Alheyde, Heylewige ande aller unser rechten erven to vermidene tvidracht unde tvihellincge, de tvisschen uns ande tvisschen unsen liven borgheren van der Lippe upkomen mochte, hebbet ghegiven ande ghivet in desser scrift de ghenade, so wat dat de svorene rad, de tor tith sittet, spreket eder utkundighet, dat unse ande ere recht si, umme tviuncge, de under uns ande under en upkomen mochte oder mach binnen ereme wicbelde, bi den eden, de se to deme rade to bewarene ghesworen hebbet, dat wi dat stede ande vast holden solen unde willen also beschedeliken, dat wi ande unse erven ande unse nakomelinge ande unse liven vorsprokene borghere bi alleme unseme olden rechte bliven. Ande uppe dat, dat dith stede, vast ande ewich blive, so hebbe wi, her Symon, vrowe Alheyth, her Bernhart ande iunchere Henric, de dar vore ghesproken sint, dessen brif besighelet vor uns ande unse erven mid unsen inghesigelen. Dessen brif is gheghiven na Godes bort, dat es sint gheghan dusent iar, dri hundert iar ande verteyn iar, des nesten sateresdaghes na sunte Iacopes daghe des aposteles. Do dith ghescha, dar waren over her Vrederic van Hůrde, her Renvret van Vredehardeskerken, her Stenule, her Otto van Sendene, her Conrath van Avenstroth, her Loyf, de riddere sint, vortmer Bernhart de Pundere, Gerhart van Munstere, Peter von Sunte Druden, Ecbert Wigandic, Elric Elrikinc, Ludike van Geseke, Vrederic de Kuninc ande anderer guden lude ghenoch, den men wol ghetruwen mach.

Ausf., Perg., StA Detmold, Rep. II F Nr. 1, Siegel des Edelherrn, seiner Frau und des Bernhard zur Lippe anhängend; Druck: Overmann, Lippstadt (Privilegien und Recesse) Nr. 8, S. 8; WUB IX Nr. 1252; Regest: Lippische Regesten II Nr. 615.

1143

1314 August 5

Vor dem Richter und den Schöffen der Stadt Groenlo beschwört Dietrich Wolbertinc, der es nicht wagt, sich nach Herdecke zu begeben, wie ein Lehnsmann seine Treue gegenüber der Äbtissin Mechthildis und ihrer Kirche in Herdecke.

Universis presentia visuris et audituris nos iudices et scabini opidi in Gronlo cupimus fore notum presentibus protestando, quod Thidericus Wolbertinc, fidelis amicus ecclesie in Nunherinke, acessit coram nobis et affidavit, quod proprie dicitur huldet, abbatisse Methildi in Nunherrinke et sue ecclesie iam dicte et sancte virgini Marie, patrone ibidem, promittens bona fide et postea confirmans[a] suo iuramento se esse adeo fidelem prenominate domine ac sue ecclesie sicut vir infeodatus, quod in vulgo dicitur belenet, a domino aliquo tenetur fiducia[m][b] observare domino suo, qui sibi bona contulit et porrexit. Et hoc fecit coram nobis, quia ad[c]

conventum sive ad dictam dominam pre timore corporis sui et rerum transire non audebat. Promisit etiam, quandocumque posset, quod[d] tunc libenter vellet ad sepedictam dominam remeare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° quartodecimo, in vigilia Sixti.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Herdecke Urk. Nr. 13, Siegel ab.

[a]) Davor Verschreibung (einer con-Abkürzung ?); [b]) Loch im Pergament; [c]) korrigiert; [d]) über der Zeile nachgetragen.

1144

1314 August 11

Thilemman gen. Putteman verkauft dem Kloster Wedinghausen für 3 1/2 Mark einen Hausplatz in Menden, gen. Cloteswurt.

Universis presentia visuris et audituris innotescat, quod ego Thilemannus dictus Putteman cum consensu uxoris mee et puerorum et plane omnium heredum meorum aream quondam dictam Cloteswûrt sitam Mendene vendidi pro tribus marcis et dimidia mihi integre persolutis domino preposito et toti conventui in Wedinchusen et ipsam in cimiterio Mendene predictis dominis absolutam et liberam in manus eorum venditam resignavi. Quod, ut supradictum est, etiam Henricus dictus Sartor de Wicke una mecum eodem modo eisdem dominis resignavit, presentibus et consentientibus magistris[a] consulum et consulibus Mendene, videlicet Gobelino dicto Muddepennigh, Iohanne de Stire, Henricus dicto Koke, Hermanno de Coquina, Gerwinus, filius Tackemanni, Gobelinus de Wingebern, tunc sculthetus curie Mendensis, Hermannus de Monte, Thilemannus de Holthusen aderant et quam plures fide digni. In cuius venditionis et resignationis evidentiam contuli predictis dominis presentem literam et sigillo Mendensi ipsam petivi sigillari. Quod nos consules Mendenses ad preces Thilemanni Putteman presentia sigillo civitatis Mendene sigillavimus et literas damus sigillatas. Datum et actum anno Domini M° C°C°C° quartodecimo, crastino Laurencii.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 93, Siegel ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): de tribus solidis in Mendene*; Abschrift des 17. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 321 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209) Bl. 215v.*

[a]) Korrigiert aus „magistros".

1145

1314 August 15

Edelherr Heinemann von Itter überläßt mit Zustimmung seines Sohnes Tilemann das Eigentumsrecht an einer von ihm lehnsabhängigen Hufe in Glindfeld, die Johannes gen. Wygandi für sein Seelenheil dem Propst Godfried und dem Konvent der Nonnen in Neuküstelberg geschenkt hat, diesem Kloster.

Nos Heynnémannus nobilis de Itthere recognoscimus et hoc scripto publice protestamur, quod Iohannes dictus Wygandi mansum in Glyntfelden situm, quem de manu nostra in feodo tenuit, contulit et dedit de consensu nostro ac heredum suorum pro remedio anime sue domino Godfrydo, preposito, totique conventui .. sanctimonialium in Nouo Quystelberg cum universis attinenciis suis et proventibus eodem iure, quo ad ipsum spectabat, hereditarie ac quiete tenendum. Et nos proprietatem dicti mansi prenominatis domino Godfrido et .. sanctimonialibus monasterii supradicti intuitu Dei de consensu Thylemanni, filii nostri, ceterorumque heredum nostrorum dedimus hereditario iure perpetuo possidendum. Ut autem nostra et eiusdem Iohannis donacio firma et inmobilis perseveret, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus fideliter roborandum. Datum anno Domini M° C°C°C° XIIII°, in Assumpcione virginis beate Marie.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld Urk. Nr. 25, Siegel ab, Rückvermerk (16. Jahrh.): per Everhardum notarium*; Regest: Führer, Medebach, S. 27, Nr. 130.*

1146

1314 August 19 Soest

Bischof Heinrich von Breslau verleiht all denen einen Ablaß, die im Kloster St. Walburgis bei Soest das silberne Bild begleiten, wenn es über den Friedhof des Klosters getragen wird, oder wenn sie in der Klosterkirche andachtsvoll die Messe hören.

Henricus Dei gratia episcopus Wratislaviensis universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem et sinceram in Domino karitatem. Quoslibet sancte fidei professores ad zelum devotionis et ad opera pietatis allicere cupientes, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli confisi suffragiis omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ad monasterium sancte Walburgis extra muros Susatienses Coloniensis diocesis accesserint et qui ymaginem argenteam in honorem sancte Dei genitricis Marie ibidem factam per cimiterium ipsius monasterii portaverint vel misse celebrationem cum devotione et oratione audierint et dictam ymaginem, cum portatur per cemiterium vel alibi reverenter secuti fuerint, dummmodo ad id reverendi domini Coloniensis archiepiscopi, loci eiusdem dyocesani, consensus accesserit, quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Datum Susati anno Domini M° CCC^mo quarto decimo, XIIII kalendas Septembris.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis Soest) S. 92 der 2. Zählung; Regest: REK IV Nr. 857.

1147

1314 August 20

Propst Heidenreich von St. Severin in Köln einigt sich mit Zustimmung des Erzbischofs von Köln mit dem Soester Bürger Heinrich von Heringen über den Rückkauf des Oberhofs Gelmen[1]. Danach zahlt er zunächst 150 Mark und weist ihm für den Rest der Rückkaufsumme Einkünfte an[2].

Auszug aus dem alten Findbuch zum Domstift Köln II S. 1103, HStAD; Regest: REK IV Nr. 858.

[1]) Nördlich von Soest in Sassendorf; [2]) vergl. Urkunde von 1314 April 27, dort aber Rückkauf durch den Scholaster von St. Andreas in Köln.

1148

1314 August 25

Graf Wilhelm von Arnsberg schenkt dem Kloster Benninghausen das Eigentumsrecht an den Gütern in Dingborgelo[1]*, die das Kloster von Alexander von Erwitte gekauft hat*[2].

Wilhelmus comes Arnsbergensis universis presentes litteras visuris et audituris salutem et in perpetuum cognoscere veritatem. Ne ea, que a nobis racionabiliter et maxime ob honorem Dei facta sunt, a nostris heredibus vel a quoquam hominum calumpniam paciantur seu rescindi valeant in futurum, ad noticiam veritatis in perpetuum recognoscimus et protestamur, quod nos accedente domine Beatricis comitisse, uxoris nostre, et omnium heredeum nostrorum bona voluntate et consensu proprietatem de illis bonis in Dincborghelo, que domina abbatissa et conventus sanctimonialium monasterii de Benekinchusen ab Alexandro de Eruethe conparaverunt, omni eo iure, quo ad nos et heredes nostros pertinebat, sponte et libere donavimus et in hiis scriptis donamus domine abbatisse et conventui predictis perpetuo possidendam in laudem et honorem Ihesu Christi et matris sue virginis gloriose, sperantes firmiter pro huiusmodi donacione temporali mercedem a Domino consequi sempiternam nec non mereri participacionem omnium bonorum et pietatis operum, que in dicto conventu in perpetuum fieri dignabitur clemencia Salvatoris. Igitur, ne super hac nostra donacione dubium alicui in futurum oriatur, dedimus eisdem domine abbatisse et conventui presentes litteras pro nobis et pro nostris heredibus nostro sigillo communitas in testimonium et firmitatem perpetuam premissorum. Ac-

tum in crastino beati Bartholomei apostoli anno Domini M° CCC^mo quartodecimo, presentibus eciam Conrado de Meyninchusen seniore, Bertoldo de Holthusen, Conrado Thůnen, officiato nostro, item presentibus Lodewico de Sůnnere, Henrico Keyser, Hermanno Walin, Petro, apotecario, civibus Susaciensibus, et aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 128, Siegel des Grafen von Arnsberg (WS 41,2) anhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): de Dingborgelo.

[1]) Siedlung bei Schmerlecke, später in den Ort aufgegangen; [2]) vergl. Urkunde von 1311 Dezember 3.

1149

1314 August 27

Der Knappe Johannes gen. Schele verzichtet auf alle bisherigen Rechte an einer Rente aus dem Oberhof und dem Amt[1] Büderich[2] und kauft diese Rente vom Kloster Corvey für 150 Mark neu, wobei er dem Kloster ein Rückkaufsrecht zugesteht.

Ego Iohannes dictus Schele, famulus, Pernetta, conthoralis mea, et heredes nostri renuntiantes favorabiliter ac bona voluntate omnibus contractibus et iuribus nobis ab antiquo usque ad tempora hec competentibus in pensione curie et officii in Boderike, protestamur et recognoscimus publice in hiis scriptis, quod nos pensionem predicte curie et officii in Boderike cum omnibus pertinentiis, iuribus et obventionibus suis nunc de novo pro centum et quinquaginta marcis denariorum Sosato legalium emimus erga venerabilem virum dominum Ropertum abbatem accedente pleno consensu .. prioris, .. prepositi, .. custodis, .. portarii, .. hospitalarii, .. infirmarii, .. magistri karitatum et totius conventus ecclesie Corbeyensis quiete et libere possidendam. Quibus videlicet domino abbati et conventui prenarrate ecclesie damus et concedimus specialem gratiam reemendi cum centum et quinquaginta marcis denariorum legalium dictorum, dummodo ad manus suas et ad usus suos proprios reemerint, quandocumque eis fuerit oportunum. In testimonium et evidentiam premissorum sigillum mei, videlicet Iohannis dicti Schele memorati, una cum sigillis, scilicet nobilis viri domini Engelberti comitis de Marka et Thiderici de Snellenbergh, militis, presentibus est appensum. Nos igitur Engelbertus comes de Marka et Thidericus de Snellenbergh, miles, ex rogatu Iohannis dicti Schele, Pernette, conthoralis sue, et heredum suorum, presentibus hiis et loco testium advocatis scilicet Rauenone de Papenhem, milite, Rabodone de Wigere, dapifero in Waldenbergh, Gerhardo de Windecke, Henrico de Ewich, Gobelino de Dusentschure, famulis, cum aliis quam plurimis fide dignis nostra sigilla hiis literis apponi fecimus in testimonium omnium firmius premissorum. Datum et actum feria tertia post festum Bartholomei apostoli anno Domini M° CCC° XIIII.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Corvey Urk. Nr. 134, Siegel ab; Druck: WUB IX Nr. 1258.

[1]) Gemeint ist natürlich ein grundherrlicher Verwaltungsbezirk; 2) westlich von Werl.

1150

1314 August 30

Bürgermeister und Rat der Stadt Lipptstadt einigen sich auf die Klage, die der Edelherr Simon zur Lippe im Namen von Abt und Konvent des Benediktinerklosters Liesborn gegen sie vorgebracht hat, weil sie Hörige des Klosters, die zum Oberhof des Klosters Altena[1] gehörten, in ihrer Stadt hielten und weil diese Äcker und Weiden mitnutzten, auf Vermittlung des Paderborner Dompropsts Bernhard und einiger Ritter mit dem Kloster: Die bis dahin als Mitbürger aufgenommenen Hörigen des Klosters sollen ungestört in der Stadt verbleiben. Gemäß dem früheren Vergleich sollen die westlich des Friesenweges liegenden Äcker allein dem Kloster zustehen. In dem östlich des Weges gelegenen Teil sind beide Seiten weideberechtigt. Die Bürger versprechen, daß von nun an Hörige des Klosters nur mit dessen Zustimmung als Bürger aufgenommen werden

dürfen. Diese haben dann dem Kloster einen Zins zu entrichten. Außerdem fällt bei ihrem Tode ihr Nachlaß ans Kloster.

Nos .. magistri burgensium, .. consules et universitas burgensium opidi Lippensis notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentes literas visuris et audituris publice protestantes, quod, cum nobilis vir dominus Symon, dominus noster dilectus, nos ex parte venerabilis in Christo domini .. abbatis et .. conventus monasterii Lesbernensis ordinis sancti Benedicti Monasteriensis dyocesis traxisset in causam et moveret querimoniam super eo, quod homines monasterii ipsorum in opido nostro detineremus in ipsorum preiudicium et gravamen et quod nos nostrique conburgenses intromisissemus nos de agris et pascuis ad curiam ipsorum, que Althena vocatur, spectantibus sine iure, tandem mediantibus honorabili viro domino Bernardo, Paderbornensis ecclesie preposito, eiusdem domini nostri filio primogenito, aliisque viris honestis, militibus videlicet dominis Frederico de Hurde, Renfrido de Vredehardeskerken, Ren. dicto Stenule, E. dicto Boleke, Conrado de Auenstrod et Louone de Hereuelde, sibi ad hoc coassumptis inter nos et dictos abbatem et conventum super utraque causa compositio amicabilis intervenit, scilicet quod utriusque sexus homines usque ad datam presentium in nostros coopidanos recepti liberi ab impetitione dictorum domini nostri Lippensis, abbatis et .. conventus apud nos pro conburgensibus nostris perpetuo habebuntur. Forma quoque prime compositionis super agris, quicumque ab orientali via, que Vresenewech dicitur, versus plagam occidentalem sunt Lesbernenses, libere eis ad omnem usum ipsorum relicti. Iterumque super agris eorundem Lesbernensium versus plagam orientalem predicte vie nobis et eisdem Lesbernensibus ad communia pascua in perpetuum relictis et omnia, que in compositione conscripta sunt, inviolabiliter observabuntur. Promisimus insuper, quod ab hoc tempore nec virum nec feminam de hominibus Lesbernensis ecclesie sine consensu Lesbernensi de cetero recipiemus in concivem. Si qui vero de hominibus Lesbernensibus, qui de consensu ipsorum in concives nostros non fuerint recepti, infra opidum nostrum morati fuerint, de pensione annuatim monasterio Lesbernensi iusticiam exhibebunt et, cum ex hac vita emigraverint, ecclesia Lesbernensis pleno iure succedat in universam ipsorum hereditatem sive infra muros sive extra muros nostros fuerit sine quolibet inpedimento. Et sic dicti abbas et conventus penitus renunciaverunt omni actioni, si qua eis competebat, contra nos super duabus causis predictis. Que compositio super utraque causa pena centum marcarum hinc inde est vallata. Ut igitur tam nostra promissio quam predictorum abbatis et conventus renunciatio necnon et supradicta omnia utrique parti firma maneant et inconvulsa, paginam hanc inde conscriptam impressione sigillorum tam nostre universitatis quam dictorum abbatis et conventus duximus roborari. Acta sunt hec crastino Decollationis beati Iohannis Baptiste, anno Domini M° CCC^mo^ quartodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn Urk. Nr. 103, Siegel des Abts von Liesborn (WS 125,12), der Stadt Lippstadt (Bruchstück, WS 68,6) und des Konvents (WS 104,4) an roten bzw. gelben Seidenfäden anhängend; Abschrift des 15. Jahrh., Msc. I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn: Liber privilegiorum) Bl. 131 und 117v (deutsche Übersetzung); Abschrift des 17. Jahrh., Msc. I 101 (Kopiar des Klosters Liesborn), Bl. 174; Druck: Schmieder, Urk. Liesborn, Nr. 130 (fehlerhaft); Regest: WUB VIII Nr. 898; WUB IX Nr. 1259.

[1]) Oberhof bei Lippstadt; später anscheinend wüst, unter den Gütern des Klosters Liesborn nicht mehr erwähnt.

1151

1314 August 31 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln trägt dem Dechanten und dem Kapitel von (St. Patrokli) Soest auf, den von den Bürgern zu Soest gwünschten Tausch der zu einer Vikarie im Stift gehörenden Güter in Lendringsen[1] gegen die von den Bürgern dafür angebotenen Güter nach Prüfung vorzunehmen.

Henricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, decano et capitulo ecclesie Susatiensi salutem in Domino. Ex parte opidanorum Susatiensium nobis est supplicatum, ut pro bonis dictis Lenderichusen ad vicariam quandam ecclesie vestre spectantibus alia bona

equivalencia dare possint et eadem bona Lenderichusen sibi retinere. Et quia nobis facti veritas non constat, vobis committimus, si dicta commutacio bonorum non sit preiudicialis et dampnosa dicte vicarie, immo pro equivalencia bona dotata fuerit, commutacionem eandem admittere poteritis vice nostra. Plerumque enim plura racionabiliter ordinata racionabilius ex causis certis seu in melius commutantur. Datum Bunne sabbato post Decollacionem beati Iohannis anno Domini M^{mo} CCC^{mo} quartodecimo.

Ausf., Perg., Stadt A Soest Urk. A Nr. 6539 (ehemals XXVIII Nr. 178 b), Siegel ab; Regest: REK IV Nr. 859.

[1]) Südlich von Soest.

1152

1314 September 3

Arnold, Propst des Klosters St. Walburgis bei Soest, weist die von Gläubigen für die tägliche Messe auf dem vor dem silbernen Bild befindlichen Marienaltar gestifteten Renten von einem Malt Korn zu Mawicke[1], von sechs Schillingen zu Meckingsen[2] und von drei Schillingen zu Werl seinem Kaplan Richard auf Lebenszeit zu, wobei noch weitere zu kaufende Renten kommen. Nach dessen Tode bleibt die Annahme und Absetzung des Priesters, der die Messe an dem Altar zu feiern hat, dem Propst und seinen Nachfolgern sowie seinem Konvent weiterhin vorbehalten.

Nos Arnoldus prepositus monasterii sancte Walburgis extra muros Sůsatienses notum facimus universis presentes literas visuris et audituris, quod, cum quidam .. Christifideles moti circa monasterium nostrum pietatis visceribus ad hoc, ut in divini cultus augmentationem in altari coram ymagine argentea in honorem sancte Dei genitricis Marie consumata una missa cottidie et perpetuo celebretur, suas elemosinas nobis et Richardo, nostro cappellano, in animas nostras commiserint et dederint pro instauratione ipsius misse in redditus annuos et perpetuos convertendas, tali intentione, ut idem Richardus sue vite temporibus ipsos redditus percipere et tollere debeat et dictam missam, sicut premittitur, procurare, nos devotionem dictorum Christifidelium attendentes et ipsorum desiderium quo ad instaurandum dictam missam et ad personam dicti Richardi conplere feliciter in Domino cupientes, ipsos redditus, scilicet unum maltum siliginis et ordei in Madewik conparatum, sex solidos in Meckinchusen et tres solidos in Werle conparatos et alios adhuc per nos et ipsum Richardum conparandos sibi ad tempora vite sue canonice concedimus per presentes, volentes, ut ipse eos percipere et tollere valeat pacifice et quiete et quod nos et .. conventus noster aut nostri successores post mortem suam liberam habeamus facultatem de ipsis redditibus disponendi et sacerdotem, qui ipsam missam procuret, assumendi et pro nostro placito dimittendi, qualitercumque nobis visum fuerit expedire, ita tamen, quod propter hoc nichilominus monasterium nostrum in celebratione ipsius misse nullam perpetuo fraudem et lesionem patiatur. In cuius instaurationis et concessionis testimonium presens scriptum nostro duximus sigillo roborandum. Datum anno Domini M° CCC° quartodecimo, feria tertia post Egidii.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Walburgis Soest Urk. Nr. 61, Siegel ab; Rückvermerk (17. Jahrh.): cessat; *Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis Soest) Bl. 66v der 2. Zählung.*

[1]) Zwischen Soest und Werl; 2) östlich von Borgeln.

1153

1314 September 4

Das Domkapitel in Köln trägt dem Propst zu Medebach auf, die Pfarrer seiner Propstei[1] für den 23. September nach Meschede zusammenzurufen, um ihnen das Mandat des Erzbischofs vorzustellen und die für die Baukasse des Kölner Domes gesammelten Almosen mitzubringen.

Capitulum Coloniense viro discreto .. preposito Medebeycensi seu eius vicem gerenti salutem in Domino. Vobis mandamus firmiter et districte, quatinus omnes et singulos ecclesiarum rectores vestre prepositure, ut ipsi feria secunda post festum Mathei apostoli proxima hora prime in Mescheyde compareant, convocetis, mandatum reverendi patris ac domini nostri archiepiscopi ipsis proponendum audituri ac elemosinas fabrice Coloniensis illicita et legata per ipsos percepta presentari in toto absque ulla subtractione. Datum feria quarta ante Nativitatem beate Marie virginis, anno Domini M° CCC^mo quartodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld Urk. Nr. 26., abhängendes Siegel nahezu unkenntlich; Regest: REK IV Nr. 860, Führer, Medebach S. 27, Nr. 131.

[1]) Der Propst des Klosters Glindfeld als Dechant des Dekants Medebach.

1154

1314 September 27

Edelherr Wilhelm von Ardey schlichtet einen Streit zwischen Heinrich Mactator auf der einen Seite und Konrad Becker, beides Bürger zu Geseke, und den Leuten des Edelherrn auf der anderen Seite um von ihm lehnsabhängige Äcker in der Geseker Feldmark, indem er sie ersterem zuspricht.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Wilhelmus nobilis de Ardeye notum esse cupimus, recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod, cum inter Henricum dictum Mactatorem ex una et Conradum dictum Pistorem, oppidanos in Gyseke et nostros homines, ex altera parte super viginti iugeribus agrorum sitis in campo Gysekensi, que a nobis in pheodo tenebant, discordia verteretur, taliter inter eosdem coram nobis tamquam dictorum agrorum vero domino pheodi extitit ordinatum, quod predictus Conradus, Hyldegundis, uxor eiusdem, et eorundem heredes, scilicet Iohannes, Cunegundis et Hyldegundis, dictis agris et omni iure, quod in ipsis habebant, renunciaverunt coram nobis libere et expresse, eosdem in manus nostras benvole resignantes, nosque huiusmodi renunciatione et resignatione rite factis supradictos agros contulimus prefato Henrico iure feodali perpetuo possidendos, nichilominus uxori ipsius Beatrici usufructum in ipsis agris favorabiliter conferendo. Cum autem hec fierent, presentes erant Henricus dictus Yrreuogel, iudex in Gyseke, Hermannus dictus Pauo, proconsul, Lubertus dictus Korduanere[a], Ecbertus de Eden, Hermannus, villicus de Vronenhofe, Detmarus dictus Mulio, Arnoldus de Lyppia, Bernhardus dictus Boldemer, Conradus dictus Symelmule, Iohannes dictus Rex, Iohannes dictus Lore, Wlbero Pauo iunior et Iohannes Cristianinch, consules in oppido predicto, ceterum Gosvinus, filius quondam Luberti de Greuen, militis, Vlricus dictus Vryman, Volmarus dictus Kykepelles et aliii quamplures fidedigni. In cuius rei testimonium et evidentiam ampliorem nos Wilhelmus nobilis predictus has literas sigillo nostro una cum sigillo oppidanorum in Gyseke fecimus roborari. Actum et datum in die beatorum Cosme et Damiani martirum anno Domini M° CCC^mo quartodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Abdinghof Urk. Nr. 95, Siegel des Edelherrn ab, das der Stadt Geseke (gut erhalten, WS 66,5) mit Rücksiegel (WS 90,1) anhängend; Transsumpt in der Urkunde von 1387 (Abdinghof Nr. 445a); Druck: WUB IX Nr. 1263.

[a]) In der Vorlage Korduanerere.

1155

1314 September 28

In der Vigil von Michaelis wird Gotfried von Hoerde von dem Grafen von Limburg mit dem Lütkehaus in Hoerde und anderen Gütern belehnt.

Von Steinen, Westphälische Geschichte, 4. Teil, S. 323 (aus dem Archiv Limburg, die Vorlage jedoch nicht ermittelbar).

1156

1314 Oktober 10

Vor den Bürgermeistern und dem Rat der Stadt Soest erklären die Brüder und Soester Bürger Johannes und Hermann vom Hofe und Johannes genannt von Weslere, der Schwiegersohn des Johannes, sie schuldeten dem Propst und dem Konvent von St. Walburgis vor Soest eine Summe von zehn Mark und vier Schillingen aufgrund einer rückständigen Rente aus einem Salzhaus zu Sassendorf. Die Schuldner versprechen, nunmehr bis zur völligen Abtragung der Schuld bei jedem Salzsieden sechs Schillinge zu zahlen und jährlich sechs Scheffel Salz zu liefern.

Nos Bartoldus de Herborne et Godescalcus de Palsole, magistri consulum, totumque consilium opidi Susaciensis omnibus hoc scriptum visuris et audituris notum facimus et publice protestamur, quod ad nostram presentiam venientes Iohannes et Hermannus dicti de Manso, fratres, et Iohannes dictus de Wesleren, dicti Iohannis gener, coopidani nostri, recognoverunt publice se teneri honorabili viro domino preposito monasterii sancte Walburgis extra muros Susacienses et conventui suo decem marcas et quatuor solidos denariorum Susati usualium de quadam domo salinaria Sassendorpe sita ratione debite et detente pensionis. Unde dicti fratres et Iohannes coram nobis ad manus prefati domini prepositi promiserunt et ad hoc se firmiter astrinxerunt, quod, quociens ipsi ex nunc et deinceps ratione domus salinarie predicte sal bullierint, tociens ipsi dicto domino preposito aut suo conventui sex solidos denariorum in solutionem dictarum decem marcarum et quatuor solidorum nec non in solutionem consuete et antique pensionis conputandos usque ad plenariam solutionem tocius debiti predicti sine ulla protractione ulteriori assignabunt; sex etiam modios salis pro consueta pensione persolvent eis annuatim in festo beati Odelrici firmiter arbitrantes, si bullito sale supradicto unum solutionis terminum neglexerint, quod extunc domus salinaria predicta domino preposito et conventui predictis vacabit ipsique de ea sine reclamatione et inpedimento dictorum fratrum et Iohannis suam poterunt libere disponere voluntatem. Et in huius rei testimonium ad petitionem partium predictarum hoc scriptum sigillo nostri duximus oppidi roborandum. Actum et datum anno Domini M CCC quarto decimo, sexto idus Octobris, presentibus Henrico de Heringhen, Theoderico de Capellis, Syfrido de Piscina, Wernero Rufo, Iohanne de Sunere, Iohanne Eppinc, Gothmaro Weghenere, Iohanne et Godefrido dictis de Berghe, Arnoldo et Iohanne dictis Schottin, Werenberto de Loy, Theoderico Aurifabro, Gerhardo de Rudin, Alberto de Hattorpe, Godescalco de Heymsode, Iohanne Volin, Arnoldo de Holthusin, Arnoldo Wenkin, Marquardo de Lo, Conrado de Brucge, Conrado Bruninc, Conrado Deghin, Winando Walin et toto consilio oppidi nostri prenotati, item presentibus discretis viris Henrico Bruninc, Rickardo, de sancta Walburgi sacerdotibus, domino Theoderico de Honrode, milite, et aliis fide dignis.

Abschrift des 18. Jahrh., Stadt A Soest, B I Nr. 8 h, S. 202.

1157

1314 Oktober 28 Wellinghofen

Der Knappe Johannes gen. Schluch verkauft zu Eigentumsrecht den Kapellen in Hoerde und Aldinkhofen[1] *sieben Morgen Ackerlandes in der Feldflur von Hoerde.*

Noverint universi presentium inspecturi[a] et audituri[b], quod ego Iohannes dictus Shlůch, famulus, vendidi cum consensu et plena voluntate Godfridi, filii mei, Alheidis et Elisabet, filiarum mearum, ac aliorum haeredum meorum capellis in Horde et in Aldinckhoven septem mensuras terre arabilis sitas in campo Hoirde in loco, qui[c] dicitur opme Opsprunge, et hoc titulo merae proprietatis, que vulgariter dorschlacht egen nuncupatur, ita videlicet, quod due partes attinebunt capelle Aldinckhouen et tertia pars attinebit capelle in castro Horde. Acta sunt haec in cimiterio Wellinckhouen anno Domini millesimo tricentesimo decimo quarto, ipso die Simonis et Iude, presentibus dominis Erenfrido, plebano in Wellinckhouen, domino Ger-

hardo, capellario in Horde, Godefrido dicto Slůch, Iohanne de Rura, militibus, Bernhardo de Horde, Gerhardo de Horde iuniore, Constantino de Aldinckhoůen, Elya, iudice in Eyckellinckhouen, Wernero de Bruninckhusen, Henrico de Erenbregůmhouen et aliis quam pluribus fide dignis. Et nos Godefridus dictus Slůch et Iohannes de Rura, milites predicti, presentibus nostra sigilla ad petitionem Iohannis dicti Sluch predicti et etiam aliorum proborum duximus apponenda. Datum ut supra.

A: Insert in der Urkunde von 1574 November 24, StAM, Minoriten Dortmund Urk. Nr. 40a; B: Abschrift von 1607, Minoriten Dortmund, Akten Nr. 12, Bl. 60v (ohne Zeugen); Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. I Nr. 482, S. 202.

[a]) In B in der Vorlage „inspecturis"; [b]) desgl. in der Vorlage „audituris"; [c]) in der Vorlage „quae".
[1]) Wüstung südlich von Hoerde.

1158

1314 November 11

Ag[nes] und Aleidis, Nonnen in Gevelsberg (Gyuelberg), *kaufen eine Kornrente in Werne*[1], *die sie auf Lebenszeit beziehen sollen. Nach ihrem Tode soll ein Malter Gerste zur Beleuchtung des heiligen Kreuzes verwandt werden. Der Rest der Rente ist zu gleichen Teilen unter den Mitgliedern des Konvents am 11. Juli* (in Translatione sancti Benedicti) *für eine Speisung* (pitancia) *zu verteilen. Siegelankündigung des Abts von Heisterbach* (Heyster-) *und [...]. Datum 1314 November 11* (in die beati Martini).

Ausf. Perg. StAM, Kloster Gevelsberg Urk. Nr. 26, rechter Rand der Urkunde abgerissen, 1. Siegel ab, Siegel der Äbtissin (oblong, Bild: Äbtissin sitzend mit übergeschlagenen Armen) anhängend, Rückvermerk (15. Jahrh.): to Werne VI malder vrucht offte hardes korn.

[1]) Östlich von Bochum.

1159

1314 November 21

Vor Albert, Richter in Sundern, und den dortigen Ratsherren verkauft Albert gen. von Wulferinghausen[1], *Bürgermeister zu Sundern, dem Kloster Wedinghausen eine Rente von sechs Schillingen aus seinem Hausplatz und seinen Äckern in Sundern.*

Universis Christi fidelibus presentem literam visuris vel etiam audituris nos Albertus, iudex in Zunderen, et consules ibidem constare cupimus et protestamur publice in hiis scriptis, quod constitutus coram nobis Albertus dictus Uvlverinchusen, apud nos existens magister consulum, recognovit se de consensu et bona voluntate Margarete, uxoris sue, ac omnium liberorum suorum vendidisse perpetuo viris religiosis .. preposito .. et conventui monasterii in Wedinchusen redditus sex solidorum denariorum legalium in Svsato ex area, agris cunctisque bonis sibi in presenti attinentibus, que vulgariter dicuntur wichbilde gut, in Zunderen sitis nec non etiam ex cunctis bonis, si que per divinam gratiam consequi poterit in futuro, pro sex marcis denariorum legalium in Svsato ipsi Alberto numeratis, traditis et solutis. Quorum reddituum pensionem supradictus Albertus suique heredes de area, agris bonisque memoratis singulis annis in festo beati Martini hiemalis persolvent integraliter .. preposito et conventui memoratis. In cuius rei testimonium nos iudex et[a] consules in Zunderen, quia sigillo proprio caremus, petimus discretos viros iudicem et magistrum consulum de Arnesberg, qui huic emptioni intererant, ut oppidi sui sigillo presentem paginam communirent. Et nos Hinricus dictus Gyr, iudex, et Iohannes dictus Krvmwate, magister consulum in Arnesberg, presentem literam ad instantiam partis utriusque sigillo oppidi nostri confirmamus in testimonium premissorum. Testes sunt Lambertus, villicus in Rvrne, Lambertus Uvoste, Hinricus der Kynderehus, Gerhardus Rogghe, Hinricus

van Uvlverinchusen, frater Alberti predicti, et alii plures fide digni. Datum et actum anno Domini M° CCC° quartodecimo, in vigilia Cecilie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 94, Siegel der Stadt Arnsberg (restauriert, WS 67,6) anhängend; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 38v und Msc. I 209, Bl. 223v.

[a]) Irrtümlich doppelt geschrieben.
[l]) Westlich von Amecke in der Nähe des Sorpesees.

1160

1314 November 24

Der Knappe Wilhelm gen. Vlecke von Uffeln[1] verkauft vor dem Gericht in Werl für 24 Mark dem Kloster Welver als Eigengut sechs Morgen Ackerlandes, von denen 2 1/2 an dem Colvesladem[2] *genannten Ort und 3 1/2 Morgen zwischen den Wohnplätzen Rythem[3] und Uffeln liegen.*

Universis presentes literas visuris et audituris ego Wilhelmus bone nacionis famulus dictus Vlecke de Vflen notum facio, protestor et recognosco, quod ex bona voluntate .. uxoris mee ac liberorum meorum Iohannis, Lutberti, Cristine et Alheydis nec non verorum heredum et coheredum meorum omnium vendidi ecclesie et conventui sanctimonialium in Weluere sex iugera agrorum pro proprio agro, quorum tertium dimidium iuger sita sunt in loco, qui vulgariter dicitur Coluesladem, et tria iugera cum dimidio sita inter villulas Rythem et Vflen nuncupatas, quas ego dictus Wilhelmus et pueri mei predicti Iohannes, Lutbertus, Cristina et Alheydis resignamus in hiis scriptis more debito et consueto et vendimus pro viginti quatuor marcis iure hereditario et perpetuo possidenda. Igitur, ne super huiusmodi venditione et resignatione dubium alicui oriatur in futurum, dedimus eis presentes literas sigillo universitatis, quia proprio sigillo caruimus, videlicet Werlensis roboratas in testimonium et firmitatem premissorum. Acta enim sunt hec in die sancti Crisogoni martiris anno Domini M° CCC° XIIII° coram iudicio Werlensi, Wilhelmo de Borbenne tunc iudice, Goscalco et Wenemaro fratribus dictis de Ekenscede[a], qui receperunt dicta sex iugera ad manus dicte ecclesie, Henrico et Wilhelmo fratribus dictis Woylen, bone nationis famulis, Iohanne Scolere et Theoderico de Hoslinchoue[a], tunc proconsulibus, Hermanno Frendelere, Henrico Prosekesen, Conrado Nothliken, Theoderico Krusen, Everhardo Kepeken, Hermanno Bars, Henrico Kavolt, Iohanne Heynen, Conrado Capetowen, Thoma in Atrio, tunc consulibus, Ludewico de Foro, Emelrico Walen, Volquino Pistore, Hermanno de Boderike et aliis quam pluribus viris fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 150, Siegel des Stadt Werl (WS 71,5, beschädigt) anhängend; dabei auf Papier Abschrift und zwei deutsche Übersetzungen des 15. Jahrh.

[a]) Davor durch Unterpunktierung getilgt: „Iohanne Scolere et Theoderico de Hoslinchoue".

[l]) Ehemaliges Rittergut nordöstlich von Werl (vergl. Schoppmann Flurnamen Soest II, S. 191 Nr. 152 und Karte am Schluß des Bandes); [2]) am südöstlichen Stadtrand von Werl: In der Kolbenschlag, in der Kolbenschlacht, (1493) op den Colveslage (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest II, S. 186, Nr. 74; [3]) Wüstung bei Werl.

1161

1314 November 25

Der gegen Ludwig (Herzog von Bayern) zum König gewählte Herzog Friedrich von Österreich wird von Heinrich Erzbischof von Köln in Bonn gekrönt.

Dux Fredericus Austrie electus contra Ludovicum, per archiepiscopum Coloniensem Henricum coronatur in Bunna, faventibus sibi episcopo Leodiensi, comite de Marka et domino de Valkenborch.

Wiedergabe nach Zschaeck, Levold, S. 66.

1162

1314 November 25

Erzbischof Heinrich von Köln teilt den Getreuuen des Reichs mit, zu Frankfurt sei durch Pfalzgraf Rudolf bei Rhein, der die Vollmacht hatte, im Namen des Kölner Erzbischofs zu wählen, durch den Herzog Rudolf von Sachsen und dem Herzog Heinrich von Kärnten als König von Böhmen Herzog Friedrich von Österreich zum König gewählt worden. Andere Fürsten hätten jedoch Herzog Ludwig von Bayern zum König gewählt. Zur Krönung hätten die Bürger zu Aachen trotz dreimaliger Aufforderung den Erzbischof von Köln und den gewählten Friedrich nicht in die Stadt eingelassen. Deshalb habe er, der Erzbischof, diesen in seiner Stadt Bonn gesalbt und gekrönt. Geschehen im Minoritenkloster zu Bonn vor den Zeugen: Herzog Rudolf von Sachsen, Landgraf Otto von Hessen, vor den Grafen Engelbert von der Mark, Gerlach, Heinrich und Emecho von Nassau, Simon und Johann von Sponheim, Ropert von Virneburg und Dietrich von Katzenelllenbogen und anderen ... 1314 Nov. 14 (vicesima quinta die mensis Novembris ... que fuit dies beate Katerine).

Beglaubigung durch den Notar Tilmann von Unna.

Ausf., Perg., Haus-, Hof und Staatsarchiv Wien; Druck: MGH, Constitutiones V. Nr. 118, S. 115; Regest: REK IV Nr. 884.

1163

1314 [Anfang Dezember]

König Ludwig zieht von Aachen nach Köln und hält, eingeführt durch den Erzbischof Balduin von Trier, feierlich Einzug in die Stadt. Durch großzügige Zugeständnisse, die zum Teil zu Lasten des Kölner Erzbischofs gehen, gewinnt er die benachbarten Fürsten und Städte. So gehen u.a. der Graf Engelbert von der Mark, der Edelherr Simon zur Lippe und der Graf Wilhelm von Arnsberg zu ihm über.

At Ludovicus Bavarus nihil veritus Coloniensium archiepiscopum Austriumque exercitum Aquisgrano Coloniam tendit, quam in urbem cum ingenti pompa a Balduino Trevirensi archiepiscopo est introductus. Quem cives, frustra licet reclamante Coloniensi archiepiscopo, honorifice excepere. Ea in urbe, ut sibi vicinorum praesulum et comitum atque urbium animos devinciret, aliis vetera principum munera et privilegia confirmat, aliis nova impartitur. Theoderico Cliviae comiti promissa potestas duo erigendi telonia, alterum Grithae, alterum Hussinae in Patavia, Guisburgum et Caesaris insula in pignus oblata. Ad haec concessus vicariatus Westfaliae Rhenum inter et Visurgim, data Werthinensis coenobii advocatia, quae post regiis tabulis confirmata sunt: utroque munere exutus Coloniensis. Quibus devinctus comes, posthabita Austrica stirpe, quam a matre ducebat, Bavaro constanter adhaesit. Similibus beneficiis deliniti Gerhardus Iuliacensis, Engelbertus Marcanus, Simon Lippiensis, Wilhelmus Arensbergensis ceterique comites in partes Ludovici Bavari transiere.

Schaten, Annalium Paderbornensium Liber XII, S. 230; Regest: Lipp. Regesten II Nr. 616.

1164

1314 Dezember 2 Köln

König Ludwig belehnt den Grafen Wilhelm von Arnsberg mit der Vogtei in Soest und den übrigen vom Reich gehenden Lehen.

Ludewicus Dei gratia rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Accedens nostre maiestatis presentiam nobilis vir Wilhelmus comes de Arnsberg, fidelis noster dilectus, nobis humiliter supplicavit, ut ipsum de feodis suis, videlicet advocatia in Susato et aliis feodis suis, que a nobis et imperio tenere debet in feodo, investire de benignitate regis dignaremur.

Nos igitur volentes tribuere unicuique, quod suum est, prefati Wilhelmi supplicationibus inclinati ipsum de iustis et antiquis feodis suis, que predecessores ipsius olim ab imperio tenuerunt et possederunt et idem Wilhelmus a nobis et dicto imperio tenet et tenere debet, recepto prius ab ipso super hoc fidelitatis et homagii debito sacramento investivimus et tenore presentium investimus. In cuius rei testimonium presentes literas sibi dedimus sigillo maiestatis regie consignatas. Datum Colonie anno Domini M° CCC° quartodecimo, quarto nonas Decembris, regni vero nostri anno primo.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 1/889, starke Stockflecken, Siegel des Königs Ludwig (gut erhalten) anhängend; Abschrift des 17. Jahrh. ebenda in den Farragines Gelenii III, Bl. 80; Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 a (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 30; Abschrift um 1800 Msc. II 71, S. 150; Druck: Wigands Archiv VII, S. 191; SUB II Nr. 564.

1165

1314 Dezember 4 Köln

König Ludwig belehnt den Grafen Wilhelm von Arnsberg mit dem Brückengeld in der Stadt Neheim.

Ludewicus Dei [gracia][a] Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presen[tes litteras][b] inspecturis graciam suam et omne bonum. Accedens nostre maiestatis presenciam nobilis vir Wilhelmus comes de Arnsberg, fidelis noster, nobis humiliter supplicavit, ut ipsum de pedagio, vulgariter dicto bruggengelt, in opido suo Nehem, quod pater eius ibidem habuit, investire de benignitate regia dignaremur. Nos igitur prefati Wilhelmi supplicacionibus inclinati ipsum de huiusmodi pedagio investivimus et tenore presencium investimus, recepto tamen prius ab ipso super hoc fidelitatis et homagii debito sacramento. In cuius rei testimonium presentes literas sibi dedimus sigillo maiestatis regie consignatas. Datum Colonie anno Domini M° CCC° quartodecimo, pridie nonas Decembris, regni vero nostri anno primo.

Ausf., Perg., StAM, Herzogtum Westfalen, Landesarchiv Urk. Nr. 21, Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh., Msc. VI 109a (Kopiar der Grafen von Arnsberg) Bl. 30; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii IX, S, 58; Druck: SUB II Nr. 564.

[a]) Textverlust; [b]) desgl.

1166

1314 Dezember 4 Köln

König Ludwig belehnt den Grafen Konrad (III.) von Dortmund wie seine Vorfahren nach Leistung des Lehnseides mit den vom Reich getragenen Lehen.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Accedens nostre maiestatis presentiam nobilis vir Conradus comes de Tremonia, fidelis noster dilectus, nobis humiliter supplicavit, ut ipsum de comitatu Tremonie cum suis pertinentiis, quem a nobis et imperio, sicut asserit, tenere debet in feodo, investire de benignitate regia dignaremur, nos volentes tribuere unicuique, quod est suum, prefati Conradi supplicationibus inclinati ipsum de iustis et antquis feodis suis, que predecessores ipsius olim ab imperio tenuerunt et possiderunt et idem Conradus a nobis et dicto imperio rite et rationabiliter tenet et tenere debet, recepto prius ab ipso super hoc fidelitatis et homagii debito sacramento investivimus et tenore presencium investimus iure nostro et alterius cuiuslibet semper salvo. Datum Colonie II. nonas Decembris anno Domini M° CCC° quartodecimo, regni vero nostri anno primo.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 122, großes Thronsiegel anhängend; 1945 vernichtet, Foto im Stadt A Dortmund; Druck: Dortmunder UB I Nr. 331, S. 231, Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 483, S. 202.

1167

1314 Dezember 5 Köln

König Ludwig bestätigt und erneuert die Privilegien der Stadt Dortmund.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Litteras clare recordacionis Heinrici Romanorum regis, predecessoris nostri illustris, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas vidimus in hec verba:

(folgt Urkunde von der Erneuerung der Privilegien der Stadt von 1309 Januar 17[1]).

Nos itaque predictorum civium Tremoniensium, fidelium nostrorum, devotis precibus inclinati omnia et singula in premissis litteris contenta, prout rite et provide concessa sunt, auctoritate regia confirmamus, innovamus et approbamus et eis robur inpendimus perpetue firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem nostre maiestatis indignacionem se noverit incursurum. Datum Colonie nonas Decembris, indictione XIII, anno Domini millesimo trecentesimo quarto decimo, regni vero nostri anno primo.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 124, großes Thronsiegel anhängend, 1945 vernichtet, Foto im Stadt A Dortmund; Druck: Dortmunder UB I Nr. 332, S. 232, und Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 485, S. 203.

[1]) Vergl. WUB XI Nr. 655.

1168

1314 Dezember 5 Köln

König Ludwig gestattet dem Grafen und der Stadt Dortmund, Münzen leichter zu schlagen.

Ludewicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris comiti, scabinis, consulibus et universis civibus Tremoniensibus, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Cum a nobis aliquid petitur, quod iustum fuerit pariter et honestum, tam vigor equitatis quam ordo rationis suggerit, ut ad effectum optatum et debitum perducatur. Petitiones excellentie regie per vos porrectas de allevacione monete vestre usualis pro parte aliqua facienda sub[a] eo modo seu condicione indulgemus, si consensus vester unanimis affuerit, et per hoc iuri et utilitati publice nullatenus derogetur, tunc ad instar et similitudinem vicinarum civitatum vos in hiis regere volumus et habere, dantes vobis presentes super eo nostri sigilli munimine consignatas. Datum Colonie nonas Decembris anno Domini millesimo trecentesimo quarto decimo., regni vero nostri anno primo.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 125, großes Thronsiegel auf der Rückseite aufgedrückt; Druck: Dortmunder UB I Nr. 333, S. 232, Regest: Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 486, S. 204.

[a]) Davor gestrichen „Id".

1169

1314 Dezember 7

Vor dem Richter und den Ratsherren der Stadt Recklinghausen schenken Everhard gen. von Ekowe von Suderwich[1] und seine Frau Gisela aus der Hälfte des Hauses des Everhard gen. von Nienhus zu Recklinghausen eine Rente von vier Schillingen an Frederunis, die Tochter seiner Frau, und an Hildegundis, Tochter der Schwester des Everhard, beides Beginen im Hause Stovern zu Recklinghausen. Nach dem Tode beider Beginen fällt die Rente an alle Beginen des Hauses Stovern. Sie haben dafür das Jahresgedenken der Eheleute zu begehen.

Universis litteras presentes visuris et audituris ego Symon, iudex in Rekelinchusen, et nos consules oppidi Rekelinchusen eiusdem, nomine Conradus de Hillen, Everhardus de Westerheym, Sibodo de Munckenbeke, Bernardus ante Curiam, Volquinus de Bachem, Růtgerus de Alta Domo, Gerhardus de Důrstene, Lambertus de Sickelinc, Gerhardus dictus Leyger, Thelemannus, filius Gude, Arnoldus dictus Scleychte, Everhardus Faber, Iohannes dictus Lengerbeyn, Arnoldus, filius Udonis, et Lambertus dictus de Eclo notum facimus publice protestantes, quod Everhardus dictus de Ekowe de Suderwic et Gisla, eius legitima, in figura iudicii Rekelinchusen et nostra presentia constituti de maturo suorum amicorum consilio et de consensu omnium suorum heredum in remedium animarum suarum contulerunt ex medietate domus Everhardi dicti de Nienhus, oppidani in Rekelinchusen, Frederuni, filie ipsius Gisle predicte, et Hildegundi, filie sororis Everhardi dicti de Ekowe superius expressi, bagginis nunc in domo dicta Stoueren commorantibus, quatuor solidos legalium et bonorum denariorum in oppido Rekelinchusen usualium et dativorum annis singulis iure pensionali ad tempus vite predictarum bagginarum, scilicet Frederunis et Hildegundis, persolvendos et dandos. De quibus annis singulis in festo Pasche duo solidi et in festo Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi, reliqui duo solidi ex medietate domus dicte Nienhus site in oppido Rekelinchusen predictis bagginis, videlicet Frederuni et Hildegundi, ad pensionem persolventur. Post obitum vero predictarum bagginarum, dictarum scilicet Frederunis et Hildegundis, hii quatuor solidi predictorum denariorum dandi et persolvendi ex predicta medietate domus dicte Nienhus in duobus terminis cuiuslibet anni ad universas bagginas in domo dicta Stoueren commorantes iure perpetuo debent persolvi. Sed baggine universe domus Stoueren predicte viceversa post obitum predictorum coniugum, scilicet Everhardi et Gisle, eius legitime, anniversarium eorum singulis annis in crastino Omnium sanctorum cum tribus denariis monete predicte peragi procurabunt. Et insuper prenominati coniuges, scilicet Everhardus de Ekowe et Gisla, eius legitima, erunt participes omnium bonorum operum, que cotidie fiunt in ipsa domo Stoueren bagginarum sepius iam dictarum. In cuius rei testimonium et evidentiam maiorem has litteras presentes super tali donatione scriptas ad preces tam recipientium quam dantium sigillo opidi Rekelinchusen fecimus roborari. Actum et datum anno Domini M°CCC^{mo} quartodecimo, in crastino beati Nicolai episcopi.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. III Nr. 780 (Beginen Recklinghausen), Siegel ab.

[1]) Östlich von Recklinghausen.

1170

1314 Dezember 19 Köln

Heidenreich, Propst von St. Severin in Köln, trifft eine Vereinbarung mit Heinrich von Heringen, Bürger zu Soest, über ein für seine Lebenszeit gültiges Recht zur Wiedereinlösung des an Heinrich durch den Kölner Erzbischof Heinrich für 500 Mark verpfändeten Oberhofs Gelmene[1]. *Danach zahlt der Propst zunächst an Heinrich 150 Mark. Der Rest der Pfandsumme ist durch die Einkünfte aus dem Hof abzutragen.*

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Heydenricus, Dei gratia prepositus ecclesie sancti Seuerini Coloniensis, notum facimus, quod super redemptione curtis in Gelmene attinentis reverendo in Christo patri et domino domino Henrico, Coloniensi archiepiscopo, et ecclesie sue Coloniensi, quam discretus vir Henricus de Heringen, opidanus Susatiensis, ab eodem domino nostro et ecclesia sua predicta tenet in pignore pro quingentis marcis denariorum usualium Susati de voluntate et consensu dicti domini nostri, ecclesie ac capituli Coloniensis taliter concordavimus, quod dictam curtem ab ipso Henrico redimemus ad dies vite nostre et anno uno post mortem nostram habendam et tenendam. Dedimus igitur ad presens ipsi Henrico centum et quinquaginta marcas denariorum Susatiensium et redditus dicte curtis presentis anni, qui in festo beati Petri ad cathedram nunc emergent, dividentur in tres partes, sic quod[a] Henrico predicto tertia pars ipsorum reddituum gratis cedat, residue due partes computabuntur ad pecuniam per nuntium nostrum, cum

dicto Henrico de hiis et quidque de illis duabus partibus derivaverit, hoc cedet ipsi Henrico in ulteriorem solutionem quingentarum marcarum predictarum. Prefatis itaque centum et quinquaginta marcis et pecunia duarum partium reddituum predictorum insimul conputatis dictus Henricus tantumdem nobis defalcabit de ipsis quingentis marcis, quantum summa predicta conputata ascendet. Et de hoc idem Henricus dabit pro se et heredibus suis nobis quitantiam. Quod tunc residuum fuerit de prefatis quingentis marcis, pro eo anno futuro et annis sequentibus faciemus ipsi Henrico annonam dicte curtis integraliter assignari, quousque ad bonam conputationem sibi de prefatis quingentis marcis fuerit satisfactum. Poterimus tamen, quandocumque nobis placuerit, eandem pecuniam sibi dare et dictos redditus ab eodem liberare pro pecunia, que sibi pro tempore defecerit de summa memorata. Et satisfacto ipsi Henrico de pecunia predicta idem Henricus litteras dicti domini nostri archiepiscopi et capituli Coloniensis ipsorum et opidi Susatiensis sigillis sigillatas, quas super obligatione dicte curtis habuit et adhuc habet, nobis reddet nec amplius ipse vel sui heredes extunc quidquid iuris sibi in dicta curte vendicabunt. Ut tamen ipsi Henrico caveatur sufficienter de pecunia residua sibi de prefatis quingentis marcis danda recognoscimus, quod, si nos ante solutionem totalem dicte pecunie sibi faciendam, quod absit, decedere contingeret, pro portione dicte pecunie sibi pro rata tunc temporis deficientis manebit tam diu in perceptione reddituum dicte curtis, quousque prefate pecunie summam integre consequatur. Nec aliter littere sue obligationis prefate curtis exstinguentur, sed quo ad hunc finem in sua firmitate ista remanebunt. Condictum est etiam inter nos et ipsum Henricum, quod unum de familia nostra adiungemus sibi, qui de consilio ipsius Henrici agros dicte curtis de cetero, dum vacaverint, exponat et locet, et quod annona de tali locatione proveniens ipsi Henrico in solutionem dicte pecunie sue detur. Et si ipsum Henricum ante horum expletionem, quod absit, decedere contingeret, heredes sui tenebuntur et erunt nobis obligati ad omnes condiciones suprascriptas. Et nos eis in eisdem viceversa hec omnia et singula observare promittimus absque dolo. In cuius rei testimonium presentes litteras nos pro nobis et ipse Henricus pro se sigillis nostris fecimus sigillari. Et nihilominus in ampliorem horum evidentiam sigilla officialitatis curie Coloniensis necnon discretorum virorum Iohannis de Plettinbregt, militis, et Conradi, rectoris ecclesie in Kamene, apponi rogavimus huic scripto. Et ego Henricus de Heringen, opidanus Susatiensis predictus, recognosco premissa omnia et singula de consensu meo expresso sic acta esse, promittens per fidem meam ea in omnibus suis articulis firmiter observare, sigillum meum in premissorum testimonium hiis litteris apponendo. Et nos officialis curie Coloniensis predictus ad petitionem dictarum partium sigillum officialitatis curie predicte in ampliorem horum evidentiam presentibus duximus apponendum. Nos vero Iohannes et Conradus predicti, quia premissis interfuimus, sigilla nostra in testimonium veritatis omnium premissorum duximus presentibus apponenda. Actum et datum Colonie quinta feria ante festum beati Thome apostoli anno Domini M° CCC^mo quartodecimo.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 1/890, Siegel des Propstes von St. Severin, des Offizials und des Johann von Plettenberg (letzteres stark abgebrochen) anhängend, die beiden anderen Siegel ab; Regest: REK IV Nr. 896.

[a]) Über der Zeile eingefügt.
[1]) Vergl. Urkunde von 1314 April 27 bzw. die dortige Anmerkung.

1171

1314 Dezember 22 Oppenheim

König Ludwig erlaubt den Bürgern der Stadt Dortmund, vom Grafen von Dortmund Güter zu erwerben und zu besitzen, die Lehngüter des Reiches sind.

Ludewicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris .. sculteto, consulibus et universis civibus Tremoniensibus, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Instantivis vestris supplicacionibus favorabiliter annuentes vobis emendi et possidendi bona quecunque a nobili viro .. comite Tremo-

niensi a nobis et imperio iure feodi dependencia, prout inter ipsum et vos rationabiliter conventum fuerit, salvis huiusmodi bonis, que nobis et imperio vacant vel vacare possent, in quibus nobis preiudiciari nolumus, concedimus facultatem. Permittentes, ut eadem bona, que, ut premittitur, ab ipso .. comite comparaveritis, eo iure, quo ipse possidebat eadem, habeatis et possideatis de nostra gratia speciali. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro regie maiestatis vobis tradimus communitas. Datum Oppenheim XI kalendas Ianuarii, anno Domini MCCCXIIII, regni vero nostri anno primo.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 126, Thronsiegel des Königs (an roten Seidenfäden) anhängend; 1945 vernichtet, Foto im Stadt A Dortmund; Druck: Dortmunder UB I Nr. 334; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 487.

1172

1315

Nachricht von der etwa ein Jahr lang anhaltenden Teuerung und dem Hunger in Deutschland und auch in Dortmund, die die Leute zum Stehlen brachten. Am Hunger starben viele Menschen ebenso wie an der gleichzeitig herrschenden Pest.

1315 was eine grote duringe in und over ganzer duetscher nation sampt welschen lande und verharret to Dortmunde und umbliggenden lendern und steden bis in dat ander jaer an die August maent, dat man der armoet durch de vinger sach und toleit, dat sie mochten broet nemen van den veldern ader vinstern, dar dat verkoft wort. Und in dem anderthalven jaer sturven untellich vil menschen, tom deel vur hunger und ouch an der vergiftigen pestilenzien, de domals neffen dem hunger weldich herschede.

Westhoffsche Chronik, Theodorianische Bibliothek Paderborn Pa 102, Wiedergabe nach Chroniken deutscher Städte, 20 (Dortmund) S. 199.

1173

1315

Godfried, Pfarrer in Westönnen, und (seine) Brüder Wilhelm und Friedrich von Borbenne erklären, sie hätten die Nonnen des Klosters Himmelpforten wegen sieben Morgen Ackerlandes, die zu den Gütern im Dorf Mawicke gehörten, bedrängt. Diese hatte ihr † Vater Godfried von Borbenne dem Kloster verkauft[1]. Die Brüder leisten nun auf diese Äcker Verzicht.

Universis presentia visuris seu percepturis nos Godefridus, plebanus in Westunen, Wilhelmus et Fridericus fratres dicti de Borbenne veritati testimonium perhibere. Quoniam memoria hominum labilis est, dignum est, ut ea, que in tempore aguntur, ne simul cum tempore dilabantur, testimonio bene firmentur litterarum. Noverit itaque tam presens etas quam futura posteritas, quod nos controversiam habuimus adversus sanctimoniales monasterii Porte Celi, inpetendo eas super septem iugeribus agrorum pertinentium bonis in villa Madewic sitis, que quondam pater noster pie memorie Godefridus dictus de Borbenne monialibus memoratis vendiderat rationabiliter nostro ex consensu. Habito denique super hoc amicorum nostrorum maturo consilio prorssus[a] desistentes pro salute anime patris nostri et ob spem remunerationis divine nos et mater nostra dicta Elizabeth et sorores Gerbergis et Guda quidquid iuris in utrisque[b] bonis et agris prelibatis competebat nobis, resignavimus sponte et expresse et recognovimus eadem bona una cum agris memoratis prefatis monialibus perpetuo possidenda. Pro huiusmodi itaque facto ratificando fideiubemus pro fratre nostro Daniele absente fideiussoria cautione. Ut autem antedictorum agrorum resignatio firma permaneat et inconvulsa, presentem litteram super eo conscriptam sigillo consulum et burgensium in Werle petivimus communiri. Presentes huic facto aderant Henemannus de Berdinc, Hinricus de Bersterate, Wilhelmus Wole, Hermannus Boricholte, Hinricus Rost et frater eius Vdo, Erep de Holthem, Lambertus de Prouestinck, Helricus

de Scaphusen, Emelricus Wale, Hunoldus Scelip, magistri burgensium, Euerhardus Suinintholt, Lemego, Gerhardus Kuken, Iohannes, frater de Porta Celi, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M° CCC° quinto decimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 86, Rest des Siegels der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend, Rückvermerk (17. Jahrh.): Hunninghhoff ietz genant.

[a]) Überzählige Buchstaben bzw. Abkürzungszeichen; [b]) davor das Wort „trisque" durch Unterpunktieren getilgt.

[1]) Vergl. Urkunde von 1304 Sept. 20 (WUB XI Nr. 342).

1174

1315

Johannes auf dem Graben verkauft der Äbtissin und dem Konvent zu Gevelsberg für 32 Schillinge eine Rente von zwei Schillingen aus seinen Gütern zu Linderhausen[1].

Ne oblivio per temporis successionem memoriam gestorum excludat, expedit, ut ipsa gesta literis pariter et testibus perhennentur. Notum sit igitur universis presens scriptum visuris, quod ego Ioannes vp dem Grauen una cum uxore mea Hildegunde coniuncta manu et consensu nostrorum heredum Henrici, Hermanni, Ioannis et Brunonis vendidimus venerabilibus dominabus abbatisse et conventui in Geuelsberch duos solidos legalium denariorum ex bonis nostris vpme Grauen, sitis in Linderhusen, pro triginta duobus solidis ipsis iure hereditario in festo beati Martini hiemalis solvendos. Et si aliquando contingeret, quod predicta bona nostra venderentur, quicumque possessurus esset, sine aliqua contradictione prememorato conventui antedictos II solidos solvere teneretur in festo prenotato. Ut igitur predicta venditio firma futuris temporibus perseveret, sigilla domini Arnoldi, plebani in Swelme necnon domini Iohannis militis de Guckinchoeue ad nostram petitionem presentibus sunt appensa. Huic facto interfuerunt predictus dominus Arnoldus, plebanus in Swelme, dominus Henricus, plebanus de Volmestiene, Albernus de Kothuysen, Wulfardus de Landrinchuyssen et frater eius Leo, Gobelinus de Linderhuyssen et alii quam plures fide digni. Datum anno M CCC quinto decimo.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. VII Nr. 6106 (Kopiar des Klosters Gevelsberg) Nr. 29, S. 33; Überschrift: ... uit Grauemansgude to Lynderhusen.

[1]) Nördlich von Schwelm.

1175

1315

Für einen offenen nach Berlin geschickten (Beglaubigungs)brief der Brüder Hildebrand und Gobelin gen. Schoneweder zur Ausfolgung des Vermögens ihres Bruders Johannes bürgen die beiden Brüder und ihr Schwager Lambert Schap.

Pro patente litera in Berlin ex parte Hildebrandi et Gobelini fratrum dictorum Schoneweder transmissa pro bonis fratris eorum Iohannis extorquendis fideiusserunt ipsi duo fratres predicti et Lambertus Schap, sororius eorum.

Gleichzeitige Abschrift, Stadt A Dortmund, Bürgerbuch (liber civium)*, Ende des Krieges vernichtet, Wiedergabe nach Dortmunder UB I, S. 235.*

1176

1315 Januar 6

Hermann gen. Menehe bekundet, der Propst in Arnsberg habe ihm namens seines Konvents das Haus neben dem Hof des † gen. Werren (in Werl) nach Weichbildrecht unter der Bedingung verpachtet, daß er dafür jährlich 16 Schillinge entrichtet. Außerdem hat er für das Haus und die Hausstätte acht Pfennige Wortgeld zu geben.

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris ego Hermannus dictus Menehe[a] notum esse desidero presentibus firmiter protestando, quod .. dominus prepositus de Arnesberg ex parte sui conventus locavit mihi, uxori mee ac omnibus meis veris heredibus domum sitam iuxta curiam quondam dicti Werren in tali iure, quod wycbelde recht nuncupatur, pro sedecim solidis legalium denariorum dandis perpetuis temporibus in duobus terminis singulis annis, videlicet in Pascha dabuntur octo solidi, reliqui vero octo solidi dabuntur in festo beati Mychaelis. Similiter dabimus octo denarios legales in festo Ascensionis Domini, qui dicuntur wortpennighe, singulis annis perpetuis temporibusque soluturos, tali adiecta condicione, quod nichil amplius vendere debemus ex domo et area prenarrata. In cuius rei firmum testimonium sigillum oppidanorum Werlensium ad petitionem meam meorumque heredum presentibus est appensum. Acta enim sunt hec in Epypfania Domini anno eiusdem M° CCC° XV°, presentibus domino Hermanno de Plettenbracht, milite, seniore, Hermanno Boricholte, Iohanne Scolere, Theoderico de Hollinchove, tunc proconsulibus Werlensibus, Hermanno Frondelere, Henrico Prosekesen, Euerhardo Kepeken, Conrado Nothliken, Theoderico Krusen, Iohanne Heynen, Hermanno Bars, Henrico Kavold, Conrado Kapetowen, Thoma in Atrio et aliis viris fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 95, Siegel ab, Rückvermerk (14. Jahrh.): de domo Werren in Werle*; Abschrift des 15. Jahrh. in Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737) Bl. 127v und Abschrift des 17. Jahrh. in Wedinghausen, Akten Nr. 321 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209) Bl. 247v.*

[a]) Im Msc. I 209 „Mencke".

1177

1315 Januar 7

Vor den Ratsherren zu Hamm verkauft Johannes, der Sohn des † Winand von Dove, seinem Bruder Winand seine aus dem väterlichen Erbe stammenden Güter.

Nos Godefridus de Thunen, proconsul, Hermannus de Acwit, Hertlews Horst, Wenimarus de Prohalen, Iohannes de Kamene, Iohannes de Vlederike et Hermannus dictus Kule, consules tunc temporis in Hammone, insinuatione presenti protestamur, quod Iohannes, filius Winandi quondam dicti de Dove, constitutus coram nobis cum consensu et voluntate Alheydis, uxoris sue [le]gimime[a], et Winandi, sui filii, ceterorumque suorum puerorum vendidit Winando, fratri suo, rite et rationabiliter bona [ad dictum][b] Iohannem de hereditate paternali tam in agris quam in redditibus quibuscumque contingencia. Quibus bonis Iohannes, Alheydis et suus filius predicti coram nobis renuntiantes ea bona in manus dicti Winandi resignaverunt, [...][c] et perfecte. Aderant etiam huiusmodi venditioni et resignationi Hermannus Lorinth, Detmarus Worlichman, Me[...][d] et Henricus fratres de Elkinctorpe, Gerhardus de Lůnen, Lutbertus de Rensinch, Nicolaus, filius quondam [...][e] Helmici, Hartlevus de Haghen, Ludolphus Eycholtes et alii plures fide digni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum opidale ad preces partium hinc inde presentibus duximus apponendum. Datum crastino Ephyphanie Domini anno eiusdem millesimo trecentesimo quintodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 436, Siegel ab, am linken Rand abgerissen.

a-e) Textverluste wegen des abgerissenen Pergaments.

1178

1315 Januar 21

Propst Arnold von St. Walburgis Soest verpachtet dem Johann gen. Schedinck auf 13 Jahre eine Salzhütte zu Sassendorf.

Omnibus presentes literas visuris et audituris innotescat, quod honorabilis vir dominus Arnoldus, prepositus monasterii sancte Walburgis extra muros Susatienses, michi Iohanni dicto Schedinck et uxori mee, nate Rodolfi dicti Bullick, et nostris heredibus domum conventus sancte Walburgis salinariam in Sassendorpe sitam locavit tredecim annis possidendam et tenendam sub hac conditione, quod singulis annis tam nova quam antiqua pensione simul computata dabimus domino preposito seu conventui suo predictis unum maltum salis et in quolibet festo Odelrici sedecim solidos, in quolibet festo Michaelis sedecim solidos et in quolibet festo Nativitatis sedecim solidos monete in Susato usualis. In qua pensione, si dictus dominus prepositus et conventus suus aliquem defectum infra dictos tredecim annos et quolibet anno paterentur, tunc ipse dominus prepositus seu eius successor monebit Ottonem de Sassendorp et generum suum Arnoldum Musinck, quos ego Iohannes fideiussores meos pro observantia premissorum constitui et constituo. Et illi moniti satisfacient domino preposito et conventui de tali defectu sive in toto vel in parte. Et propter hoc ipsi fideiussores mei sine mea et heredum meorum offensa domum predictam ratione negligentie nostre, quod absit, sibi usui parabunt et se de ea intromittent, deinceps dictis tredecim annis ipsam pensionem, que promittitur, solituri. Huiusmodi igitur annis revolutis dicta domus ad prefatum dominum prepositum et ad suum conventum relabetur et ipsi de domo eadem disponere poterint[a] suam voluntatem, nisi ego Iohannes aut mei heredes aut Rodolphus Bullick, gener meus, ulteriorem gratiam a dictis domino preposito et conventu poterimus obtinere. Et in huius rei testimonium ego Iohannes predictus et nos Otto et Arnoldus predicti presens scriptum sigillis discretorum virorum Hildegeri de Hervordia, iudicis Susatiensis, Bertoldi de Herborn et Arthuri de Eversberge petivimus roborandum. Et nos iudex, Bertholdus et Arhurus protestamur nostra sigilla presentibus fore appensa ad petitionem Iohannis, Ottonis et Arnoldi predictorum. Nos etiam prepositus sigillum nostrum presentibus apposuimus in testimonium locationis et in evidentiam premissorum. Actum et datum in die beate Agnetis anno Domini M° CCC quinto decimo, presentibus Richardo, sacerdote sancte Walburgis, Iohanne, scholare ibidem, Godefrido, campanario, Theoderico, precone, Hermanno Cubick, H. dicto Hule, Antonio, fratre suo, Gerlaco dicto Hildebrendinck, Conrado de Ieschen, fratre Volmaro et Herbordo, pistore, ac aliis fide dignis.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 100 der 2. Zählung; Abschrift des 18. Jahrh., Stadt A Soest, B I Nr. 8 h, S. 211.

[a]) In der Vorlage „poterit".

1179

1315 Januar 25

Graf Engelbert von der Mark erklärt, die Äbtissin Beatrix und das Kapitel des Stifts Essen hätten auf seine Bitte seinem Ritter Alexander von Volenspet über den Empfang der Kontribution, die ihm, dem Grafen, als Vogt zustehe, eine Urkunde mit der Zusagge ausgestellt, daß sie das Geld dem Alexander entrichten wollten, bis der Graf anders verfüge. Der Graf verspricht, keinen anderen mit dem Empfang zu beauftragen, bevor Alexander nicht die Urkunde über seine Beauftragung der Äbtissin und dem Kapitel (zur Rückgabe) vorgelegt habe.

Universis presentes litteras visuris vel audituris Engelbertus comes de Marka salutem cum noticia veritatis. Notum facimus, quod, cum venerabilis domina domina Beatrix abbatissa et .. capitulum ecclesie Asindensis in Christo nobis dilecte ad peticionem nostram dilecto militi nostro Alexandro de Wlenspet super re-

ceptione contributionis ecclesie ipsius suas dederint litteras sub ea conditione, quod ipse procurabunt et efficient pro suo posse, quod pecunia contributionis huiusmodi ratione advocacie nobis competens ipsi Alexandro et heredibus suis dabitur, donec ipsam pecuniam alteri seu aliis per nostras patentes litteras duxerimus assignandam. Nos dubiis futuris precavere volentes, domine .. abbatisse et .. capitulo ecclesie Asindensis predictis promittimus in hiis scriptis, quod super recepcione pecunie huiusmodi nulli dabimus nostras litteras, nisi Alexander seu heredes sui predicti litteras sibi super premissis a nobis et ab abbatissa et capitulo predicto datas presentaverint eisdem abbatisse et capitulo memoratis. In huius rei testimonium presentes litteras sepedictis abbatisse et capitulo Asindensi concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in die Conversionis beati Pauli apostoli anno Domini M° CCC^mo quintodecimo.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 256, Siegel ab; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 104, Bl. 215v.

1180

1315 Februar

Die Ratsherren und Schöffen zu Dortmund fordern den (Ritter) W. von Bruchusen auf, den von ihm gefangengehaltenen Mitbürger Konrad gen. Moire freizulassen und das abgenommene Gut zurückzugeben. Sie versprechen, daß daraus keine Weiterungen entstehen werden.

Honorabili viro domino W. de Bruchusen, consules et scabini Tremonienses, favoris effectum cum salute. Rogamus vos diligenter, quatenus nostrum civem Conradum dictum Moire, quem in captivitate tenetis, una cum restitutione ablatorum nobis quantum remittatis, scientes, quod nos aut aut nostri cives ratione huius captivitatis nullam prosecutionem ulterius faciemus. Datum anno Domini 1315, mense Februarii. Pro hac patente littera fideiusserunt Henricus Calvus, Symon de Nussia, Petrus Schere, Hugo et Ar. fratres de Echof tali forma, quod quidquid adversitatis inde provenire contigerit, hoc ipsi tenentur civitati restaurare.

*Abschrift, Stadt A Dortmund, Bürgerbuch (*liber civium*), Ende des Krieges vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder Ub I, Nr. 337, S. 235.*

1181

1315 Februar 3

Der Propst von St. Walburgis Soest verpachtet nach Stadtrecht dem Hermann gen. Slepegrelle, Bürger in Sassendorf, eine Hausstätte des Klosters im Dorf Sassendorf.

Nos prepositus monasterii sancte Walburgis extra muros Susatienses presentibus litteris protestamur, quod quandam aream nostri monasterii in villa Sassendorpe sitam iure civili, quod dicitur stadesrecht, locavimus Hermanno dicto Slepegrelle, burgensi in Sassendorpe, ita quod ipse Hermannus de eadem area nobis et conventui nostro singulis annis in festo beati Michaelis dabit nomine pensionis tres solidos monete in Susato usualis, quod, si ipse Hermannus huiusmodi tres solidos annuatim dandos duobus terminis vel in toto vel in parte dare neglexerit, ipsa area cum edificio in ea constituto nobis et ecclesie nostre vacabit plane et simpliciter et nos de ipsa nostram poterimus omnino ordinare voluntatem, dicti Hermanni reclamatione et contradictione non obstante. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum huic scripto est appensum. Testes huius rei sunt Henricus dictus Bruninck, capellanus in Theminck, Bertoldus de Hereborne, Theodericus Aurifaber, Conradus Deghen, Dethardus Clusenere, Iohannes, noster scolaris, et Herbordus, famulus noster, ac alii fide digni. Et nos Henricus, Bertoldus ac Theodericus, testes predicti, ad petitionem tam locatoris quam locati sigilla nostra presentibus etiam duximus apponenda. Actum et datum anno Domini M° CCC^mo quinto decimo, in crastino Purificationis beate Marie virginis. Et ego, Bertoldus predictus, ista vice, cum hec acta essent, eram magister consulum Susati. Datum ut supra.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Stifts St. Walburgis Soest) Bl. 108 der zweiten Zählung; Abschrift in Stadt A Soest Hs. N 66, S. 47.

1182

1315 Februar 6

Vor den Ratsherren zu Lippstadt verzichtet Ernst, der Sohn des † Konrad Herfeld gen. Swarte, gegenüber dem Zisterzienserinnenkloster Benninghausen auf alle Ansprüche auf die Güter zu Hemminghausen[1].

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos .. consules civitatis Lippensis notum facimus et protestamur publice, quod coram nostro iudice et aliis pluribus probis viris, quorum nomina subscripta sunt, constitutus Ernestus, filius quondam Conradi de Hereuelde dicti Suarte, compos mentis sue et corporis ac matura habita deliberatione renuntiavit simpliciter et expresse omni iuri et actioni, quod vel que sibi competebat seu competere videbatur in bonis sitis in Hemminchusen et pertinentiis eorum quibuscumque eademque bona ad manus et ad usum pacificum ac perpetuum religiosarum personarum dominarum .. abbatisse et .. conventus monasterii sanctimonialium in Benekinchusen ordinis Cistersiensis libere et voluntarie resignavit, clamando et dimittendo dictos abbatissam totumque conventum ab omni inpetitione et ab omni causa, que animo concipi potest, quitos penitus et solutos. Promisit nichilominus firmiter, quod contra dictas renuntiationem et resignationem non veniet per se vel per alium sive per alios ingenio sive causa de iure vel de facto. Unde nos .. consules supradicti in premissorum testimonium sigillum nostrum ad petitionem dicti Ernesti apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Conrado Wigandi, tunc iudice Lippensi, dominis Renfrido de Vredehardeskerken et Ren. dicto Stenule, militibus, Gerardo de Mon. et Petro de Sancto Trudone, proconsulibus, Goswino dicto Slincworm, Ludolpho de Ghyseke, Iohanne dicto Santvos, Frederico et Iohanne fratribus dictis Kuninc, Iohanne dicto Wrede, Theoderico dicto Kolehorn et aliis quam pluribus fide dignis. Datum crastino beate Agathe virginis, anno Domini M° CCC^mo^ quintodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 129, Siegel der Stadt Lippstadt (WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7) anhängend; Abschrift vom Anfang des 16. Jahrh., Kloster Benninghausen, Akten Nr. 313 (Kopiar des Klosters Benninghausen, ehemals Msc. VII 5724) Bl. 23v.

[1]) Wüstung zwischen Benninghausen und Üninghausen (vergl. Schelhasse, Benninghausen S. 5 und 100).

1183

1315 Februar 20

Hermann von der Horst überläßt dem Grafen von der Mark das Eigentum seines Hauses zur Horst[1], erhält dieses von ihm als Lehen zurück und erklärt es ihm gegenüber für die Zeit von dessen Fehden zum Offenhaus.

Ich Herman van der Horst doe kundich alle den, die desen brieff siet ind horet, dat ich myt willen ind myt raide alle mynre vrunde ind myne erven heb gegeven den egendoem van mynem huess thor Horst dem greven van der Marcke ind synen erven, to opene weder alre malck, dar hie des weder darff, yt en were also vere, dat die greve off syne erven eyn orloge weder eynen herren hed, dar Herman off syne erven, die na eme dat huess besete, dienstlude wern, so mochte Herman offte syne erven, offte hie wolde, alle die wile dat dat orloge waret. Ind also yt versonett is, so sall die greve Hermanne offte synen erven dat huess weder antworden. Diit huess hefft Herman dem greven upgelaten ind weder entfangen myt alsodanne underschede, dat die greve offte syne erven Hermans erven van dem huess allewege beleenen suellen, it sii iunckfrouwe offte man, also dat Hermans erven nummer mer van dem huess entervet werden. Up dat dat vast ind stede sii, so hefft Herman dem greven dese brieve gegeven, besegelt myt ingesegele syns selffs, heren Symons van der Horst, syns vedderen, hern Henrichs des Costers van dem Vitinckhoeue, hern Diederichs van der Leyten, hern Henrichs van Luttelnowe, hern Wenemars van den Grumberge, hern Henrichs van den Vitinckhoeue, hern

Gerlaghs van Luttelnowe, der rittere, ind Henrichs des Unuorsageden. Hir oever hefft gewesen Borchart van Elueruelde, Henrich ind Rutger van Dungelen, Gerhart van der Leyten, Henrich die Schele van dem Vitinckhoeue, Wennemar van Dungelen, Diederich Huiissman, Albrecht de Heket ind ander guede lude genoch. Dese brieff is gegeven van Goitz gebuert in dem duesendesten driehondersten viiffteenden iare, des donrestages vur Paisschen.

Abschrift des 15. Jahrh., HStAD Hs A IV 4 (Märkische Register), Bl. 93v (als Nachtrag); Überschrift: Dat dat huess thor Horst to lene geit van den etc.

[1]) Südöstlich von Essen rechts an der Ruhr.

1184

1315 März 10 Dortmund

Der Knappe Johannes Sluc von Nederhoven verkauft dem Konvent zu Elsey seinen Hof im Dorf Wellinghofen beim Haus des Küsters und läßt ihn vor dem Freigrafen zu Wellinghofen, Dietrich, auf.

Universis presentes literas visuris et audituris innotescat, quod ego Iohannes dictus Sluc de Nederhouen, famulus, de consensu et expressa voluntate Gotfridi, filii mei, Alheydis et Elisabeth, filiarum mearum, et omnium heredum meorum vendidi rite et rationabiliter conventui ecclesie sanctimonialium in Else mansum, quem habui in villa Welinchouen iuxta domum custodis ibi situm pro mere proprio, quod dorslacht egen dicitur, cum omnibus suis attinentiis, proventibus et utilitatibus, tam in cespitibus quam in frondibus ubicumque locorum sitis, sicut ab antiquis temporibus dinoscitur habuisse. Actum in domo .. consulum Tremoniensium, presentibus hiis honestis viris Gotfrido dicto Sluc, milite, fratre meo, Henrico Longo, Hermanno de Redinchusen, Henrico Rege, Gotscalco de Isperincrode, Wernero Hilgeman et Iohanne Lakensnidere. Preterea recognosco per presentes me et liberos meos supradictos dictum mansum coram Theoderico, libero comite tunc temporis in villa Welinchouen, ad usus dicti conventus plenarie resignasse. Presentes erant dominus Erenfridus, plebanus ecclesie in Welinchouen, Iohannes de Rura, Gotfridus Sluc, milites, Gerardus de Hůrde iunior, Iohannes de Nederhouen, Constantinus de Aldinchouen, Hermannus der Berchem, Passemannus de Tospele et alii quam plures. Requisitis ibi et datis sententiis ad hoc debitis et consuetis ad protestationem igitur premissorum, ut omnia firma maneant et inconvulsa, presentes literas sigillis honestorum virorum domini Rutgeri dicti Vos, domini Gotfridi Sluc, militum, et Gerardi de Hůrde predicti impetravi firmiter roborari. Et nos Rutgerus Vos et Gotfridus Sluc, milites, et Gerardus de Hůrde predicti, quia premissa omnia sic esse cognovimus, sigilla nostra ad petitionem tam conventus in Else quam Iohannis Sluc recognoscimus presentibus literis appendisse. Actum et datum anno Domini M° CCC° quinto decimo, feria secunda ante dominicam Palmarum.

Ausf., Perg., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A zu Rheda, Abteilung Limburg, Urk. Nr. 17.

1185

1315 März 20

Vor dem Richter und den Ratsherren der Stadt Lippstadt verzichtet Bernard gen. von Herfeld gegenüber dem Zisterzienserinnenkloster Benninghausen auf alle Ansprüche auf die Güter zu Hemminghausen[1].

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos .. iudex et .. consules Lippenses notum facimus et protestamur publice, quod coram nobis constitutus Bernardus dictus de Hereuelde habito consensu ac plena voluntate Nothildis, uxoris sue, Willekini, filii, Elyzabeth et Gertrudis, filiarum suarum, omniumque aliorum heredum et coheredum suorum omni iuri et actioni, quod et que sibi aut cuique suorum heredum competebat seu competere videbatur in bonis sitis in Hemminchusen et eorum pertinentiis quibuscumque, renunciavit prorsus et eadem bona ad manus et ad usum pacificum et quietum religiosarum perso-

narum .. abbatisse et .. conventus monasterii sanctimonialium in Benekinchusen ordinis Cistersiensis libere resignavit perpetualiter possidenda, promittens coram nobis pro se et dictis heredibus suis, quod contra has renuntiationem et resignationem non veniet ingenio sive causa, de iure vel de facto. In cuius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos consules supradicti sigillum nostrum una cum sigillo eiusdem Bernardi ad ipsius petitionem ac suorum heredum apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Conrado Wigandi, tunc iudice, Gerardo de Mon. et Petro de Sancto Trudone, proconsulibus, Bernardo dicto Pundere, Andrea dicto Hoppe, Hermanno de Gutingen, Iohanne de Vsnen, Herbordo de Esbeke, Frederico dicto Kuninc, Machorio Ywaninc, Hermanno dicto Vinke, Hermanno Hiddenbroc, Iohanne de Gyseke, Iohanne dicto Wrede, Arnoldo de Cleye, Dethmaro Essekinc, Dithardo de Pole et aliis tunc consulibus ceterisque quam pluribus fide dignis. Datum in Cena Domini anno eiusdem M° CCC^mo quintodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 130, Siegel der Stadt Lippstadt (WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7) und des Bernhard von Herfeld (Bild: Helm mit je zwei nach den Seiten gerichteten Morgensternen, zu den Seiten je eine halbe Rose; Rückvermerk (15. Jahrh.): de Hemenkusen*; Abschrift vom Anfang des 16. Jahrh., Kloster Benninghausen, Akten Nr. 313 (Kopiar des Klosters Benninghausen, ehemals Msc. VII 5724) Bl. 23v.*

[1]) Wüstung zwischen Benninghausen und Üninghausen (vergl. Schelhasse, Benninghausen S. 5 und 100), s. auch Urk. von 1315 Feb. 6.

1186

1315 April 1 Hemmerde

Graf Engelbert von der Mark schlichtet den Streit zwischen Dechant und Kapitel des Stifts (St. Patrokli) Soest mit Druda, der Witwe des Everhard gen. Haken von Andopen, und ihren Kindern. Letztere behaupteten, sie hätten ein immerwährendes Recht auf die Verwaltung des Oberhofes in Ampen und könnten bei Entrichtung der entsprechenden Pacht als Schulten nicht abgesetzt werden. Ein neben dem Oberhof gelegenes, mit Gräben umgebenes Haus und 14 Morgen Ackerlandes seien ein Lehen des Stifts Meschede, und das Kapitel zu Soest besäße daran keine Rechte. Das Kapitel bestreitet dies und hält dem entgegen, sie hätten eventuelle Ansprüche allein durch säumige Pachtzahlung verwirkt. Nachdem die Hake ihre Forderungen lange Zeit, auch mit Brandstiftung, Raub und Gefangennahme vertreten hatten, verzichten schließlich Druda und ihre Kinder unter Vermittlung des Grafen von der Mark und anderer Schiedsfreunde gegen Empfang von 160 Mark auf ihre Ansprüche.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Engelbertus comes de Marka notum facimus, quod, cum multis diebus inter honorabiles viros .. decanum et capitulum ecclesie Sůsatiensis Coloniensis dyocesis ex una parte et Drudam, relictam Euerhardi dicti Haken de Andopen, Euerhardum, Godefridum, Hermannum, Arnoldum, Elisabeth, Iuttam, Alheydim et Drudam, eius liberos, ex altera parte super curte in Andopen remotiori et eius attinentiis fuisset discordia suscitata ex eo, quod iidem Druda et eius liberi predicti dicebant se ius hereditarie villicationis habere in dicta curte, sic quod certis in annona, pecunia et aliis rebus redditibus prefato .. capitulo annuatim seu certis anni temporibus ab eadem curte persolutis eadem curtis ad ipsos quoad ius villicationis, a qua per ipsum capitulum eici seu ammoveri non possent, ad ipsos hereditarie pertinere, quodque preter eandem curtem quedam alia bona utpote unam caminatam in Andopen circumfossatam cum quadam casa adiacente et quatuordecim iugeribus agrorum apud Andopen sitis extra eandem curtem et ad eandem spectantibus ad eos tamquam ipsorum feodum ab ecclesia Meschedensi dependentia tenerent et separatim possiderent non recognoscendo ipsi capitulo in feodo eodem quicquam iuris, .. decano et capitulo predictis contrarium asserentibus, videlicet quod si dicti Druda et liberi eius vel eorum progenitores consuevissent fuisse villici ecclesie Susatiensis in dicta curte, tamen, quia canonem suum de eadem curte pluribus temporibus non persolverant, ceciderant a iure villicationis, si quid habuerant in curte memorata, et

quod nichilominus suborta tunc sicut nunc questione inter Drudam et liberos suos ex una et .. capitulum antedictos ex parte altera ex ordinatione speciali inter ipsos de hoc facta fuerunt ammoti penitus de ipsa curte ius suum, si quid in eadem habebant, cedendo pure et simpliciter in manus capituli antedicti. Preterea .. decanus et capitulum predicti asserebant, quod dicti Druda et eius liberi nulla bona separata in villa Andopen, que non in curtem eandem et ad ecclesiam Susatiensem spectarent, possiderant, immo pro indiviso curtis, et omnia predicta, que dicti Druda et liberi sui in villa Andopen possidebant, fuerunt et spectabant ad ecclesiam antedictam. Et quia ex huiusmodi discordia seu questione suscitata dicti Druda et eius liberi in bonis capituli Susatiensis et specialiter non promittendo ipsum capitulum de ipsa curte et eius attinentiis uti, ut debebant, incendiis et rapinis et etiam per captivitates personarum dampna plurima intulerunt et ipsum capitulum secundum statuta Coloniensis ecclesie contra invasores rerum et personarum ecclesiasticarum edita propter hoc contra eosdem Drudam et liberos suos procedi procuraverat multo tempore retroacto, nos tamen una cum infrascriptis personis pro bono pacis inter ipsas partes laborantes easdem partes concordavimus tam super principali questione curtis predicte quam dampnis et accessoriis quibuscumque subsecutis in hunc modum, scilicet, quod dicti Druda, Euerhardus, Godefridus, Hermannus, Arnoldus, Elisabeth, Iutta, Alheydis et Druda propter hoc in nostra presentia constituti pro se et heredibus suis quibuscumque aliisque, qui nomine suo quocumque modo in ipsa curte et eius attinentiis et bonis supradictis ius sibi poterant vendicare, de bona et libera eorum voluntate, non per errorem, vi et metu ad hoc inducti, omne ius, actionem, inpetitionem directam vel indirectam, quod et quas in eadem curte Andopen eiusque attinentiis utpote areis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, saltibus, aquarum decursibus, mancipiis, servis, servitutibus et aliis quibuscumque necnon ius quodcumque, quod in caminata, casa et agris prefatis et eorum attinentiis, que ab ecclesia Meschedensi dicebant dependere, sive huiusmodi ius, actio seu impetitio iure villicationis perpetue dicte curtis seu quocumque alio iure vel tytulo eis coniunctim vel divisim ex successione progenitorum suorum vel quovis alio modo ipsis conpetebat, conpetit seu conpetere poterit de iure vel de facto usque in hodiernum diem, cesserunt, vendiderunt, resignaverunt, supraportaverunt, effestucaverunt ore, manu, calamo, cedunt, vendunt, resignant, supraportant et effestucant in manus .. decani et capituli seu ecclesie Sůsatiensis supradicte et precipue in manus Theoderici, scolastici, Heydenrici, cantoris, Gerhardi de Heringe, Werneri de Lůnen, Hildegeri de Benekinchusen, Frederici Maken, dicte ecclesie canonicorum presentium, suo et decani, capituli et ecclesie sue nomine ad hoc specialiter deputatorum et constitutorum cessionem, resignationem, supraportionem et effestucationem huiusmodi recipientium et astantium ab eisdem .. decano et capitulo ac ecclesia Susatiensi, prout ipsa curtis Andopen, caminata et agri cum attinentiis eorundem omnium superius nominatis sita sunt et iacent sub et supra, dextrorsum et sinistrorsum, ante et retro, cum fructu et emolumento quibusccum ab ipsis provenientibus seu qui fructus provenire seu percipi poterunt ex eisdem possidenda, tenenda et habenda perpetuis temporibus simpliciter et de plano omni impetitione, actione seu querela dictorum Drude, Euerhardi, Godefridi, Hermanni, Arnoldi, Elisabeth, Iutte, Alheydis et Drude et eorum heredum perpetuis temporibus in contrarium quiescentibus et cessantibus contra ista. Pro iure vero, actione seu questione sic cessis, venditis, resignatis, supraportatis et effestucatis per dictos Drudam et eius liberos de dictis bonis, videlicet curte in Andopen et eius attinentiis universis, caminata et agris, ut est dictum, ad usus ecclesie memorate dicti .. decanus et capitulum eisdem Drude et liberis suis, prout inter eos convenit, nomine pretii dederunt centum et sexginta marcas denariorum Sůsati usualium, de quibus sibi coram nobis et aliis infrascriptis, quorum sigilla presentibus sunt appensa, recognoverunt esse ex parte eiusdem capituli integraliter satisfactum ipsisque[a] datam, numeratam, traditam et solutam seque contentos et pagatos esse de eisdem, prefatum capitulum et ecclesiam Sůsatiensem clamando quietos in perpetuum de solutione summe pecunie iam predicte. Renuntiaverunt itaque exceptionibus non habite, non numerate nec recepte pecunie, exceptioni doli sive condicioni, etiam actioni in factum et omni iuris beneficio legum et canonum auxilio, per que pro se dicere vel allegare possent se fore deceptos, ultra dimidium iusti pretii beneficio, in integrum restitutionis, privilegiis impetratis et impetrandis et generaliter legi dicenti generalem renuntiationem non tenere, et omnibus aliis

exceptionibus, per que se in iudicio vel extra, per se vel per alios, directe vel indirecte, occulte vel manifeste contra premissa defendere se seu contra ea vel aliquid eorundem in antea venire possent, astringentes se per fidem suam corporaliter super hoc prestitam se premissa rata et firma habere et tenere ac ipsis .. decano et capitulo iustam warandiam prestare eademque bona, si ipsis decano et capitulo ex parte dictorum Drude, liberorum et heredum suorum vel de iure eorundem, si quid in unam vel plures personas, quod absit, de dictis bonis ante hec tempora invenientur de facto, cum de iure non possent, transtulisse questionem seu impetitionem moveri contigerit, disbrigare ipsosque relevare a talibus impetitionibus a persona singulari, collegio seu universitate quibuscumque procedentibus. Immo dicti Druda, liberi et heredes sui elegerunt, acceptaverunt per emologationem debitam omnium premissorum, quod, si que invenirentur alienationes iurium et bonorum dicte curtis et spectantium in eadem per eos seu eorum aliquod, quod ille exnunc omnino sint casse, vacue, irrite et inanes omnique careant roboris firmitate tamquam ab eis facte. Quorum alienatio auctoritatem non prestitit nec tribuere potuit in eisdem, cum nullum ius recognoverint se habere talia faciendi. In horum testimonium atque fidem ac firmitatem perpetuam presentes litteras ad utriusque partis instantiam et preces ex premissis conscriptas nostro et Rotcheri de Althena ac Theoderici de Wickede, militum nostrorum, nec non Sůsatiensis et Tremoniensis civitatum sigillis, qui nobiscum hiis interfuerunt, fecimus communiri. Et nos milites predicti necnon consules civitatum predictarum, quia premissis una cum nobili viro domino .. comite predicto interfuimus eaque recognoscimus nobis mediantibus sic acta, condicta et facta esse, sigilla nostra ad petitionem partium predictarum in ampliorem horum evidentiam hiis litteris duximus apponenda. Nos etiam Euerhardus et Godfridus fratres dicti Haken pro nobis et pro matre, fratribus et sororibus nostris predictis sigilla nostra presentibus apposuimus in testimonium premissorum. Quod nos Druda, Hermannus, Arnoldus, Elisabeth, Iutta, Alheydis et Druda predicti verum esse profitemur. Acta sunt hec in cimiterio Hemerde, presentibus domino Bernardo de Witthene, plebano in Hemerde, Bertoldo de Thunen, Lutberto de Northoue, Randolfo Hake, Conrado Rodemeyger, Heydenrico de Wermelinchusen, Ricberto dicto Hake de Sulde, Ioachym Vridach, Eyngelberto et Rotgero dicto Spyrinch, Iohanne de Binginthoue, Lamberto van der Rore, Erkenberto, Conrado de Stene, Henrico dicto Mordere et Iohanne de Hemerde, famulis, item Henrico de Wickede et Ecberto de Werle, consulibus Tremoniensibus, item Roberto Fernere, Henrico de Heringe, Brunone Make, Goscalco de Palsule, Iohanne de Sůnneren, Arnoldo Scotten, Hermanno de Gyseke, Conrado Brůninch et Arnoldo de Holthusen, consulibus Susatiensibus, presentibus etiam Iohanne de Capellis, Iohanne de Medebeke, Iohanne de Puteo et Winando Walky°m, opidanis Sůsatiensibus, et aliis pluribus fide dignis, feria tertia post dominicam Quasi modo geniti anno Domini millesimo CCC° quintodecimo

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 100, von den sieben Siegel anhängend: 1. Reitersiegel des Grafen Engelbert von der Mark (gut erhalten, WS 11,1) mit Rücksiegel, 2. Rotger von Altena ab, 3. Dietrich von Wickede (Schild geteilt, oben Lilie, WS 201,11), 4. Stadt Soest (gut erhalten, WS 76,1), 5. Stadt Dortmund (zerbrochen, WS 75,1), 6. und 7. Everhard und Godfried Hake (gut erhalten, jeweils zwei gekreuzte Feuerhaken).

[a]) Hier wäre ein „summam" im Sinne der grammatikalischen Konstruktion zu erwarten.

1187

1315 April 1

Der Dechant von St. Andreas in Köln, der Thesaurar von Mariengraden und der Kölner Kanoniker Okerus fordern kraft päpstlicher Autorität die Geistlichen der betreffenden Diözesen auf, die vom Kölner Offizial und auch von ihnen bereits angedrohte Exkommunikation auf die Klage des Rektors der Reinoldikirche gegen die Dominikaner in Dortmund zu vollstrecken. Diese hatten ohne das Einverständnis des Rektors in

dessen Pfarrei eine Niederlassung eingerichtet und begonnen, dort Gottesdienst zu feiern. Einer der Dominikaner, der sich in das Zisterzienserkloster Bredelar begeben hat, soll dort nicht geduldet werden.

Decanus sancti Andree et thesaurarius sancte Marie ad gradus nec non Okerus canonicus ecclesiarum Coloniensium iudices auctoritate Apostolica constituti honorabilibus viris et discretis .. abbatibus, prioribus, .. prepositis, .. decanis, .. archidiaconis dignitates, officia seu administrationes habentibus quascumque in ecclesiis, canonicis, christianitatis decanis, rectoribus seu eorum vices gerentibus ecclesiarum Coloniensis, Leodicensis, Traiectensis, Monasteriensis, Osnaburgensis, Mindensis, Paderbornensis et quarumcumque aliarum civitatum et diocesium necnon cappellariis, sacerdotibus et clericis universis, specialiter autem in Essinde, Susato, Tremonia et Wesalia, ad quos presentes litere pervenerint, salutem in Domino et mandatis Apostolicis firmiter obedire. Confirmata iam dudum a nobis Apostolica auctoritate tramite iuris previo excommunicationis sententia lata per honorabiles viros .. officiales curie Coloniensis in priorem et fratres de Tremonia ordinis Predicatorum, videlicet in Godefridum dictum Caput, Hermannum dictum Parcum, Theodericum dictum Wole, Iohannem de Geseke, Iohannem de Kamene, Lubertum de Meschede et eorum complices ad instantiam Arnoldi, rectoris ecclesie sancti Reynoldi Tremoniensis, pro eo, quod prior et fratres predicti novum locum ad inhabitandum infra fines ecclesie parochie sancti Reynoldi predicte contra Deum et iustitiam recipere et divina celebrare in prefati rectoris et ecclesie sue iam dicte preiudicium temericato perpera presumpserunt et competenter moniti per dominum officialem ab his male inceptis desistere non curaverunt omnino, prout in litteris super hoc confectis evidenter apparet, meminimus, nos dictam excommunicationis sententiam, nedum contra priorem et fratres memoratos, sed et contra Henricum dictum Rens, Hermannum de Budberg, Theodericum de Kamene et quosdam alios dicti ordinis fratres, qui post prohibitionem dictis priori et fratribus factam et sententiam excommunicationis contra eos tamquam rebelles nedum ab officio officiali, sed etiam a nobis latam cooccupando cum eis huius locum novum in huius dampnata malicia participaverunt eisdem, contra omnes quoque verbo vel facto, occulte vel manifeste ipsis priori et fratribus assistentibus seu quovis humanitatis solatio communicantibus competenti monitione premissa innovasse et multipliciter aggravasse ad instantiam rectoris antedicti, prout in litteris nostris super hoc confectis continetur. Verum quia prior et fratres prenominati, obcecatis proch dolor oculis cordis, mandatis et sententiis ipsius officialis atque nostris, immo potius Apostolicis adhuc parere quomodolibet non curarunt in scandalum et perniciosum exemplum fidelium plurimorum, vobis universis et singulis in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis sententie late in his scriptis districte precipiendo mandamus, quatenus vos, qui super hoc ubicumque, quandocumque et quotienscumque requisiti fueritis, eosdem priorem et fratres et eorum complices cum omnibus consilium vel auxilium oculte vel manifeste ipsis in huius sua obstancia prestantibus seu quovis humanitatis solatio communcicantibus iamdudum a nobis, ut est dictum, excommunicatis et quos nichilominus excommunicatos in hiis scriptis excommunicamus ad instantiam ipsius rectoris, excommunicatos et ab omnibus arcius evitandos publice nuntietis campanis pulsatis et candelis accensis singulis diebus dominicis et festivis, intimantes insuper .. iudici, .. scabinis, .. consulibus, maioribus et universis opidanis Tremoniensibus, quod artante nos iusticia diu superesse non possemus, quin contra eos acrius procedamus eo, quod auxilium bracchii secularis, quod pro adiuvanda executione mandatorum nostrorum contra ipsos priorem et fratres districte invocavimus, nobis huc usque impendere contumaciter compulerunt. Ceterum, quoniam accepimus ipso rectore graviter conquerente, quod Susatienses, Wiselenses et quarundam aliarum domorum priores et fratres ordinis antedicti et quidam alii utriusque sexus homines eisdem priori et fratribus de Tremonia et suis complicibus sic ligatis tam in divinis quam extra participare, immo eos, quod dolenter referimus, in sua malicia fovere non formidant consilio, auxilio et favore, mandamus vobis sub forma et pena predictis, quatenus, prout fueritis requisiti, Susatienses, Wesalienses seu quarumcumque aliarum domorum priores et fratres universos et singulos et quoscumque alios utriusque sexus homines, cuiuscumque conditionis aut status existant, nominatim, quorum nomina vobis ex parte rectoris expressa fuerint, et alios in genere moneatis, quos et nos tenore presentium monemus, ut infra sex dies post vestram monitionem, quorum duos pro primo, duos pro

secundo et reliquos duos dies pro tercio et peremptorio termino eis assignamus, ac dictorum prioris et fratrum de Tremonia et suorum complicum participatione abstinentes omnino, eos in sua dampnata malicia non foveant quocumque modo, alioquin ipsos Susatienses, Wesalienses et quarumcumque aliarum domorum priores et fratres seniores[a], per quos huiusmodi domus reguntur et quoscumque alios utriusque sexus homines, quos universos et singulos singulariter in hiis scriptis excommunicamus, alios fratres conventuales, quos ab officio divinorum suspendimus, excommunicatos et suspensos nominatim, quorum nomina sciveritis, alios in genere ad instanciam ipsius rectoris publice nuntietis, intimantes dictis prioribus et fratribus, quod si huiusmodi sentencias per unum mensem animo sustinuerint indurato, nos ad interdicta locorum, prout de iure poterimus, procedemus et quod non nulle persone sunt[b], ut dicitur, in divinis et extra, volumus hanc nostram monitionem et denuntiationem per vos, domini plebani, canonici et clerici in Essinde et in Werdene specialiter fieri contra quascumque personas sub pena qua supra, prout super hoc fueritis requisiti. Denique, quia conquerente ipso rectore et iusticiam humiliter postulante a nobis, didicimus, quod frater Hermannus dictus Parcus prenominatus sic graviter ligatus ad monasterium in Bredelere ordinis Cisterciensis se transtulerit et ab abbate et conventu ibidem in eorum fratrem sit receptus habitu abiecto priori, in nostre iurisdictionis contemptum et ipsius rectoris preiudicium et gravamen, mandamus vobis universis et singulis sub forma et pena, quibus supra, quatenus ad monasterium in Bredelere iam dictum personaliter accedentes, moneatis abbatem, priorem et fratres universos et singulos ibidem, ut infra quindenam post vestram monitionem a se et suo consortio monastico et curtibus suis ubilibet constitutis tamquam ovem morbidam, que totum gregem inficere consuevit, procul amoveant et expellant, alioquin abbatem, priorem et fratres in officio divinorum suspendimus, suspensos publice nuntietis. Quam suspensionis sententiam, si per alios quindecim dies animo sustinuerint indurato, ipsos, quos singulos singulariter excommunicamus, excommunicatos publice nuntietis, intimantes eisdem, quod si aliquamdiu in sua pertinacia perstiterint, huius sententias vilipendendo, nos contra eos ad graviora, prout de iure poterimus, procedemus. In hiis exequendis alius alium non exspectet, et quidquid circa premissa feceritis vel eorum aliquis, nobis sub vestris sigillis fideliter rescribatis. Datum anno Domini M° CCC° XV°, feria tertia ante festum beati Ambrosii.

Gleichzeitige Abschrift, Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 127, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Fahne, Dortmund II Nr. 356; Dortmunder UB I Nr. 338.

[a]) In der Vorlage „seniorum"; [b]) unsichere Lesung.

1188

1315 April 6 Dortmund

Im Streit zwischen den Jungfrauen vom Gronenhofe und Kohlgarten einerseits und den Jungfrauen vom Hause Plenterschen andererseits wegen einer Kloake und eines Wasserflusses wird vor dem Richter und Schiedsleuten ein Vergleich geschlossen, wonach die Jungfrauen vom Gronenhofe und vom Kohlgarten in Zukunft Schmutzwasser oder Überschwemmung weder von der Kloake noch durch den Wasserfluß und keine Belästigung von der Pforte hinnehmen müssen.

Universis presentia visuris et audituris innotescat, quod, cum dissencio inter puellas de Gronenhove et puellas de Colgarden ex una parte et inter puellas de domo Plenterschen ex alia de quadam cloaca et aque fluxu verteretur, in hunc modum sunt per viros infrascriptos reconciliate, ita videlicet, quod predicte puelle de Gronenhove et de Colgarden non sustinebunt amplius ab aliis sordiciem vel inundiciam tam de cloaca quam de aque fluxu nec aliquod gravamen de porta ibidem sustinebunt. Acta est compositio ista in cimiterio sancti Reynoldi iuxta armarium et sic inter ipsas compromissa, quod quecunque predictarum puellarum altius tale compromissum infregerit, faciet et recipiet emendam coram iudicio competentem. Presentes fuerunt Her. de Wimelinc(husen), tunc temporis iudex Tremoniensis, Ar. de Manso, Hil. Suderman senior, Al. et Bernardus fratres de Braken, Thil. de Lůnde, Everardus de Isperincrode, Hil. Schoneweder, Io. Witte, Lefhardus

apud Cimiterium, Detmarus Cleppinc, Everardus Dives, Hen. Kersecorf, Hil. Scotte, Rolf Corifex et Henricus de Hulschede. Requisita et data sentencia, quod eque valida est, ac si coram tribunali actum fuisset. In cuius rei testimonium Hermannus de Wimelinchusen, iudex Tremoniensis predictus, Hildebrandus Schoneweder et Detmarus Cleppinc predicti ad petitionem amicorum puellarum de Gronenhove et Colgarden sigilla sua presentibus appenderunt. Datum anno Domini MCCCXV°, in dominica, qua cantatur Misericordia Domini.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 127[2], Siegel des Richters anhängend (vergl. Abbildung im Dortmunder UB Erg. Bd., Tafel IV 1 Nr. 2), Siegel 2 und 3 ab; Urkunde 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 492, S. 206.

1189

1315 April 12

Der Dechant von (St. Patrokli) Soest erklärt, im Auftrag des Pfarrers Arnold von St. Reinoldi sei der Kanoniker von St. Martini Münster, Johannes, zu ihm gekommen und habe ihn ersucht, daß das Mandat gegen die Dominikaner in Soest ausgeführt werde. Der Prior der Dominikaner sei daraufhin vorgeladen worden. Dieser habe dargelegt, er habe einen Brief nach Dortmund geschickt und seine (Ordens)brüder gebeten, das Haus in Soest nicht zu besuchen. Andernfalls müsse er sie abweisen, solange der Streit zwischen dem Dechanten Arnold in Dortmund und ihnen andauere.

Item datum per copiam. Universis presentes literas visuris et audituris nos decanus et capitulum Susatiense notum facimus, quod ex parte Ar., rectoris ecclesie sancti Reynoldi, venit Iohannes dictus, canonicus sancti Martini Monasteriensis, petens a nobis fieri mandatum contra priorem et fratres ordinis Predicatorum de Susato, cum terminus monitionis per nos directus et assignatus eidem sit elapsus. Nos ad petitionem predicti Iohannis priorem predictum ad nostrum monasterium vocari fecimus et, cum venisset eo, proposuimus antedicta. Prior pro se et pro suis fratribus respondit dicens: misi eis literam ad Tremoniam circa festum Nativitatis Domini, nescio tamen, an fuit ante vel post festum tali forma: Vos fratres de Tremonia nulla ratione volo nec admitto, ut veniatis ad domum nostram in Susato, quod, si veniretis, contingeret ianua nostre domus predicte ante vestrum introitum claudere nos oportet lite durante inter dominum Ar., decanum Tremoniensem, ex una parte et vos ex alia. Et quod ab illo tempore predicto usque ad nunc non fovit neque fovere intendit nec se intromittet nec se intromittere intendit, nec recepit nec recipit neque recipere intendit quoquo modo. Et predicta esse vera, certificare sum paratus vel, quandocumque requisitus fuero ex parte predicti rectoris. In cuius [rei] testimonium et maiorem evidenciam sigillum capituli nostri Susatiensis presentibus duximus apponendum. Actum et datum in capitulo nostro anno Domini MCCCXV, sabbato post Misericordiam Domini.

Gleichzeitige Abschrift, Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 127, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 338, S. 238.

1190

1315 April 24

Vor dem Ritter Wessel gen. von Vechtorpe, Droste des Bischofs von Münster, dem Richter zu Telgte Wigger von Buckestorpe und den Schöffen zu Telgte verzichtet deren Mitbürger, der Knappe Sweder gen. Beyher, gegen eine Abfindung von fünf Mark auf die Zehntlöse vom Hof Gerkamp[1], der dem Kloster Kentrop gehört, da ihm diese Abgabe mehr als 36 Jahre vorenthalten wurde, zugunsten des Klosters. Da Sweder die Zehntlöse zu Lehen trug, trägt er als Ersatz dem Lehnsherrn eine solche Abgabe vom Hof Northof[2] auf.

Nos Wescelus dictus de Vechtorpe, miles, dapifer seu officiatus venerabilis domini Monasteriensis .. episcopi, necnon Wycgherus de Buckestorpe, iudex in Telghet, et scabini ibidem, videlicet Hermannus dictus Deken, miles, Hermannus de Langhen, Ecbertus de Beke, Lubertus de Heringhen, Arnoldus de Hasle, Leuoldus de Berghe, Hermannus Snetberg, Arnoldus de Vorsthoue, Lefhardus Pistor, Iohannes Huggemast, Ludolfus Keyghe, Iohannes de Fornace, famuli, universis, ad quos presentes littere pervenerint, cupimus esse notum publice protestantes per easdem, quod Suederus dictus Beyher, famulus noster, coopidanus et concivis, in presentia nostra constitutus recognovit, quod ipse ius quoddam thentlose dictum, quod habere se dixerat in domo dicto Ghercampe, pertinente claustro dicto Keynctorpe mediante pleno et expresso consensu puerorum et heredum suorum domine .. abbatisse et conventui eiusdem claustri vendiderit tam ipsum ius quam, quicquid abinde a triginta et sex annis vel amplius sibi dari neglectum fuerit aut detentum, pro quinque marcis denariorum legalium integraliter sibi traditis et solutis. Quia quidem recognitione facta prefatus Suederus Beyher, Euerhardus, Antonius, Suederus, Hartlews„ Conradus, Alheydis, et Iutta, eius pueri, simul coram nobis comparentes de pleno consensu omnium heredum et coheredum suorum supradictum ius et quicquid exinde detentum fuerit, ut pretactum est, libere resignaverunt ad manus et usum prenominate domine .. abbatisse et conventus in Keynctorpe, renuntiando penitus omni iuri, quod ipsis in dicto iure competiit aut quoque modo competere videbatur in futurum, ita ut eadem domus in Ghercampe ammodo a talis iuris requisitione et eorum impetitione libera penitus sit et soluta. Cum autem memorati Suederus Beyher et eius heredes idem ius in feodo de manu tenuerint aliena, ne per quandam alienationem huiusmodi venditionis ratione domino feodi tamquam in preiudicium sui iuris iniuria fieri videretur, ipsum ius in permutatione, que wesle dicitur, super domum suam dictam Northolthe sitam in parrochia Walstede posuerunt ad suum proprium usum et nullius alterius, nisi forte per mortem suam et heredum suorum quorumlibet domino feodi predicto cedere contigerit vel vacare. Arbitrabantur etiam coram nobis venditionem dicti iuris et ipsius resignationem cum permutatione adeo firmas et validas esse, ac si coram domino feodi terminate fuerint sive facte. Premissis itaque, dum fierent, in figura iudicii astiterunt Hinricus, plebanus in Telghet, Wescelus, capellanus ibidem, presbiteri, Ludolfus de Vechtorpe, miles, Hermannus Span, Wescelus Drotzethe , Ludolfus de Alen, Egidius dictus Deken, Iohannes Snetberg, Suederus de Alueskerken, Iohannes de Horst, Ludolfus dictus Voghet, Hermannus et Wescelus fratres dicti de Beke, Euerhardus, Ludolfus et Suederus fratres dicti Span, Ambrosius et Gyselbertus fratres dicti de Dynninc, famuli, et alii milites et famuli, burgenses et cives in Telghet universi et quamplures fidedigni. In quorum omnium premissorum testimonium et perpetuam firmitatem nos .. dapifer seu officiatus Monasteriensis sigillum nostrum, nosque .. iudex et scabini supradicti sigillum oppidi nostri Telghet presentibus duximus appendisse. Datum et actum anno Domini M° CCC° XV°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop Urk. Nr. 32a, Siegel des von Vechtorp (Schildform, Bild: vierspeichiges Rad im sternenbesäten Felde, vergl. das spätere Siegel eines von Vechtorp in Rundform WS 161,11), das andere ab; Rückvermerke: 1. (15. Jahrh.) op Gercampe, dar Gercamp nu wont, *2. (17. Jahrh.):* im kirspell Walsteden*; Abschrift Kindlingers Ende 18. Jahrh., Msc. II 49, S. 101; Regest: WUB VIII Nr. 930.*

[1]) Hof Gerkamp in Walstedde, Bauerschaft Ameke, im 17. Jahrh. jedoch schon nicht mehr im Besitz des Klosters Kentrop; [2]) desgl.

1191

1315 Mai 1

Lambert von der Mühlen, Bürger zu Menden, verkauft dem Propst Johannes und dem Konvent des Klosters Wedinghausen eine Rente von zwei Schillingen aus seiner Hausstätte in Menden.

Universis Christi fidelibus presentia visuris vel etiam audituris ego Lambertus dictus van der Můlen, opidanus in Mendene, notum esse cupio presentibus firmiter protestando, quod de bona voluntate Mechtil-

dis, uxoris mee ac omnium verorum heredum meorum vendidi domino Iohanni, preposito, et conventui ecclesie in Wedinchusen redditus duorum solidorum legalium denariorum ex area mea et attinentiis eius singulis annis in Cathedra sancti Petri[a] perpetuo persolvendos pro viginti duobus solidis legalis monete michi numeratis, traditis et solutis. In cuius rei testimonium ego Lambertus supradictus sigillum oppidanorum nostrorum in Mendene petivi presentibus apponi ad firmitatem et maiorem evidentiam premissorum. Datum et actum anno Domini M° CCC° quintodecimo, in festo sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi. Testes aderant Gobelinus dictus Mundepennich, Hermannus de Coquina, Hermannus dictus Vppenberge, Witeboldus, Iohannes wan me Stire, Waltherus de Osbern, Henemannus de Vrondeberg et alii quam plures fidedigni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 96, Siegel der Stadt Menden (Stück davon abgebrochen, WS 73,3) abhängend; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737) Bl. 39 und Abschrift des 17. Jahrh., Wedinghausen, Akten Nr. 321 (ebenfalls Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209) Bl. 216.

[a]) Das Wort „Petri" über der Zeile nachgetragen.

1192

1315 Mai 2[1]

Der Ritter Erenfried von Bredenole läßt dem Grafen von Berg ein Mannlehen von vier Mark aus einem Hof im Kirchspiel Drolshagen auf und bittet, den Knappen Herbord von Heldene damit zu belehnen.

Domino comiti de Monte Erenfridus de Bredenole, miles, servicium et honorem. Quatuor marcas, domine, quas habeo de vobis annuatim in p[a]rrochia Drulshagen in domo sive in iure, quod dicitur mannesleen vulgariter, resigno vobis per praesentes, petens omni diligentia et studio, quo possum ampliori, ut ipsas conferre dignemini Herbordo de Heldene, famulo, exhibitori praesentium. Quod apud vos cupio specialiter deservire. Datum in crastino Walburgis anno Domini M° CCC° XV, in die beati Martini episcopi.

Abschrift des 17. Jahrh., Staatsbibliothek München, Sammlung Redinghoven Bd. 7, Bl. 596.

[1]) Widersprüchliche doppelte Datierung (Nov. 11).

1193

1315 Mai 9[1]

Gerhard Graf von Virneburg[2]*, Pfarrer* (plebanus) *von St. Petri in Geseke, gibt zur Vermehrung des Gottesdienstes und zum Heile der Seelen seine Zustimmung zur Errichtung einer Kapelle und der Anlage eines Friedhofs in Isloh* (Yslo)[3] *im Bezirk seiner Pfarrei. Dies geschieht unter der Bedingung, daß vom Inhaber der Kapelle als Anerkennungsgebühr an den Pfarrer von St. Petri jährlich zwölf Pfennige entrichtet werden. Wenn für die Toten dieses Orts mehr als eine Messe gefeiert wird, kommt das Zelebrieren der zweiten Messe dem Pfarrer zu. Wenn eine Messe gesungen wird, steht dem Pfarrer die Hälfte der anfallenden Opfergaben zu. An den Festen Weihnachten, Ostern, Pfingsten und Kirchweih haben die Einwohner zu Isloh ihre Andacht in der Kirche von St. Petri zur Anerkennung dieser Kirche als Mutterkirche zu verrichten. Datum Mai 9* (feria quinta post Cantate).

Nicht mehr vorhandene Urkunde des Pfarrarchivs von St. Petri in Geseke. Das Regest stützt sich auf die Literatur (H. Kampschulte, Beiträge zur Geschichte der Stadt Geseke, 1868, S. 84), die auf der damals noch nicht verlorenen Urkunde beruht; vergl. das Findbuch der verlorenen Urkunden der Stadtpfarrkirche von Geseke.

[1]) Die Angaben in der Literatur und im Findbuch widersprechen sich. Erstere nennt 1315, letzteres 1325. Aufgrund der genannten Personen dürfte dürfte das Jahr 1315 das wahrscheinlichere sein. [2]) Kampschulte nennt als Aussteller der Urkunde den Stadtpfarrer Gerhard, das Findbuch einen Grafen Virkenburg, wobei es sich um den Grafen von Virneburg handeln müßte. Wenn man die unterschiedlichen Angaben zusammensetzt, könnte Gerhard Graf von Virneburg gemeint sein, der ab 1324 Propst von St. Patrokli Soest war.

Statt der Bezeichnung „plebanus" würde man allerdings eher „pastor verus" erwarten. [3]) Wüstung etwa eine halbe Stunde südöstlich von Geseke vor dem Steintor. An die ehemalige Kapelle (St. Antonius Einsiedler) erinnert nur der Flurname „Platz zur Kapelle".

1194

1315 Mai 19

Der Ritter Dietrich gen. Rump und sein Bruder Rotger, Knappe, belehnen den Bürgermeister, den Richter und zwei Bürger zu Attendorn im Namen ihrer Mitbürger mit dem Oberhof Störtewinkel[1], den sie vom Knappen Heinemann von Störtewinkel gekauft haben und den dieser bisher von den Ausstellern zu Lehen getragen hatte.

Res gestae propter hoc testimonio scriptae commendantur, ne ulla eas oblivionis nebula valeat imposterum aliqualiter absorbere. Igitur nos Thydericus miles et Rotgerus famulus fratres dicti Rump omnibus huius scripti inspectoribus et auditoribus cupimus fore notum et publice protestamur, quod cum oppidani Attendernenses curiam in Stortwynkele sitam, pro qua Heynemannus de Stortwinkele, famulus, a nobis inpheodatus fuerat, titulo emptionis sibi et suis veris haeredibus legitime comparassent in perpetuum feliciter possidendam, nos eandem curiam maturo praehabito consilio animoque benivolo ac unanimi consensu, accedente etiam ad hoc omnium haeredum et cohaeredum nostrorum bona voluntate, honestis viris, scilicet Conrado super Rivum, proconsuli, Heinemanno, iudici, Ioanni de Affelen et Hysemanno dicto Sanctus omagio iure contulimus seu porreximus libere, simpliciter atque plane, hoc etiam adiecto, ut, cum quispiam praedictorum quatuor viam universae carnis fuerit ingressus, quod extunc alium de opidanis Attendernensibus, sive ille fuerit de numero consulum seu de communitate, quemcumque de nostro elegerimus arbitrio, simili modo pro dicta curia impheodare debeamus omagio iure loco praedefuncti, nullo vero postulato aut requisito sallario seu munere idque ob favorem et amorem nobis saepius a dictis opidanis exhibitum specialem. Quam impheodationem volumus in perpetuum, ut expressum est, inviolabiliter permanere. Item volumus ex decessu horum, qui praefata curia impheodati sunt, nec per nos nec per nostros haeredes reliquos opidanos privari suo iure. Caeterum condictum est, quia quaedam spacia agrorum de eadem curia per memoratum Heynemannum titulo venditionis alienata fuerant, priusquam ipsa curia integraliter ab eodem venderetur, quod illorum possessores ipsorumque haeredes, sicut ab ipso Heynemanno inpheodati fuerant, sic a nobis nostrisque haeredibus, prout iuris est, inpheodari debeant singulariter et divisim. Et in horum omnium evidens testimonium ac maioris roboris firmitatem praesens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum et actum feria secunda ante festum beati Urbani anno dominicae incarnationis millesimo trecentesimo quintodecimo.

Abschrift des 17. Jahrh., Papier, A des Freiherrn von Weichs zur Wenne, Abschrift beglaubigt durch J.B. Pranghe.

[1]) Später wüst nordöstlich von Attendorn vor der Niedersten Pforte (vergl. Brunabend, Attendorn S. 18), später wird die Lehnsherrschaft über den Hof vom Stift Meschede beansprucht (vergl. Stift Meschede, Akten Nr. 400), vermerkt auch im Güterverzeichnis des Stifts Meschede (vergl. WZ 67, 1909, S. 148).

1195

1315 Mai 23 Lennep

Dietrich Graf von Sayn Herr in Volmarstein und seine Frau Sophie versetzen für 700 Mark dem Grafen Adolf von Berg folgende Freigüter mit den dazugehörenden freien Leuten: 1. Kirchspiel Radevormwald: Hagen[1], Herkenrath[2], Lutteken und Groten-Eckenhusen[3], Richling[4] und Osenberg[5]; 2. Kirchspiel Schwelm: Heiderminghausen[6], Sevringhausen[7], Rüggeberg[8], Hülsbecke[9], Lütteke Hülsbeke[10] und Heisterberg[11]; 3. Kirchspiel Breckerfeld: Ebbinghausen, Burstalle, Epscheid, Langscheid und Neueloh; 4. Kirchspiel Dahl: Rug-

gebein, Hengstenberg, Hückinghausen, Linscheid, Griesenbeck und Kalthausen; 5. Kirchspiel Hagen: Feldhausen[12] *und* Birscheide; *6. Kirchspiel Voerde: Billstein, Voßwinkel, Schüren, zum* Walde *und* Waterhovil.

Nos Godefridus de Seyne dominus de Volmensteyne et Sophia, eius uxor legitima, notum facimus universis presentes literas visuris et audituris, quod nos coniuncta manu et consensu unanimi hereditates sive bona nostra libera, que dicuntur vrigoyth, videlicet Hagene, Herkincrayde, Lutteken Eckinchusen, Groten Eckinchusen, Rekelinch, Osenberge in parrochia de Rode iacentia, item Heyderminchusen, Siberdinchusen, Rőckeberge, Holsbeke, Lutteke Hulsbeke, Heysterberge in parrochia de Suelme, item apud Ebbinchusen tria bona, item Burstalle, item apud Ebscheyde tria bona, item Langscheyde, item Nyenloy in parrochia Brekeluelde, item Rőycbeyn, Hengestesberge, Hoyckinchusen, Linscheyde, Grysbeke, Kalthůsen in parrochia Dale, item Velthusen tria bona, item Birscheyde in parrochia Hagene, item Bylsteyn duo bona, item Voyswinckile duo bona, item Tor Schuren, item Tome Walde, item tome Waterhouil in parrochia Voyrde iacentia et homines nostros liberos utriusque sexus, qui dicuntur vrilůde, ipsa bona predicta habentes et possidentes cum omni eorum iure et omni eo iure et consuetudine, quibus nobis attinebant vel ad nos pertinebant vel pertinere poterant, nobili viro domino Adolpho comiti de Monte iuste et rite erga nos ementi hereditarie vendidimus pro septingentis marcis denariorum Brabantinorum, pro qualibet marca duodecim solidis et tribus bonis Hallensibus pro uno denario conputatis, nobis ab ipso domino comite predicto numeratis, editis et solutis et in usus nostros conversis et ipsa bona et homines ad manus et utilitatem ipsius domini comitis et suorum successorum supraportavimus et supraportamus in hiis scriptis, nichil nobis iuris preter iurisdictionem, que dicitur vriegraschaph, in eisdem reservantes. Et recipiet et habebit idem dominus comes et sui successores annis singulis hereditarie et perpetuo de dictis bonis et hominibus septuaginta marcas denariorum monete supradicte temporibus ad hoc debitis et consuetis. Nec ultra id quicquam ab ipsis bonis et hominibus requirent nec recipient, nisi de ipsorum hominum fuerit voluntate. Et si aliquod bonorum predictorum ex obitu aliquorum hominum liberorum predictorum vacare contigerit, nulli homines, nisi fuerint liberi, ad huiusmodi bona vacantia admittentur, tali nichilominus conditione interposita, quod nos vel nostri liberi heredes ex nobis geniti filii vel filie predicta bona et homines, dum nobis placuerit et expediens fuerit, nostris denariis propriis nobis et ad nostram utilitatem et nulli alii tenendos et habendos erga ipsum dominum comitem de Monte predictum et suos successores pro septingentis marcis monete predicte nobis date reemere possumus. Ac ad huiusmodi reemptionem idem dominus comes et sui successores nos et nostros liberos heredes ex nobis genitos, filios et filias, sine inpedimento et contradictione admittere tenebuntur. Renuntiavimus etiam et renuntiamus pure et expresse per presentes exceptioni pecunie non numerate, fraudis et doli et aliis omnibus exceptionibus facti et iuris tam canonici quam civilis, que nobis contra premissa vel aliquod premissorum prodesse possent, si contra ea vel aliquod eorum in posterum, quod absit, modo aliquo facere vellemus vel venire. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigilla nostra una cum sigillis domini Engilberti de Seyne, nostri Godefridi patris, domini Theoderici de Ysenburg et domini Salantini de Ysenburg presentibus sunt appensa. Et nos Engilbertus, Theodericus et Salantinus predicti profitemur in hiis scriptis premissa omnia vera esse nosque interfuisse et audivisse et in signum huius et aliorum premissorum omnium sigilla nostra presentibus appendisse. Datum et actum feria sexta post octavas Penthecostes apud Linnephe anno Domini millesimo trecentesimo quintodecimo.

Ausf., Perg., HStAD, Herzogtum Berg Urk. Nr. 102, die fünf Siegel anhängend; Druck: Lacomblet UB III Nr. 132 (mit dem falschen Datum 1314); UB Volmerstein Nr. 292.

[1-5]) Zu den sechs freien Sattelgütern im Kirchspiel Radevormwald gehörend (vergl. Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins 4, 1867, S. 222 und 19, 1883, S. 139, Anm. 43); Eckinghusen wohl identisch mit dem dort genannten Veckinghausen; [6-8]) östlich von Schwelm im späteren Kirchspiel Schweflinghausen (vergl. BUK, Kreis Schwelm, S. 22); [9-10]) im Kirchspiel Breckerfeld; [11]) östlich von Schwelm; [12]) Unter- und Oberfeldhausen in der Bauerschaft Waldbauer.

1196

1315 Mai 31

Helmich gen. Mus, Bürger zu Werl, verkauft dem Konvent des Klosters Paradies eine Rente von zwei Schillingen aus seinem Haus beim Friedhof in Werl.

Omnibus hanc literam visuris et audituris ego Helmicus dictus Mus, oppidanus Werlensis, notum esse desidero presentibus protestando, quod ex bona voluntate uxoris mee Alheydis ac verorum heredum meorum vendidi conventui ecclesie in Paradiso apud Susatum pro quadam summa pecunie michi tradita et persoluta duos solidos annuatim solvendos in festo beati Mychaelis iure hereditario perpetuo possidendos ex domo mea sita iuxta cimiterium Werlense, de qua nulla alia pensio dabitur preterquam census unius nummi. In cuius rei firmum testimonium et ut hec emptio firma permaneat, sigillum universitatis Werlensis ad petitionem meam ac meorum coheredum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XV°, in die Petronille virginis, presentibus Henrico dicto Rost, bone nationis famulo, Hvnoldo Scelp, proconsule, Arnoldo Sartore, Hermanno Budberg, Henrico Spegen et aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Paradies Urk. Nr. 71, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) abhängend; Abschrift des 14. Jahrh. in Msc. VII 6107 (Kopiar des Klosters Paradies), S. 65.

1197

1315 Juni 4

Vor den Ratsherren der Stadt Lippstadt schenkt Bernard gen. Pundere, Bürger zu Lippstadt, für sein Seelenheil der Äbtissin, seiner Tochter Benedicta, und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Benninghausen sein Steinhaus, ein aus Holz gebautes Haus und eine Scheuer in Lippstadt und läßt diese Häuser auf.

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos .. consules civitatis Lippensis notum facimus et protestamur publice, quod coram nobis in figura iudicii constitutus comparens vir discretus noster concivis dilectus Bernardus dictus Pundere, compos mentis sue et corporis, volens consulere saluti anime sue pio circa monasterium sanctimonialium in Benekinchusen ordinis Cistersiensis motus desiderio et affectu rationabili ac matura habita deliberatione et de consensu atque voluntate omnium heredum et coheredum suorum domum suam lapideam, quam ad presens inhabitat, domum suam ligneam prope sitam versus occidentem et horreum versus orientem et breviter dicendo cum curiis[a], areis et cum omni iure, prout dicte due domus et horreum situate sunt, donavit, legavit, supportavit, assignavit et legitima interveniente effestucatione libere resignavit ad manus et ad usum[b] perpetuum dominarum .. abbatisse Benedicte, ipsius Bernardi filie, et totius conventus monasterii supradicti, ita liberaliter et perfecte, quod nec ipse Bernardus nec eius heredes aut coheredes nec aliquis nomine suo quicquam iuris in bonis predictis sic legatis volent, debebunt aut poterunt vendicare. In cuius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos .. consules supradicti sigillum nostrum ad petitionem dicti Bernardi apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Conrado Wigandi, tunc iudice, Ecberto, eius fratre, et Iohanne Gyselberti, proconsulibus, Elrico dicto Elrikinc, Ludolpho de Ghyseke, Hermanno dicto Virlincwecge, Iohanne dicto Goto, Bodone Stakelinc, Th. dicto Kolehorn, Th. et Hermanno dictis de Sancto Trudone, fratribus, Rodolpho de Mon., Henrico de Cleye, Redgero dicto Bolehus, Iohanne dicto Kuninc, Conrado de Anripen, Iohanne et Bernardo dictis de Langeneken, Detmaro dicto Stotere, Alberto Denteke, Gerardo de Cappele, Volberto dicto Valsch, Machario Rubeo, Henrico dicto Sinneman, Iohanne dicto Bake, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum feria quarta post diem beati Nicomedis anno Domini M° CCC^mo quintodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 131, Siegel der Stadt Lippstadt (WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7) anhängend.

[a]) Aus „curtis" korrigiert; [b]) durch Rasur aus „usus" korrigiert".

1198

1315 Juni 5

Edelherr Bertold von Büren der Jüngere verzichtet auf das Gut, wegen dem er mit den Brüdern Heinrich und Rabodo, den Söhnen des † Ludger, im Streit gelegen hatte.

Ne res gestas caligniosa nubes oblivionis absorbeat, perutile est, ut que geruntur in tempore, scripturarum testimonio commendentur. Igitur nos validus Bertoldus nobilis de Buren iunior omnibus huius scripti inspectoribus et auditoribus notum facimus et publice protestamur nos sincerum ob favorem et amorem Hinrici dicti Irrevogel, Antoni dicti Kake aliorumque nostrorum amicorum petitione suffragante renunciasse racionabiliter, perpetualiter omni iuri et actioni, quod ius et que actio nobis conpetebat seu conpetere poterat quoquomodo in tali bono, pro quo contra Hinricum et Rabodonem fratres, filios Ludgeri bone memorie, contendebamus, ita quod contra ipsos ex parte dicti boni ammodo inpetere aliqualiter non debemus. In cuius rei testimonium et evidenciam firmiorem nostrum sigillum presentibus duximus apponendum, testibus annotatis, videlicet Hinrico Irrevogel, Antonio Kake, famulis prenarratis, nec non Hinrico de Kymenade, Hermanno de Wichmodeberg aliis quoque fide dignis. Datum anno Domini millesimo CCC^{mo} quintodecimo, ipso die Bonifacii.

Ausf., Perg., StAM, A von Haus Reck zu Kamen, Siegel ab.

1199

1315 Juni 9

Ritter Bertold gen. Torck verpfändet dem Friedrich genannt Rolfrode seinen Hof Torckhof[1] *in Kessebüren für 25 Mark und sichert sich ein Rückkaufsrecht.*

Omnibus hoc scriptum intuentibus et audientibus ego Bertoldus dictus Thorich, miles, cupio fore notum, quod obligans pono Frederico dicto de Rolfrode mansum meum dictum Thorkinchoue situm Kerseburen pro viginti et quinque marcis bonorum et legalium denariorum in civitate Tremoniensi currentium, sed eundem mansum dictum Thorkinchoue ego Bertoldus, miles predictus, et mei heredes possumus singulis annis reemere in festo beati Petri de cathedra[a] cum predictis vinginti et quinque marcis denariorum nominatorum superius a Frederico superius dicto vel ab heredibus suis veris. In cuius rei testimonium hanc literam presentem super premissis scriptam eidem Frederico dicto de Rolfrode meo sigillo tradidi roboratam. Datum anno Domini M° CCC^{mo} quintodecimo, ipso die Primi et Feliciani.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 85, Siegel ab.

[a]) In der Volage „cathredra".

[1]) Später unter diesem Namen nicht mehr erscheinend (vergl. Timm, Kataster).

1200

1315 Juni 13

Der Dechant des Stifts (St. Patrokli) Soest teilt den Inhabern der Altäre in der Stiftskirche unter dem Turm und von Maria Magdalena, Johannes und Albert, mit, der Mitkanoniker Johannes gen. von Lippia sei verpflichtet, zur Einrichtung seiner Präbende diese so mit Einkünften auszustatten, daß sie den übrigen Präbenden entspräche. In der Erfüllung dieser Auflage zeige er sich säumig. Der Dechant beauftragt die Rektoren, den Kanoniker dazu anzuhalten, innerhalb von 14 Tagen nach ergangener Mahnung die entsprechenden Renten zu erwerben. Andernfalls werde er suspendiert und ihm würden auch der Teil der Einkünfte entzogen, den er bereits für die Einrichtung seiner Präbende gekauft hat.

.. Decanus ecclesie Sůsatiensis dilectis in Christo Iohanni sub Turri et Alberto, sancte Marie Magdalene altarium rectoribus ibidem, salutem in Domino. Cum dudum vir discretus Iohannes dictus de Lyppia, noster concanonicus, pro instauratione prebende sue redditus nostrarum prebendarum redditibus coequales comparasse debuisset idemque Iohannes tepidum et negligentem se reddens, licet sepius a nobis et a nostro .. capitulo monitus sit, super eo non curaverit nec adhuc curet prefatos redditus comparare in nostrum et ecclesie nostre dispendium non modicum et gravamen, hinc est, quod nos, quantum in nobis est, nobis et ecclesie nostro de futuris periculis volentes precavere, vobis in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus statim visis presentibus nostris literis ad dictum Iohannem accedentes moneatis eundem auctoritate nostra, ut infra quindenam post vestram monitionem redditus ad suam prebendam comparet, qui nostrarum prebendarum sint redditibus coequales, ipsam prebendam cum effectu instaurando et conplendo, alioquin ipsum, quem si secus fecerit, in hiis scriptis a perceptione illorum reddituum, quos pro parte comparavit ad prebendam prefatam, suspendimus, suspensum in ecclesia nostra Sůsatiensi et alibi, ubi requisiti fueritis, publice nuntietis, nisi forte infra monitionis terminum causam efficacem coram nobis et nostro .. capitulo pretendere valuerit, quare prebendam suam instaurare et complere minime teneatur. Reddite literas sigillatas. Datum feria sexta post Barnabe apostoli anno Domini M° CCC^mo quintodecimo.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 101, Siegel ab, dabei die Transfixe von 1315 Juni 28 und Juli 5.

1201

1315 Juni 13

Gerwardus, Bürger in Werl, verkauft den Rektoren der neun alten Altäre der Kirche St. Patrokli in Soest eine Rente von drei Schillingen aus seinem Haus in Werl, das mit einem an Hermann gen. Druscepel zu zahlenden Zins von 22 Pfennigen und zwei Hühnern belastet ist und aus dem Arnold Knopeken einen Hausstättenzins von zwei Pfennigen bezieht.

Omnibus hoc scriptum visuris et audituris ego Gerwardus, opidanus Werlensis, notum facio publice protestando, quod de bona voluntate Cristine, uxoris mee, Hermanni, filii mei, Cunegundis et Elzabeth, filiarum, ac omnium coheredum meorum vendidi pro certa pecunie summa mihi tradita et soluta .. rectoribus novem altarium antiquorum ecclesie beati Patrocli Sůsatiensis redditus trium solidorum ex domo mea in Werle sita ipsis rectoribus pro dimidietate in quolibet festo Michaelis et pro reliqua dimidietate in quolibet festo Pasche solvendos et iure hereditario perpetuo possidendos, ita tamen, quod Hermanno dicto Druscepel salvi sint redditus viginti duorum denariorum et duorum pullorum, quos de prefata domo habuit ante hanc venditionem factam rectoribus supradictis. Et in huius rei testimonium et ut hec venditio per me et heredes meos factam rata maneat et inconvulsa, presens scriptum sigillo opidi in Werle petivimus communiri. Nos igitur .. proconsules et .. consules in Werle protestamur, quod ad petitionem Gerwardi et heredum suorum sigillum nostri opidi duximus presentibus apponendum. Actum et datum anno Domini M° CCC° quintodecimo, feria sexta ante festum beati Viti martiris, presentibus viris discretis Emelrico Wale, et Hunoldo Scelep, proconsulibus, Henrico Prosekese, Henrico Kreueth, Henrico Kauolt, Theoderico Cruse, Theoderico Scolere, Lodewico de Růdenberg, Hermanno Bars et aliis fidedignis. Insuper duo denarii areales dabuntur perpetuo Arnoldo Knopeken, nostro concivi, de domo supradicto. Datum ut supra.

Ausf., Perg., StAM, Vikarien von St. Patrokli Soest Urk. Nr. 11, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend.

1202

1315 Juni 15

Lythart Berenger, Bürger zu Werl, verkauft dem Kloster Paradies eine Rente von einer halben Mark aus seinem Haus in Werl, das bereits mit einer Rentzahlung von einer halben Mark an Heinrich von Steyne belastet ist.

Omnibus hanc literam visuris et audituris ego Lythardus dictus Berenger, oppidanus Werlensis, notum esse desidero presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate Margarete, uxoris mee legitime, et puerorum nostrorum omnium, prout nomina tenent, nec non heredum coheredumque nostrorum universorum vendidi conventui ecclesie in Paradyso apud Sůsatum ex domo mea Werle sita et ex integra hereditate mea pro quadam summa pecunie dimidiam marcam legalium denariorum iure hereditario et perpetuis temporibus solvendam in quolibet festo beati Mychaelis annuatim. De qua videlicet domo mea Henricus de Steyne et sui heredes, nostri concives, habent etiam dimidiam marcam, quam prius eisdem persolvetur perpetuis temporibus annuatim. In cuius rei firmum testimonium et ut hec emptio et venditio firma permaneat et inconvulsa, sigillum coopidanorum nostrorum, videlicet oppidi Werlensis, ad petitionem meam et uxoris mee et puerorum, heredum et coheredum nostrorum presentibus est appensum. Et nos proconsules ac consules Werlenses hanc venditionem et emptionem rite ac rationabiliter factam protestamur. Quapropter sigillum nostrum presenti pagine duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XV°, in die sanctorum Viti ac sociorum suorum, presentibus discretis viris Emelrico Walen, Hunoldo, proconsulibus, Rutgero de Meninchusen et aliis fide dignis.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6107 (Kopiar des Klosters Paradies) S. 64.

1203

1315 Juni 15

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Werl schenken die Knappen, die Brüder Wilhelm und Friedrich gen. von Borbein[1], als Schenkung unter Lebenden dem Zisterzienserkloster Marienfeld das Eigentumsrecht an Äckern, die in der Werler Feldmark, genannt Borebeninc Camp, *liegen. Mit den Äckern war der Werler Bürger Ludwig gen. Lore von den beiden Brüdern belehnt. Dieser verkauft die Äcker an das Kloster für zwölf Mark, wobei seine Frau Elisabeth auf die Leibzucht an diesen Äckern verzichtet.*

Universis presentis pagine seriem inspecturis seu audituris nos Erenbertus, iudex, Emelricus et Hunoldus dictus Scelep, magistri consulum, Arnoldus Knopeke, Hermannus Bars, Lodewicus, Theodericus Cruse, Henricus dictus Creuet, Henricus Kouolt, Theodericus, Scoleres sone, Euerhardus Swinintholt, Gobelinus sutor et Henricus dictus Prosekese, consules opidi Werle Coloniensis dyocesis notum fieri cupimus, quod constituti coram nobis Wilhelmus et Fredericus fratres dicti de Boreben, famuli, legitimo, pleno et expresso accedente consensu devote femine Elizabet, matris, Gerburgis et Getrudis, sororum fratrum eorundem, viris religiosis domino .. abbati et conventui monasterii de Campo sancte .. Marie ordinis Cyterciensis Monasteriensis dyocesis pro se suisque successoribus vice et nomine sui monasterii recipientibus pure et simpliciter propter Deum donaverunt et tradiderunt irrevocabiliter inter vivos proprietatem et dominium quorundam agrorum sitorum in campo nostri opidi dictorum Borebeninc camp, quos agros Lodewicus dictus Lore, noster concivis, ab eisdem fratribus tenebat in pheodo, ipsos agros ad habendum, tenendum et possidendum et, quicquid ipsis religiosis de prefatis agris perpetuo placuerit, faciendum. Ceterum supradictus Lodewicus dictus Lore coram nobis nichilominus constitutus, de pleno et expresso consensu Elizabet, uxoris sue, Ludolphi, Ludowici et Theoderici, filiorum suorum, Dedradis et Gertrudis, filiarum suarum, cum plures adhuc liberos non haberet, omne ius, quod ipsi Lodewico suisque legitimis heredibus in predictis agris competiit seu conpetere poterit in futurum supra nominatis religiosis viris .. abbati videlicet et conventui monasterii Campi sancte Marie dedit, vendidit et as-

signavit pro precio XII marcarum[a] Susaciensium denariorum. Quod precium confitebatur et contentus est ab eodem .. abbate habuisse et recepisse ac numeratum sibi fuisse integre et solutum. Sed cum predicti Lodewici uxor Elizabet usufructum in suprascriptis haberet agris, ipsa libere et absolute, non coacta nec circumventa iuri suo renunciavit sub datione fidei omnique beneficio et auxilio iuris sibi quomodolibet competenti. Unde Wilhelmus de Boreben supradictus recepta sollempniter a predictis pheudatariis resignacione secundum morem patrie sepedictos religiosos in possessionem misit corporalem, proprietatem ipsis et dominium assignando. Acta sunt hec coram nobis omnia et singula supradicta ad hoc pro testimonio convocatis. Nos autem rogati a partibus sigillum nostri opidi huic scripto apposuimus in testimonium omnium premissorum. Datum anno Domini M° CCC° quintodecimo, ipso die Viti martiris.

Zwei Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 441 und 441a, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend (bei 441a am Rand beschädigt); Regest: WUB VIII Nr. 945.

[a]) Über den römischen Ziffern geschrieben „duodecim".
[1]) Nach der Bauerschaft nordwestlich von Ahlen, sonst „Borbenne" oder „Burbenne".

1204

1315 Juni 23

*Edelherr Symon zur Lippe (*de Lyppia*) verspricht dem Bischof Ludwig von Münster, ihm und seinem Stift gegen alle Widersacher beizustehen, ausgenommen gegen den Grafen Engelbert von der Mark, den Grafen Johannes von Bentheim (*-hem*) und die Edelherren von Steinfurt (*Stenvorde*), den Älteren und den Jüngeren, seine Verwandten. Datum 1315 Juni 23 (*in vigilia Nativitatis beati Iohannis Baptiste*).*

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. I 1 (Großes Kopiar des Domkapitels Münster) S. 138, Nr. 58; Regest: WUB VIII Nr. 947.

1205

1315 Juni 24

Die Brüder Arnold und Florekin gen. vpn Berkendale und der Sohn des Arnold, Alexander, verkaufen das Eigentumsrecht an den Gütern zu Tortberg[1] in der Pfarrei Mengede an den Ritter Giselbert gen. Speke für die Kapelle zu Bodelschwingh.

Notum sit universis presens scriptum visuris et audituris, quod nos Arnoldus et Florekinus fratres de Berkendale ac Alexander, filius dicti Arnoldi, cum omnibus nostris veris heredibus vendidimus, supraportavimus et resignavimus proprietatem bonorum[a] in Tortberghe in parrochia Menghede sitorum[b] honesto viro Giselberto militi dicto Speke ad usus et utilitatem capelle in Bodelswinghe, promittentes prefato Giselberto militi super dicta proprietate bonorum in Tortberghe plenariam facere warandiam. Presentes erant Rutgerus de Dunghelen, Th. de Berghibinc, Ernestus dictus Speke, Hermannus et Tilmannus fratres de Lamestorpe, Everhardus dictus Rothart. In cuius rei testimonium, quia propriis sigillis caruimus, sigilla discretorum virorum consangwineorum nostrorum Wesceli de Lembeke et Iohannis de Dorinc petivimus apponi huic scripto. Et nos Wescelus de Lembeke et Iohannes de Dorinc ad petitionem dictorum Arnoldi, Florekini et Alexandri ac omnium verorum heredum suorum presens scriptum sigillis nostris in testimonium fecimus sigillari. Datum anno Domini M^mo^ CCC^mo^ quinto decimo, in festo beati Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, A Bodelschwingh (Dep.) Urk. Nr. 7, beide Siegel ab, Rückvermerk (17. Jahrh.): Torbergh [j]etzo Schnieß guet tho Deininckhusen.

[a]) In der Vorlage „bonarum"; [b]) desgl. „bonarum".
[1]) Teil der Bauerschaft Deininghausen nordöstlich von Castrop Rauxel.

1206

1315 Juni 25

Die Eheleute Bernard und Notheldis von Herfelde entlassen Gertrud gen. die Welesche und ihren Sohn Heinrich aus ihrer Abhängigkeit und überlassen sie dem Zisterzienserinnenkloster Benninghausen.

Coram universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos Bernardus de Hereuelde et Notheldis, coniuges, recognoscimus et protestamur publice, quod habito consensu et voluntate Willekini, filii nostri, Elyzabeth et Gertrudis, filiarum nostrarum, omniumque heredum et coheredum nostrorum Gertrudim dictam Welesche et Henricum, eius filium, ab omnibus inpetitionibus et iure, quibus nobis vel cuique nostrum pertinebat seu pertinere videbatur, clamavimus et dimisimus ac in hiis scriptis iusta et debita interveniente manumissione dimittimus quitos, liberos penitus et solutos, renuntiantes et resignantes eosdem ad usum perpetuum et pacificum dominarum .. abbatisse totiusque conventus monasterii sanctimonialium in Benekinchusen ordinis Cistersiensis ita libere et prefecte, quod nec nos nec nostri heredes nec aliquis nomine nostro in dictis Gertrude et Henrico vel eorum altero quicquam iuris volumus, poterimus aut debebimus vendicare. Et promittimus firmiter, quod contra hanc manumissionem et renuntiationem non veniemus per nos vel per alium sive per alios ingenio sive causa de iure vel de facto. In premissorum igitur testimonium ac perpetui roboris firmitatem ego Bernardus supradictus sigillum meum pro me et dictis heredibus meis una cum sigillo discretorum virorum .. consulum Lippensium apposui huic scripto. Et nos .. consules iam dicti sigillum nostrum ad petitionem dictorum coniugum suorumque heredum duximus presentibus apponendum etiam in testimonium de premissis. Testes sunt Conradus Wigandi, tunc iudex Lippensis, Ecbertus eius frater, et Iohannes Gyselberti, proconsules, Elricus Elrikinc, Ludolphus de Gyseke, Hermannus dictus Virlincwecge, Iohannes Gote, Bodo Stakelinc, Henricus de Cleye, Th. dictus Kolehorn, Th. et Hermannus fratres dicti de Sancto Trudone, Rodolphus de Monasterio, Redgerus Bolehus, Conradus de Anripen, Iohannes et Bernardus de Lancgeneken, Iohannes dictus Kůninc, Dethmarus Stotere, Albertus Denteke, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis[a]. Datum crastino Nativitatis beati Iohannis Baptiste anno Domini M° CCC^mo quintodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 132, Siegel des von Herfelde (Bild: Helm, von dem unten zwei zierlich gelegte Bänder herabhängen, zu beiden Seiten zwei halbe Rosen, oben mit zwei, an den Seiten mit je einem Morgenstern besteckt) und der Stadt Lippstadt (WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7) anhängend; Rückvermerk (15. Jahrh.): de quitantia Hinrici conversi et eius matre dicta de Wale*; Abschrift vom Anfang des 16. Jahrh. in Msc. VII 5724 (Kopiar des Klosters Benninghausen), Bl. 24.*

[a]) Hier aus der Konstruktion fallend.

1207

1315 Juni 27 Köln

Abt und Konvent des Benediktinerklosters Werden einigen sich mit Zustimmung des Kölner Erzbischofs Heinrich mit dem Ritter Wilhelm von Friemersheim über die Burg Friemersheim[1], nachdem der Ritter die Burg als Kölner Lehen betrachtete, während das Kloster den Grund als Eigengut reklamierte. Das Gelände innerhalb der Burg soll demnach zwischen den beiden Kontrahenten geteilt sein, wobei der dem Wilhelm gehörende Teil Lehen des Klosters sein wird. Die Mauern und die beiden Türme dürfen nicht erhöht und die Gräben nicht vertieft oder verbreitert werden. Beide Seiten können aber auf dem Gelände Häuser zum Wohnen errichten. Wilhelm kann über die Gräben der vor der Burg gelegenen Siedlung für den Ackerbau Planken legen. Die Ritter Dietrich von der Leithe und Hermann von Kalkum werden dem Kloster in der Vorburg einen Platz für den Bau eines Pferdestalls anweisen. Beide Seiten haben mit ihrer Mannschaft in umd um die Burg den Burgfrieden zu halten. Torhüter und Wächter sollen gemeinsam sein. Wenn eine Seite die andere

aus der Burg wirft, können der Erzbischof und der Graf von der Mark gegen jene vorgehen. Von der Burg aus darf der Kölner Kirche kein Schaden zugefügt werden. Keine Seite und auch nicht der Graf von der Mark als Vogt des Klosters dürfen die Burg in einer gegen den Kölner Erzbischof, die Kölner Kirche, deren Bürger und Leute gerichteten Fehde benutzen. Es siegelt u.a. der Graf von der Mark.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos abbas et conventus monasterii Werdinensis ordinis sancti Benedicti Coloniensis dyocesis notum facimus, quod questio inter nos ex una parte et Wilhelmum de Vrymersheym, militem, ex altera super castro Vrymersheym suborta de consensu reverendi in Christo patris et domini Henrici, archiepiscopi Coloniensis, ac priorum Coloniensium est sopita in hunc modum, videlicet quod, quia dictus Wilhelmus asserebat se tenere dictum castrum ab eodem archiepiscopo et ecclesia Coloniensi, nosque asseruimus econverso fundum seu aream dicti castri ad nos tamquam purum allodium monasterii nostri pertinere, quod area dicti castri infra muros equali divisione dividetur in duas partes, quarum unam nos, reliquam ipse Wilhelmus et sui heredes retinebunt et a nobis, abbate predicto, et sucessoribus nostris habebunt in feodo perpetuo et tenebunt. Et est condictum, quod nec murus nec due turres eiusdem de cetero elevabuntur seu altius tollentur nec fossata emendabuntur vel profundabuntur ante vel retro, in longum vel in latum, nec ipsum castrum in perpetuum aliter firmabitur muris, plancis, propugnaculis, berchfredis vel fossatis, quam nunc est. Poterimus tamen nos et dictus Wilhelmus pro commodo habitationum nostrarum domos facere infra muros dicti castri, et poterit ipse Wilhelmus super fossata suburbii ponere plancas decem pedum longitudinis absque berchfredis pro necessariis agriculture sue. Item debent dominus Theodericus de Letene et dominus Hermannus de Calchem, milites, nobis abbati demonstrare locum seu fundum in dicto suburbio ad edificationem domus, que vocatur marstal, ad receptionem equorum nostrorum congruum et decentem. Debemus etiam nos et ipse Wilhelmus ac familia nostra hincinde, nostri successores et heredes dicti Wilhelmi in ipso castro et per ambitum eiusdem, extra in loco, qui dicitur wert, firmam pacem, que proprie dicitur burchfrede, ad invicem tenere nec illam ob quemcumque casum vel discordiam suscitatam vel suscitandam infringere quoquo modo. Portenarii etiam et vigiles dicti castri nobis et ipsi Wilhelmo communes erunt et iurabunt nobis ambobus fideles et obedientes esse, prout in talibus est consuetum. Et si nos, quod absit, ipsum Wilhelmum eiceremus de dicto castro vel ipse nos econverso, poterunt dictus dominus archiepiscopus et eius successores et comes de Marka nunc et pro tempore existens contra facientem ad corrigendum ipsum procedere, donec perpetrata emendet. Et ipse archiepiscopus assecuretur, quod sibi et ecclesie sue de ipso castro dampna non inferantur. Promittimus etiam specialiter, quod nec nos nec comes de Marka nunc et pro tempore existens, noster advocatus, nec ipse Wilhelmus nec heredes sui ullo umquam tempore iuvabimus nos in quacumque gwerra de ipso castro contra ipsum archiepiscopum vel ecclesiam suam, oppidanos et homines eiusdem, immo efficiemus et procurabimus, quod de eodem castro ipsi archiepiscopo vel ecclesie sue nulla dampna penitus inferentur. Et ad id idem Wilhelmus et sui heredes consimili modo tenebuntur. Et si contrarium fieret, poterit idem archiepiscopus ob hoc contra nos procedere, se de bonis nostris absque offensa nostra intromittendo et castrum ipsum demoliendo, nisi infra mensem sibi emenda de commissis fieret, prout in litteris nostris sibi et ecclesie sue super hoc specialiter datis plenius continetur. Si tamen predictus Wilhelmus vel eius heredes contra premissa venirent, propter hoc bona nostra ex parte ecclesie Coloniensis non invadentur, sed pena ob hoc infligenda contra ipsum Wilhelm et eius heredes extendetur. Promittimus itaque per fidem nostram corporaliter prestitam premissa omnia et singula ipsi domino archiepiscopo et ecclesie Coloniensi, Wilhelmo et suis heredibus perpetuis temporibus inviolabiliter observare, quod et ipse Wilhelmus pro se et suis heredibus viceversa promisit nobis et monasterio nostro firmiter observare. In cuius rei testimonium presentes litteras nostris et dicti comitis de Marka necnon Hinrici dicti Koster de Vitinchouen, Henrici de Luttelnowe, Theoderici de Letene, Theoderici de Brachtbeke, Iohannis de Crawinkele et Henrici de Vitinchouen, militum, ministerialium ecclesie nostre, sigillis ipsi Wilhelmo et suis heredibus dedimus communitas. Actum et datum Colonie anno Domini millesimo trecentesimo decimoquinto, feria sexta post festum Nativitatis Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Werden Urk. Nr. 123, unter den acht (mehr oder weniger beschädigten) Siegeln das des Grafen von der Mark, das 9., ab; Druck: Lacomblet UB III Nr. 147, S. 109; Regest: REK IV Nr. 929.

[1]) Heute Stadt Duisburg-Rheinhausen.

1208

1315 Juni 28

Der Dechant des Stifts (St. Patrokli) Soest schiebt den Termin bis zum Samstag nach Ulrich[1] hinaus, von dem ab die Frist für den Mitkanoniker Johann von Lippia (zum Kauf von Einkünften für seine Präbende) laufen soll.

Nos .. decanus ecclesie Sůsatiensis monitionem, cui presens carta transfigitur, cum eius effectu a die, quo executus est, usque ad sabbatum post festum Odolrici suspendimus per presentes, volentes, ut ipsa suspensio duret per ipsum diem sabbati et quod tunc ipsa monitio cum eius effectu currat contra Iohannem de Lyppia, nostrum concanonicum, sicut prius. Actum et datum in vigilia apostolorum Petri et Pauli anno Domini M° CCC° XV°.

Transfix zur Urkunde von 1315 Juni 13, StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 101, Siegel ab, Transfix jetzt lose beiliegend.

[1]) D.h. bis zum Samtag nach dem 4. Juli = 5. Juli.

1209

1315 Juli 4

Heinrich Graf von Waldeck und Wilhelm Graf von Arnsberg teilen nach dem Gutachten von dreizehn geschworenen freien Männern die (Frei)grafschaft Rüdenberg, wobei die Valme die Grenze bilden soll. Der Teil der (Frei)grafschaft nach Bigge zu fällt nach dem Los dem Grafen von Waldeck zu, der Teil nach Eversberg hin dem Grafen von Arnsberg[1].

Noverint universi tam posteri quam presentes, quod nos Henricus comes de Waldeke et nos Wilhelmus comes de Arnsberge de consensu omnium heredum nostrorum comitiam de Růdenberge tam in bonis quam hominibus, iuribus, iurisdictionibus, servitiis, honoribus, omnibus suis pertinentiis in pascuis et nemoribus, agris cultis et colendis, prout equalius potuimus, secundum informationem ac discretionem tredecim liberorum hominum de comitia, qui ad hoc sua prestabant iuramenta, divisimus per aque Valme decursum, et pars comitie, que est ex ista parte Valme versus villam Bighe nobis, videlicet Henrico comiti de Waldeke predicto, et nostris heredibus, pars vero comitie predicte ultra aquam Valme versus castrum Euersberg dicto .. comiti de Arnesberge et suis heredibus cecidit missa sorte. Iidem quoque tredecim viri iurati in parte nostra nobis, videlicet .. comiti de Waldeke predicto, pro iure nominabant in superiore parte ville Vilmede tres mansos liberos pertinere, villas autem, videlicet Nůtlar, Geuelinghosen, Wiggerinchosen, Syrinchosen, Weremboldinchosen, Vesterinchosen, Dalhosen, Amelgodinchosen, Langenbeke et Valme cum omnibus earundem iuribus et honoribus, proventibus et servitiis iuxta consuetudinem hactenus observatam ad partem nostram comitie predicte pertinere nominabant. Preterea nullus nostrum homines in parte alterius commorantes modo aliquo commonebit aut se de bonis alterius rite ac rationabiliter a suis bonis, ut dictum est, divisis aliquatenus intromittet vel iuris sibi quippiam usurpabit. Ut autem hec divisio inconvulsa permaneat, nostra hinc inde propria sigilla apposuimus huic carte in evidentiam omnium prescriptorum. Actum et datum anno Domini M° CCC° XV°, ipso die beati Oldarici confessoris.

Ausf., Perg., StA Marburg, Waldecker Urkunden Nr. 3711, Siegel des Grafen von Waldeck (beschädigt) anhängend, das des Grafen von Arnsberg ab; Abschrift mit Beglaubigungsvermerk zu Arolsen vom 3. März 1733 in StAM, Reichskammergericht W 138, Bd. 2, Bl. 100; desgl. Abschrift in Reichskammergericht W 139

mit Schreibung der Ortsnamen: Vilmede ... Nuttlar, Geuelinghusen, Wiggerinchusen, Sirinchusen, Weremboldinchosen, Vesteringhosen, Dalhosen, Amelgodingsen, Langenbeke et Valme; Abschrift Kindlingers um 1800 StAM, Msc. II 133, S. 207; Druck: SUB II Nr. 566; Regest: Führer, Medebach S. 28, Nr. 134 (mit Frage, ob Fälschung).

[1]) Vergl. Vogt von Elspe in Seibertz, Quellen III S. 192 (zu den Rechtsanprüchen in Siedlinghausen).

1210

1315 Juli 5

Der Dechant des Stiftes (St. Patrokli) Soest verlängert die dem (Kanoniker) Johann de Lippia gestellte Frist vom Samstag nach Ulrich[1] bis zu Mariae Himmelfahrt[2].

Nos .. decanus ecclesie Susatiensis protestamur, quod monitionem, cui presens cedula infigitur, cum eius effectu a sabbato post Odelrici ad Assumptionem beate Marie virginis suspendimus[a], quod si Iohannes de Lyppia ipsi monitioni medio tempore non paruerit, quod ipsa crastino Assumptionis currat contra ipsum, sicut modo. Actum et datum sabbato predicto anno Domini M° CCC° XV°.

Transfix zur Urkunde von 1315 Juni 13, StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 101, Siegel ab, Transfix jetzt lose beiliegend.

[1]) D.h. vom 5. Juli bis 15. August; [2]) vergl. Urkunden von 1315 Juni 13 und Juni 28.

1211

1315 Juli 10 Gerlingen[1]

Edelherr Godfried von Rüdenberg billigt den Verkauf von elf Morgen von ihm lehnsabhängigen Akkerlandes bei Merklingsen[2] durch Konrad von Borgeln an den Soester Bürger Heinrich Keyser und schenkt das Eigentumsrecht der Äcker dem Käufer.

Nos Godefridus nobilis dominus de Ruddinberg notum facimus et protestamur, quod, cum Conradus de Borgheln legitime vendiderit Henrico Keyser, civi Susatiensi, suisque heredibus undecim iugera agrorum sita apud Merkelinchusen, que ad nostram infeodationem pertinebant, nos huiusmodi venditionem approbantes proprietatem de eisdem agris de uxoris nostre, Conradi, Godefridi, filiorum, ceterorumque heredum nostrorum bona voluntate prefato Henrico suisque heredibus donavimus et in hiis scriptis donamus perpetuo hereditarie possidendam. In cuius rei testimonium dedimus eis presentes literas nostro sigillo roboratas. Actum Gerlinchusen coram libera sede, feria quinta post octavas beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini M° CCC° XV°, presentibus Everhardo de Meininchusen, Lamberto de Scheydingen, militibus, Radolfo Dapifero, Iohanne Eppinc, Reynoldo Wenken, Hildegero de Hervorde, Iohanne Capellin, Iohanne de Hattorpe, Th. de Lake, Wolfardo de Hunschen, Henrico de Akin, Gerwino de Lunen, Lamberto de Alin, Hildegero de Bruche, Winando Waltkin, Gerwino de Andopen, Ar., filio suo, Bertoldo de Holthausen, Henrico Balkin iuniore et aliis fide dignis.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 89 der 2. Zählung.

[1]) Südöstlich von Werl; [2]) südwestlich von Schwefe.

1212

1315 Juli 10

Lambert gen. Leveno, Bürger in Werl, verkauft dem Kloster Paradies aus seinem Haus in Werl eine Rente von vier Schillingen.

Omnibus hanc literam visuris et audituris ego Lambertus dictus Leueno, oppidanus Werlensis, notum esse desidero presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate uxoris mee, puerorum meorum ac omnium heredum meorum, prout nomina tenent, vendidi ex domo mea sita in Werle pro quadam summa pecunie mihi tradita ac soluta conventui ecclesie in Paradyso quatuor solidos legalium denariorum perpetuis temporibus dandos singulis annis in quolibet festo beati Mychaelis. In cuius rei firmum testimonium sigillum opidanorum nostrorum ad petitionem meam meorumque omnium heredum presentibus est appensum. Nos vero proconsules et consules hanc emptionem ac venditionem rite ac rationabiliter factam esse protestamur. Unde de communi consensu sigillum nostrum presenti littere duximus apponendum. Datum et actum anno Domini M° CCC° XV°, in die Septem fratrum martirum, presentibus Emelrico Walen et Hunoldo Scelp, proconsulibus, Henrico Prosekesen, Euerhardo Swinintholt, Theoderico Krusen, Henrico Kreueth, Henrico Kauold, Arnoldo Knopeken, Theoderico Scolere, Gobelino sutore, Lodewico de Rudenberge, consulibus, Hermanno Frondelere ac aliis quam pluribus dignis.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII Nr. 6107 (Kopiar des Klosters Paradies), S. 61.

1213

1315 Juli 20 Rüthen

Vor dem Grafen Ropert von Virneburg wird der Streit zwischen dem Stift Geseke und dem Knappen Rotger von Lyt über die Zehntrechte auf den Feldern zu Armenholthausen[1] und Lieth[2] beigelegt. Das Stift darf danach den Zehnten durch einen Beauftragten einsammeln lassen. Das eingesammelte Getreide ist auf den Oberhof des Rotger zu bringen. Nach dem Ausdreschen kann das Stift das Korn in seine Scheune fahren. Stroh und Spreu verbleiben jedoch dem Oberhof. Dem Stift steht auch die Verpachtung des Zehnten aus dem gerodeten Waldstück Remesberg *zu.*

Nos dominus Ropertus comes de Verneburg notum esse volumus universis et singulis presentes literas visuris et audituris et tenore presentium publice protestamur, quod, cum inter venerabiles dominas .. abbatissam et .. capitulum secularis ecclesie in Gyseke ex una parte et Rotgerum famulum dictum de Lyt suo et heredum suorum nomine ex altera super iuribus decime site in campis Holthusen et Lyt questio et dissencio verteretur, taliter inter easdem partes coram nobis probis viris mediantibus extitit ordinatum, quod dicte domine abbatissa et capitulum tempore, quo dicta decima est colligenda, mittent ad curtem dicti Rotgeri sitam in Lyt, in qua predicta decima ex antiqua consuetudine reponi debet, unum servum per ipsas dominas precio conductum, qui eandem decimam nomine ipsarum dominarum colliget cum uno equo tantum, et huic servo predictus Rotgerus seu ipsius heredes in expensis competentibus providebit vel providebunt dicto collectionis tempore perdurante. Eadem autem decima collecta et triturata predictarum dominarum servus stramina et paleas simplices in prefata curia usibus dicti Rotgeri et suorum heredum dimittet, annonam qualemcumque ad predictarum dominarum granarium deducendo. Et preter hoc iam dicti Rotgerus et sui heredes nichil iuris aliud in prefata decima penitus obtinebunt. Ceterum collector predicte decime quosdam agros sitos in loco, qui dicitur Remelsberg, qui per exstirpationem lignorum facti sunt seminabiles et qui vulgariter dicuntur rotlant, una cum aliis agris circumiacentibus decimabit. Possunt insuper predicte domine sepedictam decimam alii seu aliis quibuscumque voluerint colligendam committere, dummodo in memorata curte ipsius Rotgeri ponatur et stramina cum paleis, ut supradictum est, ibidem relinquant. Ne autem huiusmodi ordinationem oblivio deleat, sed potius memoria permaneat, nos Ropertus comes predictus petitionibus utrarumque partium inclinati has literas nostro sigillo una cum sigillo discretorum virorum castrensium in Ruden fecimus roborari. Actum in cappella dicti castri Ruden, presentibus strennuis viris Gerhardo dicto de Ruden et Theoderico de Meschede, militibus, Robodone de Wigere, Henrico de Hermerde, Gobelino de Nyuenhem, Francone de Warsten, Iohanne dicto Stotere, famulis, Hermanno de Beffete, iudice in oppido Ruden, Gobelino dicto Dobbere, proconsule ibidem, Gobelino dicto de Vlde, Florino dicto de Stene, Iohanne dicto Struch,

Conrado dicto Hasse, Vlrico de Gyseke, Iohanne dicto Waterhon, Hermanno de Volkesmere, Frederico dicto de Stochem et aliis quam pluribus fidedignis. Datum anno Domini M° CCC^mo XV°, die dominica ante festum beate Marie Magdalene.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke Urk. Nr. 35, Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh., Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke), Bl. 5v.

[1]) Wüstung bei Belecke; [2]) Lieth (= Abhang) zwischen Belecke und Mülheim.

1214

1315 Juli 22

Der Knappe Heinrich gen. Rost[1] verkauft dem Kloster Welver aus dem dem Kloster Marienfeld gehörenden Oberhof Holdinghof[2] eine Rente von vier Scheffeln Roggen und 2 1/2 Morgen Ackerlandes am Melxter[3] Schemm[4] und Melxter Berg[5].

Omnibus hanc literam visuris et audituris ego Henricus dictus Rost, bone nationis famulus, notum esse desidero presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate uxoris mee Alheydis et puerorum meorum Euerhardi, Thome, Henrici, Lutgardis et omnium puerorum meorum heredumque verorum meorum universorum, prout nomina tenent, vendidi conventui ecclesie in Welvereborch ex curia sita in Werle Holdinchof nuncupata, que est dominorum ecclesie dicte Campus sancte Marie, quatuor scepel siliginis dandos perpetuis temporibus singulis annis in festo beati Martini episcopi nec non tertium dimidium iuger agrorum, quorum unum Susatense iuger situm est in loco, qui vulgariter dicitur Melkestere schem. Alterum dimidium iuger sibi expositum, situm est in monte, qui dicitur Melkestereberg, pro quadam summa pecunie[a] mihi tradita ac persoluta. Que vero predicta bona vendita sunt iure hereditario et perpetuo possidenda. In cuius rei firmum testimonium sigillum oppidi Werlensis ad petitionem meam nec non puerorum heredumque verorum omnium predictorum presentibus est appensum. Nos vero .. proconsules et consules Werlenses in presenti pagina hanc emptionem et venditionem rite ac rationabiliter esse factam protestamur et idcirco presentem literam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum et actum anno Domini M° CCC° XV°, in die beate Marie Magdalene, presentibus Hermanno Boricholte, Iohanne[b] dicto Scriuere, Wilhelmo Vlecken, Thoma, filio dicti Gyzen, fratre suo, et Vdone dicto Rost ac Lodewico de Foro, Thoma in Atrio et Henrico dicto Iunchman ac aliis viris fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 153, Siegel ab, Rückvermerk (17. Jahrh.): bona in Höldinckhoff.

[a]) Davor „pecunia", nicht getilgt; b) das „e" korrigiert.

[1]) Burgmann zu Werl; [2]) der im Jahre 1313 vom Kloster Marienfeld erworbene Oldinghof (Aldehof, Altehof), später parzelliert (vergl. Mehler, Werl S. 76); [3]) Wüstung Melxter (Melster) nördlich von Werl, [4]) Schemm=Brücke; [5]) vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest II, S. 187, Nr. 102.

1215

1315 Juli 29

Albert gen. Hugo, Bürger zu Werl, verkauft dem Kloster Paradies eine Rente von vier Schillingen aus seinem Hause am Markt.

Omnibus hanc literam visuris et audituris ego Albertus dictus Hugo, opidanus Werlensis, notum esse cupio presentibus publice protestando, quod ex bona voluntate filiarum mearum Dedradis et Gertrudis et omnium verorum heredum meorum, prout nomina tenent, vendidi ex domo mea sita iuxta forum redditus quatuor solidorum legalium denariorum dandos perpetuis temporibus in quolibet festo beati Mychaelis, videlicet conventui ecclesie in Paradyso iuxta Sůsatum iure hereditario possidendos pro certa summa pecunie nobis numerata ac soluta. In cuius rei firmum testimonium sigillum oppidanorum nostrorum ad petitionem

nostram presentibus est appensum. Nos vero proconsules ac consules hanc emptionem et venditionem rite ac rationabiliter esse factam protestamur et sigillum nostre universitatis presentibus duximus apponendum in testimonium premissorum. Datum anno Domini M° CCC° XV°, in die sanctorum Petri et Pauli apostolorum, presentibus Emelrico Walen et Hunoldo Scelp, proconsulibus Werlensibus, Henrico Prosekese, Henrico Kreueth, Henrico Kauold, Hermanno Bars, Arnoldo Knopeken, Euerhardo Swinintholt, Theoderico Krusen, Theoderico Scolere, Lodewico de Rudenberge, Gobelino sutore, consulibus ibidem, Lodewico de Foro, Theoderico de Hollinchove et aliis quam pluribus fide dignis.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII Nr. 6107 (Kopiar des Klosters Paradies), S. 61.

1216

1315 August 10

Vor den Ratsherren der Stadt Lippstadt verkaufen die Eheleute Wichmann gen. von Lembeke und Mechthild, Bürger zu Lippstadt, für zwölf Mark den Augustinerbrüdern des Hauses in Lippstadt einen zu Gärten umgewandelten Acker von 3 1/2 Morgen vor den Mauern der Stadt auf dem Osterrode, der mit einer Abgabe von einer Müdde Roggen, einer Müdde Gerste und von drei Pfennigen belastet ist, die an den Konvent der Nonnen in Lippstadt zu entrichten ist.

Universis presens scriptum visuris vel etiam audituris nos .. consules civitatis Lippensis notum facimus et publice protestamur, quod coram nobis constituti Wichmannus dictus de Lembeke et Mechthildis, coniuges, nostri concives, recognoverunt se habito consensu et voluntate omnium heredum et coheredum suorum rite et rationabiliter vendidisse religiosis viris .. priori ac fratribus sancti Augustini domus in Lippia quendam agrum ad presens pro ortis deputatum, situm extra muros nostre civitatis vppen Osterrode, tenentem tria iugera cum dimidio pro duodecim marcis denariorum bonorum et usualium pecunia numerata, tradita et soluta, ita tamen, quod supradicti fratres de agro suprascripto duas mensuras siliginis et unam ordei, que quidem mensure vulgariter et apud nos dicuntur mudde, ac tres denarios singulis annis in Cathedra sancti Petri conventui monialium in Lippia solvere teneantur, quem admodum iam dicti coniuges de eodem agro tempore, quo possederant, eidem conventui solvere tenebantur. In cuius rei tesimonium [consules][a] sigillum nostrum ad petitionem dictorum coniugum suorumque heredum huic scripto duximus apponendum. Actum presentibus Ecberto Wigandi, et Iohanne Gyselberti, proconsulibus, Elrico dicto Elrikinc, Ludolfo de Ghe[-sike], Hermanno dicto Virlincwecge, Henrico de Cleye, Iohanne dicto Got[...], Th. dicto Kolehorn, Th. et Hermanno de Sancto Trudone, fratribus, Ro[...], Iohanne dicto Kuninc, Redgero dicto Bolehus, Iohanne et Bernardo [...], Dethmaro dicto Stotere, Alberto dicto Denteke, Volberto dicto Valch, Henrico dicto Sinneman, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in die Laurentii martiris, anno Domini M° CCC^mo^ quinto decimo.

Ausf., Perg., StAM, Augustinereremiten Lippstadt Urk. Nr. 3, im unteren Teil starke Textverluste durch weggerissenes Pergament, Siegel der Stadt Lippstadt (am Rande abgebrochen, WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7) anhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): vacat ut creditur*; Regest: WUB IX Nr. 1342.*

[a]) Löcher im Pergament.

1217

1315 August 11 Mark

Der Knappe Everhard Hake von Ampen empfängt auf der Burg Mark von Gerhard von Heringen, Kanoniker von (St. Patrokli) Soest, die Kaufsumme von 160 Mark für den Verkauf des Oberhofes zu Ampen und entbindet die gestellten Bürgen von der Bürgschaft.

Universis presencia visuris et audituris Everhardus dictus Hake de Andopen, famulus, notum esse volumus et publice protestamur, quod constitutus in castro Marka vir honestus Gerhardus de Heryngen, canonicus ecclesie Sůsatiensis, nobis ratione venditionis et resignationis curtis quondam nostre in Andopen et pertinencium universorum ad eandem centum et sexaginta marcas denariorum tunc temporis in Sůsato legalium in domo Randolphi dicti Haken in Marka ex integro presentavit, numeravit et persolvit. Quare venerabiles in Christo dominos decanum et capitulum ecclesie Sůsaciensis ac viros honestos fideiussores eorundem super hoc constitutos, videlicet Henricum de Heryngen, Ropertum dictum Fherner, Brunonem dictum Maken et Gotschalcum de Palsoden, bůrgenses Sůsacienses, ex eadem promissione et eius effectu clamamus et presentibus servare volumus per nos et heredes ac coheredes nostros pro nobis et heredibus nostris universis quitos penitus et solutos. In cuius rei robur et debitam firmitatem sigillum Randolphi dicti Haken predicti, nepotis nostri dilecti, presentibus est annexum. Datum et actum Marka loco predicto, presentibus Rychardo de Hesnen, milite, Thoma dicto Plathere, Iohanne de Vledrike et Henrico, fratre eius, Rychardo de Heryngen, Hermanno dicto Meynekink, Gherewino dicto Haken, famulis, cum pluribus fidedignis. Et nos Randolphus dictus Hake predictus ad preces et instantias nepotis nostri Everhardi predicti et suorum coheredum et, cum omnia premissa nobis de facto vera esse constiterint, sigillum nostrum fecimus hiis apponi anno Domini M°C°C°C° quintodecimo, crastino Laurencii martiris gloriosi.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, A Nr. 6540; Siegel des Haken (Bild: zwei gekreuzte Haken) anhängend; Druck: Soester Zeitschrift 6, 1887/88, S. 136.

1218

1315 August 14 Kamen

Die Brüder Heinrich und Friedrich gen. Dukere[1], Söhne des † Ritters Adolf gen. Dukere, verkaufen dem Grafen Engelbert von der Mark ein Drittel der Burg Horst im Bruch[2], ein Drittel des Anteils am Patronatsrecht der dortigen Kapelle, das Gericht ebenda und das Eigentumsrecht an dem Drittel und erhalten dafür ein Burglehen von fünf Mark.

Nos Henricus et Fredericus fratres dicti Dukere, filii quondam Adolphi militis dicti Dukere, universis presencia visuris vel audituris cupimus fore notum, quod nos de consensu et voluntate libera uxorum nostrarum, videlicet Elyzabet et Grete, heredumque nostrorum omnium rite et legitime vendidimus et supportavimus nobili viro domino Engelberto comiti de Marka et suis veris heredibus terciam nostram[a] partem castri dicti Horst siti in palude cum attinenciis universis, videlicet [..in]dagine, fossatis, frondibus, cespitibus, pascuis, aquis et nemoribus cum tertia parte collationis capelle ibidem et hominibus pertinentibus ad eandem. Insuper iudicium nostrum ibidem integraliter, specialiter et ex toto domino assignavimus supradicto ac eciam omnimodam proprietatem tercie partis bonorum predictorum eidem finaliter deputamus, sed cum istis preexceptis, videlicet molendino et, si per Růtgerum, patrem quondam Her(manni) de Horst, quidquam specialiter fossatum fuerit, hec Hermannus predictus principaliter optinebit. Ob huiusmodi autem vendicionis et supportacionis graciam dominus Engelbertus predictus nobis quinque marcarum redditus contulit iure castellatii in predicto castro hereditarie possidendos. In testimonium vero premissorum et maioris roboris firmitatem presentem literam cum sigillis nostris Henrici et Frederici una cum sigillis honestorum virorum Ruszeri de Dornberg, Gerhardi de Wederden, Henrici dicti Dukere de Stipele, militum, et Frederici dicti Dukere de Stipele, famuli, fecimus roborari. Datum in Camene anno Domini M° CCC^mo quintodecimo, in vigilia Assumpcionis beate Marie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Grafschaft Mark, Urk. Nr. 29b, Siegel des Heinrich und Friedrich Dukere von Horst anhängend, das 3. und 4. ab, das des Heinrich und Friedrich Dukere von Stiepel anhängend; Abschrift des 15. Jahrh., in HStAD, Hs A IV 4 (Märkische Register, als Nachtrag) Bl. 93; Druck: Lacomblet UB III Nr. 149.

a) Korrigiert.
1) Dukere (Dücker) von Horst; 2) westlich von Gelsenkirchen.

1219

1315 August 24 Köln

Heinrich, Propst der Kirchen zu Bonn und Soest, belehnt Rodolf gen. Drussete und seine Frau Vlecken, Bürger zu Soest, mit 20 Morgen Ackerlandes bei Soest beim Weg von Enkesen[1].

Nos Henricus Dei gratia Bunnensis et Susatensis ecclesiarum prepositus notum facimus universis, quod Rodolphum dictum Drussete et Vlecken, eius uxorem, oppidanos Susatenses, de viginti iurnalibus terre arabilis iuxta Susatum prope viam de Eynckusenn et in vicino campo sitis prepositure nostre Susatiensi predicte attinentibus per resignationem ad manus nostras liberam Henrici de Oistinckhaussen, oppidani Susatiensis predicti, per presentes infeudamus iure homagii in perpetuum possidendum, iure tamen nostro et nostrorum fidelium nobis salvo. Acta sunt hec presentibus nobilibus viris et honestis dominis Roperto comite de Virnenburgh, Iohanne domino de Riferscheitt, Conrado domino dicto de Thomburgh, Iohanne, thesaurario ecclesie sanctorum Apostolorum Coloniensis, Iohanne, notario nostro, et Conrado, nuntio oppidi Susatiensis, predictis testibus nomine vasallorum ad premissa vocatis et rogatis Colonie in domo iuxta fratres Minores dicta zu deme Wasservasse, in die beati Bartholomei apostoli anno Domini millesimo trecentesimo decimo quinto.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Reichskammergericht H Nr. 572, Bd. 3, Bl. 553 (beglaubigt durch den Notar Wilhelm Haverkamp).

1) Enkesen im Klei (?).

1220

1315 August 25 bei Straßburg

Erzbischof Heinrich von Köln trägt als Bewahrer der Privilegien des Minoritenordens in der Kölner Kirchenprovinz dem Propst von St. Severin und dem Dechanten von St. Andreas auf, in seinem Namen gemäß der Urkunde des Papstes Benedikt (XI.) zur Bewahrung der Privilegien des Minoritenordens das Nötige zu veranlassen.

Hinricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, conservator privilegiorum fratrum ordinis fratrum Minorum provincie Coloniensis dilectos in Christo preposito sancti Seuerini et decano sancti Andree ecclesiarum Coloniensium salutem in Domino. Noveritis nos literas Apostolicas una cum venerabilibus fratribus dominis Traiectensibus et Leodensibus episcopis pro ordine dictorum fratrum provincie Coloniensis auctoritate sedis Apostolice recepisse in hec verba:

(folgt Urkunde des Papstes Benedikt XI. von 1304 April 2).

Harum igitur auctoritate literarum vobis et cuilibet vestrum in premisssis committimus vices nostras, ut iuxta earundem literarum, quas vobis in prima sui forma exhiberi volumus, tenorem pro conservatione privilegiorum dictorum fratrum procedatis, donec vices nostras in hac parte ad vos duxerimus revocandas. Et si non ambo hiis exequendis interfueritis, unus vestrum ea nihilominus exequatur. Datum apud Argentinam anno Domini M° CCC° quintodecimo, in crastino beati Bartholomei.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. I 217 (Kopiar der Minoriten in Soest) Bl. 57.

1221

1315 September 5

Engelbert Graf von der Mark überläßt auf Bitten des Knappen Lubert von Boenen dem Kloster in Welver das Eigentumsrecht an einer halben Hufe zu Berksen[1] und erhält dafür im Tausch das Eigentumsrecht an den Gütern des Lubert, die bei den Gütern des Lambert von Marboldinchusen *gelegen sind.*

Nos Engelbertus comes de Marka universis presencia visuris et audituris notum facimus, quod proprietatem nostram dimidie mansus in Berdinch venerabilibus dominabus .. abbatisse et .. conventui ecclesie in Weluere ad instanciam sive ex parte Luberti de Boynen, famuli, dedimus et damus, assignavimus et assignamus per presentes, recipientes nichilominus de eodem Luberto proprietatem suam bonorum suorum in lignis et agris et campis sub bonis Lamberti de Marboldinchusen iacencium iusto et debito permutationis titulo pro eadem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quintodecimo, feria sexta ante Nativitatem beate virginis gloriose.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 152, Siegel des Austellers (fast unkenntlich, WS 33,4) abhängend.

[1]) Im Kirchspiel bzw. östlich von Dinker.

1222

1315 September 9

Edelherr Heinrich von Büren verspricht dem Grafen von Arnsberg, daß sein Diener Arnold, Bürger in Büren, den der Graf auf Bitten des Edelherrn und seines Verwandten, des Ritters Everhard von Meyerich[1], bis zum 30. November in sein Geleit genommen hat, den Feinden des Grafen keine Lebensmittel und sonstigen Bedarf liefern wird.

Nos Henricus vir nobilis de Buren universis, ad quos litere presentes pervenerint, notum facimus, quod nos nobili viro domino comiti de Arnspergh promisimus ac in hiis scriptis promittimus bona fide, quod Arnoldus [dictus Werne][a], opidanus in Buren, noster famulus, quem[b] ad instantes preces[c] nostras ac Everhardi militis de Meyrich, cognati nostri, infra hinc et festum beati Andree apostoli in suum recepit conductum[d], nulla cibaria nec aliqua necessaria inimicis ipsius domini nobilis comitis predicti medio tempore, quo iste stabit conductus, debet adducere ullo modo. In cuius promissionis nostre testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo quinto, ipse die Gorgonii martyris.

Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii IX, S. 58; Druck: WUB IX Nr. 1349.

[a]) Zuname nicht in den Farragines; [b]) In der Vorlage „quoque"; [c]) in der Vorlage „partes"; [d]) in der Vorlage „adventum" (Vorschlag zur Ersetzung durch „conductum" in WUB IX).

[1]) Im Kirchspiel Welver.

1223

1315 September 19 Stammheim

Adolf Bischof von Lüttich[1] und Gerard Graf von Jülich vermitteln einen Vergleich zwischen dem Grafen Adolf von Berg und dem Grafen Engelbert von der Mark. Graf Engelbert hatte Anspruch erhoben auf die Herrschaft Hückeswagen[2], die er angeblich durch seine Ahnfrau Margarete[3] ererbte, und auf gewisse Zinsgüter der Grafschaft Berg. Graf Adolf erhob dagegen Anspruch auf eine Rente von 60 Mark wegen des Brautschatzes seiner Mutter und auf die Pfandschaft von Gummersbach, die der Mutter des Grafen Engelbert verpfändet worden war. Beide Seiten verzichten auf die erhobenen Forderungen.

Wir Aylf van Goydz genaden bůschoyf the Ludege inde wir Gerard greve tho Gulge doyn kunt alle, dey deesen breif seynt inde hoyrent, dat wir edele lude den greve Aylf van der Berge inde greve Engilbregthe van der Marken van der aynspragen, der de wůr genanthe greve Engilbrecht van der Marken aynsprag, den wůr genomdem greven Aylfe van den Berche van dey heyrsschaf in dat eygen van Hoykinshouen, dat erstorven solde sin van siner ayngen vrowe Margareten, da he sich rechtes ayn vermas, ever van aynspragen eygens goytz inde thinsgudes der graschaf van den Berge, da hee sich ůch rechtes ayn vermas, ůp eyne side, vort van aynspragen, der de wůr genanthe Aylf greve van den Berge wider aynsprag den wůr genanthen greven Engeilbregte van der Marken alse umb seysthig marc gelz van siner moder brutschafthe, de eme lange indhalden hadde, vort van oyvernayme des paynts in der lůde van Gummersbracht, de des wůr genanthen greven Engilsbrech van der Marken vrowin inde moder dar zo pande gesat wurden, dey he genoymen hadde boven de breyve inde sedthinge, de dar ůp gemagt inde gegeven sint ůp ander side, der zi van beyden siden uns gegangen sint, vereffent, verscheden inde versoynt hayn in also gedaynre wis, als he nay geschriven steyt, also soo dat der wůr genanthe greve Engilbregd van der Marken inde sin bryder, her Conrayd der proyst, luterlige van der wůrgenanthen aynspragen inde vorderinge als van der heyrschaf inde eygendum van Hokinshoyuen inde van egen inde zins gůde der graschaf van den Berge verthegen haynt, id in si, dat sich der wurgenanthe greve Aylf van den Berge selve versinne, dat he in zho rechte geet draf doyn sůle. Inde wylle vort, so het ůg der greve Aylf van den Berge ůp dee seysthig marc geldz inde upe dee oyvername des pandz van Gummersbracht, de he vorderde, ayls he wůr gescriven stayt, lůterlige verthygen, beheltenisse yme doch losingen des pandz van Gummersbragt inde beheltenisse den luden, dee in deme pande sitzint eyrs rethes inde eyrre gulden in al der manerven, alz dee breve steynt inde spreggint, de dar ůp gegeven in geschreven sint, do dat pant gesayt wart. In ůrkunde inde stedichgeyt der wůr genanter stucke hayn wir Aylf bůschof ze Ludege inde wir Gerard greve van Gulge unse yngeseygille ayn deesen breyf gehangen, inde wir Aylf van der Berge inde wir Engilbregt van der Marken, greven, inde wir proyst Coynrayd vůrgenanthin bekennen inde ergeyn mit desen breve, dat deese wůr gesproggen wort inde stucke wayr sint in aller der wyse, als hee wůr gescreven staynt, inde geloven, si stede inde vasthe zů halden in gůden truwen sunder argelyst inde hayn unse yngesigelle zho eyme ůrkunde inde zho meerere stediggeydde ayn deesen breyf gehangen. Dese dinch sint gescheyt zů Staymheym ůrkunde heren Engilbregtz van Sayne, heren Niuelůncz van Hardenberge, edeller lůde, heren Reynarttz van den Bůngarden, heren Dederichs van der Lethene, heren Rutgers des Wůs, heren Ropertz van Důze, heren Willems van Ellenere, heren Iohayns Schoynroyde, heren Hedenrichs van Yrincshouen inde heren Arnůlds van Elnere, riddere, Winands van Royre inde Hermans van Withene inde andere veyl guder lůde, dee vůer deesen stucken gewest sint, in dem iayre und heeren als man scrifth dusent druhundert inde vuftheyn iayr, dees vridaygs na senthe Lambregtz dage.

Ausf., Perg., HStAD, Grafschaft Berg Urk. Nr. 103, 1. Siegel ab, Sekretsiegel des Grafen Gerard von Jülich, des Grafen Adolf von Berg, des Propstes Conrad und des Grafen Engelbert von der Mark anhängend; Druck: Lacomblet UB III Nr. 151.

[1]) Sohn des Grafen Everhard von der Mark; [2]) südlich von Radevormwald; [3]) Die Mutter des Grafen Engelbert von der Mark war Imgard von Berg. Deren Mutter Margarete, geborene Gräfin von Ravensberg, war Hückeswagen als Wittum verschrieben worden. Die Pfandsetzung des Amts Gummersbach sollte die Zahlung des Brautschatzes der Irmgard von Berg absichern (vergl. Lacomblet UB III Nr. 151, Anm. 1).

1224

1315 Oktober 5

Adolf gen. von Uhlenbrock reversiert über die Belehnung mit dem zum Oberhof Suderwich gehörenden Hof zur Schüren im Kirchspiel Bork durch die Pröpstin des Stifts Essen, Lutgardis[1].

Universis presentes literas visuris et audituris Adolphus dictus de Vlenbroke et Uda, uxor eius, salutem cum notitia veritatis. Notum facimus, quod venerabilis domina Lutghardis preposita ecclesie Asindensis

mansum dictum to der Schůren in parrochia Borgh ad curiam ipsius predicte in Suderwich pertinentem nobis porrexit et concessit quantum ad tempora vite nostre sub pacto et conditionibus infrascriptis, ita quod pensiones et servitia debita et consueta, videlicet duodecim denarios Monasterienses in Ascensione Domini et duos solidos eiusdem monete in festo beati Mauritii cum servitio advocati singulis annis persolvemus. Nobis autem defunctis liberi seu heredes nostri in dicto manso nobis ex pura gratia, ut dictum est, concesso nichil penitus iuris vendicabunt, nisi aliquid ex gratia a preposita tunc existenti valeant optinere. Sed idem mansus extunc domine preposite Assindensi libere vacabit. In morte vero mea una marca Monasteriensium denariorum et in obitu predicte uxoris mee una similiter marca eiusdem monete predicte preposite a meis heredibus persolvetur. In quorum omnium testimonium presentes litteras super premissis confectas sigillis honestorum virorum dominorum Mauritii de Lembeke, decani ecclesie Asindensis, et Bernardi Crampen, militis, nec non Iohannis dicti Morrian petivimus sigillari. Et nos Mauritius, decanus, nec non Io. predicti protestamur ad petitionem Adolphi et Ode uxoris predictorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Acta sunt hec in monasterio Asindensi anno Domini M° CCC^mo quintodecimo, dominica post Michaelem, presentibus Mauritio, decano Asindensi predicto nec non Gerhardo de Bochem, canonico ibidem, Iohanne de Dalhusen et Menrico, famulo, dicte preposite ac aliis quam pluribus fide dignis.

Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 117, Bl. 85; Abdruck bei Kindlinger, Geschichte der deutschen Hörigkeit, S. 363; nicht in WUB VIII.

[1]) Vergl die nachfolgende deutsche Übersetzung des 15. Jahrh. (dort ohne Monats- und Tagesangabe).

1225

[1315][1]

Adolf gen. Uhlenbrock und seine Frau Oda erhalten auf Lebenszeit als Pachtlehen von der Pröpstin Lutgardis zu Essen den zum Oberhof Suderwich gehörenden Hof zu Schüren im Kirchspiel Bork.

Kundich sy allen luden, dey dussen brieff seyn off horen lesen, dat ick Adolphus geheyten Vlenbroick ind Oda, myne huysfrowe, bekennen in der wairheyt, dat dey erwerdighe frouwe Lutghard, provestynne der kercken van Essen, dey hove geheyten to der Schuren, gelegen in dem kerspell Borch, in horen[d] in de hove to Suderwich, wilk dey selve provestynne uns beleent heeft unse leven lanck op pacht ind condicien hiir na bescreven, so dat wy dey pachten ind dienste gewontlick ind vullenkomelicken geven ind doen sollen twelff pennynge Monsters op unsers hemelfaers dach ind twe scellinge Monsters op sunte Martins[a] dach nit dem dienste[b] dair wail to betalen. In na unsen doiden en sollen unse kynder off erven op dey selve hoeve, dey uns ut genaden beleent ys, geyn recht off sprake ane hebben off doen, et en were sake, dat sey myt genaden an der provestynne verwerven konden. Anders soll dey hoeve vurscreven [...] frie, ledich ind loss vervallen syn ind na mynen doiden ind [...] huysfrowen doide sollen unse erven van eyn itliken unser geven eyne marck Monsters. In getuchnisse der wairheit hebben wy gebeden den erwerdigen ind vromen heren Mauricius Lembecke, decken to Essen, Bernt Crampe, ridder, ind Iohan Morryen, dat sey ore segel vor ons an dussen brieff willen hangen. Des wy Mauritius, decken, ind Bernt Crampe, ridder, ind Iohan Morryen bekennen ine gerne gedaen hebben umb bede willen. In wy Adolphus ind [...] huysfrouwe vurscreven hebn ock to vorder getuchnis unsen segel mede[a]...

Abschrift des 15. Jahrh., Papier, stark beschädigt, HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 255.; vergl. die vorhergehende Urkunde.

[a]) Letzte Zeilen der auf Pappe aufgeklebten Papierurkunde zerstört.

[1]) Datierung nach einem Vermerk von Wilhelm Grevel.

1226

1315 Oktober 10

Vor dem Rat der Stadt Soest erklären die Brüder Johannes und Hermann gen. de Manso[1] sowie Johann gen. von Weslarn, der Schwiegersohn des Johannes, sie schuldeten dem Propst und Konvent des Klosters St. Walburgis vor Soest an Pachtrückständen aus dem Salzhaus in Sassendorf zehn Mark und 14 Schillinge. Sie versprechen, zur Abtragung dieser Schulden bei jedem Salzsieden dem Kloster sechs Schillinge zu bezahlen und jährlich zu St. Ulrich[2] die reguläre Pacht zu entrichten.

Nos Bertoldus de Herborne et Godescalcus de Palsole, magistri consulum, totumque consilium oppidi Susatiensis omnibus hoc scriptum visuris et audituris notum facimus et publice protestamur, quod ad nostram presentiam venientes Iohannes et Hermannus dicti de Manso, fratres, ac Iohannes dictus de Weslern, dicti Iohannis gener, coopidani nostri, recognoverunt publice se teneri honesto viro domino preposito monasterii sancte Walburgis extra muros Susatienses et conventui suo decem marcas et quatuor solidos denariorum Susati usualium de quadam domo salinaria Sassendorpe sita ratione debite ac detente pensionis. Unde dicti fratres et Iohannes coram nobis ad manus prefati domini prepositi promiserunt et ad hoc se firmiter astrinxerunt, quod quotiens ipsi ex nunc deinceps ratione domus salinarie predicte sal bullierint, totiens ipsi dicto domino preposito aut suo conventui sex solidos denariorum in solutionem dictarum decem marcarum et quatuor solidorum nominatorum in solutionem consuete et antique pensionis computandos usque ad plenariam solutionem totius debiti predicti sine ulla protractione ulteriori assignabunt. Sex etiam modios salis pro consueta pensione persolvent eis annuatim in festo beati Odelrici, firmiter arbitrantes, si bullito sale supradicto unum solutionis terminum neglexerint, quod extunc domus salinaria predicta domino preposito et conventui predictis vacabit ipsisque de ea sine reclamatione et impedimento dictorum fratrum et Iohannis suam poterunt libere disponere voluntatem. Et in huius rei testimonium ad petitionem partium predictarum presens hoc scriptum nostri duximus oppidi roborandum sigillo. Actum et datum anno Domini M° CCC° quinto decimo, sexto idus Octobris, presentibus Henrico de Hering, Theoderico de Capellis, Sifrido de Piscina, Wernero Rufo, Iohanne de Sunere, Iohanne Eppinc, Gotmaro Wegener, Iphanne et Godefrido dictis de Berge, Arnoldo et Iohanne dictis Schottin, Werenberto de Lon, Theoderico Aurifabro, Gerhardo de Rudin, Alberto de Hattorpe, Godescalco de Heimsode, Iohanne Volmer, Arnoldo de Holthusen, Arnoldo Wenkin, Marquardo de Lo, Conrado de Brucge, Conrado Bruninc, Conrado Deghin, Winando Walin et toto consilio oppidi nostri predicti.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 99v der 2. Zählung.

[1]) Vom Hof? [2]) d.h. am 4. Juli.

1227

1315 Oktober 27

Propst Arnold, Priorin Gerbrunis und der Konvent des Klosters St. Walburgis vor den Mauern von Soest, denen Cunegunde gen. Luttekinch 15 Mark zum Ankauf des halben Zehnten beim Dorf Dale[1] im Kirchspiel Mellrich[2] geschenkt hat, verprechen, der Cunegunde ein Viertel des Zehnten auf Lebenszeiot zukommen zu lassen. Nach ihrem Tode soll das Viertel an das Kloster fallen, das dafür die Memorie der Cunegunde zu halten hat.

Omnibus presentes literas visuris et audituris nos Arnoldus, prepositus, Gerbrunis, priorissa, totusque conventus monasterii sancte Walburgis extra muros Susatienses notum facimus et publice protestamur, quod, cum Cunegundis dicta Luttikinch pium ad nos et nostrum monasterium habens desiderium nobis ad comparandam seu emendam dimidietatem decime predialis apud villam Dale in parrochia Melderike site quindecim

marcas denariorum in Susato usualium liberaliter contulisset, libera tamen conditione, quod ipsa Cunegundis quarta parte fructuum quorumlibet dimidietatis ipsius decime, sicut et nos in omnem eventum uti debeat temporibus vite sue, nos propter hoc constanter ipsi Cunegundi literis presentibus promittimus, quod nos sibi prefatam decime partem, sive in annona, denariis seu re alia etiam quacumque consistat et nobis fuerit assignata, per .. custodes ecclesie nostre aut per aliam personam, quam ad hoc duxerimus deputandam, in omnem suum eventum, ut premittitur, vite sue temporibus infra oppidum Susatiense annis singulis faciemus sive procurabimus assignari. Post mortem vero suam dicta quarta pars ipsius decime adeo plane nobis et monasterio nostro vacabit, quod nullus successor autem heredum suorum sibi in ea quicquam iuris poterit vendicare. Sed extunc tribus sabbatis anno quolibet ob memoriam suam de dicta quarta parte decime consolationem in victualibus habebimus, prout hoc inter nos duxerimus arbitrandum ipsam memoriam suam sicut aliorum benefactorum memorias peragendo. Promittimus nichilominus ipsi Cunegundi, quod, si ipsa hoc primo anno mortem subierit temporalem, quod tunc, si voluerit, illis, quibus hoc in vita sua commiserit, dimidietatem quindecim marcarum reddere tenebimur expedite, dantes ei has nostras literas sigillis nostris roboratas in testimonium super eo. Datum in vigilia Symonis et Iude anno Domini M° CCC^mo quintodecimo.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 61 a, Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh., Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis), Bl. 67.

[1]) Zum Dalhof vergl. H. Müller, Anröchte S. 146; [2]) südwestlich von Anröchte.

1228

1315 Oktober 28

Der Ritter Dietrich von Honrode schenkt dem Kloster St. Walburgis Soest die Lehnsherrschaft über den Zehnten tome Dale *im Kirchspiel Mellrich1[1].*

Omnibus presentes literas visuris et audituris nos Theodericus de Honrode, miles, notum facimus et publice profitemur, quod de consensu et de plena voluntate Elizabeth, uxoris nostre, Themonis, filii nostri, ac omnium coheredum nostrorum transtulimus et in hiis scriptis per liberam donationem transferimus infeodationem decime dicte tome Dale site in parrochia Meldrike et omne ius, quod nobis et heredibus nostris in ipsa decima et suis attinentiis conpetebat[a], conpetit et in perpetuum conpetere poterit, ad honorabilem virum dominum .. prepositum monasterii sancte Walburgis extra muros Susatienses et ad conventum suum et monasterium, renuntiantes cum ipso filio nostro ipsi decime, suis attinentiis et eius iuribus quibuscumque, firmiterque promittentes et arbitrantes, quod nos, filius noster et posteri nostri predicto monasterio sancte Walburgis et personis suis super dicta decima nunquam in perpetuum verbis sive factis, consilio vel auxilio aliquam movebimus questionem. Et in huius rei testimonium hoc scriptum dictis .. preposito, conventui ac monasterio tradidimus nostro sigillo roboratum. Datum anno Domini M° CCC° quintodecimo, in die beatorum apostolorum Symonis et Iude, actum vero presentibus...[b]

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Walburgis Soest Urk. Nr. 62, Siegel ab.

[a]) Davor gestrichen „nob"; [b]) hier abbrechend.
[1]) Vergl. Urkunden von 1315 Oktober 27 und 28.

1229

1315 Oktober 28

Der Ritter Dietrich von Honrode und sein Sohn Themo schenken dem Kloster St. Walburgis bei Soest die Lehnsherrschaft über den Zehnten zum Dale im Kirchspiel Mellrich. Sie versprechen, diese Schenkung durch den Erzbischof bestätigen zu lassen.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Th[eodericus dictus] de Honrode, miles, et Themo, eius filius, notum facimus et publice protestamur [quod a] honorabili viro domino .. preposito monasterii sancte Walburgis extra muros Susatienses et [...] conventu receperimus competens servitium et transtulerimus infeodationem decime p[redia]lis dicte tome Dale site in parrochia Meldrike ad nos spectantem ad ipsos ..[preposi]tum et conventum et ad monasterium eorundem cum omni iure, quod nobis et heredibus nostris conpetebat et in perpetuum conpetere poterit in eadem. Nos tamen ipsi monasterio de futuris periculis, in quantum possumus, precavere cupientes, ad habundantiam cautelam dictis .. preposito et conventui promittimus, quod, quanto citius presentiam reverendi patris domini nostri .. archiepiscopi Coloniensis attingere poterimus, ipsum accedemus supplicaturi eidem, ut id, quod per nos factum est, in hac parte approbare et proprietatem ipsius decime conferre dignetur monasterio [ante]dicto. Literas quoque ab ipso domino nostro eisdem .. preposito et conventui super donatione [ipsi]us proprietatis conquirere tenebimur nostris expensis et laboribus. Ad hoc nos firmiter [...] Et in huius rei testimonium nos Theodericus pro nobis et filio nostro [Themone literas] sigillo nostro duximus roborandas. Datum in die beatorum apostolorum Symon[is et Iude anno] Domini M°CCC° quintodecimo.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 62, Urkunde in der Mitte durchgerissen, in der Mitte oben und unten Textverlust durch Mäusefraß, Siegel des von Honrode (beschädigt, vergl. WS 190,3) abhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): de libertate decime tome Dale.

[a]) Löcher durch Mäusefraß, ergänzt anhand der Parallelurkunde.
[1]) Vergl. Urkunden von Oktober 27 und 28.

1230

1315 Oktober 28

Die Ritter Friedrich von Hoerde, Goswin von Soest und Dietrich von Honrode und die Knappen Georg Bolike und Albert, der Sohn des Friedrich von Hoerde, versprechen, daß Dietrich von Honrode die Hälfte des Zehnten zu Dale im Kirchspiel Mellrich, die er dem Kloster St. Walburgis bei Soest verkauft[1] hat, bis zum nächsten Feste von St. Johannis Baptista von den Ansprüchen des Ritters Lovo von Herfelde freistellen wird[2].

Omnibus presentes literas visuris et audituris nos Fredericus de Hůrde, Goswinus de Susato et Theodericus de Honrode, milites, necnon Georgius Bolike et Albertus, natus Frederici predicti, famuli, notum facimus et publice protestamur, quod fide prestita corporali promisimus et promittimus ad manus honorabilis viri domini Arnoldi, prepositi monasterii sancte Walburgis extra muros Susatienses, Richardi, ibidem cappellani, Brunonis dicti Maken, Godefridi de Berghe et Dethmari de Medebeke, opidanorum Sůsatiensium, ex parte dicti monasterii, quod ante festum Nativitatis beati Iohannis Baptiste nunc venturum sine ulla protractione dimidietatem decime dicte tome Dale, quam olim Goswinus dictus Slincworm possidebat, in parrochia Meldrike site, quam nos Fredericus predictus dicto domino .. preposito et suo conventui vendidimus, apud dominum Louonem de Heruelde tenebimur disbrigare, ita quod ipse dominus .. prepositus et suus conventus tunc deinceps eadem dimidietate decime uti possint et suam de ea disponere voluntatem. Quod si non fecerimus, quod absit, extunc moniti opidum Susatiense intrabimus ad iacendum ibidem in hospitio nobis per prefatum dominum .. prepositum demonstrando aut per alios supradictos, abinde non recessuri, nisi ipsa decime dimidietas fuerit ad usus monasterii sancte Walburgis omnino disbrigata, ad hoc nos sub fide predicta firmiter astringentes. Et in huius rei testimonium nos milites predicti pro nobis et pro dictis Georgio ac Alberto sigilla nostra duximus presentibus literis apponenda. Nos quoque Georgius et Albertus hoc verum esse profitemur. Datum anno Domini M° CCC° quintodecimo, in die Symonis et Iude apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 63a, Siegel 1 und 3 ab, als 2. das des von Soest (in Schildform, Bild: mehrfach geteilter Schild mit Löwen belegt) anhängend; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis) Bl. 97.

[1]) In den vorangehenden Urkunden ist von einer Schenkung seitens des Dietrich von Honrode die Rede. Es muß sich also um die andere Hälfte des Zehnten handeln; [2]) vergl die Urkunden von 1315 Okt. 27 und 28.

1231

1315 Oktober 28

Herzog Johann von Lothringen, Brabant und Limburg erteilt den Kaufleuten aus Deutschland (mercatores regni Almanie seu Theutonie) *und aus anderen Reichen einen Freibrief für den Handel in seinen Landen, insbesondere zwischen Antwerpen und Bergen op Zoom.*

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Haupturkundenarchiv Nr. 1/2461; Abschrift auch im Stadt A Soest, Urk. A Nr. 1343; Druck: Hans. UB II Nr. 266, S. 103 ff.

1232

1315 Oktober 29

Adolf[1]*, Bischof von Lüttich, verspricht dem Herzog Johann von Lothringen, der ihm Hilfe zur Unterdrückung der aufrührerischen Städte Lüttich, Huy, Tongern, Maastricht, St. Truiden und anderer seines Bistums zugesagt hat, die Zahlung von 20000 Pfund Tournosen und setzt ihm als Pfand die Einkünfte der Stadt Maastricht. Zeugen und Bürgen sind u.a.: sein Vetter Adolf Graf von Berg, seine Brüder Engelbert Graf von der Mark und Conrad von der Mark, Propst von Tongern. Datum 1315 Okt. 29* (die Mercurii videlicet in crastino beatorum Symonis et Iude apostolorum anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo).

Abschrift des 14. Jahrh., Perg., lat., Algemeen Rijksarchief Brüssel, Chartrier de Brabant Nr. 244, und (15. Jahrh.) Manuscrits divers 1, Bl. 114 und 2 Bl. 21; Regest: Verkooren, Inventaire des Chartes et cartulaires, 1910, Nr. 244, S. 182 sowie Aders in Düsseldorfer Jahrbuch 44, 1947, S. 55, Nr. 148 (dort fälschlicherweise der 1308 † Vater (Everhard) der Grafen Engelbert und Adolf als Zeuge genannt).

[1]) Geborener Graf von der Mark.

1233

1315 Oktober 29

Adolf Bischof von Lüttich[1] *schließt mit Rat seines Vetters, des Grafen Adolf von Berg, und seiner Brüder, des Grafen Engelbert von der Mark und des Konrad, Propst in Tongern, sowie anderer, darunter Levold von Northof (Merchoue), Kanoniker zu Lüttich, ein Schutzbündnis mit dem Herzog Johann von Lothringen, Brabant und Limburg, gegen jedermann, ausgenommen die Könige von Deutschland und Frankreich, den Grafen Ludwig d'Evreux, den Schwiegervater des Herzogs, und den König von England. 1315 Okt. 29* (le merkredi après le fieste saint Simon et saint Iude).

Abschrift des 14. Jahrh., Algemeen Rijksarchief Brüssel, chartrier de Brabant Nr. 245; Regest: Verkooren, Inventaire, S. 183, Nr. 245, Aders, Düsseldorfer Jahrbuch 44, 1947, S. 55, Nr. 149.

[1]) Geborener Graf von der Mark.

1234

1315 Oktober 30

Die Brüder Wilhelm und Hermann von Völlinghausen, Knappen, versprechen, nachdem ihr Vater Florinus mit dem Kloster Oelinghausen seinen vom Kloster Herzebrock lehnsabhängigen Hof in Klieve[1] gegen zwei Höfe in Hemmern[2] getauscht hat, wegen seines unerwarteten Todes aber dem Kloster das Eigentumsrecht an dem Hofe nicht verschaffen konnte, die Schenkung des Eigentumsrechts durch die Äbtissin zu Herzebrock an das Kloster Oelinghausen erwirken zu wollen. Daneben verkaufen sie dem Kloster Oelinghausen für 75 Mark die ihrem Vater beim Tausch zugefallenen zwei Höfe in Hemmern und einen weiteren Hof in Klieve.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Wilhelmus et Hermannus fratres dicti de Volklinchusen, famuli, notum facimus et publice protestamur, quod, cum dudum pater noster Florinus dictus de Volklinchusen bone memorie una cum religiosis personis .. preposito et conventu monasterii in Olinchusen permutanda bona sua hereditaria in villa Cliue sita, que ab .. abbatissa ecclesie in Hersebroke in feodo tenuit, cum duobus mansis in villa Hedemere sitis, qui ipsis .. preposito et conventui pertinebant, concambium inisset, idem noster pater se facturum et procuraturum promisit suis expensis et laboribus dictis .. preposito et conventui ac monasterio in Olinchusen a dicta .. abbatissa et a sua ecclesia proprietatem bonorum in Cliue predictorum. Quod tamen morte preventus minime adimplevit. Quocirca nos ob salutem anime dicti patris nostri omnis dissentionis materiam, que inter nos et monasterium predictum occasione premissorum iam orta fuit et in futurum suboriri poterit, per concordie et pacis vias amputare cupientes fide corporali prestita promittimus et ad hoc firmiter nos astringimus per presentes, quod ante festum Nativitatis Domini nunc futurum, dicto concambio in suo robore duraturo, procurabimus apud .. abbatissam et ecclesiam suam predictam dicto monasterio in Olinchusen fieri donationem proprietatis bonorum in Cliue predictorum. Igitur de consensu et de plena voluntate Gostie, uxoris mei, Wilhelmi, Florini, Hermanni, Godefridi, Arnoldi et Wilhelmi, filiorum meorum, Iůtte, nostre sororis, ac omnium coheredum nostrorum vendidimus et in contractu legitime venditionis assignavimus pro septuaginta quinque marcis denariorum in Susato nobis traditis et solutis prefatis .. preposito, .. conventui ac monasterio in Olinchusen duos mansos predictos in Hedemere sitos per concambium patri nostro assignatos necnon unum mansum ab ecclesia Meschedensi iure pensionali dependentem in villa Cliue predicta situm cum agris et areis eorum cultis et incultis, pratis, pascuis, nemoribus, piscinis, saltibus et aquarum decursibus et cum universis eorum iuribus et pertinentiis, sicut eos possedimus hereditario iure perpetuis temporibus possidendos, tenendos et habendos, transferentes ad ipsos .. prepositum, conventum ac monasterium bona et mansos predictos et omne ius, quod nobis et heredibus nostris conpetebat, conpetit seu conpetere poterit de iure vel de facto perpetuis temporibus in eisdem. Renuntiamus quoque ipsis et omni iuri nobis in eis conpetenti plane et expresse et exceptionibus non habite, non numerate nec recepte pecunie, exceptioni[a] doli sive actioni in factum et omni iuris auxilio seu beneficio legum et canonum suffragio, que nobis et heredibus nostris prodesse et dictis .. preposito, .. conventui et monasterio obesse poterunt ad rescissionem venditionis memorate. Astringimus quoque nos per fidem predictam nos premissam nostram venditionem et prefatorum .. prepositi et conventus emptionem ratam et firmam habere et tenere ac ipsis iustam warandiam prestare de bonis et mansis supradictis et quod omnem questionem et inpetitionem, que eis iusto titulo moveri contigerit super ipsis, tenebimur disbragare. Et in huius rei testimonium ac firmitatem perpetuam presentes literas dictis .. preposito, .. conventui ac monasterio tradidimus sigillis honorabilium virorum .. castrensium in Růden nec non Theoderici, scolastici, et Heydenrici, cantoris ecclesie Susatiensis, et Iohannis Clot, militis, atque nostris propriis sigillis lucidius communitas. Actum et datum anno dominice incarnationis M° trecentesimo quintodecimo, feria quinta post Seuerini episcopi. Et nos .. castrenses, .. scolasticus, .. cantor et Iohannes predicti protestamur, quod ad petitionem Wilhelmi et Hermanni predictorum sigilla nostra hiis literis duximus apponenda. Datum ut supra, presentes premissis aderant .. sco-

lasticus, .. cantor et Iohannes predicti, Hermannus, plebanus in Aldenrůden, Hermannus Penthelinck, Henemannus Advocatus, Robertus Fernere, Henricus de Heringhen et Henemannus de Broke ac plures fidedigni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 201, Siegel 1. der Burgmannschaft zu Rüthen (WS 80,3), 2. des Scholasters Dietrich zu Soest (spitzoval, im Bild zwei Heilige, der rechte hält in der Rechten ein Schwert, in der Linken eine Fahne, der linke einen Schlüssel (St. Patroklus und St. Petrus), 3. des Kantors Heidenreich (unter Heiligenfigur das Wappen der von Tork, WS 135,9), 4. des Johann Clot (WS 189,7), 5. des Wilhelm von Völlinghausen (WS 214,3) und 6. des Hermann von Völlinghausen anhängend; Abschrift des 14. Jahrh. im Kopiar des Altertumsvereins Paderborn (Cod. 348), S. 250 und des 18. Jahrh. in Altertumsverein Paderborn, Akte 110; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 209.

[a]) In der Vorlage „exceptione".
[1]) Westlich von Anröchte; [2]) wohl nicht Hemer, sondern Hemmern, nordwestlich von Rüthen.

1235

1315 November 12

Odradis, Äbtissin des Benediktinerinnenklosters zu Herzebrock, schenkt, nachdem die Brüder Wilhelm und Hermann von Völlinghausen den von ihrem Kloster lehnsabhängigen Hof in Klieve[1] dem Prämonstratenserinnenkloster Oelinghausen verkauft haben, auf Bitten der Brüder das Eigentumsrecht an dem Hofe dem Kloster Oelinghausen.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Odradis abbatissa monasterii in Hersebroke ordinis sancti Benedicti notum facimus et publice protestamur, quod, cum Wilhelmus et Hermannus fratres dicti de Volklinchusen quendam mansum in Cliue situm, quem a nobis in feodo tenuerant, religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Olinchusen Premonstratensis ordinis iusto venditionis titulo assignassent et ipsi fratres propter hoc ad nostram venientes presentiam ipsum mansum eiusque infeodationem in manus nostras ore et manu resignaverint et petiverint instanter a nobis, ut proprietatem ipsius ad prefatos .. prepositum et conventum et ad monasterium in Olinchusen transferre per nostram donationem dignaremur, nos sollerti diligentia cum personis nostri conventus super premissis deliberantes et considerantes pro nobis et nostro monasterio per premissa non poterit quomodolibet derogari, de consensu eiusdem conventus nostri transtulimus et in hiis scriptis transferimus liberaliter nostra donatione proprietatem prefati mansi in Cliue et omnium suarum attinentiarum ad monasterium in Olinchusen supradictum, renuntiantes plane et expresse ipso manso, infeodationi sue et omni iuri, quod nobis et monasterio nostro conpetebat, conpetit et in perpetuum conpetere poterit in eisdem. Et in huius rei testimonium presentes literas dicto monasterio in Olinchusen tradidimus sigillis nostro et monasterii nostri roboratis. Datum anno Domini M° CCC^mo^ quintodecimo, crastino Martini hyemalis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 202, Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh. im Kopiar des Klosters Oelinghausen: Theodorianische Bibliothek Paderborn, Altertumsverein Paderborn Cod. 348, S. 250; desgl. Abschrift des 18. Jahrh. in Akten Nr. 110; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 210.

[1]) Westlich von Anröchte.

1236

1315 November 13 Münster

Der Offizial der münsterschen Curie transscribiert die Urkunde des Papstes Benedikt (XI.) zugunsten des Minoritenordens.

Universis presentes literas inspecturis officialis ecclesie curie Monasteriensis salutem in Domino. Noveritis nos vidisse, diligenter peraudisse ac perspexisse literas sanctissimi patris ac domini domini Benedicti pape cum vera bulla plumbea ac filo serico, non cancellatas, non abolitas, non rasas nec quomodolibet in aliqua sua parte viciatas, infrascriptam seriem continentes:

(folgt Text der Urkunde von 1304 April 2 zugunsten des Minoritenordens).

Nos igitur in prefate concessionis testimonium presens transscriptum sigillo nostro duximus roborandum. Datum Monasterii anno Domini millesimo trecentesimo XV, idus Novembris.

Abschrift vom Ende des 15. Jahrh., StAM, Msc. I 217 (Kopiar der Minoriten in Soest), Bl. 31.

1237

1315 November 15

Vrederun, die Witwe des Ritters Bertold gen. Torck, erklärt sich bereit, alles einzuhalten, was ihr Ehemann betreffs der Verpfändung des Oberhofs[1] in Kessebüren dem Friedrich von Rolfrode gelobt hat[2].

Universis presentia visuris et audituris .. ego dicta Vrederun, uxor quondam Bertoldi militis dicti[a] Thorig, notum esse cupio publice protestando, quod omnia, que dictus Bertoldus miles Frederico de Rolfrode in pignoratione curtis site[b] Kerseburen, cuius infeodator Gerhardus de Wittene consistit, [fecit][c] cupio coram probis viris et honestis rata et inconvulsa observare. In cuius rei testimonium meum sigillum presenti pagine est appensum. Datum anno Domini M° CCC^mo XV°, sabbato post Martini episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 86, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage „dictus"; [b]) in der Vorlage „sita"; [c]) im Relativsatz ein Prädikat fehlend, vielleicht ein „fecit" zu ergänzen?
[1]) In der Urkunde über die Verpfändung vom Juni 9 wird noch von einem „mansus" Torckhof gesprochen; [2]) vergl. Urkunde von 1315 Juni 9.

1238

1315 November 25

Lysa Äbtissin von Freckenhorst belehnt auf Bitten des Johannes, des Pfarrers in Ostinghausen und Kanonikers des Stifts, und seines Bruders, des Ritters Dietrich gen. von Retberg, den Konrad von Meiningsen[1] mit einem Hof zu Bergstraße[2] für eine bestimmte Pacht.

Nos Lysa Dei gratia abbatissa ecclesie in Vrekenhorst notum esse cupimus universis presencia visuris et audituris, quod nos de consensu conventus et canonicorum nostrorum ad instanciam domini Io., plebani in Osedinchusen, canonici nostri, et Th., fratris sui dicti Retberg, militis, Conradum dictum de Meninchusen, famulum, de manso sito in Berstrate, prout ad nos spectabat iure pensionali, quod vulgariter pachtgut dicitur, infeodavimus et infeodamus per presentes, ita videlicet, quod nobis et ecclesie nostre singulis annis in festo beati Martini duos solidos Monasteriensium denariorum exsolvat de manso supradicto. Datum anno Domini MCCCXV, in die beate Katerine.

Ausf., Perg., Archivum Panstwowe w Wroclawiu (Staatsarchiv Breslau), Herzoglich Hatzfeldtisches Archiv Trachenberg, Wiedergabe nach dem Druck von Dobner in WZ 61, 1903, S. 58, Nr. 12, Siegel (beschädigt) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 992.

[1]) Südwestlich von Soest; [2]) nordöstlich von Werl.

1239

1315 November 28

Edelherr Wilhelm von Ardey belehnt den Heinrich gen. Sleyctere, Bürger in Geseke, mit 20 Morgen Landes in der Geseker Feldmark und zwei Markenanteilen im Wald, genannt Geseker Mark, wobei dessen Frau Beatrix die Leibzucht an den Gütern erhält.

Universis presentes literas visuris et audituris ego Wilhelmus nobilis dominus de Ardeye notum esse cupio tenore presencium publice protestando, quod porrexi Henrico dicto Sleyctere, oppidano in Gyseke, viginti iugera agrorum sita in campo Gysekensi et duo spacia lignorum, que vulgariter dicuntur eychwort, sita in silva, que Gysekermarke appellatur, prout a patre meo Wilhelmo bone memorie tenuit, iure pheodali perpetuo possidenda Beatrici, legitime uxori ipsius Henrici, usufructum in dictis agris et eychwort nichilominus conferendo. Quos quidem agros et eychwort Hermannus, pater quondam predicti Henrici a Gosvino, famulo, filio quondam Luberti dicti Greuen, militis, cum consensu et assensu Luberti et Rabodonis, fratrum dicti Gosvini, et aliorum heredum et coheredum suorum omnium titulo emptionis dinoscitur comparasse. Ne autem huiusmodi porrectionem et collacionem meam oblivio deleat, presentes literas predictis coniugibus Henrico et Beatrici dedi sigilli mei munimine roboratas. Actum presentibus Gosvino, famulo supradicto, Iohanne dicto de Molendino, Conrado dicto Pistore, Theoderico dicto Hemmere et aliis quam pluribus fidedignis. Datum feria sexta ante festum beati Andree apostoli anno Domini M° CCC^mo XV°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Abdinghof Urk. Nr. 97, Siegel des Edelherrn (WS 39,7) anhängend; Transsumpt in der Abdinghofer Urkunde von 1387; Druck: WUB IX Nr. 1365.

1240

1315 Dezember 2 Versmold

*Otto Graf von Ravensberg gibt mit Zustimmung seines Bruders Bernhard, Propst zu Schildesche, seiner Frau Margarete und seiner Kinder die Zustimmung, daß Heinrich Korff (*Korve*) und seine Söhne sein Haus Harkotten (*Horkothen*) zur Wohnung einrichten und befestigen dürfen. Wenn Korff Feind des Grafen wird wegen des Bischofs von Köln, des Bischofs von Münster, des Bischofs von Osnabrück, des Bischofs von Minden, des Bischofs von Paderborn, des Edelherrn zur Lippe, des Grafen von der Mark, des Edelherrn von Steinfurt, des Grafen von Bentheim, des Grafen von Tecklenburg, des Edelherrn von Diepholz, des Grafen von der Hoya, des Grafen von Schaumburg, der Grafen von Rietberg, des Grafen von Arnsberg, des Grafen von Oldenburg (*Aldenborch*), des Grafen von Delmenhorst und des Edelherrn von Ahaus darf Graf Otto die Burg Harkotten belagern (*bestallen unde bebowen*). Datum 1315 Dez. 2 (des dinxedaghes na sunte Andreas daghe).*

Ausf., Perg., A Ketteler zu Harkotten II H 1a, Siegel ab: Druck: WUB VIII Nr. 993 und WUB IX Nr. 1368.

1241

1315 Dezember 4

Der Ritter Alexander von Werne bittet den Grafen Dietrich von Limburg, seinen Verwandten Giseler von Altena mit der Hälfte der Lehngüter zu Rünthe[1], die er bisher zu Lehen getragen hatte, zu belehnen.

Nobili viro Theoderico comiti de Lymborch Alexander de Wernen, miles, salutem et[a] promptitudinem debiti famulatus. Nobilitatem vestram rogo et requiro affectu quo possum ampliori, quatenus dimidietatem quorundam bonorum sitorum tu Rummete, quam de vobis in feudo teneo, Ghiselero de Althena, meo consanguineo, omni latori presentium tamquam fideli vestro in iure fidelitatis conferre dignemini. Et quia pro-

prio careo sigillo, rogavi sigillum Lamberti de Hovele, militis, presentibus hiis apponi in testimonio premissorum. Datum anno Domini M° CCC° XV°, ipso die Barbare virginis.

Eintragung im Limburger Lehnskopiar von 1520, Fürstlich Bentheimsches A zu Rheda; Überschrift: De hoff tho Runthe*; Wiedergabe nach einer maschinenschriftlichen Abschrift, Vorlage zur Zeit nicht zu ermitteln; Regest: Limburg-Styrum II.1 Nr. 242, S. 132.*

[a]) Davor gestrichen „perpetuam".
[l]) Nördlich von Bergkamen.

1242

1315 Dezember 5

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Lippstadt verkauft Johannes gen. Goldeking, Bürger zu Lippstadt, für 50 Mark dem Benediktinerkloster Liesborn die Hälfte des Zehnten zu Wadersloh, an dem seine Mutter Cunegundis die Leibzucht hat.

Universis presentem literam visuris vel eciam audituris nos .. iudex et .. consules Lippenses notum facimus et protestamur publice, quod constituti coram nobis Iohannes dictus Goldekinc, noster concivis, et Alheydis, coniuges, recognoverunt se habito consensu et plena voluntate Ludekini, filii sui, omnium aliorum heredum et coheredum suorum suam mediam partem decime site Wardeslo cum omnibus fructibus ipsius et pertinentiis quibuscumque religiosis viris dominis .. abbati et conventui monasterii Lesbernensis ordinis sancti Benedicti pro quinquaginta marcis denariorum pecunia numerata, tradita et soluta rite ac rationabiliter vendidisse. In cuius tamen decime medietate predicta Cunegundis, mater dicti Iohannis, vidua, quoad vixerit possidebit usufructum, qui lyftucht vulgariter appellatur. Et sic renunciaverunt dicti coniuges et vidua simpliciter et expresse omnibus exceptionibus et defensionibus iuris canonici vel civilis, que sibi vel eorum cuiquam contra huiusmodi venditionem possent seu deberent nunc vel in posterum aliqualiter suffragari. In cuius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos .. consules supradicti sigillum nostrum ad petitionem dictorum coniugum et heredum suorum apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Conrado Wigandi, tunc iudice Lippensi, Renfrido de Vredehardeskerken, Ren. dicto Stenule et Louone de Hereuelde, militibus, Th. dicto Lurewolth, Hermanno de Smerlike, Winando dicto Heketh, Iohanne dicto Marre, Brunone dicto Hundertmarc, famulis, item Ecberto Wigandi et Iohanne Ghyselberti, proconsulibus, Elrico dicto Elrikinc, Ludekino de Ghyseke, Hermanno dicto Virlincwecge, Iohanne dicto Gote, Henrico de Cleye, Th. dicto Kolehorn, Th. et Hermanno de Sancto Trudone, fratribus, Redgero dicto Bolehus, Rodolpho de Monasterio, Iohanne dicto Kuninc, Bodone Stakelinc, Conrado de Anripen, Iohanne et Bernardo de Lancgeneken, consulibus, et quam pluribus aliis fide dignis. Datum in vigilia beati Nicolai anno Domini M° CCC^mo^ quintodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn Urk. Nr. 105, Siegel der Stadt Lippstadt (Umschrift beschädigt, WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7) anhängend; Abschrift des 15. Jahrh., in Msc. I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn) Bl. 40, desgl. des 17. Jahrh., Msc. I 101, Bl. 35v und I 102, S. 46; Regest: WUB VIII Nr. 996.

1243

1315 Dezember 6 Medebach

Der Knappe Mengerus, Sohn des † Ritters Gottschalk gen. von Buneken, verkauft mit Zustimmung seiner Frau Oda für 90 Mark dem Propst Godfried und dem Konvent der Nonnen in Neuküstelberg ein Drittel des Zehnten in der Gemarkung von Glindfeld.

Veritas amica simplicitatis acta legitima sic geri non patitur, ut aliqua interveniente postmodum calumpnia deformentur. Notum igitur sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Mengerus, famulus,

filius Godscalci quondam militis dicti de Buneken, matura deliberatione prehabita de consensu et bona voluntate Ode, uxoris mee legittime, ceterorumque legittimorum heredum meorum vendidi, tradidi, assignavi honorabili viro domino Gotfrido, preposito, .. priorisse totique conventui sanctimonialium in Novo Qistelberg ac posteris eorundem terciam partem decime me contingentem in villa et extra villam in marcha Glintfelden cum omni perceptione fructuum ac universis attinentiis et proventibus eisdem eo iure, quo ad me spectabat, pro nonaginta marcis puri et examinati argenti michi traditis et solutis quiete et libere hereditario iure perpetuo possidendam, promittens nichilominus una cum uxore mea predicta ac veris heredibus meis prefato domino Gotfrido, preposito, .. priorisse totique conventui in Novo Quistelberg ac posteris eorundem warandiam facere debitam et perfectam, volens etiam et promittens una cum veris heredibus meis antedictis dictam venditionem, traditionem, instaurationem dicto domino Got., ... priorisse totique conventui in Novo Quistelberg ac eorum posteris gratam, ratam, irrevocabilem inviolabiliter observare. Sunt autem hec acta coram honorabilibus viris, scilicet domino Conrado, preposito de Bercke, Hermanno, canonico in Frislaria, filio nobilis domini Henemanni de Yttere, Hermanno de Scarpenberg, Henrico de Wolmarencusen, militibus, Tylemanno domicello de Yttere, Ordemaro clerico de Dorvelden, Iohanne de Dalenvig, Iohanne de Scarpenberg, Iacobo de Hottepe, iudice in Medebike, Hermanno Gogravio, Henemanno de Dorvelden, Wernhero de Ense, famulis, Harthado, magistro civium in Medebike, Wilhelmo, Ditmaro Monacho, Henemanno Bodonis, Henrico supra Fonte, Theoderico Hevere, Iohanne Hulewecke, Henrico Speden, Iohanne Rockerinc, Conrado Scledere, Everhardo iuxta Rivum, Iohanne Strikelinch, consulibus ibidem tunc temporis, Berhardo Cellerario, Henrico Angelo, Syffrido, iudice, et aliis quam pluribus fide dignis. Ut autem hec rata maneant in perpetuum et inconvulsa, presens scriptum sigillo nobilis viri domini Heinemanni de Yttere ac sigillo opidanorum in Medebike tam ego Mengerus quam uxor mea Oda roborari impetravimus ad maiorem evidentiam premissorum. Datum et actum Medebike anno Domini M° CCC° quintodecimo, in die sancti Nycolai episcopi.

Abschrift um 1800, Theodorianische Bibliothek Paderborn, Altertumsverein Paderborn, Akte 110; Regest. Führer, Medebach S. 28, Nr. 136.

1244

1315 Dezember 6

Der junge Edelherr Tilmann von Itter, Johannes von Dalwigk, Hermann Gaugrebe und Henemann von Dorfeld verbürgen sich gegenüber dem Propst Godfried, der Priorin und dem Konvent der Nonnen in Neuküstelberg, daß Menger, der Sohn des † Ritters Gottschalk gen. Buneken, vor dem Grafen von Arnsberg den an das Kloster verkauften dritten Teil des Zehnten in und bei Glindfeld auflassen wird.

Nos Tyllemannus nobilis domicellus de Yttere, Iohannes de Dalenuich, Hermannus Gogravius, Henemannus de Doruelden tenore presentium litterarum publice profitemur, quod una cum Mengero, filio Godscalci quondam militis dicti Buneken, ac uxore eius legittima verisque heredibus ipsius honorabili viro domino Godfrido preposito, .. priorisse totique conventui in Novo Quistelberg ac posteris eorundem necnon domino Conrado, preposito in Berche, Iacobo de Hottepe, iudici in Medebeke, ac magistro civium ibidem loco et nomine dicti conventus promisimus et promittimus fide prestita manuali[a], quod Mengerus antedictus cum uxore sua Oda et veris heredibus ipsius debet et tenetur venire ad presenciam nobilis viri .. comitis de Arnsberg cum domino God., preposito antefato, vel aliquo alio loco et nomine ipsius vel conventus prescripti misso facto renuntiationem omnimodam partis decime ipsum et suos veros heredes tam in villa [quam extra villam in][b] marcha Glentfelden contingentis assignando et pro[mit]tendo ipsam domino God., preposito, vel alicui[c] [alii nomine eius] vel conventus misso, quandocumque Mengerum aut suos heredes super hoc duxerint requirendum. Si vero in hiis Mengerus aut sui heredes negligentes vel remissi fuerint, extunc post monitionem domini God., prepositi, priorisse seu conventus sanctimonialium in Novo Quistelberg vel aliorum viro-

rum dictorum, quibus promissio antedicta per nos loco et nomine conventus predicti est facta, infra quindene spatium Medebeke subintrabimus inibi obstagium faciendo, donec super hiis, quod promisimus fide manuali prestita, satisfactum fuerit vel domino God., preposito, priorisse conventuique in Novo Quistelberg ducente marce puri argenti, quibus dictam promissionem evadere vel redimere poterimus, per nos persolute fuerint integraliter et plene. Ad maiorem evidentiam sygillum oppidanorum in Medebeke huic scripto apponi impetramus in testimonium super eo. Datum et actum anno Domini M° CCC° XV°, die sancti Nycolai episcopi.

Abschrift vom Ende des 18. Jahrh., Theodorianische Bibliothek Paderborn, Altertumsverein Paderborn, Akte 110 Nr. 22; Druck: WUB IX Nr. 1371.

[a]) In der Vorlage „munuali"; [b]) ergänzt nach dem Text der Urkunde von demselben Tage; [c]) in der Vorlage „aliquo alio".

1245

1315 Dezember 10 Meschede

Der Ritter Godfried von Meschede stiftet, nachdem Propst, Dechant und Kapitel zu Meschede für die im Kreuzgang des Stifts befindliche Kapelle von St. Maria Magdalena, in der sich das Grab der Stiftsgründerin Emhildis befindet, zur Wiederaufnahme des Gottesdienster einen Vikar bestellt haben, zum Unterhalt dieses Vikars Renten von zwei Mark aus seinem Oberhof zu Meschede.

In nomine Domini amen. Universis Christi fidelibus presentes literas visuris et audituris innotescat, quod nos Godefridus miles dictus de Meschede acuratius recolentes devotas promotiones et gratuita beneficia nobis et progenitoribus nostris hucusque ab ecclesia Meschedensi begnignius impensa etiam ob hoc ipsam honoribus, quibus poterimus, prosequi et signis debite gratitudinis honorare cupientes, capellam beate Marie Magdalene infra ambitum dicte ecclesie Meschedensis constitutam, in qua Deo devota domina Emhildis, felicis memorie fundatrix ipsius ecclesie Meschedensis, est tumulata et quam hisce diebus venerabiles viri domini prepositus, decanus et capitulum Meschedense, ut in ea divinus cultus reassumatur et habeatur per vicarium perpetuum in ipsa ecclesia Meschedensi habendum, statuerunt, in nostrorum et progenitorum nostrorum remedium peccatorum pro possibilitatis nostre modulo dotare affectantes, cum bona voluntate domine Luchtrudis, uxoris nostre legitime, necnon Godefridi, filii nostri unigeniti, et Theoderici, militis, fratris nostri, ceterorumque heredum et coheredum nostrorum pleno accedente consensu prefatis ecclesie Meschedensi[a] et capelle beate Marie Magdalene ac pro eis domino preposito, decano et capitulo predictis nomine dotis et in dotem nec non vicario eiusdem capelle pro tempore existenti specialiter et integraliter pro sustentatione ex stipendio duarum marcarum reditus damus et in his scriptis assignamus singulis annis ex nunc et in perpetuum in festo beati Martini hyemalis de curti nostra in Meschede sita per villicum pro tempore eandem curtim colentem sine contradictione aliqua nostri vel heredum nostrorum pro omnibus et ante omnia vicario dicte capelle ministrandos. Huiusmodi autem redditus una cum heredibus nostris, de quibus premittitur, simpliciter, pure et liberaliter cessimus et cedimus et, quoad usus predictos, purum allodium fecimus et facimus et dictam curtim, quoad pensionem redituum predictorum, dictis ecclesie capelle in emphyteusim perpetuam constituimus nec non in signum donationis perfecte inter vivos perpetuo durature prefatam pensionem de curti predicta, prout premissum est, ministranda per librum sanctorum evangeliorum premanutenuimus et super altare beate Marie Magdalene reposuimus ecclesie, capelle, preposito, capitulo et vicario predictis contulimus et conferimus, donavimus et donamus et possessionem eiusdem donationis in ipsos transferimus per presentes, obligantes nos insuper et heredes nostros debitam prestare warandiam et omnem iniustam impetitionem et questionem deponere ex omni homine penitus depurgare, ac renunciamus, quoad hoc expresse, per presentes omni exceptioni doli mali, ope et remedio cuiusvis defensionis ac omni iuris specialis aut communis beneficio, per que contra premissa vel premissorum aliqua[a] venire possimus quoquo modo. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam sigillis nostro proprio et Theoderici, militis, fratris nostri predicti, presentes literas duximus roborandas. Et nos Theodericus miles de Meschede predictus, quia premissa, prouti nar-

rata sunt, nostri voluntatis sunt et fuerunt, in signum nostri consensus sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Actum et datum apud Meschede in capella Marie Magdalene supradicta anno incarnationis dominice millesimo trecentesimo quinto decimo, indictione decima tertia, quarto idus Decembris, Apostolica sede per mortem domini Clementis pape quinti (vacante), illustribus dominis Friderico (Austrie) et Ludovico Bavarie ducibus pro Romano imperio litigantibus nec non domino Henrico de Wirnenburch Coloniensem ecclesiam gubernante.

Abschrift im A von Bocholtz zur Hinnenburg, Abteilung Alme, Wiedergabe nach SUB II Nr. 567, S. 144.

[a]) Bei Seibertz „Meschedensis"; [b]) bei Seibertz „aliquando".

1246

1315 Dezember 11

Der Knappe Andreas gen. Snap verzichtet auf alle Ansprüche, die er auf die Balkink[1] *genannten Güter zu Berwicke*[2] *zu haben vermeinte und weswegen er den Inhaber dieser Güter, Johannes gen. von Lippia, Kanoniker von (St. Patrokli) in Soest, bedrängt hatte.*

Universis presentes literas visuris et audituris ego Andreas dictus Snap, famulus, notum facio publice protestando, quod, cum ego putans michi aliquid iuris conpetere in bonis quondam Balkink appellatis in villa Berewich sitis, que dominus Iohannes dictus de Lyppia, canonicus ecclesie Sůsatiensis, dudum pacifice dinoscitur possedisse et propter hoc ipsa bona inpetere ipsumque dominum Iohannem inpedire, per huiusmodi inpetitionem ceperim in bonis memoratis, ego tandem cum amicis meis ad placitandum de premissis cum ipso domino Iohanne et amicis suis in ecclesia Susatiensi conveniens, mediantibus strennuis militibus dominis Alexandro Vőlenspit et Hunoldo de Plettenbracht, consanguineis meis, et aliis viris honestis infrascriptis evidenter instructus fui, quod in prefatis bonis nullum ius omnino michi conpetebat. Unde renuntiavi et in hiis scriptis renuntio plane et simpliciter inpetitioni ipsorum bonorum et omnium suarum attinentiarum, prout ipse dominus Iohannes ea possidet, protestans michi nullum ius conpetere penitus in eisdem. Et ne in posterum quisquam heredum meorum dictum dominum Iohannem et suos in dictis bonis successores super eisdem bonis valeat inpetitionibus sinistris aut aliis inpedimentis quomodolibet infestare, presentem literam super premissis omnibus conscriptam sigillo domini Iohannis Snap, canonici Susatiensis, fratris mei, quia sigillo proprio careo, et honorabilium virorum dominorum Radolphi, decani, Theoderici, scolastici ecclesie Susatiensis, militum predictorum, et Bertoldi de Hereborne ac Godescalci de Palsole, magistrorum consulum in Susato, sigillis petii communiri. Et nos .. decanus, .. scolasticus, Iohannes, milites et magistri consulum iam dicti protestamur, quod sigilla nostra ad preces dicti Andree duximus presentibus apponenda. Actum et datum anno Domini M° CCC° quintodecimo, feria quinta post Nycolai episcopi, presentibus Heydenrico, cantore, Conrado de Hůstene, Gerhardo de Heringen, Wernero de Lůnen, Hildegero de Benekinchusen, Dethmaro et Frederico Maken et Reynero de Osterendorpe, canonicis Susatiensibus, Andrea, plebano in Hilbeke, Iohanne de Hereborne, Theoderico Volenspit, Goswino de Rodenberg, Gerhardo Grouen, famulis, Br^{v}none Maken, Henrico de Heringen, Lodewico et Iohanne de Sůnheren et aliis fide dignis, item presentibus Hermanno de Lyppia et Alberto Prebendarius, sacerdotibus.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 102, von den sieben Siegeln das 3. ab: 1. Johannes Snap (Bild: mit Gittern belegter Balken, wie Landsberg?), 2. Dechant Radolf von St. Patrokli (stark beschädigt, Bild: Heiligenfigur?); 4. Alexander von Volenspit (Bild: nach rechts aufgerichtetes Füllen wie WS 185,1-4, 5. des Bürgermeisters Herborn (Bild: Balken mit drei Pfählen belegt) 6. de Palsole (Hausmarke), 7. des Hunold von Plettenberg (gespaltener Schild); Rückvermerk (15. Jahrh.): ... de bono Bolkinck in Berwicke.

[1]) Später als Hofname in Berwicke nicht nachweisbar; [2]) nordwestlich von Borgeln.

1247

1316

Erwähnung einer großen Teuerung, von Hunger und einer hohen Sterblichkeit[1].

Anno Domini M° CCC° XVI° invaluerunt caristia, fames et mortalitas [magna]. Valuit enim [tunc] modius spelte IIII solidorum grossorum [veterum] et amplius.

Zschaeck, Levold von Northof, S. 67.

[1]) Das Ereignis wird in der Westhoffschen Chronik für das Jahr 1315 überliefert.

1248

1316[a]

Graf[l] *Simon zur Lippe verpfändet die Stadt Lippstadt für 8000 Mark.*

Comes Simon de Lippia oppignoravit Lippstadium pro 8000 marcis puri argenti.

Notiz des 17. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin Ms. boruss. fol 837, Bl. 409.

[a]) Jahreszahl durchgestrichen.
[l]) Tatsächlich noch Edelherr.

1249

1316

Godfried genannt Durre, der dem Propst und dem Konvent von St. Walburgis persönlich oder durch seine Beauftragten mit Brandstiftung und Raub an ihren Gütern und Mühlen mehrfach Schaden zugefügt hat, überläßt ihnen zur Entschädigung den zu Lohne wohnenden Müller Ludwig mit Frau und Kindern mit Ausnahme des ältesten Sohnes als Eigenhörige und verspricht, den Bau der Mühle des Klosters an der Lippe und dessen Güter nicht mehr zu beeinträchtigen.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Godefridus dictus Důrre, Ricwinus et Lambertus, eius filii, ceterique ipsorum coheredes notum facimus et publice protestamur, quod, cum honorabili viro domino .. preposito monasterii sancte Walburgis extra muros Sůsatienses et suo conventui in bonis et molendinis ipsorum varia et magna dampna, incendiis videlicet, rapinis et aliis incomodis, per nos et nostram procuracionem multipliciter fuissent irrogata, nos de huiusmodi facto non equo penitentes, in refusionem dampnorum predictorum de consilio amicorum nostrorum dictis .. preposito et conventui Lodewicum, molendinarium apud Lon commorantem, .. uxorem suam et pueros, eorum mancipia nobis pertinencia, seniore filio ipsorum excluso, et ad villicacionem Sůsatiensem pertinentem tradidimus perpetuis temporibus et iure hereditario possidenda. Nichilominus etiam ipsa nostra mancipia ad monasterium sancte Walburgis libera nostra donatione transferimus et renuntiamus in perpetuum omni iuri, quod nobis conpetebat, conpetit et quoquo modo conpetere poterit in eisdem. Astringimus etiam nos ad hoc firmiter, quod nunquam amplius dictos .. prepositum et conventum et monasterium sancte Walburgis in structura sua molendini in Lyppia aut in bonis eorum quibuscumque inpediemus verbis aut factis, sed ipsos prosequemur favore speciali. Et per ista inter ipsos .. prepositum et conventum et nos cesabit omnis rancor et materia questionis. Et in huius rei testimonium presens scriptum sigillis honorabilium virorum, nostrorum consanguineorum, domini Conradi de Brŏchusen, militis, et Wickeri de Hesnen, famuli, quia propriis sigillis caremus, fecimus communiri. Et nos Conradus et Wickerus protestamur, quod ad petitionem Godefridi, filiorum, filiarum ac coheredum suorum predictorum nostra sigilla duximus presentibus literis apponenda. Actum et datum anno Domini M° CCC^{mo} sextodecimo, presentibus Theoderico de Honrode, milite, Boymundo de Mere, Ottone de Rode, Godekino Durre, Conrado et Godescalco de Yeschen, Gerhardo de Lon et aliis fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 63, Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219, Bl. 121v der 2. Zählung; Druck: SUB II Nr. 569, S. 146.

1250

1316

Heinrich genannt Mode und seine Frau Greta verkaufen dem Kloster Gevelsberg eine Rente von sechs Schillingen und setzen als Unterpfand einen Morgen Ackerlandes und zwei Höfe.

Universis hoc presens visuris et audituris Henricus dictus Mode salutem et cognoscere veritatem. Ad notitiam itaque tam presentium quam futurorum cupio pervenire, quod ego et uxor mea Greta coniuncta manu et voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus venerabilibus dominabus abbatisse et conventui in Geuilsberg sex solidos Coloniensis pagamenti singulis annis in festo beati Martini in perpetuum assignandos[a], unum iurnale terre arabilis situm up me Dale et duas curias sitas ex opposito domus mee sub nomine pignoris, quod vulgo dicitur zo eime underpande, eis ponentes. Huic facto interfuerunt viri fidedigni, videlicet Gerardus van me Buggele[b], Tilmannus Monachus, Franco de Burge et alii quam plures. In huius rei testimonium sigillum domini prioris de Dûnewalde una cum sigillo domini Engelberti militis de Vphouen presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto[c].

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg Urk. Nr. 27, Siegel ab; Rückvermerk (Ende des 15. Jahrh.): dese brieff sprick van VI solidi, gekoff to den Buchel van Herrinck genant Mode*; Abschrift des 16. Jahrh. in Msc. VII 6106 (Kopiar des Klosters Gevelsberg) Nr. 87.*

[a]) In der Vorlage „assignandum" [b])im Kopiar „Gerardus van dem Büchel"; [c]) dahinter noch einmal „decimo".

1251

1316

Der Ritter Gerlach von Lüttelnau und seine Frau Margareta geben im Tausch dem Kloster Gevelsberg einen Acker bei Langendreer und erhalten dafür ein Gehölz beim Oberhof des Albert von Grumme[1].

Nos Gerlacus miles de Luttelenhoe[a] universis presens scriptum visuris et audituris salutem et cognoscere veritatem. Ad noticiam itaque tam futurorum quam presentium cupimus pervenire, quod nos et domina Margareta, nostra legitima, coniuncta manu cum consensu ac bona voluntate omnium heredum nostrorum concambium fecimus cum venerabilibus dominabus abbatissa et conventu de Geuelsbergh, dantes et manumittentes eisdem[b] quendam agrum in campo Drere situm pro quadam parte lignorum apud curtem Alberti de Grunnen sitorum, renunciantes omni iuri, quo nobis dicta terra hactenus attinebat. Huic facto interfuerunt dominus Bernardus miles de Wittene et Hermannus, filius eius, Iohannes Vuelacker, Conradus van den Dornen, Bruno, conversus de Geuelsberch, Gerlacus de Mudenkouen et alii quam plures. In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° trecentesimo sexto decimo.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. VII 6106 (Kopiar des Klosters Gevelsberg) Nr. 73, S. 79.

[a]) Für Luttelnowe; [b]) davor überfüssiges „es".
[1]) Bauerschaft nordöstlich bei (bzw. heute in) Bochum.

1252

1316

Der Halfe Gerard in Büchel[1] und seine Frau Gertrud verkaufem dem Kloster Gevelsberg eine Rente von zwei Maltern Roggen.

Universis presens scriptum visuris et audituris Gerardus, semicola in Buchele, salutem et cognoscere veritatem. Notum esse cupimus presentibus et futuris, quod ego et uxor mea Gertrudis coniuncta manu cum consensu et voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus et manumisimus venerabilibus dominabus abbatisse et conventui in Geuelsberge duo maldra siliginis de nostra hereditate singulis annis iure[a] hereditario

in festo beati Remigii ipsis solvenda, septem iugera terre nostre by dem Orewinckel sita eisdem to deme underpande ponentes. Huic facto interfuerunt dominus Luff, plebanus in Wisturpe, dominus Engelbertus miles de Vphouen, Vleco van der Mullen, Hinricus, frater meus, Goscalcus Tuscher et alii quam plures. Ne hoc a nobis factum a nostris posteris irritetur vel annihiletur, presentem paginam sigillo domini prioris de Dunnewalt una cum sigillo domini Engelberti militis de Vphouen petivimus roborari. Datum anno Domini M° CCC° sexto decimo.

Abschrift des 16. Jahrh. in StAM, Msc. VII 6106 (Kopiar des Klosters Gevelsberg) Nr. 89, S. 101.

[a]) Davor getilgt das an dieser Stelle irrtümlich geschriebene „in festo".
[1]) Heute Stadt Burscheid.

1253

1316

Propst Arnold, Priorin Gerbrinis und der Konvent des Augustinerinnenklosters St. Walburgis vor den Mauern von Soest beschließen ein neues Statut über die Aufnahme von Personen in ihre Gebetsgemeinschaft.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Operationis sancte propositum nulla debet occasione prepediri. Nos igitur Arnoldus, prepositus, Gerbrinis, priorissa, totusque conventus sanctimonialium monasterii sancte Walburgis ordinis sancti Augustini extra muros Susatienses notum facimus universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, quod nos inspirante nobis gratia Spiritus sancti unanimi consensu et voluntate de sano et maturo quorundam burgensium Susatiensium et aliorum Christi fidelium plurimorum consilio ob reverentiam Dei matrisque sue virginis gloriose necnon sancte Walburgis, patrone nostre, quam favore prosequimur speciali, pro eterni patris misericordia prosequenda, ut in dicto nostro monasterio cultus divinus augeatur, fraternitatem de novo preconcepimus, statuimus et ordinavimus ipsamque observandam decrevimus in hunc modum, quod personis, quibuscumque sexus, conditionis aut status extiterint, ad nostram fraternitatem receptis damus eisdem personis communionem et eas participes facimus primo et principaliter in trecentis et sexaginta quinque missis, que in nostro monasterio in honorem beate virginis annis singulis decantantur. Insuper quatuor vicibus in anno, scilicet in septimana immediate quamlibet festivitatem beate virginis precedente de sero vigilie solempniter et de mane misse pro defunctis cantabuntur. Item eisdem personis orationum, missarum, ieiuniorum, abstinentiarum, vigiliarum, castigationum ceterorumque bonorum [operum][a], que per sorores in dicto monasterio Dominus fieri dederit, participationem tenore presentium in omnibus generalem adiicientes, nichilominus, cum obitus aliquorum ad dictam fraternitatem receptorum nobis fuerit nuntiatus, nos eorum et cuiuslibet ipsorum in omnibus et singulis, que pro sororibus seu fratribus nostris apud nostrum monasterium decedentibus fieri consueverunt, facere et peragere teneamur. In cuius rei testimonium nostrorum sigillorum appensione duximus roborandum. Datum anno Domini M° C°C°C° XVI.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 62 der 2. Zählung.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.

1254

1316

Die Stadt Dortmund verpachtet dem Heinrich Huc für drei Mark auf zwei Jahre die Wollwaage.

Anno Domini 1316 comisimus Henrico dicto Huc custodiam librationum lane ad duos annos pro tribus marcis annuatim in festo Pentecostes et in festo Victoris persolvendis. Et recipiet ab emptore unum quadrantem solummodo de quolibet clowede.

Notiz im Bürgerbuch (liber civium) *der Stadt Dortmund, Stadt A Dortmund (1945 vernichtet), Wiedergabe nach Dortmunder UB I Nr. 354, S. 247; Regest: Dortmund UB Erg. Bd. Nr. 510.*

1255

1316

Vergleich über die Fischerei in der Alme unweit Borchen.

Eintragung im Findbuch des Stifts Geseke von 1772, StAM, Msc. VII 5733, F. Nr. 4 (ebenso 1315 ?).

1256

[1316][1]

In Westfalen ernennt der Kölner Erzbischof den Rupert von Virneburg zum Marschall.

Kleinsorgen, Kirchengeschichte von Westphalen II, S. 218, § 5; vergl. REK IV Nr. 945.

[1]) Von Kleinsorgen wird das Ereignis in das Jahr 1318 gesetzt. Rupert von Virneburg wird jedoch zum ersten Mal als Marschall am 30. 9. 1316 genannt. Das von Kleinsorgen in demselben Satz erwähnte Bündnis des Kölner Erzbischofs mit Bischof Ludwig von Münster datiert vom Jahre 1322 (REK IV Nr. 1335).

1257

1316 Januar 2

Graf Engelbert von der Mark erkennt den von dem Grafen Otto von Ravensberg, seinem Schwiegersohn, mit dem Ritter Heinrich Korff wegen seiner und seiner Freunde Gefangenschaft geschlossenen Vergleich an.

Nos Engelbertus comes de Marka universis et singulis presentia visuris et audituris notum facimus, quod compositionem inter nobilem virum Ottonem comitem de Ravensbergh, generum nostrum dilectum, ex una ac Henricum dictum Corf, militem, eiusque .. heredes et amicos parte ex altera super captivationem dicti comitis et suorum amicorum ordinatam de nostra processit voluntate. Quam etiam compositionem inviolabiliter observare cupientes ipsam memorato .. militi suisque .. heredibus et amicis antedictis factam pro nobis recognoscimus ac pro omnibus nostre parere volentibus voluntati. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in crastino Circumcisionis Domini anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo sextodecimo.

Ausf., Perg., A von Ketteler zu Harkotten Urk. Nr. II H 1c, Siegel des Grafen von der Mark (stark verstümmelt, WS 11,1) mit Rücksiegel (WS 16,4) anhängend; Abschrift Kindlingers um 1800 in StAM, Msc. II 25, S. 7 (9); Regest: INA Warendorf, S. 57, Nr. 6; WUB VIII Nr. 1007.

1258

1316 Januar 5 Menden

Gertrud genannt von Hedemere, die Witwe des Konrad von Mersterschede, verkauft dem Konvent des Klosters Oelinghausen eine Rente von sechs Schillingen aus dem von ihr bewohnten Haus in Menden, der Hausstätte und ihrem Garten vor dem Tor der Stadt.

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, innotescat, quod ego Gertrudis dicta de Hedemere, relicta quondam Conradi de Mersterschede, opidana in Mendene, matura deliberatione prehabita et ex consensu Sophie, matris mee dilecte, ac permissione liberorum meorum Iohannis, Euerhardi et Sophie ac omnium heredum meorum vendidi rite ac rationabiliter .. conventui ecclesie in Vlinchusin in figura iudicii ac assignavi sex solidorum redditus ex domo mea infra opidum, quam inhabito, seu area et ex horto mihi attinente

foris portam sito perpetualiter possidendos, ita quod .. conventus dicte ecclesie de dictis horto, domo seu area tres solidos in festo Pasche et totidem solidos in die beati Michaelis archangeli sumat annuatim. Et ut hec mea venditio semper staret, non posset in posterum a quoquam quavis arte aut malicia depravari, presens scriptum exinde confectum sigillo meorum .. coopidanorum petivi roborari. Et nos .. opidani predicti huiusmodi venditionem coram nobis rite factam protestantes, presentem literam exinde confectam ad peticionem Gertrudis coopidane nostre predicte et partis alterius nostro sigillo duximus roborandam. Acta sunt in cimiterio Mendene, presentibus discretis viris Lamberto de Hemstede, tunc iudice, Hinrico et Gotfrido, presbiteris in loco predicto, tunc capellanis, Wicboldo et Iohanne dicto Stir, proconsulibus, Hinrico de Hudinchusin, Hinrico de Vrilinchusin, Bernhardo dicto Schacht et Hermanno, ipsius fratre, Frederico de Bertinclo et aliis fide dignis, anno Domini M° CCC° XVI°, in vigilia Ephiphanie.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 203, Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 190; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 211.

1259

1316 Januar 5 Menden

Der Bürger in Menden Lambert, der Sohn des † Hinrich Kint, verkauft dem Konvent in Oelinghausen aus dem von ihm bewohnten Haus in Menden und der Hausstätte eine Rente von vier Schillingen.

Universis, ad quos presens scriptum pervenerit, innotescat, quod ego Lambertus, filius quondam Hinrici dicti Kint, opidani in Mendene matura deliberatione prehabita et ex consensu ac permissione meorum liberorum Hinrici et Hadewigis ac omnium heredum meorum vendidi rite ac rationabiliter .. conventui ecclesie in Vlinchusin in figura iudicii ac assignavi quatuor solidorum redditus ex domo mea infra opidum sita, quam inhabito, seu area perpetualiter possidendos, ita quod .. conventus dicte ecclesie de dicta domo seu area predictos quatuor solidos in die beati Martini episcopi sumat annuatim. Et ut hec mea venditio semper staret, non posset in posterum a quoquam quavis arte aut malitia depravari, presens scriptum exinde confectum sigillo meorum .. coopidanorum petivi roborari. Et nos .. opidani predicti huiusmodi venditionem coram nobis rite factam protestantes, presentem literam exinde confectam ad peticionem Lamberti, coopidani nostri predicti et partis alterius, nostro sigillo duximus roborandam. Acta sunt hec in cimiterio Mendene, presentibus viris discretis Lamberto de Hemstede, tunc iudice, Hinrico et Gotfrido, presbiteris in loco predicto, tunc capellanis, Wicboldo et Iohanne dicto Stir, proconsulibus, Hinrico de Hudinchusin, Hinrico de Vrilinchusin, Bernhardo dicto Schacht et Hermanno, ipsius fratre, Frederico de Bertinclo ac aliis fide dignis anno Domini M° CCC° XVI°, in vigilia Ephiphanie.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 204, Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 187; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 212.

1260

1316 Januar 13 Menden

Heinrich genannt Kernewin, Bürger zu Menden, verkauft dem Kloster Oelinghausen eine Rente von vier Schillingen aus dem von ihm bewohnten Hause in Menden.

Universis ac singulis, ad quos presentes litere pervenerint, innotescat, quod ego Hinricus dictus Kernewin, opidanus in Mendene, matura deliberatione prehabita et ex consensu Elizabet, mee coniugis dilecte, ac omnium filiorum et filiarum mearum Thilemanni, Hermanni, Lifhardi, Iohannis, Conegundis et Helenburgis ac omnium heredum meorum vendidi rite ac rationabiliter .. conventui ecclesie in Vlinchusin in figura iudicii ac assignavi quatuor solidorum redditus ex domo mea infra opidum, quam inhabito, seu area perpetualiter possidendos, ita quod .. conventus dicte ecclesie de dicta domo seu area dictam pensionem, videlicet quatuor

solidos in festo beati Martini episcopi sumat annuatim. Et ut hec mea venditio semper staret nec posset in posterum a quoquam quavis arte aut malicia depravari, presens scriptum exinde confectum sigillo meorum coopidanorum petivi roborari. Et nos opidani predicti huiusmodi venditionem coram nobis rite factam protestantes, presentem literam inde confectam ad petitionem Henrici predicti et sue .. coniugis ac omnium filiorum et filiarum eorundem nostrorum coopidanorum predictorum et partis ulterius nostro sigillo duximus roborandam. Acta sunt hec in Mendene, presentibus discretis viris Lamberto de Hemstede, tunc iudice, Gotfrido, presbitero in loco predicto, tunc capellano, Wicboldo et Iohanne dicto Stir, proconsulibus, Hermanno de Vdinc, Gerhardo de Vogedinc, Hinrico dicto Ruze, Theoderico de Hudinchusin et Frederico de Bertinclo ac aliis fide dignis, anno Domini M° CCC° XVI°, in octava Epiphanie eiusdem.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 205, Rest des Siegels der Stadt Menden (WS 73,3) abhängend, Abschrift im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348), S. 184; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 213.

1261

1316 Januar 15 Dortmund

Ludger genannt Rex, Bürger zu Dortmund, verkauft dem Stift Elsey vier Äcker in Renninghausen[1].

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Ludgerus dictus Rex, civis Tremoniensis, notum facio et protestor, quod de pleno consensu uxoris mee et heredum meorum omnium quinque agros terre seminabilis iacentes in campo Renninchusen, de quibus Everhardus et Hilla, coniuges ibidem morantes, quatuor maldra dure annone mihi annuatim dare solebant, vendidi ecclesie et conventui in Else pro mere propriis, quod vulgariter dorslagen egen dicitur, pro quadam summa pecunie mihi tradite et solute. Quos siquidem agros resignavi ad manus Hermanni de Berghem, procuratoris et tutoris dicte ecclesie et conventus in hac parte electi ab eodem conventu, perpetuo et libere possidendos. Presentes fuerunt Conradus de Eken et Thilemannus de Lon. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuum sigillum meum presentibus duxi apponendum. Actum et datum Tremonie feria quinta ante Agnetis virginis anno Domini M° CCC^mo^ sexto decimo.

Ausf., Perg., Pfarr A Elsey (als Depositum im A der Evangelischen Kirche in Westfalen in Bielefeld, früher als Dep. im Stadt A Hohenlimburg).

[1]) Westlich von Dortmund-Wellinghofen bzw. südlich von Dortmund.

1262

1316 [nach Januar 20][2]

Der deutsche Kaufmann Hermann Klepping (Clippyng)[1] *klagt bei König Eduard II. von England und seinem Rat über seine Beraubung auf der Fahrt nach Ipswich mit einer Ladung getrockneter Fische, über die Verweigerung einer Schuldzahlung durch vier Bürger zu Ipswich sowie über seine Mißhandlung und Einkerkerung.*

Wiedergabe nach dem Regest im Hans. UB II Nr. 270 (Public Record Office London, Rotuli Parliamentorum 1,341 n. 14,9 Edw. II).

[1]) Aus Dortmund; [2]) vergl. Urkunden von 1316 Feb. 19 und Mai 13 (18).

1263

1316 Januar 25

Vrederun, die Witwe des Bertold gen. Torck, ihr Sohn Bertold und Stephan Torck, der Schwager der Vrederun, bestellen für drei Jahre den Hermann von der Horst zum Vormund des Hofes zu Oer. Er darf in

dieser Zeit ihre Güter, die nicht zum Hof gehören, verkaufen und verpfänden, um die Schulden, die die Erben von Oer insbesondere gegenüber ihm haben, abzutragen. Wenn das betreffende Gut nicht ausreicht, darf er auch zum Hof gehörende Stücke verpfänden. Wenn nach drei Jahren die Schulden nicht beglichen sind, sollen ihm gewisse Renten verschrieben werden. Wenn das nicht geschieht, soll Hermann bis zur Begleichung aller Schulden im Besitz des Hofes bleiben. In diesem Falle stehen aber Vrederun und ihren Erben gewisse Einkünfte zu: ihre Wohnung zu Oer, drei oder vier Maltersaat Landes, den vor der Wohnung gelegenen Hof, den der Schulte Telemann bebaut, die Einkünfte und die Bede von den Leuten, die im eingezäunten Bezirk des Hofes wohnen, die Zehntlöse von 6 1/2 Mark aus dem Dorfe Oer, den großen Teich und die zu erbauende Mühle, die Einnahmen aus den zwei Zehnten zu Rapen und Erkenschwick, Kornrenten in Höhe von 70 Maltern, dazu die zu diesen Zehnten gehörenden Gänse und Hühner, Eicheln aus der Mark zu Oer zu eigenem Bedarf und schließlich entsprechend Brenn- und Bauholz aus der Mark.

In Godes namen amen. Ich Vrederun van V̊re, heren Bertoldes wif Torkes, dem God ghenedich si, und mine rechten erven und ich Bertold, heren Torkes sůne, unde Stephan, heren Torkes brůder, wi dŏt kundich alle den genen, de desen bref ane seit unde horet lesen, dat wi sementlike mit willen unde mit rade unser vrende hebbet ghesat unde ghekoren Hermanne van der Horst tho eyme rechte vormunden des hoves tho V̊re mit all des hoves thohoringe, wo de hof ghelegen is, unde vort anderes erflichen gůdes, war dat ghelegen is, dat min, Vrederunis, is unde miner kindere tvischen hir unde su^{e}nte Martinus misse, de nu nest komet in dem winthere vort over drie iar, mit also ghedanen vůrwarden, als in desen ieghenwardighen breven ghescriven sint, die aldus sint, dat Herman van der Horst alle dat erflike gůt, dat min is unde miner kinder, dat in den hof tho V̊re nicht en horet, so war dat ghut ghelegen is, mach vorsetten unde vorkophen erfliken unde ummer mer mit mineme rade unde Bertoldes unde Stephanes, de hir vore benomet sint, also oft wi nicht endreghtich en weren kunden an deme vorkophene unde an deme vorsettene, dat umme dat Hermannes wille in den sulven dinghen vort gha, et en were also vele, dat ich binnen viertynachten sunder arghelist dat gůt durer vorkopen ofte mit minneren schaden vorsetten mochte. Dat gelt, dat dar af komet, dat sal Herman legghen an des hoves behof und gelden de sculde dar medde, de de rechten erven van V̊re tho rechte gelden sůlen. Vort mer ghebreke Hermanne icht an deme erfliken gůde, dat he aldus vorsetten unde vorkopen mach in den vorwarden, als hir gheredet is, so solde he gheweldich wesen mit minem rade, mer sin rad sal io vorgan, tho vorsettene dat gůt, dat in den hof tho V̊re ghehoret, sunder enterfnisse unde gelden die vorghesprokene sculde dar mede, de de rechten erven van V̊re tho rechte sculdich sint tho geldene Hermanne sulven unde anderen luden, den man sculdich is. Och sal Herman in desen drien iaren alle iar twie rekenen mi unde minen erven achte daghe na sůnte Martinus misse unde achte daghe na Paschen unde bewisen mi, war he dat ůp gheboret hebbe unde war he dat vorgulden hebbe. Vort mer, wanne dese drie iar umme komen sint, is dan de vorghesprokene scult des hoves tho V̊re wal vorgulden, dat is gŏt. En is des nicht, so so sal ich, Vrederun, unde mine erven Hermanne unde sinen erven unde sinen vrenden, den man van rechte sculdich is, gelden mit penninghen ofte mit weddesatte, de ghelic is, unde na gŏder rekeninghe ene unde sinen erven unde sine vrent quit maken van alle der scult, die die rechten erven van V̊re tho rechte gelden sůlen. De weddescat sal aver also ghedan sin, bleve man Hermanne sculdich hundert mark na desen drien iaren, so solde man eme setten unde bewisen vif mark penningh geldes unde viftich malder korngheldes drier hande kornes rogghen, gersten unde haveren like vile. Unde vort, is der scult min ofte mer, der man Hermanne sculdich blivet, so sal man eme na desen reden geven io half en unde half ander penningghеldes und korngeldes. Were, dat eme unde sinen erven des nicht en schee, so solde he in deme hove bliven bit also langhe, dat eme unde sinen erven dat gheschee unde dar uth vorwiset werden, eme en wůrde sin gelt ofte de weddescat, de hir vorbenomet is. Vort mer were, dat mi, Vrederune, God gheselighede binnen desen drien iaren, so wanne dat were, dat ich Hermanne gulde dede unde sinen erven alle der scult, de man eme unde sinen erven unde sinen vrenden tho rechte sculdich is van des hoves weghene van V̊re, so sal he unde sine erven mi, Vrederune, unde minen erven alle der scult, de man eme unde sinen erven unde sinen vrenden tho rechte sculdich is van des hoves weghene

van V̊re, so sal he unde sine erven mi, Vrederune, unde minen erven den hof weder lathen ledich unde los unde minen bref weder antworden. Boven alle dese dinc, de hir gheredet sint, so sal ich Vrederun behalden die woninghe tho V̊re unde drie malder sedelandes ofte viere, de tho der woninghe horet unde unvordan sint, unde den hof, de vor der woninghe ghelegen is, den de sculthete Theleman tylet unde bůwet mit siner plůgh also verre, als hie ent ghewonnen hevet tho siner plůgh an velde unde an weyde. Vort mer sal ich hebben den nederval unde de ůphkominghe unde de bede van den luden, de wonet in dem hove unde in deme edertune des sůlven hoves begrepen sint. Och sal ich behalden sevendehalve mark penningh geldes, de man gevet iarlikes tho tyentlose unde betalet in me dorpe tho V̊re, vort mer den grothen dic unde de molen. De mach ich tymmeren mi tho mineme rechte unde mine kinderen tho erme rechte. Och sal ich hebben uthe den twen tyenden, de ghelegen sint tho Rapen unde tho Erkenswich, alle iar tho sůnte Martinus misse seventich malder korngeldes drier hande scultbere kornes, rogghen, gersten unde haveren like vile. Vort mer sal ich hebben die ganse unde de hůnere van den twen tyenden, de hir benomet sint. Och sal ich hebben also vile eckernes uthe der marke tho V̊re, als ich behove tho miner spise, wan eckeren gevellet, unde also vile holtes tho miner berninghe unde tho tymmeringhe, als ich behove tho gůder wis uthe der selven marke. Vortmer were dat sake, dat Herman ofte sine erven langher bleven sittene in deme hove tho V̊re dan dese drie iar, des oft God wil, nicht wesen en sal, so solden ich bliven sitten in alle den gulden, die mi bescheden sint. Were och dat sake, dat mi, Vrederune, ieman antalen wolde umme scult, so solde mi Herman scult vry halden in der gulde, de mi bewiset is. Vort mer ghebreke mi icht in alle den gulden, de hir vore ghenomet sint unde mi tho bewiset sint, die mach ich uthpenden tho scult rechte uthe dem alingen gůde tho V̊re sunder Hermannes unde siner erven övelen möt. Vort mer were, dat Herman mi, Vrederune, unde minen erven den hof tho V̊re nicht weder lathen en wolde, wanne eme unde sinen erven vůl ghedan were na all den vorwarden[a], de hir vöre gheredet sint, dat were over kort ofte over lanc, des hevet he mi gůde borghen ghesat in deme breve, den he mi ghegheven heft, dat he mi den hof weder lathen sal unde dat erflike[b] gůt, dat unvorkoft blivet. Unde ůppe dat alle dese voreghesprokene dinc vasth unde stede sin, so hebbe ich, Vrederun, und Bertold, heren Bertoldes söne Torkes, di min man was, God ghenade eme, unde Stephan, heren Bertoldes brůder mines mannes, unser drier inghesegele an desen bref ghehangen unde hebbet ene ghegeven Hermanne van der Horst unde sinen erven tho eyneme örkunde alle der dinc, die hir vore ghescriven stat. Over alle desen vorwarden, die hir benomet sint, hebbet ghewesen dese ersame lude, hir en binnen stat, bi namen her Henrich van Meruelde, her Bernard van der Zickenbecke, her Herman de Sly, her Simon von der Horst, her Wenemer van deme Grintberghe, de riddere, Henric de Vnvorszaghede unde Herman van Wederden unde ander gůder lude ghenöch. Dese bref is ghegheven tho V̊re na unses heren Godes ghebůrt an deme dusendesteme driehunderdesteme unde sestendeme iar in dem daghe, als su[e]nte Paulus bekart wort.

Ausf., Perg. A von Fürstenberg-Herdringen Urk. Nr. 2870, Siegel der Vrederun, ihres Sohnes und Sekretsiegel der Stadt Recklinghausen anhängend.

[a]) Davor gestrichen „reden"; [b]) davor gestrichen „gůt".

1264

1316 Februar 1

Der Ritter Friedrich von Hoerde verkauft für zehn Mark der Agnes von Königsberg, Kanonisse des Stifts Geseke, einen Zehnten zu Persminchusen[1]. *Nach ihrem Tode soll der Zehnte an das Stift fallen und für ihre Memorie verwandt werden.*

Noverint universi visuri vel audituri presencia me Fredericum de Hůrde, militem, de bone voluntatis arbitrio et pleno consensu Cunegundis, uxoris mee, Alberti, Frederici, Tempmonis et Bernhardi, filiorum, omniumque heredum meorum quandam decimam meam in Persminchůsen sitam cum eisdem pertinenciis et redditibus quibuscumque pro decem marcis denariorum vendidisse honeste domicelle Agneti de Koninces-

berg, ecclesie secularis in Geseke canonice, tollendam, quam diu vixerit, et post obitum ipsius predicte ecclesie conventui pro salute anime sue ad peragendam eius memoriam quiete perpetualiter possidendam, renunciantes unanimiter in premissis omni iuri et actioni, que nobis omnibus quoquo modo possent de predicta decima suffragari, conferens iam dicte domicelle et conventui in Geseke presens scriptum sigilli mei pro me et heredibus meis munimine roboratum. Cui resignacioni aderant Iohannes, sacerdos in Geseke, scolasticus, Heydenricus de Bredenole, Thidericus de Syborgh, Ecbertus, meus notarius, Lambertus dictus Verlin et quam plures alii fide digni. Datum in vigilia Purificacionis beate Marie, anno Domini M° C°C°C° decimo sexto.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke Urk. Nr. 36, Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh. in Msc. VII 5725, Bl. 8; Druck: Dortmunder UB, Erg.Bd. Nr. 494.

[1]) Wüstung im südlichen Teil der Geseker Feldmark.

1265

1316 Februar 18

Ritter Bernhard von Lüdinghausen genannt Wolf verkauft seinen Eigenhörigen Christian von Schwefe an Reynold Wenkin, Bürger zu Soest.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Bernardus de Lůdinchusin miles dictus Wolf in perpetuum protestor et recognosco, quod, cum Cristianus de Sweve ex conditione sui status michi tamquam servus proprius domino suo pertineret, ego tandem de uxoris mee Iutte, Henrici, Heydenrici et Bernardi, liberorum, aliorumque heredum meorum bona voluntate pro certa pecunie summa michi plene persoluta dictum Cristianum cum omnibus iuribus et attinentiis, sicut michi pertinebat, legitime vendidi Reynoldo Wenkin, oppidano Susatiensi, et eius heredibus perpetuo tenendum et possidendum. Et ne super hoc alicui dubium oriatur in futurum, dedi eidem Reynoldo suisque heredibus presentes litteras meo sigillo sigillatas in testimonium perpetuum premissorum. Actum feria quarta ante festum Cathedre beati Petri anno Domini M° CCC° sedecimo, presentibus Radolfo Dapifero, Arnoldo Wenkin, Alberto Nigro, Hermanno de Werle, Iohanne Werneri, Godescalco de Dome, Hildegero et Iohanne fratribus de Hervordia, civibus Susatiensibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 206, Siegel des Ausstellers (an den Ecken leicht abgebrochen, sonst gut erhalten, in Schildform, Bild: im fünfmal geteilten Felde ein gekrönter Löwe mit geteiltem Schwanze) anhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 214.

1266

1316 Februar 19 bei Westmünster

König Eduard (II.) von England befiehlt, die hinterlegten Gelder des Hermann Klepping (Clippyng)[1], *eines Kaufmanns der Hanse* (mercatoris de hansa Alemannie), *der in Ipswich* (Gippeswyco) *wegen eines angeblich in Aberdeen in Schottland begangenen Vergehens festgenommen worden war, aus der Haft aber entflohen ist, mit Beschlag zu belegen.*

Notiz, Public Record Office London, C 54/133m 16; Druck: UB Lübeck 2,1, Nachträge Nr. 1043; Regest: Dortmunder Kaufleute S. 108, Nr. 76.

[1]) Aus Dortmund.

1267

1316 Februar 29

Vor dem Ratsherren zu Lippstadt verkauft der Lippstädter Bürger Helmich genannt Gyseke den beiden Schwestern Elisabeth und Gertrud genannt Hartwighinc, Beginen, eine Rente von vier Schillingen aus dem von ihm bewohnten Haus.

Universis presentem literam visuris vel audituris nos .. consules Lippenses notum facimus et protestamur publice, quod constitutus coram nobis Helmicus dictus de Gyseke, noster concivis, recognovit se habito consensu et voluntate .. uxoris sue ac omnium heredum suorum redditus quatuor solidorum denariorum apud nos usualium et bonorum tollendos singulis annis duobus terminis, videlicet quolibet festo beati Michaelis duos solidos et totidem solidos quovis festo Pasche, ex domo sua cum omni iure, prout situata est, quam ad presens inhabitat, Elyzabeth et Gertrudi, sororibus carnalibus, bagginis, dictis Hartwighinc et .. eorum heredibus seu legitimis successoribus pro quadam pecunie summa numerata, tradita et soluta rite et rationabiliter vendidisse perpetualiter possidendos, promittentes dicti Helmicus suique heredes, quod contra hanc venditionem non venient per se vel per alium sive per alios ingenio sive causa, de iure vel de facto. Unde in premissorum testimonium nos .. consules supradicti sigillum nostrum ad petitionem dictorum Helmici et heredum eius apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Ecberto Wigandi et Iohanne Gyselberti, tunc proconsulibus, Elrico Elrici, Ludolpho de Gyseke, Hermanno dicto Virlincwecge, Iohanne dicto Gote, Henrico de Cleye, Bodone Stakelinc, Th. dicto Kolehorn, Th. et Hermanno de Sancto Trudone, Conrado de Anripen, Rodolpho de Mon., Iohanne dicto Kuninc, Redgero dicto Bolehus, Iohanne et Bernardo de Lancgeneken, Deth. dicto Stotere, Alberto dicto Denceke, Volberto dicto Valsch, Gerardo de Cappele, Machorio Rubco, Henrico dicto Sinneman, Iohanne dicto Bake, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in dominica Invocavit anno Domini M° CCC^mo^ sextodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt Urk. Nr. 52, Siegel der Stadt Lippstadt (das untere Stück abgebrochen, WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7) anhängend; Rückvermerke: 1. (14. Jahrh.) Hans de Koster by sunte Klose *und 2. (Ende 15. Jahrh.)* Hinrich Munters hus by sente Nicolaus, IIII s. geldes.

1268

1316 Februar 29

Gobelin, der Sohn des † Zebertus, Bürger in Menden, verkauft dem Kloster Oelinghausen eine Rente von zwei Schillingen aus dem von ihm bewohnten Hause.

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, innotescat, quod ego Gobelinus, filius quondam Zeberti felicis memorie, opidanus in Mendene, matura deliberatione prehabita et ex consensu ac permissione Iuliane, mee coniugis dilecte, et mee filiie Heylewigis ac omnium meorum heredum vendidi rite ac rationabiliter .. conventui ecclesie in Vlinchusin in figura iudicii ac assignavi duorum solidorum redditus ex domo mea infra opidum, quam inhabito, seu area perpetualiter possidendos, ita quod .. conventus dicte ecclesie de dicta domo seu area integrali dictam pensionem, videlicet duos solidos in festo beati Martini episcopi sumat annuatim. Et ut hec mea venditio semper staret nec posset in posterum a quoquam quavis arte et malicia depravari, presens scriptum exinde confectum sigillo meorum .. coopidanorum petivi roborari. Et nos .. opidani predicti huiusmodi venditionem coram nobis rite factam protestantes, presentem literam inde confectam ad petitionem Gobelini predicti et sue .. coniugis nostrorum coopidanorum et partis ulterius nostro sigillo duximus roborandam. Acta sunt hec in Mendene, presentibus viris discretis Lamberto de Hemstede, tunc iudice, Gotfrido, presbitero in loco predicto, tunc capellano, Gobelino de Rudinchusin, Hermanno de Coquina, tunc magistro civium, Gobelino dicto Vasel, Hinrico dicto Kernewin, Lifhardo Pistore et Euerhardo, precone, ac aliis consulibus fide dignis, anno Domini M° CCC° XVI°, in dominica, qua cantatur Invocavit me.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 207, Siegel der Stadt Menden (wenig beschädigt, WS 73,3) abhängend, Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 182; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 215.

1269

1316 März 2

Vor den Ratsherren zu Lippstadt schenkt die Witwe Mechtild gen. Kukesche für ihr Seelenheil als Schenkung unter Lebenden dem Zisterzienserkloster Marienfeld das von ihr bewohnte Haus und den Hausplatz.

Universis presentem literam visuris vel eciam audituris nos .. consules Lippenses notificamus et protestamur publice, quod coram nobis in figura iudicii constitutis comparens Mechtildis vidua dicta Kukesche, nostra concivis, compos mentis sic et corporis, ac matura habita deliberatione pio circa conventum monasterii in Campo sancte Marie ordinis Cystersiensis mota desiderio et affectu, precipue autem volens saluti anime sue consulere domum suam et aream cum omni iure, prout situata est, quam ad presens inhabitat, donavit, supportavit, legavit et assignavit donatione legitima inter vivos, nichilominus et resignavit ad manus et ad usum pacificum conventus supradicti, ita libere et perfecte, quod nec ipsa vidua nec aliquis nomine suo in dicta domo[a] poterit, volet aut debebit de cetero vendicare, promittens coram nobis, quod contra hanc donationem et resignationem tam salubriter et legitime factam non veniet per se vel per alium seu per alios ingenio sive causa, de iure vel de facto. Unde in huius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos consules supradicti sigillum nostrum ad petitionem dicte vidue apponi fecimus huic scripto. Quicumque tamen dicte domus pro tempore possessor fuerit vel inhabitator, de ipsa domo facere tenebitur ad communem usum civitatis nostre, secundum quod apud alios nostros concives de suis domibus fieri est consuetum. Testes sunt Con. Wigandi, tunc iudex, Ecbertus, eius frater, et Iohannes Gyselberti, proconsules, Elricus Elrici, Ludolphus d[e Gy]seke[b], Hermannus dictus Virlincwecge, Henricus de Cleye, Bodo Stakelinc, Th. dictus Kolehorn Ioh. Gote, Th. et Hermannus de Sancto Trudone, Iohannes dictus Kuninc, Redgerus Bolehus, Iohannes et Bernardus de Lancgeneken et alii tunc consules ceterique plures fidedigni. Datum feria tercia post dominicam, qua cantatur Invocavit, anno Domini M° CCC^mo^ sextodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 451, Siegel ab; Regest: WUB VIII Nr. 1016.

[a]) In der Vorlage „doma"; [b]) Loch durch Tintenfraß.

1270

1316 März 5

Vor den Ratsherren in Brilon schenkt die Witwe Ysentrudis, Bürgerin zu Brilon, dem Zisterzienserkloster Bredelar nach ihrem Tode für ihr Seelenheil das von ihr bewohnte Haus.

Nos God. iuvenis Pistor, magister civium, Henricus Wessele, God. de Aldenbrylon, Th. Felix, Ludolfus de Rosbyke, Io. de Herboldynghusen, Goswinus Sanderi, Io. Stengel, Gerhardus Roderoch, Henricus Scultheti, Gobelinus de Stella, Wichmannus de Eken, consules in Brylon anni presentis, protestamur publice per presentes, quod Ysentrudis, vidua, concivis nostra, pro affectu ducta ex largo consensu omnium, quorum interesse poterit, contulit ac pure ob salutem anime sue donavit domum suam, quam inhabitat, reverendo viro .. abbati in Breydelare et conventui suo ordinis Cisterciensis post mortem eiusdem Ysentrudis semota impetitione qualibet libere possidendam. In cuius testimonium sigillum oppidi nostri[a] rogati a partibus suffiximus huic scripto dato feria sexta ante Reminiscere anno Domini M° CCC° XVI°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Bredelar Urk. Nr. 164, Siegel der Stadt Brilon (restauriert nach starken Beschädigungen, WS 66,2) abhängend; Abschrift in Bredelar, Akten 1 Bl. 62v; Regest: UB Bredelar Nr. 191.

[a]) In der Vorlage „nostrorum".

1271

1316 März 12

Die Brüder Henemann, Anton, Sifrid und Hartmod genannt von Berdinc verkaufen mit einem für die nächsten acht Jahre gültigen Wiederkaufsrecht für acht Mark dem Konrad genannt Nothliken drei Morgen Ackerlandes bei Lyrcussen[1], *der an den Oberhof Berdinch*[2] *jährlich drei Pfennige zu entrichten hat.*

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris nos Henemannus, Anthonius, Sifridus, Hartmodus fratres dicti de Berdinch notum esse desideramus presentibus firmiter protestantes, quod ex bona voluntate et maturo consensu omnium heredum nostrorum, prout nomina tenent, vendidimus Conrado dicto Nothliken ac omnibus suis heredibus, prout nomina sortiuntur, tria iugera agrorum, sita iuxta Lyrcussen, pro octo marcis legalium denariorum tali videlicet adiecta condicione, quod dictus Conradus aut sui heredes predicti dabunt tres denarios legales perpetuis temporibus in curiam de Berdinch nuncupatam in tali iure, quod vulgariter pachtguth vocatur. Si vero dicta tria iugera agrorum nos Henemannus, Anthonius, Sifridus, Hartmodus, fratres, seu heredes nostri nominati transacto termino, videlicet octo annorum, pro dicta summa pecunie scilicet octo marcharum legalium denariorum non reemerimus, deinceps sepedicta tria iugera Conradus seu heredes sui sepedicti iure hereditario perpetue possidebunt. In cuius rei firmum testimonium sigillum oppidanorum Werlensium ad peticionem nostram presentibus est appensum. Acta enim sunt hec anno Domini M° CCC° XVI°, in die beati Gregorii, presentibus Emelrico et Henrico dicti Irevegh, proconsulibus, Hunoldo Scelp, Arnoldo Knopeken, Hermanno Frondelere, Hermanno Scriuere, Iohanne Heynen, Iohanne Lichten, Conrado Egenbolt, Lodewico de Rudenberghe ac aliis viris fidedignis. Videlicet sex annis transactis in septimo et octavo dicta tria iugera reememus octo diebus ante festum Cathedre sancti Petri et octo diebus post pro octo marcis prelibatis, et id ego Conradus predictus recognosco.

Abschrift vom Ende des 14. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Rep. und Hss. 2, Bl. 46v (St. Kunibert Köln); Überschrift bzw. teilweise Randvermerk: ...sitorum iuxta Horcussen.

[1]) Muß wie der Oberhof Berdinch östlich von Werl gelegen haben; [2]) östlich von Werl (vergl. Schoppman, Flurnamen II S. 183, Nr. 16: dort „In den Bäringhöfen").

1272

1316 März 12 Werl

Vor den Ratsherren zu Werl verkauft Johann Timmermann, Bürger zu Werl, dem Kloster Marienfeld für zwölf Mark eine Rente von sechs Scheffeln Roggen und sechs Scheffeln Gerste aus seinem Hausplatz in Werl, wobei die Rente an das Steinhaus des Klosters in der Stadt zu entrichten ist.

Nos .. consules opidi Werle omnibus tam presentibus quam futuris cupimus esse notum, quod constitutus coram nobis Iohannes Carpentarius, concivis noster, cum consensu Gertrudis, uxoris sue, et filiorum suorum Iohannis et Henrici et filie sue Lutghardis, cum plures liberos non haberet, recognovit se vendidisse viris religiosis .. abbati et conventui conventus claustri Campi sancte Marie sex scepel siliginis et sex scepel ordei ex area sua sita inter aream puellarum et aream Gerhardi ex alia parte Carpentarii pro duodecim marcis denariorum Susati legalium libere in perpetuum possidenda. Quam pecuniam recognovit se ab eisdem .. abbate et conventu integraliter recepisse, hoc adiecto, quod dictus Iohannes seu heredes sui dictis .. abbati et conventui dictam annonam ad lapideam domum eorum in opido nostro Werle sitam annis singulis presentabunt. Huius rei testes sunt Emelricus dictus Wale et Hunoldus dictus Sceleph, tunc temporis magistri consu-

lum, Hermannus dictus Frendelere, Arnoldus Knopeke, Lodeuicus[a] Růdenberg, Hermannus Scriuere, Henricus Creuet, Conradus Egenbolt, Iohannes Heynen, Euerhardus Scuinintholt, Iohannes Lichte, Conradus Notlike, tunc temporis consules, et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Werle anno Domini M° CCC° sextodecimo, in die sancti Gregorii pape.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 452, Siegel der Stadt Werl (restauriert, WS 71,5) anhängend; Abschrift des 17. Jahrh., in Msc. I 106, Bl. 109, Regest: WUB VIII Nr. 1023.

[a]) Davor der verschriebene Name durch Unterpunktieren getilgt.

1273

1316 März 14

Gerhard Gudegerth erklärt, ihm und seiner Frau Elisabeth sei das halbe Haus (in Werl), dessen andere Hälfte sein Bruder Johannes gen. Wenemar bewohnt, für eine Miete von 18 Schillingen zu Weichbildrecht vom Propst zu Wedinghausen vermietet worden, wobei ein Wortgeld von vier Pfennigen ebenfalls jährlich zu entrichten ist.

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris ego Gerhardus dictus Gudegerth[a] notum esse desidero presentibus firmiter protestando, quod dominus .. prepositus de Wedinchusen locavit michi et uxori mee Elyzabeth nec non omnibus meis veris heredibus dimidiam domum, quam[b] Iohannes dictus Wenemar, frater meus, inhabitat, videlicet aliam dimidietatem domus in tali iure, quod vulgariter wycbelderecht nuncupatur, pro decem et octo solidis legalium denariorum dandis in duobus terminis, videlicet in Pascha novem solidos, reliquos vero novem solidos dandos in festo beati Mychaelis. Insuper dabimus quatuor denarios legales, qui dicuntur vulgariter worthpennighe, perpetuis temporibus in festo Ascensionis talibus condicionibus adiectis, quod ego Gerhardus seu uxor mea aut heredes mei predicti nil amplius vendamus ex domo vel area prenarrata. Etiam si fenestras aliquas habere voluerimus in pariete, que respicit ad curiam dotis, non ampliores, quam homo aliquis extrospicere possit, faciemus. Insuper si prepositus aut aliquis ex parte dominorum de[c] Wedinchusen aliquam domum edificare voluerint in area eorum prope sita, dictam domum sine aliqua contradictione in pariete dicte domus edificabunt. Preterea nullam partem curie dotis habebimus, nisi quantum stillicidia tecti domus possunt capere suis guttis. Si vero ego Gerhardus seu uxor mea aut heredes mei predicti predictam pensionem nostram solvere nequiverimus, dictam domum integram, libere ac quiete resignabimus[d] absque ulla contradictione. Quapropter sigillum cooppidanorum meorum presentibus est appensum in testimonium firmum omnium premissorum. Acta enim sunt hec in dominica Oculi anno Domini M° CCC° XVI°, presentibus honestis viris Lamberto, plebano de Werle, Henrico dicto Longo, canonico Arnsbergensi, fratre Henrico, converso, nec non Emelrico Walen et Henrico Krevet, tunc proconsulibus Werlensibus, Hermanno Frondelere, Conrado Egenbold, Hunoldo Scelp, Euerhardo Zwinintholt, Conrado Nothliken, Hermanno Scriuere, Iohanne Heynen, Iohanne Lichten, Arnoldo Knopeken, Lodowico de Rudenberge, consulibus ibidem, et aliis quam pluribus viris fide dignis.

Ausf.,Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 97, Siegel ab, Rückvermerk (Ende 14. Jahrh.): in Werle, de XVIII solidis de domo Gudengherde; Abschriften des 15. Jahrh. in Wedinghausen Akten Nr. 324 (ehemals Msc. *VII 5737), Bl. 102 und des 17. Jahrh., in Wedinghausen, Akten Nr. 321 (ehemals Msc. I 209), Bl. 237.*

[a]) In Msc. I 209: Gudengerth; [b]) davor gestrichen „in"; [c]) korrigiert; [d]) „m" verschrieben.

1274

1316 März 16 bei Scheda

Engelbert Graf von der Mark verspricht seinem Verwandten, dem Grafen Wilhelm von Arnsberg, Beistand.

Nos Engelbertus comes de Marka universis praesentia visuris et audituris notum facimus, quod nobili viro domino Wilhelmo comiti de Arnsbergh, consanguineo nostro dilecto, nos astringimus et praesentibus obligamus ad auxiliandum et assistendum, prout amicus et consanguineus alteri de merito tenetur, ita tamen quod causis sibi movendis super iure suo ipsius posse trahere debemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Datum apud Scheide anno Domini M° CCC^mo^ sexto decimo, feria tertia post dominicam, qua cantatur Oculi mei.

Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii III, S. 49; Abschrift des 17. Jahrh., StA Wolfenbüttel, Nachlaß Overham Bd. VIII, Bl. 42.

1275

1316 April 11

Engelbert Graf von der Mark verspricht den Bürgern zu Dortmund, ihnen für eine Frist von fünf Jahren auf eigene Kosten gegen alle Feinde Beistand zu leisten. Die Bürger haben aber berechtigten Forderungen nachzukommen. Wenn jemand von seinen Untertanenen einen Anspruch gegen einen Dortmunder Bürger hat, darf er einen solchen nur gegen diesen, nicht aber gegen die Gesamtheit der Bürger durchsetzen wollen. Jeder Dortmunder Bürger darf unbelästigt die in seinem Territorium stattfindenden Märkte besuchen, falls er sich nicht an den Markttagen selbst eines Vergehens schuldig macht. Zur Schlichtung von entstehenden Streitigkeiten wird ein aus vier Personen bestehendes Gremium bestellt.

Nos Engelbertus comes de Marka notum facimus universis presentes literas visuris et audituris publice protestantes, quod nos discretos viros consules ac universos cives Tremonienses speciali gratia prosequi cupientes et favore, recognoscimus nos et nostros heredes eisdem esse obligatos et astrictos a data presencium ad quinque annos continuos ad auxiliandum et iuvandum eosdem nostris dampnis, sumptibus et expensis contra omnes et singulos nunc ipsorum inimicos et, quos infra dictum terminum ipsos minus iuste impugnare contigerit, hac conditione adiecta, quod dicti cives omnibus et singulis ipsos impetentibus faciant, quod amicabile fuerit sive iustum, et quemcunque dicti cives vel aliquis eorum impetierint, ab eodem vice versa recipient similiter, quod fuerit amicicie sive iuris. Qui vero hoc facere recusaverint, contra ipsos promittimus dictis civibus assistere cum affectu. Preterea, si aliquis infra limites terrarum nostram existens causam aliquam alicui civium Tremoniensium moverit, non debet bona vel personas aliorum civium Tremoniensium impetere seu arrestare, sed solummodo personam seu bona illius, contra quem habet actionem, et a tali persona debet accipere sine protractione iusticie complementum. Volumus etiam et tenore presentium approbamus, ratificamus et confirmamus, quod iidem cives Tremonienses ad omnia fora et nundinas in terra nostra iacentes libere et secure accedere et esse possunt unum diem ante et unum diem post sine aliqua impetitione vel arrestatione ipsis facienda, nisi forsitan aliquem ex eis excessum aliquem in ipsis nundinis contigerit perpetrare. Et ad ampliorem amiciciam inter nos et dictos cives conservandam quatuor persone a nobis sunt electe, videlicet due pro parte nostra et due pro parte civium predictorum, qui de omnibus questionibus inter nostros homines ex parte una et dictos cives ex altera emergentibus sedandi et finem causis ipsorum imponendi habebunt plenariam potestatem, excessibus mortem seu mutilationem membrorum tangentibus dumtaxat exceptis. In cuius rei testimonium presentes literas ipsis tradidimus nostro sigillo firmiter communitas. Datum in festo Pasche anno Domini M° CCC° XVI°.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 130, Siegel des Grafen von der Mark (Reitersiegel, WS 11,1) anhängend; Druck: Dortmunder UB I Nr. 339, S. 239; Fahne, UB Dortmund I Nr. 69; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 495, S. 208; Hans. UB II Nr. 277 (unter April 16).

1276

1316 April 15

Der Knappe Bertold Torck verkauft dem Konrad von Meiningsen seinen Eigenhörigen Gernard, den Sohn des Dythard von Videlberg.

Universis presens scriptum visuris et audituris ego Bertoldus Thorc, famulus, notum facio et protestor, quod pro certa pecunie summa michi persoluta meum proprium virum, scilicet Gernardum, filium Dythardi de Videlberg, legitime vendidi Conrado de Meyninchusin, fratri Alexandri, et eius heredibus perpetuo tenendum et possidendum. Et Stephanus Thorc, patruus meus, et ego in solidum spopondimus pro debita warandia contractus supradicti. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam dedi eidem Conrado suisque heredibus presens scriptum meo sigillo sigillatum. Datum in crastino Tyburcii et Valeriani, martirum, anno Domini M CCC sedecimo, presentibus Henrico de Heringhin et Syfrido de Pugno, consulibus Susaciensibus, Iohanne de Brůcke, Ludekino Cubic, Iohanne, fratre Henrici de Brůcke, Lamberto, quondam famulo mei patris, Amelungo, meo famulo, Alberto Clerico dicto Ridder et aliis fide dignis.

Ausf., Perg., Archiwum Panstwowe w Wroclawiu (Breslau), Herzoglich Hatzfeldtsches A zu Trachenberg, Siegel ab; Wiedergabe nach dem Druck: WZ 61, 1903, S. 58, Nr. 13.

1277

1316 April 16

Graf Heinrich von Waldeck gibt dem Kloster Glindfeld für die von diesem empfangenen Güter zu Valhusen[1], Hermanshayn[2], Hartradessen[3], Sundern[4] *und* Geren[5] *bei* Bivangen[6] *den Zehnten zu Stormbruch*[7].

Nos Heynricus Dei gratia comes de Waldeke recognoscimus tenore presentium publice protestando, quod gratuite in recompensam bonorum, que .. prepositus, .. priorissa et conventus monasterii in Nouo Quistelberg in villis Valhusen, Hermanshayn, Hartradessen et in Sundern et Geren prope Biuangen sitis, sicut ad eos et eorum monasterium antiquitus pertinebant, in nos et heredes nostros deliberato consilio transtulerunt iuxta suarum continenciam literarum nobis confectarum, nos viceversa de consensu et bona voluntate Alheydis, consortis nostre, Ottonis, filii nostri, aliorum heredum et coheredum nostrorum dicto monasterio in Nouo Quistelberg et personis ibidem in Cristo degentibus ob reverenciam virginis gloriose decimam nostram in Storembroc sitam in campis et in villa cum suis pertinenciis universis donavimus et appropriavimus et appropriando indotavimus perpetuo et irrefragiliter possidendam, caventes eidem monasterio pro nobis et nostris heredibus bona fide, quod de quavis seu cuiuslibet inpeticionis instancia racione donacionis et appropriacionis nostre in posterum succrescente ipsum liberabimus et iuste warandabimus, quando et quociens super hoc fuerimus requisiti. Huius transactionis seu ordinationis mediatores sunt et fuerunt Conradus, prepositus monasterii in Beriche, frater Gerwinus Minorum fratrum, custos in Hassia, Bertoldus, plebanus in Landowe, et Iohannes, plebanus in Sassinhusen, insuper testes aderant Waltherus, provisor monasterii in Netze, Bruno, plebanus opidi Waldeke, Conradus, capellanus castri ibidem, presbiteri, Heynricus Brotrump, Iohannes de Yminchusen, milites, Heynricus de Yminchusen, Walgo de Ense et Gumpertus de Kreme, famuli armigeri, cum pluribus aliis fide dignis ad hoc pro testibus vocatis specialiter et rogatis. In quorum omnium evidenciam et ampliorem firmitatem presens scriptum nostri videlicet Heynrici comitis predicti, Alheydis, consortis nostre, Adolphi, Gotfridi et Euerhardi, fratrum nostrorum, sigillis dedimus firmiter communitum, anno ab incarnatione dominica millesimo trecentesimo sextodecimo, feria sexta in festo Paschali.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld Urk. Nr. 27, Siegel ab; Abschrift und deutsche Übersetzung (16. Jahrh.) im A des Grafen Droste Vischering zu Padberg; Regest: Führer, Medebach, S. 29, Nr. 137.

[1]) Wüstung zwischen Landau und Lütersheim; [2]) Wüstung in der Nähe der übrigen genannten Wüstungen; [3]) Wüstung im Amt Landau; [4]) Wüstung; [5]) Wüstung zwischen Landau und Wolfhagen; [7]) 10 km südöstlich von Brilon.

1278

1316 April 16

Gottfried, Propst, Richze, Priorin, und der Konvent des Klosters Glindfeld übergeben dem Grafen Heinrich von Waldeck zwei Teile des Dorfes Valhusen mit dem Patronatsrecht über die dortige Pfarrkirche, das gesamte Dorf Hermannshayn und die Güter zu Hartradessen, Sundern und Geren bei Bivangen und erhalten dafür von ihm den Zehnten in Stormbruch[1].

Nos Gotfridus, prepositus, Richze, priorissa, totusque conventus monasterii sancte Marie in Nouo Quistelberg recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod duas partes ville Valhůsen cum iure patronatus ecclesie parrochialis ibidem, totam villam Hermanshayn tam in agris quam in areis et quidquid in Hartradessen et in locis dictis Sundern et Geren prope Biuangen sitis habuimus ab antiquo tam in villis quam in campis, nemoribus, pascuis, pratis atque aquarum decursibus ac aliis iuribus quibuscumque in nobilem virum dominum Heynricum comitem de Waldeke et suos heredes legitimos maturo consilio et bona deliberatione prehabitis resignatione spontanea per modum compositionis amicabilis transferimus per presentes eo iure, quo ad nos et nostrum monasterium pertinebant. Propterque idem dominus comes propria motus honestate predictorum bonorum translationem per decimam suam in Storembroc tam in villa quam in campis et unversis suis pertinenciis recompensando de consensu et voluntate Iutte, domine Alheydis, consortis sue, nec non Ottonis, filii sui, et heredum suorum aliorum seu coheredum nostrum monasterium indotavit et indotationem irrefragabiliter appropriavit iure perpetuo possidendam, renunciantes omni iuris canonici et civilis exceptioni, qua predictam translationem in parte vel in toto manifeste vel occulte possemus exnunc in ante quomodolibet inpedire. Huius vero transactionis seu ordinationis mediatores sunt et fuerunt Conradus, prepositus de Beriche, frater Gerwinus, Minorum fratrum custos in Hassia, Bertoldus, plebanus in Landowe, et Iohannes, plebanus in Sassinhusen, a nobis communiter constituti, Walthero, provisore monasterii in Netze, Brunone, plebano in opido Waldeke, Conrado, capellano castri ibidem, presbiteris, Heynrico Brotrump, Iohanne de Yminchusen, militibus, Heynrico de Yminchusen, Walgone de Ense et Gumperto de Krenre ac aliis quam pluribus fide dignis ad hoc testibus annotatis. In quorum omnium evidenciam et ampliorem firmitatem presens scriptum nostri, Gotfridi prepositi, et ecclesie nostre in Nouo Quistelberg sigillis dedimus communitum, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo sextodecimo, feria sexta infra octavam Pasche.

Ausf., Perg., StA Marburg, Urkunde W 4225 (Orte und Familien, Walhausen), Siegel des Propstes und des Konvents anhängend; Regest: Führer, Medebach S. 29, Nr. 138.

[1]) Vergl. die vorangehende Urkunde.

1279

1316 April 17

Kunigunde von Geseke genannt von Oldentit verkauft dem Rektor der Eppingkapelle in Soest, Hermann von Lippe, ihre Güter zu Stockum[1] bei Geseke zur Dotierung der Kapelle.

Quia actus hominum temporalem secuntur motum et nichil adeo firme statuitur, ad quod calumpnia non laboret dissolvendum, salubriter inventus est usus literarum, que futurorum dolis sive calumpniis semper valeant efficaciter obviare. Huius rei gratia nos Cunegundis de Gesike dictus de Oldentit et Euerhardus, eius filius, notum esse cupimus universis presentes literas visuris et audituris et publice protestamur, quod de con-

sensu et plena voluntate omnium nostrorum coheredum et aliorum, quorum ad hoc extitit consensus requirendus, vendidimus et in hiis scriptis nos vendidisse rite et legitime recognoscimus discreto viro domino Hermanno de Lippia, presbitero, rectori capelle dicte Eppinc in Susato pro quadraginta marcis cum dimidia denariorum Susati usualium nobis traditis et solutis bona nostra sita Stochem apud Gesike cum omnibus suis iuribus et pertinentiis pro usu et dote dicte capelle perpetuis temporibus iure hereditario possidenda et eidem domino Hermanno et suis in dicta capella successoribus pre omnibus et quibuscumque in ipsis bonis aliquod ius vendicare volentibus plenam prestabimus warandiam, quandocumque super hoc fuerimus requisiti, ita sane quod dictus dominus Hermannus et sui in dicta capella successores dabunt filie quondam advocati in Gesike, canonice ibidem, et suis veris heredibus, ea mortua, in die Michaelis annuatim octorum solidorum redditus. Nos igitur dicta bona prefate capelle assignantes renuntiavimus et renuntiamus in perpetuum omni inpetitioni et omni iuri, que et quod nobis et nostris heredibus competebat, competit et competere poterat in eisdem. Facta autem hac venditione Hildebrandus de Oldentit, noster sororius, et sua legitima uxor Agnes et Euerhardus et Iohannes, filii eorundem, Cristina, relicta quondam Rudolfi dicti de Ederdinchusen, Hermannus et Iohannes, eius filii, Walburgis et Cunegundis, eius filie, Conradus dictus de Palude et Cunegundis, eius filia, coram discretis viris, videlicet Arnoldo Beymundo et Iohanne, canonicis in Gesike, necnon Vlrico dicto Vryman, proconsulibus in Gesike, Iohanne dicto de Molendino, Petro Castellaminc, Iohanne de Brobeke, Henrico dicto Slechtere, Wlberone dicto bi me Helewege, Wlberone dicto Fosso, Iohanne dicto Rasche, Hermanno Ricwordinc, Arnoldo Scultheti, Iohanne Winandi et Hermanno Frederici, consulibus ibidem, asseruerunt hanc venditionem esse factam cum suo consensu et bona voluntate. Nec non predicta Cristina promisit predicto domino Hermanno hanc venditionem cum bona voluntate Dethmari, ipsius Cristine filii tunc absentis[a] debere perpetue perdurare. Preterea huius venditionis, assertionis et promissionis testes sunt Wesselus dictus Mars, Wernerus dictus Criuet senior, Arnoldus de Lippia, Hermannus de Caminata, Iohannes dictus de Curru, Hermannus Bodekinc, Werenso Mactator et alii multi probi et honesti. Ne autem de premissis alicui dubium oriatur, predictos canonicos, ut sigilla sua, necnon predictos consules, ut sigillum oppidi sui Gesike presentibus apponerent, instanter una cum predicto Hermanno et nostris amicis prenotatis exoravimus. Et nos canonici predicti sigilla nostra necnon consules prenotati sigillum oppidi nostri predicti ad instantiam predictorum presentibus apposuimus in perpetuum testimonium omnium premissorum. Datum sabbato proxima post festum Pasche anno Domini M° CCC° sextodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 209; Siegel 1. der Stadt Geseke (beschädigt, WS 66,5), 2. des Geseker Kanonikers Arnold (spitzoval, Bild: Heiligenfigur, darunter Siegler knieend) und 4. des Kanonikers Johann (Spitzoval, Bild: Lamm mit Fahne) anhängend, das 3. Siegel ab; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 216.

[a]) In der Vorlage „absenti".
[1]) Wüstung bei Geseke (vergl. J. Lappe, Die Bauerschaften bei Geseke).

1280

1316 April 17

Albert genannt vom Brunnen, Pfarrer in Bacharach, verkauft dem Dortmunder Bürger Arnold Reich eine Rente von 4 1/2 Maltern Korn, die er vom Kloster St. Katharinen in Dortmund bezieht. Außerdem überläßt er dem Arnold und dem Hermann von Brinke, seinem Schwager, sein steinernes Haus, genannt beim Brunnen, das mit einer an Johannes Kleppink zu zahlenden Rente von sechs Mark belastet ist.

Universis presentes literas visuris et audituris innotescat, quod ego Albertus dictus de Puteo, plebanus ecclesie Bacheracensis, vendidi discreto viro Arnoldo Diuiti, opidano Tremoniensi, et suis veris heredibus quatuor maldrorum redditus cum dimidio triplicis annone siliginis, ordei et avene ex claustro sanctimonialium beate virginis Katherine Tremoniensis hereditarie singulis annis tollendos, requirendos et recipiendos

pro determinata summa pecunie numerate michi totaliter et solute. Preterea recognosco tenore presencium me Albertum supradictum eidem Arnoldo et Hermanno de Brinke, genero meo, eorumque heredibus domum meam lapideam dictam ad Puteum dedisse simpliciter et resignasse in omni essencia sua et forma, qua melior est et valencior sex marcarum redditibus, quos discretus vir Iohannes Cleppinc a me ex ipsa domo predicta dinoscitur comparasse pro pecunia, in qua ipsis teneor et pro qua ipsos ex parte mei constitui fideiussores. Acta sunt hec in domo dicta Berchouen, presentibus hiis discretis viris Henrico dicto Kale, tunc temporis iudice Tremoniensi, Wluino dicto Pape et Henrico Rege ad hoc vocatis specialiter et rogatis, requisita et data sentencia, quod eque validum esset ac si coram tribunali actum fuisset. In quorum omnium et singulorum testimonium ego Albertus sigillum meum recognosco presentibus applicasse. Et ad maiorem firmitatem et evidenciam sigilla honestorum virorum supradictorum, scilicet iudicis, Wluini et Henrici predictorum impetravi presentibus applicari. Datum sabbato post Pascha anno Domini M° CCC° sextodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Katharinen Dortmund Urk. Nr. 50, Siegel des Ausstellers ab, vom 2. Siegel (des Richters: im Bild Mann mit Narrenkappe) nur noch Bruchstück, 3. (Bild: Schrägbalken, belegt mit drei Kugeln, begleitet von einem achtstrahligen Stern oben und einer Krone unten) und 4. (Bild: Hausmarke mit einem steigenden Halbmond, darunter sechstrahliger Stern) anhängend, Rückvermerk (16. Jahrh.): afgelost*; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 496, S. 208.*

1281

1316 April 24

Everhard Crampe bekundet, daß er nur für die Dauer seines Lebens den Hof Osterhus[1] im Kirchspiel Selm vom Kloster Flaesheim gekauft habe und daß dieser nach seinem Tode an das Kloster zurückfallen wird.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris ego Everhardus Crampe cupio fieri notum, quod rite ac racionabiliter emi ad spatium vite mee mansum to Osterhus situm in parrochia to Selhem Monasteriensis diocesis cum omnibus attinenciis suis a reverenda domina .. magistra et conventu in Vlarshem Coloniensis diocesis. Qui mansus post mortem meam in continenti ad eosdem libere, ut erat tempore vendicionis eiusdem, revertetur et sic litere super hoc confecte omnino nullius sint firmitatis. In cuius rei munimen et robur sigillum meum una cum sigillo Hermanni de Rechede et Hermanni de Blomensat, militum, presentibus sunt appensa. Et nos H. de Rechede et H. de Blo. predicti, quia premissis interfuimus, in robur et maiorem evidenciam premissorum sigillis nostris omnia et singula ad peticionem partium predictarum iussimiinus roborari. Datum anno Domini M° CCC° seddecimo, in crastino Georgi martiris.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III A 75 (Flaesheim), Siegel des Ausstellers (beschädigt) und das des Hermann von Rechede abhängend, das dritte ab.

[1]) Schulte Osterhus in der Bauerschaft Ternsche nördlich von Selm (vergl. Schwieters, Westl. Lüdinghausen S. 414; Nr. 11).

1282

1316 Mai 1

Der Knappe Konrad von Bega weist dem Ritter Hermann von der Lippe für 50 Mark eine Rente von sechs Mark aus dem von den Grafen von Rietberg an ihn verpfändeten Oberhof zur Osten[1] an.

Noverint universi visuri vel audituri presencia me Conradum de Bege, famulum, teneri et obligari ex causis legitimis strennuo militi Hermanno dicto de Lyppia in quinquaginta marcas denariorum legalium, pro quibus quidem denariis eidem militi, Alheydi, uxori sue, Iohanni, eius filio, et veris eorum heredibus de consensu Gertrudis, uxoris mee, Iohannis, fratris mei, aliorumque fratrum et heredum meorum assignavi in reconpensam dictorum denariorum sex marcarum redditus de curia mea Osthem michi a nobilibus viris in Retberg comitibus obligata annuatim in festo beati Michahelis tollendos et possidendos feliciter, donec per me

aut heredes meos a milite predicto vel suis heredibus infra mensem, scilicet infra quindenam ante beati Iohannis Baptiste Nativitatem et infra quindeman post pro iam dicta pecunia reematur, conferens prefato militi et suis heredibus presens scriptum mei sigilli et sigillorum nobilium virorum domini Lyppensis et comitum de Retberg munimine roboratum. Actum in presencia Hermanni in Stromberg burgravii, Frederici de Hůrde, Hermanni dicti Wulff, Renfridi de Vrederskerken, Renfridi de Scorlemere, Lovf de Heruelde, militum, Radolfi de Eruete, Iohannis dicti Boleke et Wilhelmi de Vernede et aliorum fide dignorum. Datum anno Domini M° C°C°C° decimo sexto, in die beate Walburgis virginis.

Ausf., Perg., StAM, Grafschaft Rietberg Urk. Nr. 21, Siegel 1. des von Bega (WS 223,3) 2. ab, 3. Graf Friedrich von Rietberg (Adler erkennbar, WS 30,2) und des Edelherrn zur Lippe (zerbrochen) anhängend; Druck: UB von der Lippe Nr. 156 und WUB IX Nr. 1427

[1]) Das UB von der Lippe Nr. 156, WUB IV Nr. 1281 (und Index) und WUB IX Nr. 1427 identifizieren Ostheim mit einer Wüstung südöstlich von Brakel. Dagegen spricht, daß sämtliche Zeugen um Lippstadt ansässig sind. Ostheim dürfte also mit dem Hof (auch als Amt bezeichnet) zur Osten bei Bökenförde gleichzusetzen sein.

1283

1316 Mai 9 Menden

Vor den Ratsherren von Menden verkauft der Bürger zu Menden Walter genannt von Oesbern dem Kloster Oelinghausen eine Rente von vier Schillingen aus dem von ihm bewohnten Hause und der betreffenden Hausstätte.

Nos consules ac universitas oppidanorum in Mendene universis presentium perceptoribus recognoscimus publice protestantes, quod constitutus coram nobis in forma iudicii Waltherus dictus de Osbern, noster cooppidanus, de consensu et arbitrio Margarete, uxoris sue, Iohannis, Engelberti, Theoderici, Waltheri et Hermanni, filiorum suorum, necnon Regelendis, filie sue, sibi astantium vendidit ac iusto venditionis tytulo resignavit et nichilominus recognovit ecclesie seu conventui sanctimonialium in Vlinchůsen redditus quatuor solidorum denariorum in Mendene usualium de domo sua seu area, sicut sita est infra oppidum Mendene predictum, quam inhabitat, annis singulis in festo beati Martini yemalis quiete percipiendos et libere perpetuo et hereditarie possidendos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in cimiterio in Mendene, hora quasi sexta, anno Domini millesimo CCC° sexto decimo, in dominica quarta post Pascha, qua cantatur Cantate Domino, presentibus Lamberto de Heymstede, tunc iudice in Mendene, Iohanne de Styre, tunc ibidem proconsule, Hermanno supra Montem, Hermanno, villico de Vdinch, Hermanno dicto Scůle, Gerhardo de Voghedinch, Walthero de Osbern, Gobelino, villico curtis in Mendene, et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad hec premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 210, Siegel der Stadt Menden (gut erhalten, WS 73,3) abhängend; Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 192; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 217.

1284

1316 Mai 9 Tecklenburg

Otto Graf von Tecklenburg überläßt dem Ritter Engelbert von Herborn das Eigentumsrecht an einem Drittel des Hofes Stemmerk[1] im Kirchspiel Welver, den Engelbert bis dahin von ihm zu Lehen getragen hatte, und erhält dafür im Tausch das Eigentumsrecht an dem Hof Frielickmann[2] in Heessen, den Engelbert und seine Erben künftig vom Grafen zu Lehen haben sollen.

Otto comes in Thekeneborgh omnibus presentia visuris et audituris salutem cum notitia veritatis. [Notum esse volumus][a], quod nos et heredes nostri damus et manumittimus proprietatem tertie partis domus

dicte Stemmerc site in parrochia Weluere Coloniensis dyocesis Engelberto de Herborne, militi, et suis heredibus, quam partem ab antiquo de manu nostra et progenitorum nostrorum tenuerat in pheodo, hereditarie titulo cambii possidendam, recipientes ab eisdem domus proprietatem in Vrylwik, in qua Ekbertus inhabitat, site in parrochia Hesnen Monasteriensis dyocesis pari cambii et iusto titulo pro eadem. Quam domum nichilominus dicti Engelbertus et sui heredes de manu nostra et nostrorum heredum in pheodo possidebunt. In cuius rei robur sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Datum Thekenborgh anno Domini M° C°C°C° sexto-decimo, dominica Cantate.

Ausf., Perg., StAM, St. Maria Rosa Ahlen, Urk. Nr. 1, Siegel ab; Teildruck: WUB VIII Nr. 1046 (dort Hofname als Stevenink gelesen).

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.

[1]) Hof Stemmerk westlich von Welver bei Flerke; [2]) Hofname nach dem Namen der Bauerschaft Frielick, nordwestlich von Heessen.

1285

1316 Mai 13

König Eduard II. von England befiehlt, dem Hermann Klepping (Clippyng)*, einem Hansekaufmann* (mercator de hansa Alemannie)[1]*, seine Waren und Gelder, die in Ipswich* (Gippeswyco) *wegen eines angeblich in Aberdeen in Schottland begangenenen Vergehens beschlagnahmt worden waren, wieder freizugeben*[2].

Wiedergabe nach Druck im UB Lübeck 2,1, Nachträge, Nr. 1044 (bzw. mit gleichem Inhalt Nr. 1045 von Mai 19: Dortmunder Kaufleute, S. 109, Nr. 77).

[1]) Aus Dortmund; [2]) vergl. Urkunde von 1316 Februar 19.

1286

1316 Mai 19

Im Streit zwischen dem Kloster Wedinghausen auf der einen Seite und Konrad gen. Serlink und die Meiersche zu Bilme auf der anderen Seite über Güter im Dorf Rithem[1] *einigen sich die Parteien auf die Schlichtung des Streits durch die benannten Schiedsleute*[2].

Universis presentium literarum inspectoribus innotescat, quod super dissentione seu lite inter nos Iohannem prepositum monasterii in Wedinchusen et nostrum conventum ex una et nos Conradum dictum Serlink ac .. villicam de Belehem ex parte altera super quibusdam bonis in villa Rythem sitis habita atque mota nos .. prepositus et conventus in viros discretos Hermannum dictum de Lyppia, sacerdotem, et in Euerhardum dictum de Meninchusen, militem, nos vero Conradus et villica in viros discretos Gerhardum, cappellanum domini .. comitis de Vyrnenburc, et in Hermannum de Plettenbracht, militem, tamquam in arbitratores seu arbitros ad dicendum ius tantummodo super dicta dissentione seu lite conpromittimus in hiis scriptis, volentes, ut ipsi possint examinare, cognoscere, ordinare et terminare servato iuris rigore. Arbitrium supradictum promittimus nihilominus sub periculo cause et litis et sub dictorum bonorum perditione nos servaturos, quicquid dicti arbitri nostri pronuntiaverint seu statuerint in premissis. Quod[a] si nos contra ipsorum arbitrorum nostrorum pronuntiationem seu statutum venerimus verbis sive factis, pars, que contravenerit, perdet ipsa bona parsque arbitrium servans ipsa bona optinebit arbitriumque nihilominus in suo robore permanebit, ita tamen, quod si dicti arbitri super dicta dissentione seu lite decidenda inter se concordare nequiverint, quod vir honorabilis dominus Iohannes de Lyppia, viceprepositus Susaciensis, noster superior sit arbitror in dicto negotio. Et ille discussis secundum aliorum coarbitrorum suorum dicta potiori iure, ad quam partem ipse declinaverit, illius partis sententie pareatur[b]. Et in huius nostri compromissi testimonium petivimus ab utraque parte ipsos arbitros nostros, ut ipsi in se huiusmodi arbitrii honus recipere dignarentur. Nos igitur arbitri predicti huiusmodi honus arbitrii in nos assumentes et secundum vias iuris in eo procedere cu-

pientes sigilla nostra pro partibus principalibus id[c] a nobis petentibus et pro nobis ipsis presentibus literis duximus apponenda. Et nos partes principales hoc verum esse profitemur. Actum et datum anno Domini M° CCC° sextodecimo, in vigilia Ascensionis eiusdem, presentibus honorabilibus viris domino Theoderico, scolastico Susaciensi, Alberto, ibidem vicario, Brunone Maken, Godescalco de Palsole, Hermanno de Medebeke, Iohanne de Sunheren, Wernero de Lůnen, opidanis Susatiensibus, et pluribus fidedignis. Et ego Hermannus de Plettenbracht, miles, quia ista vice sigillum meum perdidi, sigillo domini Gerhardi, mei coarbitri, sum contentus. Datum ut supra.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 99; Siegel 1. des Vizepropstes zu Soest (Kopf von St. Patroklus mit Heiligenschein), 2. des Everhard von Meiningsen (stark beschädigt, WS 219,4) und des Hermann de Lippia (links gewandter Kopf im Vierpaß) anhängend, das 4. Siegel ab; Abschrift des 15. Jahrh. in Wedinghausen, Akten Nr.324 (ehemals Msc. VII 5737), Bl. 148.

[a]) Korrigiert; [b]) Fehler in der Satzkonstruktion; [c]) auf Rasur.
[1]) Wüstung nordöstlich von Werl; [2]) zur Sache vergl. Urkunde von 1316 Juli 2.

1287

1316 Mai 24

Die Äbtissin Dedela und das Kapitel des Stifts Geseke nehmen Hermann genannt Wilbrandinch und seine Frau Dedradis in ihre Gebetsgemeinschaft auf und machen sie teilhaftig ihrer guten Werke. Da die Eheleute ihnen ihren beweglichen Nachlaß und zwei Häuser bei der St. Martinskapelle vermacht haben, verpflichten sich Äbtissin und Kapitel zur Feier der Memorie des Ehepaares.

Nos Dedela Dei gratia abbatissa et capitulum secularis ecclesie beati Cyriaci in Ghesike notum esse cupimus universis et singulis presentes literas visuris et audituris, quod nos Hermannum dictum Wilbrandinch et Dedradim, uxorem eiusdem, pro pio affectu, quo nos et nostram ecclesiam diligunt, in nostram fraternitatem recepimus et recipimus in hiis scriptis, concedentes ipsis participacionem omnium bonorum operum nostrorum, scilicet missarum, vigiliarum, ieiuniorum, castigacionum, elemosinarum, oracionum et ceterorum piorum laborum omnium, que per nos operari dignabitur clemencia Salvatoris. Et quia idem coniuges circa nos et nostram ecclesiam pie gesserunt, videlicet dimidietatem omnium rerum suarum mobilium una cum duabus domibus sitis iuxta capellam sancti Martini ad meliorandas prebendas nostras nobis et reliquam medietatem ad structuram ipsius nostre ecclesie benivole dederunt, nos volentes ipsorum piis operibus secundum nostre possibilitatis modulum respondere, eisdem promittimus in hiis scriptis, quod post obitum uniuscuiusque ipsorum per circulum primi singulis diebus unam missam pro defunctis celebrari faciemus et per consequens ipsorum memoriam bis in anno, videlicet feria secunda post domincam Letare et feria secunda ante festum beati Michaelis devote peragemus in vigiliis et in missis, et in qualibet harum memoriarum tres missas celebrari procurabimus ad quamlibet duos denarios offerendo. Item et in qualibet memoria duobus campanariis nostris assignabimus duos nummos. Item thesauraria ecclesie nostre, que pro tempore fuerit, hec fieri procurabit. Pro qua procuracione habebit duos denarios in qualibet memoria prelibata. In cuius rei testimonium et evidenciam ampliorem nos abbatissa et capitulum predicte has nostras literas prefatis coniugibus dedimus sigilli munimine nostri roboratas. Datum feria secunda ante festum Penthecostes anno Domini M CCC XVI°.

Ausf., Perg., A von Bocholtz-Meschede (von der Asseburg-Rothkirch) auf Schloß Hinnenburg (bei Brakel), Urk. Nr. 288, Siegel ab; Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke) Bl. 61v.

1288

1316 Mai 25

Die Brüder Renfrid, Ritter, und Temmo, Knappe, genannt von Schorlemer erkennen an, daß die Güter in Erwitte[1], die früher einem gewissen Kure gehörten, ihrem Onkel mütterlicherseits Ludolf von Friedhardskirchen und seiner Frau Agnes zustünden und daß sie frei darüber verfügen könnten.

Nos Renfridus miles et Tempno famulus fratres dicti de Scorlemere tenore presencium recognoscimus et publice protestamur quedam bona in Eruete, que quidam dictus Kure quondam possedit, esse Ludolfi de Vrederskerken, avunculi nostri, et Agnetis, uxoris sue, qui cum bonis eisdem agere et disponere poterunt secundum eorum voluntatis libitum et sicut ipsis videbitur expedire, quod sigillorum nostrorum munimine confirmamus. Actum coram Renfrido de Eruete, Frederico de Hůrde et Hermanno dicto Wůlf, militibus, Tempnone, mei Renfridi filio, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini M° C°C°C° decimo sexto, in die Vrbani martiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 133, Siegel des Renfried von Schorlemer (vergl. WS 226,14, aber anderes Typar), anhängend, das 2. Siegel ab; Rückvermerk (16. Jahrh.): item up dey negen morgen landes, dey dey pastor boret*; Abschrift des 16. Jahrh. in Msc. VII 5724, Bl. 18v.*

[1]) In Msc. VII 5724 unter Suberlickhusen, d.h. Söbberinghof im Kirchspiel Erwitte, eingereiht.

1289

1316 Mai 26

Heinrich genannt Kavold, Bürger in Werl, verkauft dem Kloster Wedinghausen für 6 1/2 Mark für vier Jahre eine Rente von einer halben Mark aus seinem Hause beim Torgraben des Büdericher Tores. Wenn die Rente nach den vier Jahren nicht abgelöst wird, wird sie zu einer Ewigrente.

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris ego Henricus dictus Kavold[a], oppidanus Werlensis, notum esse desidero presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate Ode, uxoris mee, Henrici et Margarete, puerorum meorum, necnon omnium aliorum heredum meorum, prout nomina tenent, vendidi ex domo mea sita iuxta fossam porte, que Bůderike porte nuncupatur, .. domino preposito et conventui ecclesie in Wedinchusen dimidiam marcam legalium denariorum dandam eisdem annuatim in festo beati Mychaelis pro sex marcis et dimidia denariorum legalium mihi datis integraliter et persolutis ad quatuor continuos annos[b] a dato presencium, tali videlicet adiecta conditione ac speciali gratia mediante, quod ego Hinricus, uxor mea, pueri mei aut heredes mei[c] prenominati singulis duobus annis ultimis de quatuor annis nominatis dictam dimidiam marcam pro sex marcis et dimidia legalium denariorum reemere possimus infra quindenam post festum beati Mychaelis, dummodo pensio dicte dimidie marce prius integraliter eisdem fuerit persoluta. Si vero nos omnes prenominati neggligentes fuerimus et sepedictam pensionem non reemerimus infra terminum predictum, extunc dominus prepositus et conventus prefati memoratam pensionem, scilicet dimidiam marcam, perpetuis temporibus iure hereditario sine aliqua contradictione possidebunt. Preterea nulla alia pensio ex predicta domo mea solvetur preterquam quindecim denarii, quorum novem denarii suis temporibus dabuntur conventui dominarum in Vrondeberg. Reliqui vero sex denarii Henrico dicto Rost ac suis heredibus solvuntur annuatim. In cuius rei firmum testimonium sigillum cooppidanorum meorum ad petitionem meam et heredum meorum presentibus est appensum. Nos vero proconsules et consules Werlenses hanc emptionem et vendicionem rite ac rationabiliter esse factam protestamur in hiis scriptis. Quapropter sigillum universitatis nostre presentibus apposuimus in testimonium firmum omnium premissorum. Datum et actum anno Domini M° CCC° XVI°, feria quarta ante festum Penthecostes, presentibus discretis viris Lamberto, plebano, Ecberto et Ludolfo, sociis suis ac cappellanis in Werle, Henrico dicto Longo, cellerario, sacerdotibus, Emelrico dicto Walen, Henrico dicto Kreueth, tunc proconsulibus in Werle, Hermanno Fron-

delere, Euerhardo Swinintholt, Conrado Nothliken, Conrado Egenbold, Hunoldo Scelp[d], Arnoldo Knopeken, Hermanno Scriuere, Iohanne Heynen, Lodewico de Rudenberge, Iohanne Lychten, tunc consulibus ibidem, et aliis quam pluribus viris fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 98, Siegel der Stadt Werl (oberer Teil abgebrochen, WS 71,5) anhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): Cavolt *(und von anderer Tinte)* nunc Distel habet*; Abschrift im Kopiar des 15. Jahrh.: Wedinghausen Akten Nr. 324 (ehemals Msc. VII 5737), Bl. 96 und Abschrift des 17. Jahrh., Wedinghausen, Akten Nr. 321 (ehemals Msc. I 209), Bl. 248.*

[a]) In Msc. I 209: Kouold; [b]) über der Zeile eingefügt; [c]) in der Vorlage nur „me"; [d]) Vokal verkleckst.

1290

1316 Mai 28

Vor den Bürgermeistern und dem Rat zu Soest schenken Dietrich Scharlakin und seine Frau Margarete, Bürger zu Soest, dem Pilgrimhaus und dem Neuen Hospital[1] zu Soest eine Rente von zwei Mark.

Universis presentes litteras visuris et audituris Robertus Ferner et Lodewicus de Sůnhere, proconsules, et totum consilium oppidi Susaciensis notum facimus et protestamur, quod dilecti nostri concives Theodericus Scharlakin et Margareta, sua uxor, Deum pre oculis habentes pieque et salubriter saluti suarum animarum intendentes constituti coram nobis sponte et libere ac absque omni conditione donaverunt ad emendationem elemosinarum in domo peregrinorum foras portam beati Iacobi et in novo hospitali infra muros ante eandem portam perpetuam duarum marcarum pensionem pro sua perpetua memoria ad predictas domos equaliter perpetuo dividendam, huius pensionis unam marcam assignantes ex duobus cubiculis in superiori parte fori sitis, que quondam Iohannis de Berghe fuerant, post quatuor solidos esse solvendam, item ex cubiculo ante domum de Gargillo sito, quatuor solidos primo, item ex domo Lamberti dicti Wlinc octo solidos post quinque solidos et sex denarios esse perpetuo persolvendos. Dictique coniuges pro huiusmodi donatione [...m]ercedem eternam consequi sperantes ab illo, qui est bonorum omnium pius et largior retributor, petiverunt [...] in testimonium perpetuum donationis predicte presentes litteras in custodia dictarum domorum conservandas oppidi nostri sigillo robora[ndas]. Nos autem ipsorum iustis precibus annuentes et dictam donationem quam plurimum commendantes, oppidi nostri sigillum litteris presentibus apposuimus in testimonium premissorum. Actum feria sexta post festum beati Urbani [anno Domini] M° CCC^mo^ sede[cimo], presentibus etiam Brunone de Bucghe, Henrico de H[er]inghin, Syfrido de Brůcke, Wichmanno de Vl[erike], Wernero [Rufo], Henrico de [Ho]nportin, Iohanne dicto Eppi[nch], Gothmaro Weghenere, Iohanne de Kiwe, Godefrido de Berghe, [Iohanne de] Honsele, Iohanne de [L]ůnen, Godescalco d[e Hemsode], [Albert]o de Hattorpe, Iohanne Volin, Henrico Arturi, [Syfrido de Pu]gno, [Arnoldo W]enkin, Marquardo de Lo, Conrado Bruninc, Wynando Walin, Syfrido [Sch]ottin, Iohanne de Hervorde et toto consilio oppidi nostri prenotati.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 9140, Siegel ab, Schrift stark abgeblättert, Ergänzungen zum Teil nach der Abschrift Vorwercks im 19. Jahrh.; Druck: Klocke, Soester Wohlfahrtsanstalten, Großer Mariengarten Nr. 3.

[1]) Großer Mariengarten.

1291

1316 Mai 29

Vor den Ratsherren zu Lippstadt schenkt Hadewigis, die Witwe des Heinrich genannt Lorinc, als Schenkung unter Lebenden für ihre, ihres Mannes und ihrer Vorfahren Memorie der Priorin und dem Konvent des Augustinerinnenklosters in Lippstadt eine Rente von drei Schillingen aus dem von ihr bewohnten Hause und der Hausstätte. Das Kloster nimmt die Witwe in die Gebetsbrüderschaft des Klosters auf.

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos .. consules Lippenses notum facimus et protestamur publice, quod constituta coram nobis Hadewigis, relicta quondam Henrici dicti Lorinc, nostra concivis, volens consulere saluti anime sue, sui mariti iam dicti ac suorum progenitorum donavit, legavit et assignavit donatione legitima inter vivos dominabus .. priorisse et conventui monasterii sanctimonialium Lippensis ordinis beati Augustini redditus trium solidorum denariorum Lippie usualium et bonorum, tollendos singulis annis duobus terminis, videlicet decem et octo denarios quolibet festo beati Michaelis et totidem denarios quovis festo Pasche, ex domo sua et area cum omni iure, prout situata est, quam ad presens inhabitat, ut memoria sui et mariti sui ac suorum parentum predictorum apud predictas claustrales duabus vicibus singulis annis sollempniter et devote ac perenniter peragatur. Si vero legitimos successores aut heredes dicte vidue alios redditus equivalentes et eque certos contingeret emptionis titulo comparare secundum dictum proborum virorum, illos redditus loco horum reddituum dicte[a] claustrales deberent acceptare. Unde dederunt eidem vidue plenam fraternitatem et participationem omnium bonorum operum, que apud ipsas fiunt in ieiuniis, vigiliis, orationibus, elemosinis, missarum sollempnitatibus, castigationibus et aliis piis operibus quibuscumque. Et nos consules supradicti in premissorum testimonium ac perpetui roboris firmitatem sigillum nostrum ad petitionem dicte vidue apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Ecberto Wigandi et Iohanne Ghyselberti, proconsulibus, Ludolpho de Ghyseke, Hermanno dicto Virlincwecge, Iohanne dicto Gote, Henrico de Cleye, Th. dicto Kolehorn, Th. et Hermanno de Sancto Trudone, fratribus, Rodolpho de Monasterio, Iohanne dicto Kuninc, Redgero de Bolehus, Iohanne et Bernardo de Lancgeneken, Deth. dicto Stotere, Alberto Denceke, Volberto Valsch, Gerardo de Cappele, Machorio Rubco, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in vigilia Pentekostes anno Domini M° CCC^mo sextodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt Urk. Nr. 53, Siegel ab; Regest: Lippische Regesten II Nr. 623.

[a]) In der Vorlage „dicti".

1292

1316 Juni 5

Respektbrief von Bürgermeister und Rat zu Dortmund nach Lübeck und Riga.

Anno Domini 1316 in die Bonifacii pape promiserunt pro duabus literis patentibus datis Cristine de Berchoven vidue, una versus Lubeke et alia versus Rigam directa Gerwinus de Bredenschede, Ar. Dives et Conr. Cleppinc.

Eintragung im Dortmunder Bürgerbuch des Stadt A Dortmund, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach Druck im Dortmunder UB I Nr. 341, S. 240.

1293

[1316 Juni 5]

Notiz über ein Darlehen des künftigen Bürgers Dietrich de Boyne für die Bürgerschaft (der Stadt Dortmund).

Thidericus de Boyne concessit civitati I marcam, que defalcabitur ei, cum erit burgensis vel in collecta, et illa marca dabatur macellio.

Eintragung im Bürgerbuch der Stadt Dortmund, Stadt A Dortmund, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach Dortmunder UB I Nr. 341, S. 241.

1294

1316 Juni 6

Der Prior Hermann, die Priorin Bertradis und der Konvent des Klosters St. Katharinen in Dortmund verkaufen dem Knappen Adolph genannt von Oye eine Rente von vier Schillingen. Nach dem Tode des Adolph fällt die Rente an den Konvent, der dafür seine Memorie zu halten hat.

Noverint universi presentes literas inspecturi tam presentes quam futuri, quod nos Hermannus, prior, Bertradis, priorissa, totusque conventus ecclesie beate Katerine Tremoniensis vendidimus rite et legitime discreto famulo Adolpho dicto de Oye, filio quondam Hermanni de Oye bone memorie, quatuor solidorum redditus ad tempus vite sue pacifice possidendos, dictos vero redditus eidem Adolpho per nos priorissam predictam vel, que pro tempore post nos extiterit, in festo beati Martini hyemalis singulis annis, quo ad vixerit, finaliter presentandos et solvendos. Si vero dictum Adolphum mori contigerit, quod tamen Deus avertat, dicti quatuor solidorum redditus ad nostrum conventum libere revertentur, et obinde, quia dicti redditus post eius obitum sunt ad nos et nostrum conventum divoluti, eius anniversarius in vigiliis et missis dicendis singulis annis perpetue peragetur et cuilibet puelle, ut eo ferventius et studiosius predicti Adolphi anniversarius et memoria habeatur, per nos priorissam, que pro tempore extiterit, unus denarius, duobus vero sacerdotibus cuilibet eorum tres denarii et duo denarii ad lumina, cum quibus misse animarum eidem Adolpho sunt dicende, singulis annis perpetue dabuntur. In cuius rei testimonium sigillum conventus nostri presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo tricentesimo sextodecimo, in octava Penthecosten.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Katharinen Dortmund Urk. Nr. 51, Siegel ab; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 497, S. 209.

1295

1316 Juni 18

Der Werler Bürger Dethmar genannt Dodegos verkauft dem Kloster Rumbeck aus seinem Hause in Werl eine Rente von drei Schillingen.

Universis hanc literam visuris et audituris ego Dethmarus dictus Dodegos, oppidanus Werlensis, notum esse desidero presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate uxoris mee Alheydis ac puerorum eius nec non omnium heredum nostrorum, prout nomina tenent, vendidi .. domino preposito et conventui ecclesie in Rumbike tres solidos legalium denariorum ex domo mea sita in Werle. Quorum trium solidorum unus dabitur in festo beati Mychaelis, reliqui vero duo solidi dabuntur in festo Pasche singulis annis iure hereditario et perpetuis temporibus possidendi. In cuius rei firmum testimonium sigillum universitatis nostre presentibus ad peticionem meam et omnium heredum meorum predictorum est appensum. Nos vero proconsules ac consules Werlenses hanc emptionem et vendicionem rite ac rationabiliter factam esse protestamur. Quapropter sigillum oppidi nostri presentibus apposuimus in testimonium omnium premissorum. Datum in die sanctorum Marci et Marcelliani martirum anno Domini M° CCC° XVI°, presentibus honestis viris Emelrico dicto Walen, Henrico dicto Kreveth, tunc proconsulibus, Hermanno Frondelere, Euerhardo Swinintholt, Conrado Nothliken, Hunoldo Scelp, Conrado Egenbold, Lodewico de Rudenberge, Arnoldo Knopeken, Hermanno Scriuere, Iohanne Heynen, Iohanne Lichten et aliis viris fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck Urk. Nr. 48, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Abschrift des 16. Jahrh. im Kopiar des Klosters Rumbeck (Msc. I 208), Bl. 4v.

1296

1316 Juni 23

*Iwar Olafsson, Kanzler von Norwegen, und dreizehn andere königliche Räte billigen auf die Klage der westfälischen Kaufleute (*Vestfaelingar*) Arnold Scharlach (*Skarlat*), Johann Rotermund (*Raudmunnr*), Ludolf von Oldenstede (*Gamlastad*), Gerwin Thomasson, Gerhard Rike (*Rikrmadr*), Heinrich Henning (*Hynningr*) sowie Gerhard und Gunter (*Gunnar*) über die Beschlagnahme von Leinwand, Wachs und anderen Waren das Vorgehen der Steuerbeamten.*

Abschrift, Königliche Bibliothek Stockholm, Cod. C 16 4°; Abschrift, Deichmannsche Bibliothek zu Christiania, Cod. Nr. 11; Regest: Hans. UB II Nr. 281, S. 113.

1297

1316 Juni 24

*Die Pröpstin Heylewigis und die Kanonissen des Stifts Vreden berichten dem Kölner Erzbischof Heinrich über die Wahl der Ludgardis von Steinfurt zur Äbtissin. Bei der Wahl waren die Dechantin und vier Kanonissen mit der Ansetzung des Termins, den sie um 14 Tage verschieben wollten, nicht einverstanden und hatten sich deswegen entfernt. Die Dechantin und ihre Anhängerinnen, die beiden Schwestern Frederadis und Lefradis von Wisenthorst, Lisa von Hosede und Richardis von Ardey (*de Ardeye*) stimmten jedoch später in Anwesenheit des Bischofs Ludwig von Münster der Wahl zu. Datum 1316 Juni 24 (*in Nativitate beati Iohannis Baptiste*).*

Ausf., Perg., HStAD, Kurköln Urk. Nr. 511, Siegel des Kapitels von Vreden anhängend; Druck: WUB VIII Nr. 1061.

1298

1316 Juni 28

Ludwig von Hilleringhausen, dessen Vorfahren für ihr Seelenheil dem Kloster Gevelsberg das Eigentumsrecht an dem Hof in Hilleringhausen[1] geschenkt haben, wofür der jeweilige Inhaber dem Kloster als Gewinngeld drei Schillinge und als Pacht zwölf Pfennige zu entrichten hat, verkauft dem Kloster aus eben diesem Hofe eine Rente von 15 Schillingen.

Universis presens scriptum visuris et audituris ego Lůdewicus de Hilderinchůsen salutem et cognoscere veritatem. Noverint presencium inspectores, quod progenitores mei cum consensu suorum heredum pro suarum salute animarum dominabus venerabilibus abbatisse et conventui in Gyuelberg proprietatem bonorum suorum in Hilderinchůsen dederant condicione tali, ut quicumque hereditatem hanc in futurum esset possessurus, dicto conventui tres solidos bonorum denariorum legalium daret iure, quod vulgariter dicitur zů winne ende zů werve, deinde daturus singulis annis in perpetuum XII denarios eiusdem monete in festo beati Martini hyemalis conventui memorato. Insuper tenore presencium contestor me una cum uxore mea Sophia manu coniuncta vendidisse cum voluntate et consensu liberorum nostrorum Thîlemanni, Methildis et Aleidis eisdem abbatisse et conventui de predictis bonis in Hilderinchusen quindecim solidos denariorum monete antedicte solvendos iure hereditario in festo prenotato. Huic facto interfuerunt dominus Arnoldus, plebanus in Swelme, dominus Iohannes miles de Gŷckinchoue, Lůdewicus de Důrholte, Engelbertus de Loy, Thilemannus de Rosendal, Iohannes de Loy et alii quam plures. Ut hec perpetuo rata maneant et inconvulsa, pre-

sentem paginam sigillo domini Arnoldi, plebani de Swelme, necnon et domini Iohannis militis de Gůckinchouen feci communiri. Datum anno Domini M° CCC° sexto decimo, in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

Ausf., Perg., Pfarr A Gevelsberg, Siegel ab; Abschrift im 1514 geschriebenen Kopiar des Stifts Gevelsberg (StAM, Msc. VII 6106), Nr. 22.

[1]) In Oelkinghausen bzw. Ennepetal.

1299

1316 Juli 2

Im Streit zwischen dem Kloster Wedinghausen auf der einen Seite und Konrad genannt Serlink, der Meierschen zu Bilme und ihren Söhnen und der Witwe des Konrad von Rythem auf der anderen Seite über die Güter zu Rythem[1] *entscheidet Hermann genannt von der Lippe, Vizepropst zu (St. Patrokli) Soest, nachdem sich die von den Parteien benannten Schiedsfreunde nicht einigen konnten, als Oberschiedsrichter zugunsten des Klosters Wedinghausen*[2].

In nomine Domini amen. Cum in causa, que inter religiosos viros .. prepositum et .. conventum monasterii in Wedinchusen ex una parte et Conradum dictum Serlink, .. villicam de Belehem et eius filios ac inter relictam Conradi de Rythem ex altera vertitur, in nos Hermannum dictum de Lyppia, sacerdotem, et Euerhardum de Meninchusen, militem, ex parte .. prepositi et conventus predictorum et in nos Gerhardum, plebanum ecclesie sancti Petri in Geseke, et Hermannum de Plettenbracht, militem, ex parte Conradi Serlink, .. villice de Belehem et suorum filiorum ac .. relicte prefatorum tamquam in iuris arbitros et arbitratores super decisione iuris dictarum partium de bonis in Rythem sitis et in nos Iohannem de Lyppia, viceprepositum Susaciensem, tamquam in arbitrum superiorem sit compromissum, nosque arbitri quatuor predicti circumstantiis dicte cause sollerter perspectis et discussis in nostram pronuntiationem nequiverimus concordare, nos Iohannes de Lyppia, viceprepositus Susatiensis predictus, tamquam arbiter superior tam, prout vidimus in literis patentibus strennui viri quondam Goswini de Eppenhusen, Westphalie marscalci, super hoc confectis quam in attestationibus testium super hoc productorum et in forma iuris receptorum vidimus contineri, ad partem duorum arbitrorum predictorum, videlicet Hermanni de Lyppia, sacerdotis, et Euerhardi de Meninchusen, militis, declinantes, una cum ipsis arbitrando pronuntiamus et pro iure dicimus dictos Conradum Serlink, .. villicam de Belehem et filios suos ac relictam Conradi de Rythem nichil iuris habere in bonis Rythem sitis eo, quod dictus quondam Conradus de Rythem nichil iuris in ipsis bonis habuit preterquam solum usufructum. Unde ipsis .. preposito et .. conventui in Wedinchusen dicta bona in Rythem arbitrando adiudicamus, ipsis Conrado Serlink, villice de Belehem et eius filiis necnon .. relicte Conradi predicti super inpetitione dictorum bonorum perpetuum silentium inponentes. Arbitratum, pronuntiatum et datum presentibus honorabilibus viris Radolpho, decano, Theoderico de Palsole, scolastico, Conrado de Hůstene, Dethmaro et Frederico dictis Make, fratribus, Hildegero de Benekinchusen, Wichmanno et Wernero de Lunen, canonicis Susatiensibus, preterea Brunone dicto Make, Gosscalco de Palsole et Hermanno de Medebeke, burgensibus Susatiensibus, necnon Emelrico Wale, proconsule in Werle, .. dicto Lichte, Henrico dicto Voghet de Bůdrike et aliis pluribus fidedignis anno Domini M° CCC° sextodecimo, sexta feria ante festum beati Vdelrici confessoris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 100, Siegel ab; Abschrift des 15. Jahrh. im Kopiar des Klosters Wedinghausen, Wedinghausen, Akten Nr. 324 (ehemals Msc. VII 5737), Bl. 149.

[1]) Wüstung nordöstlich von Werl; [2]) vergl. die als Beweis angeführte Urkunde des Marschalls von Westfalen vom Jahre 1282 (WUB VII 1787).

1300

1316 Juli 11

Der Ritter Hermann Wulf von Lüdinghausen schenkt für die Memorie seiner † Frau Sophia dem Kloster Rumbeck eine Rente von sechs Schillingen aus seinem Oberhof Hewingsen[1], wobei die Rente mit fünf Mark abgelöst werden kann.

Ego Hermannus miles dictus Wlf .. de Ludinchusen universis presentem visuris ac audituris literam recognosco et presentibus puplice cupio protestare, quod ex voluntate et consensu heredum meorum assignavi et in hiis scriptis assigno pure et simpliciter propter Deum et ad memoriam dilecte uxoris mee quondam Sophie conventui in Rumbike reditus VI solidorum tollendos singulis annis in festo beati Martini[a] ex mea curia Heuenchusen, donec tales reditus pro quinque marcis duxero redimendos, quod facere possum[b], quandocumque mihi videbitur expedire. Quo facto dicte claustrales ad memoriam dicte .. uxoris mee cum prefatis denariis aliqua bona sibi empcionis[c] titulo comparabunt. Unde in premissorum testimonium ego Hermannus, miles supradictus, sigillum meum duxi presentibus appendendum. Datum anno Domini M° CCC° XVI°, dominica post Odelrici episcopi et confessoris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck Urk. Nr. 49, Siegel des Ausstellers (leicht beschädigt, Schildform, im Bild: im fünfmal geteilten Schild ein gekrönter Löwe mit gespaltenem Schwanz) abhängend.

[a]) Von „in festo" bis „Martini" über der Zeile nachgetragen; [b]) Wort über der Zeile eingefügt; [c]) in der Vorlage „empcioniti".
[1]) Nördlich von Günne bzw. südwestlich von Soest.

1301

1316 Juli 13

Caesarius, Sohn des † Caesarius von Schalke[1], verkauft und überträgt den aus seinem väterlichen Erbe stammenden Hof zu Schalke und einen Kotten tome Lare *für 49 Mark der Adelheid, Tochter des Ritters Mauritius von Hergotinchusen und Dienerin der Äbtissin zu Essen, und stellt Bürgen.*

Noverint universi presentes litteras visuri vel audituri, quod ego Cesarius, filius quondam Cesarii de Schadelich, cum consilio et consensu omnium coheredum meorum mansum meum situm in Schadelich et casam meam dictam tome Lare ad me ex divisione hereditatis mee paterne libere devolutos cum hominibus ad ipsos spectantibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis et universis eorum pertinenciis vendidi legitime, tradidi et assignavi honeste puelle Aleydi, filie quondam domini Mauricii de Hergotinchusen, militis, pedisseque venerabilis domine domine .. abbatisse ecclesie Asindensis, perpetualiter optinendos pro quadraginta et novem marcis bonorum Susaciensium denariorum michi ab ipsa numeratis, traditis et integraliter persolutis. Quem mansum et casam cum suis, ut dictum est, pertinenciis coram dicta domina abbatissa plane et simpliciter resignavi ad manus Aleydis predicte, constituens sibi fideiussores, videlicet dominum Hinricum dictum Dukere, consanguineum, Hinricum de Schadelich, patruum, Gerhardum et Rutcherum, fratres meos, et Arnoldum de Hege, qui se una mecum in solidum nomine fideiussorio fide corporaliter prestita apud memoratam emptricem legitime obligaverunt pro warandya dictorum bonorum et hominum legitime facienda et observanda. In cuius rei testimonium presentes litteras, quia sigillo proprio careo, sigillo domini Hinrici pecii sigillari. Et nos Hinricus dictus Dukere, miles, Hinricus, Gerhardus, Rutcherus et Arnoldus, fideiussores predicti, protestamur bona supradicta cum hominibus et omnibus suis pertinenciis, ut premissum est, libere et specialiter ex legitima divisione paterne hereditatis ad supradictum Cesarium esse devoluta et nos pro warandya sepedictorum bonorum et hominum, sicut prenarratum est, obligasse meque Hinricum Dukere, militem, sigillum meum ad peticionem supradicti Cesarii presentibus appendisse. Actum et datum anno Domini M° CCC^mo XVI, in die beate Margarete virginis.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 261, Siegel ab.

[1]) Im westlichen Teil von Gelsenkirchen.

1302

1316 Juli 15

Vor den Bürgermeistern der Stadt Werl verpachtet Johannes, Propst in Wedinghausen, dem Kleriker Everhard die Schule in Werl auf vier Jahre. Von den Einkünften der Schule hat Everhard im ersten Jahr neun Schillinge, in den nächsten Jahren jeweils eine Mark dem Kloster zu zahlen. Das Kloster hat für die Instandsetzung des Daches und der Gebäude der Schule zu sorgen. Wenn Everhard in der Unterrichtung der Knaben nachlässig ist oder sich sonst etwas zuschulden kommen läßt, wird die Abmachung hinfällig. Er hat mit den Schülern den Pflichten des Chordienstes im Lesen und Singen nachzukommen.

Nos Emelricus[1] et Henricus[2], magistri consulum oppidi Werlensis innotescimus universis, quod venerabilis vir dominus Iohannes, prepositus ecclesie in Wedinchusen, nobis presentibus scolas in Werle Euerhardo, clerico, ad quatuor annos immediate sibi invicem subsequentes pro certa pensione reddituum danda de eisdem locavit sub hac forma, videlicet quod idem Euerhardus primo anno IX solidos legalis monete .. preposito seu ecclesie persolvat, singulis vero aliis annis marcam unam in duobus terminis, in festo Pasche dimidiam marcam, reliquam in festo Mychaelis solvet ecclesie prelibate. Prepositus vero seu ecclesia tectum vel edificia scole, cum necesse fuerit, emendabit, tali quoque conditione interiecta, quod si sepedictus Euerhardus erga informationem puerorum negligens[a] inventus fuerit seu culpam iuste correctionis vel reprehensionis contraxerit, quod absit, extunc omnis ordinatio facta inter ipsos irrita erit et inanis. Ceterum antiquas consuetudines in divino officio chori habitas cum scolaribus suis tam in legendo quam cantando diligenter observabit. Ne igitur in posterum contentio aliqua valeat suboriri, sigillum nostre civitatis ad ambarum partium petitionem presentibus est appensum. Presentes fuerunt dominus Euerhardus, prior in Wedinchusen, Ecbertus et Ludolphus, sacerdotes et cappellani in Werle, Conradus de Meninchusen, Hermannus Boricholte, bone nationis famuli, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M° CCC° XVI°, in die Divisionis apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 101, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage „neggliens".
[1]) Emelricus Wale; [2]) Heinrich Krevet.

1303

1316 Juli 21

Bischof Dietrich von Paderborn versetzt dem Bertold von Büren, dem Sohn des Bertold von Büren des Älteren und ehemaligen Drosten des (grundherrlichen) Amts Westernkotten, der die bei verschiedenen Gläubigern verpfändeten Einkünfte des Amts für 120 Mark und 30 Schillinge eingelöst hat und dem der Bischof darüber hinaus aus der Verwaltung des Amts noch 350 Mark schuldig ist, für insgesamt 470 Mark und 30 Schillinge die Einkünfte des Amts und die Hälfte der Einkünfte aus der bischöflichen Mühle zu Salzkotten.

Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus et protestamur, quod dilectus nobis Bertoldus, filius domini Bertoldi senioris de Büren, olim dapifer noster, redemit redditus officii nostri in Westerenkoten a quibusdam creditoribus, apud quos erant obligati[a], pro centum viginti marcis et pro triginta solidis denariorum Paderbornensium legalium. Nos vero pro debitis, quibus sibi remansimus obligati de officio sui dapiferatus, cum consilio et cum consensu .. capituli nostri supra predictam summam obligavimus eidem Bertoldo et suis legittimis heredibus predictum officium in Westerenkoten cum universis pertinenciis, sicut illud possidemus in presenti tempore, et dimidiam partem reddituum de molendino nostro in Soltkoten provenientium pro trecentis et pro quinquaginta marcis denariorum predictorum tam diu pacifice possidenda et tenenda, quousque nos aut nostri successores supradicto Bertoldo quadringentas et septuaginta marcas et triginta solidos denariorum in Paderborne usualium persolvamus. In cuius rei testimonium

nostrum et .. capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Nos vero .. prepositus, .. decanus et .. capitulum pro testimonio consensus nostri adhibiti ad premissa sigillum nostrum huic litere duximus apponendum. Datum XII° kalendas mensis Augusti anno Domini M° CCC° XVI°.

Ausf., Perg., StAM, Fürstbistum Paderborn, Urk. Nr. 440a, Siegel des Bischofs ab, das des Kapitels (halb abgebrochen; WS 102,2) mit Rücksiegel (WS 102,3) anhängend; Abschrift des 17. Jahrh. im Kopiar der Herrschaft Büren (Msc. VII 5102), S. 95; Druck: WUB IX Nr. 1464.

a) In der Vorlage „obligata".

1304

1316 Juli 26 Rietberg

Friedrich von Rietberg, Domscholaster zu Köln, verzichtet zugunsten seines Bruders Otto auf alle Ansprüche auf die Grafschaft Rietberg. Siegelankündigung des Ausstellers, des Edelherrn zur Lippe, des Grafen von Tecklenburg und des Grafen Wilhelm von Arnsberg.

Ausf., Perg., Grafschaft Rietberg Urk. Nr. 22, Siegel (in Abänderung der Reihenfolge der Siegelankündigung) des Ausstellers, des Grafen Friedrich von Rietberg, des Oheims väterlicherseits des Ausstellers, des Edelherren zur Lippe und der Grafen von Tecklenburg und Arnsberg (WS 41,2) anhängend; Druck: WUB IX Nr. 1465.

1305

1316 Juli 30 Dortmund

Konrad von Lindenhorst verzichtet zugunsten der Bürger von Dortmund auf die erhobenen Ansprüche auf einen Kamp und auf Weideland auf dieser Seite der Brücke nach Lindenhorst[1] bzw. vom Bach Holtecoten bis zum Bach Aalbecke und verspricht, die Burg Königsberg niederzulegen, wenn sie in seinen Besitz kommt.

Quoniam humana mens labilis est et breviter evanescit, cautum est rem gestam, cuius perhennitas desideratur, litterarum testimonio roborari. Proinde notum sit universis tam posteris quam modernis presentes literas visuris et audituris, quod, cum ego Conradus de Lindenhorst impeticionem quandam fecissem consulibus et civibus Tremoniensibus racione quarundam pascuarum cuiusdam campi ab illa parte pontis versus Lindenhorst siti et de rivo fluente de Holtecoten in rivum, qui dicitur Alebecke, et cum dictos cives in prefatis pascuis, quas ab antiquis temporibus habuerant, cogitarem impedire, questionibus hincinde factis, veritate diligenter inquisita, commonitus tandem ego Conradus a discretis viris amicis meis et instructus adeo, quod dictam impeticionem meam nomine meo et meorum heredum cassavi, revocavi perpetualiter et annichilavi, promittens una cum meis heredibus infrascriptis in solidum et fide data me vel ipsos heredes meos dictum campum vel eius pascuas numquam debere impetere vel aliqualiter impedire, sed iacebit dictus campus sine seminibus desertus eternaliter et incultus ad usum generalem opidanorum Tremoniensium, quod waldemene dicitur, et pecorum eorundem, hoc similiter adiecto, quod universa pecora et boves opidanorum Tremoniensium ibunt in pascuis perpetue ab opido Tremoniensi usque Aldenmengede et usque Kůningesberg sine omni impeditione mea vel meorum heredum, sicut a primevis temporibus consueverunt. Recognosco insuper ego Conradus supradictus me dictis consulibus et civibus in solidum promisisse, quod, quandocunque fortuna arridente me fieri contigerit potentem castelli illius, quod dicitur Koningesberg, extunc illud destruam funditus et subvertam et numquam in eo quidquam reedificabo ego vel mei heredes, nisi de expresso consensu et scitu consulum Tremoniensium et ipsorum voluntate. Acta sunt hec et ordinata Tremonie in domo pannicidarum, presente uxore mea Blideken et filiis meis Hermanno, Conrado et Frederico, item filiabus meis Aleyde, Gyseldruda, Lineke et Blideke, heredibus meis omnibus, qui unanimiter mecum ordinationes prescriptas inviolabiliter observare promiserunt. Presentes etiam fuerunt tunc temporis consules Tremonienses

Nicholaus in Ponte, Ertmarus Monachus, Thid. de Lunde, Hil. Schoneweder, Ar. Dives, Iohannes de Werne, Alvinus de Braken et alii quam plures. In quorum omnium et singulorum testimonium et robur perpetuum ego Conradus de Lindenhorst sepedictus sigillum meum pro me et pro meis heredibus presentibus litteris applicavi. Et ad maiorem evidenciam sigilla honorabilium virorum domini Hermanni de Lindenhorst, militis, patris mei, et Wesceli de Hamme, soceri mei, impetravi presentibus applicari. Datum feria sexta ante vincula Petri anno dominice incarnationis M° CCC° sexto decimo.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 134, Siegel des Konrad von Lindenhorst (Bild: sechs Rechtsbalken), des Hermann von Lindenhorst (desgl.) und des Wessel von Holthusen (Bild: zwei konzentrische Ringe, darüber Turnierkragen) anhängend; Druck: Fahne, Dortmund II, 1 Nr. 68 (unter falschem Datum); Dortmunder UB I Nr. 343, S. 241.

[1]) Nördlich von Dortmund.

1306

1316 August 2

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Lippstadt verzichten der Lippstädter Bürger Godfried genannt von Wurden, seine Frau Gertrud und ihre Erben auf alle Ansprüche gegenüber dem Soester Priester Dethmar genannt Lorinc.

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos .. iudex et .. consules Lippenses notum facimus et protestamur publice, quod comparuerunt coram nobis in figura iudicii constitutis Godefridus dictus de Wurden, noster conburgensis, et Gertrudis, coniuges, et eorum veri heredes, videlicet Iohannes, Walburgis et Heylewigis, renuntiantes libera et spontanea voluntate omnibus iuri, actioni et inpetitioni, que sibi vel eorum cuiquam coniunctim vel divisim competebant seu competere videbantur contra discretum virum dominum Dethmarum presbiterum Susatiensem dictum Lorinc, clamando et dimittendo ipsum ab omni causa, que animo concipi potest, quitum, liberum penitus et solutum. Promiserunt nichilominus firmiter coram nobis, quod contra premissa non venient per se vel per alium sive alios ingenio sive causa, de iure vel de facto. Unde nos ad ipsorum petitionem in premissorum testimonium sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Conrado Wigandi, tunc iudice Lippensi, Ecberto, eius fratre, et Iohanne Ghyselberti, proconsulibus, Elrico Elrikinc, Ludolpho de Geseke, Hermanno dicto Virlincwecge, Henrico de Cleye, Iohanne dicto Gote, Radolpho de Mon., Th. Kolehorn, Bodone Stakelinc et aliis tunc consulibus ceterisque pluribus fide dignis. Datum crastino beati Petri ad vincula anno Domini M° CCC^mo^ sextodecimo.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Vikarien Urk. Nr. 12, Siegel ab, Rückvermerk: (15. Jahrh.): instrumentum donationis et fidei.

1307

1316 August 2

Der Prior Hermann, die Priorin Bertradis und der Konvent des Klosters St. Katherinen in Dortmund bekunden, der Dortmunder Bürger Heinrich von Poto habe eine Rente von zwölf Schillingen gekauft, die aus dem Haus des Jacob genannt Scotthen und dem des Wilhelm von Wittene zu zahlen sind. Zu seinen Lebzeiten wird Heinrich diese Rente selber beziehen. Nach seinem Tode fällt die Rente an das Kloster, das dafür seine und seiner Eltern Memorie zu halten hat. Wenn nach dem Tode des Heinrich seine Nichte Taselina noch lebt, stehen ihr von der Rente auf Lebenszeit sechs Schillinge zu. Wenn Heinrich in Not gerät, darf er die Rente verkaufen und für sich verwenden.

Nos Hermannus, prior, Bertradis, priorissa, totusque .. conventus monialium ecclesie sancte Katherine Tremoniensis recognoscimus et tenore presencium publice declaramus, quod Henricus de Poto, opidanus

Tremoniensis, cum propriis suis denariis annuos redditus duodecim solidorum denariorum Tremoniensium usualium comparavit. Qui siquidem redditus ad tempora vite sue dabuntur eidem, ita quod sex solidi ab area seu ex domo Iacobi dicti Scotthen et residui sex solidi ab area seu ex domo Wilhelmi de Wittene in festo Pasche expedite tali forma, quod, cum dictus Hinricus carnis debitum exsolverit, extunc prefati redditus ad nos et ad nostram ecclesiam integraliter devolventur, nisi fortassis eo decedente Taselinam, sororis eius filiam, adhuc superstitem esse contingerit, quia tunc ipsa ad cursum vite sue redditus sex solidorum ex domo Wilhelmi predicti cadencium recipiet annuatim. Prenotatum est eciam, quod [si][a] dicto Henrico urgens vite necessitas incumberet, quod Dominus avertere dignetur, ipse tunc prefatos redditus duodecim solidorum vendere et suis usibus applicare poterit pro sue beneplacito voluntatis. Insuper adiectum est, quod si predicti redditus post defunctionem dicti Henrici ex parte eiusdem apud nos remanserint, extunc pro salute anime sue et parentum suorum singulis annis in octava Pasche eorum memoriam cum vigiliarum et missarum sollempniis inperpetuum peragemus. Huic ordinacioni presentes fuerunt discreti viri Henricus, presbiter nostri ordinis et noster cellerarius, Albertus, noster procurator, et Gerhardus Ryddere, rector ecclesie sancti Nycolai Tremoniensis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum in crastino sancti Petri ad vincula anno Domini M° CCC^mo sextodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Katharinen Dortmund Urk. Nr. 52, Siegel ab, Rückvermerke: 1. (Ende 15. Jahrh.): hec litere pertinent monialibus sancte Katerine, *und 2. (18. Jahrh.):* ... unbekant; *Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 499, S. 210.*

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.

1308

1316 August 3

Edelherr Simon zur Lippe überläßt im Tausch dem Stift Freckenhorst das Vogteirecht über die beiden Höfe Berichem[1] *und Arenbeck*[2] *bei der Stadt Warendorf sowie über den Haupthof Osthoff*[3] *und den dabeiliegenden Kotten Schucking*[4] *im Kirchspiel Freckenhorst und erhält dafür den großen und schmalen Zehnten zu Aleken*[5] *und eine Abfindung von 80 Mark.*

Symon nobilis vir dominus de Lyppia universis tam presentibus quam futuris, ad quos presentes littere pervenerint, notum esse cupimus publice protestando, quod nos de consensu et bona voluntate nobilis matrone domine Alheydis, nostre legitime, et omnium heredum nostrorum, videlicet Bernardi, prepositi ecclesie Paderburnensis, Henrici, canonici ecclesie Monasteriensis, Ottonis, Symonis et Bernardi iunioris, filiorum nostrorum, titulo concambii sive permutationis honorabili domine Lyse abbatisse et conventui in Vrekenhorst ius advocatie, quod tenuimus in duabus domibus dictis Berichem et in una domo dicta Orenbeke, sitis apud opidum Warendorpe, in curia dicta Osthof et in casa adiacente dicta Stuckinc, sita in parrochia Vrekenhorst, cum universis suis attinenciis, videlicet hominibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis et nemoribus cum plenitudine iuris, quod ad nos spectare dinoscitur, contulimus et assignavimus et presentibus assignamus perpetuo possidendum, eosdem mansos cum curia predicta et eorum attinenciis ad ecclesiam Vrekenhorst iure proprietatis pertinentes ad usum et utilitatem dicte ecclesie finaliter et libere resignando, recipientes sub eodem titulo concambii decimam tam minorem quam maiorem dictam Aleken, sitam apud civitatem nostram Lyppensem in parrochia Leseberen, cum proprietate et omni iuris plenitudine, quo ad dictam ecclesiam pertinebat, additis nobis ab eadem domina .. abbatissa prefata et eius conventu octuaginta marcis legalium denariorum nobis traditis, numeratis et solutis. Quam decimam, prout ad ecclesiam suam pertinebat, nobis et heredibus nostris dederunt donatione legitima perpetuo possidendam. Preterea quendam famulum dictum Vecelum de Vledinctorpe, subditum advocatie nostre, qui, ut speratur, dicte ecclesie erit utilis ad sua negocia promovenda, ad preces prefate domine .. abbatisse eidem dedimus et damus presentibus a iugo advocatie nostre una cum cum uxore sua .. liberum et solutum. Renunciavimus igitur cum uxore nostra et

omnibus heredibus nostris predictis omni impeticioni et actioni, que nobis et heredibus nostris predictis in bonis et hominibus supradictis competere poterunt vel aliqualiter suffragari in iure canonico vel civili. Actum presentibus domino Ludolfo burgravio in Stronberg, Conrado de Auenstrot, Adolfo de Saffenberth, Ottone de Sendene, militibus, Winando dicto Heketh, Conrado dicto Mulen de Auenstroth, Godescalco de Walegarden et Arnoldo de Vrekenhorst, famulis castrensibus nostris in Redhe, et aliis fide dignis. Ut autem premissa omnia et singula utrobique inviolabiliter perpetuo observentur, nos Symon nobilis supradictus presentem litteram sigillis nostro, domine Al(heydis), uxoris nostre, Bernardi, prepositi Paderburnensis ecclesie, pro nobis, heredibus coheredibusque nostris fecimus roborari. Nos vero Lysa, abbatissa monasterii predicti, pro nobis, conventu et canonicis nostris sigilla nostra apposuimus huic scripto. Datum anno Domini M° CCC° decimo sexto, in Inventione beati Stephani et sociorum eius.

Ausf., Perg., StAM, Stift Freckenhorst Urk. Nr. 68, Siegel 1. des Edelherrn (restauriert), 2. Siegel (des Dompropsts Bernhard ?) ab, 3. der Ehefrau Alheydis (restauriert nach starken Beschädigungen) 4. der Äbtissin Lysa und 5. des Konvents (kaum erkennbar) anhängend; Rückvermerk (15. Jahrh.): belangett datt Schukkinckholt*; Regest bzw. teilweise Druck: WUB VIII Nr. 1076; Lipp. Regesten II Nr. 624.*

[1]) Bei Friedländer, Heberegister Freckenhorst (S. 30) „Berghem", sonst aber nicht identifiziert (vergl. Kohl, Freckenhorst, S. 231, vieleicht identisch mit den beiden Höfen Borgmann in Gröblingen, die jedoch wie der nachfolgende Hof Arenbeck nicht mehr im Besitze von Freckenhorst); [2]) Bauerschaft Gröblingen, nordwestlich von Sassenberg; [3]) Bauerschaft Walgern in Freckenhorst; [4]) unter diesem Namen nicht identifiziert (vielleicht Schopmann in Walgern); [5]) Hof Aleken in der Bauerschaft Hentrup, südwestlich von Liesborn.

1309

1316 August 11 vor Esslingen

Friedrich, römischer König, belehnt den Kölner Erzbischof Heinrich, nachdem Konrad Graf von Dortmund ohne Hinterlassung eines Erben verstorben ist, mit der Grafschaft Dortmund, der Freigrafschaft, der weltlichen Gerichtsbarkeit, der Münze, dem Zoll und der Grut.

Fridericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Licet cunctorum sacro Romano subiectorum imperio profectibus et regalis sollicitudinis debito intendere teneamur, illis tamen nostre munificencie manus tenemur libentius aperire, qui specialius fide et opere pro sacri Romani imperii et rei publice gerendis et defendendis negociis in nostro resplendent culmine pre ceteris operosi. Sane ad venerabilem Heinricum Coloniensem archiepiscopum, sacri imperii per Italiam archicancellarium, principem et secretarium nostrum carissimum, qui pro sacri Romani imperii et nostri status magnificentia procuranda non solum sua, sed semetipsum inpendit intepide, sicut factorum suorum experiencia edocet operis per fulgorem nostre maiestatis oculos convertentes et dignum arbitrantes ecclesiam suam suorum meritorum obtentu adiectione plurimorum feodorum liberaliter augmentare, comitatum Tremoniensem ac iudicium, quod dicitur vreygraschaf nec non iudicium seu iurisdictionem temporalem, monetam, theloneum et fermentum ac bona alia feodalia quecumque in opido Tremoniensi Coloniensis dyocesis et alibi sita, que quondam Conradus comes Tremoniensis a nobis et sacro Romano imperio in feodo tenebat, eo quia ex eius morte, cum absque herede ullo legitimo decesserit, ad nos et sacrum Romanum imperium sunt libere devoluta, cum eius attinentiis universis ipsi archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi in augmentationem feodorum suorum concedimus in feodo seu ipsum et ecclesiam suam de comitatu, iudiciis et aliis supradictis ex speciali nostre maiestatis gratia presentibus infeodamus ab ipso, suis successoribus et ecclesia Coloniensi habenda, tenenda et perpetuo possidenda, sic ut nullo umquam tempore ab ipso archiepiscopo, suis successoribus et ecclesia Coloniensi per cuiusvis inversionis ingenium abstrahantur. Ut quanto potioribus a nobis ditatur honoribus, tanto plus delectet eundem nobis et sacro imperio liberalius deservire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis et infeodationis gratiam infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, libertatibus et bonis, que ab imperio tenet, privetur et nichilominus viginti marcarum auri puri penam incidat, pro media parte fisco et

pro alia parte dicto archiepiscopo persolvendam. In horum omnium robur, testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras dicto archiepiscopo et ecclesie sue super hiis conscriptas et nostre maiestatis regie sigillo appenso presentibus dedimus comunitas. Acta sunt hec presentibus illustre Heinrico duce Austrie et Styrie, germano et principe nostro karissimo, et spectabilibus viris Rudolfo, marchione de Baden, Eberhardo comite de Wirtemberg ac strennuis viris et nobilibus Ottone domino de Ochsensteyn, Rudolfo de Heiren, avunculis nostris, Conrado de O^{v}fenstein, Henrico et Vlrico fratribus de Wilsse, Ottone et Rudolfo fratribus de Liechtenstein et Iohanne, dapifero de Dyezzenhouen, curie nostre magistro, necnon aliis pluribus fidedignis. Datum in castris ante Ezzelingam III° idus Augusti anno Domini M^{o} trecentesimo sextodecimo, regni vero nostri anno secundo.

Ausf., Perg., HStAD, Kurköln Urk. Nr. 248, Rest des Siegels des Ausstellers (nach starken Beschädigungen restauriert) an gelbroten Seidenfäden anhängend; Abschrift im Kopiar B 5, Bl. 6; Abschrift vom Ende des 14. Jahrh. im Liber privilegiorum ecclesie Coloniensis: StAM, Msc. I 178, Bl. 23v; Druck: Lacomblet UB III Nr. 153; MGH Constitutiones V 1, Nr. 370.

1310

1316 August 13 Augsburg

König Ludwig belehnt in Vertretung des altersschwachen Hermann von Dortmund genannt von Lindenhorst dessen Sohn Konrad von Lindenhorst mit den Lehen des Reichs in und um die Stadt Dortmund.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus viro nobili Hermanno de Tremonia dicto de Lindenhůrst, fideli suo dilecto, gratiam suam et omne bonum. Constitutus in nostre regie maiestatis presencia Chůnradus dictus de Lindenhůrst, filius tuus, asserens, quod tu zenio, senectute et debilitate adeo magna pregravatus nostro te non posses conspectui presentare, et premissa coram nobis suo comprobavit iuramento, supplicans humiliter, ut te de feodis et bonis feodalibus, que tu et progenitores tui a Romano imperio tenuerunt, dignaremur liberaliter investire. Nos igitur precibus humilibus predicti filii tui favorabiliter inclinati et tibi tamquam amico compatientes, te de omnibus feodis et bonis feodalibus, que tu et progenitores tui in civitate et extra civitatem Tremoniensem ab antiquo ab imperio hactenus tenuerunt et pacifice possederunt, de liberalitate regia infeodamus et predictum filium de prefatis feodis tuo nomine investivimus et etiam investimus, volentes te omni libertate et prerogativa, qua omnes predecessores tui hucusque gavisi fuerunt, in prefatis feodis liberaliter perfrui et gaudere. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo secreto nostro iussimus communiri. Datum Auguste, idus Augusti anno Domini 1316, regni vero nostri anno secundo.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 135, Siegel ab, 1945 vernichtet, Foto im Stadt A; Druck: Dortmunder UB I Nr. 346, S. 243; MGH Constitutiones V 1 Nr. 371; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 501.

1311

1316 August 14

Ritter Friedrich von Hoerde verkauft dem Propst, der Priorin und dem Konvent der Nonnen zu Lippstadt für 30 Mark seine Güter zu Oechtringhausen[1] und läßt sie vor dem Freigericht auf.

Coram universis presentem literam visuris vel eciam audituris ego Fredericus de Hurde, miles, recognosco et protestor publice, quod habito consensu et plena voluntate domine Cunegundis, uxoris mee, Alberti, Frederici, Bernardi et Themmonis, filiorum meorum, ac omnium aliorum heredum et coheredum meorum rite ac rationabiliter vendidi domino .. preposito, .. priorisse et conventui monasterii sanctimonialium in Lippia bona mea sita in Ochterinchusen pro triginta marcis denariorum pecunia mihi numerata, tradita et soluta, que quidem bona ad presens tenent et colunt Hermannus et .. eius frater dicti de Ochterinchusen,

prout ipsa bona situata sunt in pascuis, pratis, agris cultis et incultis, cespitibus, silvis, obventionibus, iuribus et pertinentiis quibuscumque. Nichilominus ipsa bona cum suis appenditiis et ius proprietatis eorundem coram sede libertinorum, ipsis libertinis, quorum nomina loco testium subscripta sunt, presentibus, libere resignavi. Preterea coram dictis sede et libertinis dicte venditionis et resignationis contractum procuravi, ut iuris est, sub banno regio stabiliri ita firmiter et perfecte, quod nec ego nec dicti heredes mei aliquid iuris in dictis bonis et eorum pertinentiis de cetero poterimus, volumus aut debebimus vendicare. In cuius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem ego miles supradictus sigillum meum pro me et dictis heredibus meis una cum sigillo discretorum virorum .. consulum Lippensium presentibus ad petitionem meam et dictorum heredum meorum appenso apposui huic scripto. Nomina libertinorum supradictorum sunt Iohannes de Garflen, Hermannus de Garflen, Lutbertus et iunior Lutbertus de Deddinchusen, Iohannes de Deddinchusen, Henricus de Deddinchusen, Bernardus de Deddinchusen, Bernardus dictus Walewic, Henricus de Rikerswic; item testes sunt loco vasallorum electi et rogati Bernardus dictus Vryegreue de Deddinchusen, Iohannes dictus Boleke et .. dictus Pape de Bunne, dominus Casarii, presbiter, Conradus Wigandi, iudex Lippensis, et Ecbertus, eius frater, proconsul, cum Iohanne Gyselberti, Ludolphus de Gyseke, Elricus Elrici, Hermannus dictus Virlincwecge, Iohannes Gote, Hermannus et Th. de Sancto Trudone, Th. dictus Kolehorn, Henricus de Cleye, Bodo Stakelinc, Iohannes dictus Kuninc, Fredericus de Monasterio, Redgero de Bolehus, Iohannes et Bernardus de Lancgeneken, Conradus de Anripen, Dethmarus dictus Stotere, Albertus Denceke, Volbertus dictus Valsch, Gerardus de Cappele, Machorius Rubeus, Henricus Sinneman, Iohannes dictus Bake, consules Lippenses, et quam plures alii fide digni. Datum in vigilia Assumptionis beate virginis anno Domini M° CCC^mo sextodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt Urk. Nr. 54, Siegel des von Hoerde (WS 241,1) anhängend, das der Stadt Lippstadt ab; Regest: Lipp. Regesten II Nr. 625.

[1]) Östlich von Lippstadt.

1312

1316 August 15

Arnold zum Busch und seine Frau Gertrud verkaufen[1] dem Kloster St. Katharinen in Dortmund eine Rente von drei Schillingen aus einer Hausstätte bei ihrem Hause. Sie behalten sich bis zu ihrem Tode den Bezug der Rente vor. Nach ihrem Ableben soll die Rente an das Kloster fallen, das dafür die Memorie der Eheleute zu halten hat.

Noverint universi presentiam inspecturis et audituris, quod ego Arnoldus thor den Busc et uxor mea Gerthrudis matura deliberatione prehabita cum consensu nostrorum verorum heredum vendidimus annuatim tres solidos usualis monete de area iuxta domum nostram vicina claustralibus de sancta Katherina perpetue percipiendos pro quatuor marcis minus quatuor solidis nobis plenarie traditis et solutis, tali conditione adiecta, quod prenotatos tres solidos tollemus annuatim ad terminum vite nostre. Post obitum vero nostrorum amborum antedicti redditus ad usus predictarum claustralium libere revertuntur, ut memoria nostrarum animarum ab ipsis humiliter habeatur. Et ut premissa robur obtineant firmitatis, presens scriptum super hoc confectum sigillo Henrici Calue, iudicis Tremoniensis, petimus communiri. Acta sunt hec in ecclesia sancte Katherine, Henrico Caluo, iudice, presente. Advocati fuerunt etiam prior sancte Katherine et Henricus, cellerarius, et frater Albertus, Gobelinus Hals, Iohannes de Colonia, Iohannes de Withene et alii quam plures, requisita ibidem sententia, quod eque validum esset ac si coram tribuna factum fuisset, quod ego H[enricus C]alws[a], iudex Tremoniensis, protestor nostro sub sigillo. Datum anno Domini M° CCC° XVI°, die Assumptionis beate Marie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Katharinen Dortmund Urk. Nr. 53, Siegel ab; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 502, S. 213.

[a]) Loch im Pergament.
[1]) Alle anderen Urkunden dieses Jahres dokumentieren eine Kreditaufnahme des Klosters.

1313

1316 August 29 Patzlar

Der Knappe Heinrich genannt Bullic verzichtet gegenüber dem Kloster Welver auf die erhobenen Ansprüche auf zwei Höfe zu Merklingsen[1] im Kirchspiel Schwefe.

Omnibus hoc scriptum visuris et audituris tenore presentium innotescat, quod ego Hinricus dictus Bullic, famulus, et filii mei Hinricus et Wenemarus et omnes veri heredes mei desistimus omni inpetitioni in duobus mansis Merkelinchusen in parrochia Sueue sitis contra conventum sanctimonialium in Weluere competenti, ita quod in dictis mansis[a] et eorum attinentiis omnibus et singulis longe vel prope sitis nobis quicquam iuris vendicare non poterimus et predictum conventum super premissis deinceps non inpetemus, renunciantes pure et simpliciter omni iuri, quod nobis in dictis mansis competiit seu competere posset quomodolibet in futurum. Actum in castro Porteslare, presentibus honestis viris Th. dicto Harme, tunc temporis cogravio ibidem, Hermanno de Hede, Bernhardo de Menhouele, Gerlaco dicto Gripse, Io. dicto Dibbe, .. castellanis ibidem, et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° sextodecimo, in die Decollationis sancti Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 154, Siegel ab.

[a]) Wort über der Zeile eingefügt.
[1]) Südwestlich von Schwefe.

1314

1316 September 7 Lyon

Papst Johannes XXII. überträgt dem Ludolph von Herringen in St. Aposteln Köln ein Kanonikat und eine dazugehörende freie bzw. demnächst freiwerdende Präbende.

Iohannes XXII Ludolpho de Herringen, clerico et familiari Vitalis titulo S. Martini in montibus presbiteri cardinalis, confert canonicatum ecclesie SS. Apostolorum Coloniensis cum prebenda vacante vel proxime vacatura. Nuper propter tue probitatis merita ... Datum Lugduni VII idus Septembris anno primo. In e. m. preposito S. Pauli Leod. et scolastico Susaciensis Coloniensis diocesis ac Alberto de Mediolano, capellano nostro.

Wiedergabe nach dem Druck bei Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 408 (Reg. 63 Nr. 440).

1315

1316 September 9

Cunegundis Gräfin von Dale schenkt aus besonderer Zuneigung und um Streitigkeiten unter den Erben zu vermeiden für die Zeit nach ihrem Tode, falls sie keine Erben hat[1], ihrem Knappen Hermann von Gemen[2], ihrem Schwager[3], die Oberhöfe zu Almen[4] und Mokerden[5]. Dies geschieht auf Rat ihres Oheims müterlicherseits, des Grafen Wilhelm von Arnsberg[6], des Johannes, Propstes in Meschede[7], und des Edelherrn Otto von Ahaus.

Universis, ad quos presentes littere pervenerint, nos Cunegundis cometissa de Dale cupimus esse notum, quod nos ob specialem favorem et dilectionem, quam progenitores nostri ad Hermannum de Gemene, famulum nostrum, socerum, et ad Henricum de Gemene, Kunegundim, Cristinam, Sophiam, Bertam,

ipsius Hermanni liberos, nostros consanguineos, gesserint et gerimus, cogitantesque quante discordie poterint suboriri inter nostros consanguineos de bonis nostris paternis, si, quod absit, nos sine herede decedere contingeret, de consilio nobilium virorum domini Wilhelmi comitis de Arnesberge, nostri avunculi, Iohannis, prepositi de Meschede, Ottonis domini de Ahus, eidem Hermanno de Gemene et suis liberis prenotatis curtes nostras, videlicet Almen et Mokerden, cum attinentiis suis universis post obitum nostrum damus et legamus perpetuo possidendas, salvo ipsis iure aliorum bonorum nostrorum, in quibus adhuc habebunt cum aliis nostris coheredibus debitam portionem, hoc adiecto, quod, si quos post mortem nostram aliquos habuerimus heredes a nobis genitos, tunc dictus Hermannus de Gemene et sui liberi in dictis curtibus nichil iuris sibi poterunt vendicare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo domini Wilhelmi de Arnesberge, nostri avunculi predicti, presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XVI°, in crastino Nativitatis virginis gloriose.

Ausf., Perg., StAM, Landsberg-Velen, Gemen (Dep.) Urk. Nr. 11, Siegel der Cunegundis ab, das des Grafen Wilhelm von Arnsberg (teilweise abgebrochen, im Kern gut erhalten, WS 28,9) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1086 (dort aber fälschlich „Propst Johannes v. Meschede").

[1]) Cunegundis von Dale, die letzte ihres Geschlechts, heiratete im Jahre 1316 den Grafen Otto von Tecklenburg und noch einmal 1329 Wilhelm von Cuyck. Die Ehen blieben aber kinderlos; [2]) Hermann von Gemen-Anholt; [3]) die Schwester der Ausstellerin, Katharina, war mit Hermann verheiratet; [4]) Provinz Geldern, [5]) desgl.; [6]) die Mutter der Cunegundis, Richarda, war eine Schwester des Grafen Wilhelm von Arnsberg; [7]) Johann Graf von Arnsberg, Oheim des Wilhelm.

1316

1316 September 11

Engelbert Graf von der Mark erklärt, die Äbtissin des Stifts Essen Beatrix werde für den Fall, daß sie noch lebt und er noch das Amt eines Vogtes ausüben sollte, die Vogtgelder in Höhe von 60 Mark dem Heinrich von Oefte auszahlen. Graf Engelbert verspricht, er werde keinen anderen mit der Entgegennahme des Geldes beauftragen[1].

Universis presentes litteras visuris vel audituris Engelbertus comes de Marka salutem et cognoscere veritatem. Notum facimus, quod venerabilis domina Beatrix abbatissa ecclesie Asindensis, si ipsam supervivere et nos advocatum ecclesie Asindensis esse contigerit, ad petitionem nostram Hinrico de Ouethe [de contributione Maii][a] proxime [nobis ratione][b] advocatie ipsius ecclesie Asindensis competente sexaginta marcas bonorum legalium denariorum assignari et persolvi procurabit. Propter quod nos futuris dubiis precavere volentes, ipsi domine abbatisse in hiis scriptis firmiter promittimus, quod super receptione dictarum sexaginta marcarum nulli alio dabimus litteras nostras, sed sepedictam dominam abbatissam et eius capitulum a supradicte pecunie solutione quitos simpliciter dimittimus et solutos. In cuius rei testimonium presentes litteras memorate domine abbatisse concessimus nostro sigillo sigillatas. Datum anno Domini M° CCC^mo XVI°, sabbato post Nativitatem beate virginis.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 263, Siegel ab, Tinte stark abgeblättert, so daß einige Stellen nicht zu lesen; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 104, S. 151 (mit Siegelzeichnung).

[a]) In der Ausfertigung nicht lesbare Stelle, Ergänzungen aus der Abschrift Kindlingers; [b]) desgl.
[1]) Vergl. Urkunde von 1315 Januar 25.

1317

1316 September 13

Erzbischof Heinrich von Köln schlichtet den Streit zwischen dem Kapitel von St. Severin in Köln und dem Kanoniker Walthelm von Aducht (de Aqueductu) *einerseits und den Kanonikern Hildeger Hardefust, Pfarrer von (Klein-) St. Martin, und Hildeger dem Jüngeren, Sohn des Kölner Bürgers Hermann Hardefust,*

*andererseits über die Präbende des † Hermann von Dyedinchofen, indem er die gerade vakant gewordene Präbende des Arnold von Dortmund (*de Tremonia*) unter Umwandlung der Priesterpräbende in eine einfache Präbende dem Hildeger ersatzweise überträgt.*

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, St. Severin, Siegel des Erzbischofs anhängend, die anderen ab; Regest: REK IV Nr. 956.

1318

1316 September 28

Der Knappe Johannes genannt von Letmathe überläßt den Rektoren der alten Altäre in der Stiftskirche von (St. Patrokli) Soest das Eigentumsrecht an einer Zehntlöse von Oberhöfen und Äckern bei Werl, die der Knappe Wilhelm genannt Vlecke von Uffeln von ihm zu Lehen getragen hat und an die Rektoren verkaufte, nachdem er zum Ersatz verschiedene Äcker in Osterholt, *genannt* Opperplatten, *erhalten hat.*

Universis presentes literas visuris et audituris ego Iohannes dictus de Lethmete, famulus, notum facio publice protestando, quod, cum Wilhelmus dictus Flecke de Vflen, famulus, et sui heredes a me in feodo tenuerint quandam minutam decimam, tentlose vulgariter appellatam, que colligitur de quibusdam curtibus et agris apud Werle sitis, quam viris discretis .. rectoribus novem altarium antiquorum ecclesie beati Patrocli Susatiensis in contractu venditionis assignarunt, ego receptis quibusdam agris in Osterholte sitis, dictis Opperplatten, in restaurum dicte decime venditionem huiusmodi dictis .. rectoribus factam approbo et ratifico ratamque teneo immo de consensu Pyronetthe, uxoris mee, Vdonis, Iohannis, Hunoldi, Rotgeri et Deghenhardi, filiorum, ac aliorum coheredum meorum ipsius decime proprietatem cum omnibus suis attinentiis confero dictis altaribus et .. rectoribus eorundem iure hereditario perpetuis temporibus possidendam. Et renuntio cum omnibus meis filiis et heredibus dicte decime et eius proprietati, numquam de ipsa aliquod ius vel emolumentum speraturus. Et in huius rei testimonium pro me, uxore mea, filiis et heredibus meis sigillum meum presentibus literis est appensum. Datum anno Domini M° CCC^mo^ sextodecimo, crastino sanctorum martirum Cosme et Damiani. Summa reddituum dicte decime ad duodecim solidos et unum obulum se extendit et singulis annis in festo beati Iacobi apostoli iure decimali .. rectoribus persolvetur.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Vikarien Urk. Nr. 13, Siegel des Ausstellers (WS 198,15) anhängend; Rückvermerk: R*(egistratum)* per me Camps.

1319

1316 September 30

(König Eduard II.) befiehlt dem Sheriff von Lincoln, wegen eines Raubüberfalls an der Küste in der Grafschaft Norfolk auf den Londoner Kaufmann William von Widdeslade seitens von Leuten aus dem Herrschaftsgebiet des Grafen von Hennegau, Holland und Seeland und Herren von Friesland sowie von Seeleuten aus Deutschland und wegen der von den Städten Köln, Dortmund, Recklinghausen, Lübeck, Osnabrück Münster, Greifswald, Soest und Hamburg nicht gewährter Rechtshilfe die Waren der Kaufleute aus diesen Städten zu beschlagnahmen.

Rex vicecomiti Lincolniensi salutem. Cum nuper ad prosecutionem Willelmi de Widdeslade, civis et mercatoris nostri Londonensis, nobis suggerentis ipsum quedam bona et mercimonia sua de auerio ponderis ad valenciam trescentarum librarum in quadam navi Laurencii Pollessone de Brabanc apud Lesclus in Flandria posuisse usque in Angliam ad commodum suum inde faciendum ducenda et quosdam malefactores tam de dominio et potestate comitis Hanonie, Hollandie et Selandie ac domini Frisie quam de partibus Alemannie, marinarios in dicta navi existentes in costera maris prope Wyntrington in comitatu Norf. armata potencia insultasse et bona et mercimonia predicta ab hominibus predicti mercatoris nostri in dicta navi tunc existenti-

bus abstulisse et secum eisdem bonis et mercimoniis, quo voluerunt transtulisse, bona et mercimonia illa eidem mercatori nostro taliter adhuc detinendo in ipsius mercatoris nostri dampnum non modicum et status sui depressionem manifestam prefati, prefato comiti ac burgimagistris, scabinis, consulibus ac ballivis de certis villis dictarum parcium Alemannie, videlicet de Colonia, Dortmondia, Rikelinghous, Lubyk, Osenbrugge, Menstre, Grippeswold, Sussalt et Hamburgh plures per litteras nostras rogaverimus speciales, ut dicto mercatori nostro de bonis et mercimoniis suis predictis sic ablatis et sibi detentis debitam restitutionem vel competentem satisfactionem ac de dampnis, que sustinuit in hac parte, emendas rationabiles fieri facerent, nostrorum rogaminum interventu, et licet predictus mercator noster litteras nostras inde deprecatorias per Iohannem de Rothewell, attornatum suum in hac parte, prefato comiti directas eidem comiti liberaverit ac eciam diversas alias litteras prefatis burgimagistris, scabinis, consulibus et ballivis eis directas similter liberaverit ex parte nostra, ipsosque comitem, burgimagistros, scabinos, consules et ballivos pluries ac instanter requisierit ex parte nostra, ut sibi tanquam attornato prefati mercatoris nostri in hac parte restitutionem vel satifactionem de bonis et mercimoniis predictis ac emendas rationabiles de dampnis predictis fieri facerent iuxta nostrarum continentiam litterarum, iidem tamen comes, burgimagistri, scabini, consules et ballivi receptis dictis litteris nostris eis, ut premittitur, directis ad dictos rogatus nostros nichil facere curarunt, set dicto mercatori nostro in exhibicione iusticie totaliter defuerunt, sicut maior et comunnitas civitatis nostre predicte per litteras suas patentes communi sigillo suo consignatas nobis plenius significaverunt. Nos igitur, qui singulis de regno nostro tenemur in huiusmodi oppressionibus suis subvenire, ulterius dissimulari nolentes, quin prefato mercatori nostro provideamus de remedio oportuno, tibi precipimus, quod bona et mercimonia mercatorum tam de dominio et potestate prefati comitis quam mercatorum, quos tibi legitime per informationem dicti mercatoris nostri vel eius in hac parte attornati seu per inquisitionem per te inde, si necesse fuerit, faciendam constare poterit esse de dictis villis Colonie, Dortmonde, Rikelinghous, Lubyk, Osenbrugge, Menstre, Grippeswolde, Sussalt et Hamburghe vel earum aliqua usque ad summam centum et sexaginta librarum ac eciam dampnorum, que dictus mercator noster vel eius attornatus coram te docere poterit evidenter, eundem mercatorem nostrum occasione dicte depredacionis sustinuisse, infra ballivam tuam sine dilacione aliqua arestari et per sacramentum proborum et legalium hominum de balliva tua in hac parte non suspectorum in presentia illorum, quorum fuerit, appreciari et ea sic appreciata salvo absque distractione aliqua custodiri facias, quousque eidem mercatori nostro de predictis trescentis libris et dampnis, que ea occasione sustinuit, fuerit satisfactum. Et nos de toto facto tuo in hac parte, et que et cuiusmodi bona arestari feceris, et de precio eorundem, et quorum bona et mercimonia illa fuerint, reddas nos sigillo tuo distincte et aperte certiores. Mandavimus enim vicecomiti nostro Norf., quod ipse bona et mercimonia predictorum mercatorum usque ad summam centum et sexginta librarum, que infra ballivam suam inveniri contigerit, similiter faciat arestari. Teste rege, apud Ebor., XXX. die Septembris. Comsimile breve dirigitur vicecomiti Norf. de centum et quadraginta libris.

Gleichzeitige Eintragung, Public Record Office London C 54/134 ms. 25, 21, 13, 11 und C 54/136 ms. 26, 17,12,2; Druck: UB Lübeck 2,2, Nachtrag Nr. 1046, S. 972; Regest: Hans. UB II Nr. 291; Reg. Cl. Regis Edward II, Bd. II, S. 288; Dortmunder UB I Nr. 350 sowie Erg.Bd. Nr. 503 und Dortmunder Kaufleute S. 77, Nr. 78.

1320

1316 September 30

Ropert Graf von Virneburg, Marschall Westfalens, verspricht seinem Knappen Bertold von Herborn, ihm bei der Erlangung und im Besitz der Güter behilflich zu sein, die sein † Vater laut Inhalt einer Urkunde vom Kölner Erzbischof (zu Lehen) hatte. Dies geschieht unter der Bedingung, daß dadurch die Rechte des Erzbischofs nicht beeinträchtigt werden.

Sciant universi presencium inspectores per nos Ropertum comitem de Virneburg, marscalcum Westfalie, quod promisimus promovere Bertoldum de Herborne, famulum nostrum, in iure suo secundum tenorem litterarum illarum, quas pater suus bone memorie habuit de bonis, que a venerabili domino nostro Coloniensi .. archiepiscopo tenuit et possedit. Sic tamen eundem promovebimus, quod in dictis bonis ius reverendi domini nostri Coloniensis archiepicopi predicti non aliquod detrimentum vel inpedimentum paciatur, donantes dicto Bertoldo, famulo nostro, has litteras sigillo nostro a tergo apposito roboratas in testimonium super eo. Datum anno Domini M CCC sexto decimo, ipso die beati Ieronimi presbitri.

Ausf., Perg., Archiwum Panstwowe w Wroclawiu (Breslau), Herzoglich von Hatzfeldtsches A zu Trachenberg, Siegel ab; Wiedergabe nach dem Druck: WZ 61, 1903, S. 59, Nr. 14.

1321

1316 Oktober 16

Bischof Ludwig von Münster, Mechtild, die Witwe des Bovo von Strünkede, dessen Bruder Hermann von Strünkede und Wessel gen. von dem Vehove schließen wegen der minderjährigen Kinder des Bovo von Strünkede, Giselbert und Bovo, mit dem Grafen Dietrich von Kleve folgende Übereinkunft: Der Graf belehnt die Kinder auf Lebenszeit mit der Burggrafschaft der Burg Strünkede mit dem dazugehörenden Ackerland, dem dortigen Zehnten und der Mühle, mit dem Hofe Düngelmann[1], Breilmann[2] und in Heerlo[3]*, mit der Vogtei über den Oberhof Mengede, dem Wildbann und der Fischerei in der Emscher. Er darf die Güter unter die Kinder aufteilen, wenn diese volljährig geworden sind. Der Graf behält ferner für sich und die Burgmannen das Recht vor, bei ihrer Anwesenheit auf der Burg diese wie ein Eigengut zu benutzen und im Wildbann die Jagd auszuüben. Dem Grafen steht es weiter frei, den Oberhof zu Castrop mit der Gerichtsbarkeit, der Mühle, den Leuten und allen Rechten sowie die Vogteien des Oberhofs Hofstede[4] und Brüninghof[5], die die Kinder für 600 Mark in Pfandbesitz haben, wieder einzulösen, wenn die Kinder volljährig geworden sind.*

Nos Ludewicus Dei gratia episcopus Monasteriensis, Megtildis, relicta quondam Buvonis de Strunckede, militis, Hermannus de Strunkede, frater dicti militis, et Wesselus dictus van dem Vyhaue tenore presentium publice protestamur, quod nos nomine et ad usus Gyselberti et Buvonis, liberorum dicti militis et mei Megtildis predicte, adhuc minoris etatis existentium, cum spectabili viro Th. comite Cleuensi tractavimus in hunc modum, videlicet quod dictus comes prefatos liberos ad vitam ipsorum infeodavit de borgraviatu castri de Struncte et agricultura, decima et molendino ibidem, item de uno manso in Dungelen et uno manso dicto tu den Broyle ac uno manso in Heerloe, item de advocatia curtis in Menghede ac de banno ferarum et piscaria de Eemscar, reservata sibi potestate dicta bona inter dictos liberos, dum ad annos etatis legitime pervenerint, dividendi pro sue libito voluntatis, salvo ante omnia dicto comiti et eius heredibus seu eorum castellanis, qui pro tempore fuerint, quod, cum in Strunckede presentes fuerint, possint de dicto castro omnem eorum tamquam de bonis propriis comitis disponere voluntatem ac in dicto banno ferarum venari, dum eis visum fuerit expedire. Cum etiam dicti liberi tam de antiquis quam de novis computationibus curtem in Castorpe cum iurisdictione, molendino, hominibus, iuribus et pertinentiis suis universis ac advocatias curtis in Haefstede et curtis in Bruninchof pro sexcentis marcis bonorum Brabantinorum denariorum teneant obligatas, liberum erit dicto comiti vel eius heredibus, quocumque tempore voluerit vel voluerint, dicta bona obligata integraliter redimere pro sexcentis marcis denariorum predictorum. Et per hec omnes hincinde persecutiones seu impetitiones inter eos hincinde usque in presentem diem ex quacunque causa mota, vel que moveri poterunt, sunt quite penitus et sopite, renunciantes pro dictis liberis et nomine eorundem omnibus persecutionibus seu impetitionibus, que eis preter prescripta contra dictum comitem vel eius heredes quomodolibet videntur competere de iure vel de facto, testimonio sigillorum nostrorum hiis litteris appensorum. Datum die beati Galli confessoris, anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo.

Ausf., Perg., HStAD, Kleve-Mark Urk. Nr. 144, Moderschäden, Siegel des Hermann von Strünkede (beschädigt) und des Wessel von Strünkede (gut erhalten) anhängend; Druck: Lacomblet UB III Nr. 154; Regest: WUB VIII Nr. 1099, Schleidgen, Kleve-Mark Nr. 152.

[1]) Hof Düngelmann in der Bauerschaft Herne (vergl. Timm, Kataster Nr. 3075); [2]) Hof Breilmann, ebenfalls in der Bauerschaft Herne (Timm, Kataster Nr. 3073; [3]) nicht identifiziert, wohl ebenfalls in der Bauerschaft Herne zu suchen; [4]) Hofstede in der Bauerschaft Hachhausen westlich von Datteln, ebenso wie Brüninghof zu den sogenannten 8½ Reichshöfen zählend, wodurch das Vorhandensein einer Vogtei erklärlich wird; [5]) bei Recklinghausen.

1322

1316 Oktober 21

Die Ratsherren zu Dortmund verkaufen der Begine Helenburgis (Hebele), der Tochter des Herrn Nicolaus in Ponte, für 25 Mark auf Lebenszeit eine Rente von 30 Schillingen aus den Fischbänken, der Salzverkaufsstelle und der Waage. Nach ihrem Tode soll die Rente wiederum auf Lebenszeit von ihrer Schwester, der Begine Druda, bezogen werden.

Nos consules pro tempore Tremonienses notum facimus universis publice protestando, quod nos considerata utilitate civitatis nostre habito super hoc tractatu de consensu et voluntate unanimi vendidimus honeste puelle Hebele, bacgine, filie discreti viri domini Nicolai in Ponte, triginta solidorum redditus de scampnis piscium, de mensuris salis et de ponderario ipsi, quam diu vixerit, annis singulis in festo sancti Reynoldi solvendos et presentandos, ita quod dicti redditus anni illius, in quo obierit, ipsam integre comitentur, pro viginti quinque marcis bonorum denariorum Tremoniensium numerate pecunie et solute in usum civitatis converse, sub tali videlicet condicione, quod, cum primus annus post mortem dicte Helenburgis elapsus fuerit, medietas dictorum reddituum Drude, bacgine, sorori eiusdem, annis singulis, quam diu vixerit, eo tertio detur et solvatur et quod insuper eadem medietas reddituum predictorum anni illius, in quo decesserit, ipsam Drudam similiter comitetur, hoc adiecto, quo si fortassis dictas sorores vel alteram earum defectum aliquem in premissis, quod absit, pati contigerit causa qualicumque, illum nos vel, qui pro tempore fuerint, ipsis de tabula nostra complete refundere promittimus et plenarie resarcire, dantes eisdem sororibus has patentes literas nostras sigillo nostro communitas in testimonium de premissis. Datum in festo sanctarum Undecim milium virginum anno Domini 1316.

*Abschrift im großen Kopiar und im Bürgerbuch (*liber civium*) der Stadt Dortmund, Stadt A Dortmund (beide 1945 vernichtet), Wiedergabe nach Dortmunder UB I Nr. 349, S. 244; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 504.*

1323

1316 Oktober 23

Edelherr Godfrid von Rüdenberg verzichtet gegen eine Abfindung von sechs Mark und sechs Schillingen auf die erhobenen Ansprüche auf Johann den Schulten in Woesthoff[1] und seine Erben, die sich (als Eigenhörige) dem Kloster Paradies geschenkt haben, wogegen der Edelherr Einspruch erhob, da sie mehr als ein Jahr in seiner Freigrafschaft gewohnt hatten.

Nos Godfridus nobilis de Rudenberg universis presentibus et futuris recognoscimus in hiis scriptis publice protestando, quod, cum Iohannes, sculthetus in Wstehof, cum uxore sua et omnibus heredibus suis iam natis et adhuc nascituris monasterio de Paradyso se dedisse nosque predictam donationem irritam iudicantes eo, quod ad annum et ultra in nostre libertatis dominio resedisset, iam dictum Iohannem super huiusmodi facto inpeteremus, tandem precibus priorisse et conventus monasterii predicti, quos ab annnis antiquis speciali favore prosequimur inclinati, omni inpetitioni, quam movimus seu movere intendimus, predicto Iohanni super premissis cessimus viva voce de beneplacito et consensu uxoris nostre Palmanie et filii nostri Godfridi

et omnium heredum et coheredum nostrorum ita, quod nec nos nec aliquis heredum nostrorum in perpetuum aliquam molestiam vel angariam predicto Iohanni seu suis heredibus propter predictam donationem movere poterimus quoquomodo. In reconpensam itaque cessionis premisse priorissa et conventus iam dictus dederunt nobis sex marcas et sex solidos legalium denariorum. Ut autem predictus Iohannes super hac inpetitione in perpetuum liber sit et quitus, ipsum cum uxore sua et omnibus heredibus suis predicto monasterio assignavimus et assignatum pronuntiamus presenti scripto nostro sigillo roborato in testimonium perpetue firmitatis. Actum et datum in die beati Seuerini anno M° CCC° sexto decimo.

Abschrift vom Ende des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6107 (Kopiar des Klosters Paradies), S. 80.

[1]) In Merklingsen westlich von Soest (vergl. Kloster Paradies, Akten Nr. 50 und Koske, Bördekataster S. 220).

1324

1316 Oktober 28

König Eduard (II.) von England befiehlt auf eine Vorstellung der deutschen Kaufleute zu London aus Köln, Dortmund, Recklinghausen, Lübeck, Osnabrück, Münster, Greifswald, Soest und Hamburg seinem Kanzler, ihre auf die Klage des William von Widdeslade wegen eines angeblichen Seeraubs beschlagnahmten Schiffe und Waren wieder freizugeben und den Sheriff von Lincoln entsprechend anzuweisen.

A nostre seigneur le roi a son conseil privut ses marchauntz d'Alemaigne, que sont del haus des marchauntz de mesme la terre en Loundres, cest a savoir des viles de Coloigne, Dertemounde, Reclingeouse, Lubike, Osenbrigg, Menstre, Gripeswold, Susak et Hamburgh, que, come lur biens sont arestuz a la seint Botulph par bref, qest issu hors de la chauncellerie a la soeute William de Wodeslade de Loundres par la reson dune roberie, que fu faite nadgaires sur mer par larouns et gentz utlaghes de Seland et de Fresland et d'Escoce a lavantdit William et plusurs autres, et auxint as aucuns autres de meismes les villes avaunt nomes, cest a savoir de Fraunk de Coloigne C liverez despeyes, et de Henri de Wakguthorp de Lubik C marche de poison, et a Johan de Menstre XL livere de poison, et a la quele roberie faire nulle des dites villes nestoient, la quele chose ils sont prestz daverrer, par quant que la court le roy voudra a garder: que plese a nostre seigneur le roi et a son conseil comaunder, que cel areste soit delivre, de sicome il entendout estre en la protection nostre seigneur le roi, sicome les autres de le dit haus sont, et il ne ount rien trepasse, par quey il ne deyvent ioier de sa protection, et il sont toutz iour prestz de servir au roy e a son roialme en marchaundis et en autre chose a lur poair. Edward par la grace de Dieu roi d'Engleterre, seigneur d'Irlaunde et ducs d'Aquitaine. Al honorable piere en Dieu, I par la meisme grace .. eslit de Wyncestre confermez, nostre chauncellier, salutz. Nous vous enveoms ci dedeinz enclose une peticion, que nous feust baillee depar marchaundz d'Alemaigne, touchante un arrest, qest fait sur lour niefs et marchandises a la seint Botolf par bref de nostre grant seal a la suyte William de Wydeslade, marchand de Londres, et pur se, que les attornez des ditz marchandz nous ount fait entendantz, qil sont prestz daverrer, par quantque nostre court voudra agarder, qe nul des villes, dont il sont, nestoit a la roberie, par quele le dit arrest est agarder, et qil sont del haus des marchandz d'Alemaigne en Londres, parquoi il ne lour biens et marchandises ne doientestre arrestuz pur dette, dont il ne soient pleges ne principalx dettours, ne por autri trespas, a cet, qest dit, vous mandoms, que, regardee meisme la peticion, facezassigner suffissantz gentz de contez de Nicole a receiure le dit averrement, sil le voillent attendre, et facez mander par bref de nostre dit seal au visconte de Nicole, qil, prise des ditz marchantz suffisante seurete de repondre au dit William de sa demande, sil faillent en lour dit averrement, il soeffre meismes les marchantz en dementers marchander de lour biens et marchandises et faire lour profit sanz nulle desturbance. Donnee souz nostre prive seal a Neuburgh, le XXVIII iour d'Octobre, lan de nostre regne disme.

Eintragung, Public Record Office London, Privy seals 10. Edward II. 9; Wiedergabe nach Druck: UB Lübeck II,2, Nr. 1047, S. 974; Regest: Hans. UB II Nr. 292; Dortmunder UB I Nr. 350; Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 505.

1325

1316 November 1

Die Brüder Bertram und Bodo von Hondorp verzichten in einem freundschaftlichen Vergleich zugunsten des Klosters Benninghausen auf die Güter zu Ebbinghausen[1].

Universis presentia visuris et audituris nos .. Bertrannus et .. Bodo fratres dicti de Hondorp cum unanimi consensu et voluntate filiorum nostrorum .. Bertranno, .. Arnoldo necnon Bodone, Conrado, Arnoldo notum facimus tenore presentium protestantes, quod nos renuntiavimus et renuntiamus omni iuri, quod nos vel heredes sive successores nostri in bonis de .. Ebbinchusen habuimus vel habere videbamur per amicabilem compositionem factam inter nos et conventum sanctimonialium in Bennikinchusen, resignantes in manus domine .. abbatisse et conventus predicti bona de .. Ebbinchusen de cetero libere et quiete perpetuo possidenda. Ne quis autem imposterum malignandi consilio dictum conventum in bonis sepedictis quoquomodo molestare presumat, ad petitionem domine .. abbatisse et conventus in Bennikinchusen necnon Bertranni et Bodonis ac filiorum nostrorum antedictorum presens scriptum in testimonium per appensionem sigilli .. Hermanni militis dicti Lupi fecimus communiri. Testes etiam fuerunt .. Hermannus Lupus, Reynfridus Steynhule, milites, Thema Kule, frater Bernardus, frater Iohannes, conversi in Bennikinchusen. Datum anno Domini M° CCC° XVI°, in festivitate Omnium sanctorum.

Ausf., Perg, StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 134, Siegel des Wulf von Lüdinghausen (Schildform, im Bild: fünfmal geteilter Schild, darin gekrönter Löwe mit gespaltenem Schwanz) abhängend.

[1]) Westlich von Erwitte im Kirchspiel Horn.

1326

1316 November 1

Dietrich, Abt des Benediktinerklosters Siegburg, überläßt für sieben Jahre seinem Vasallen Meinrich genannt Harolt die Einkünfte in Geseke und Rüthen aus der dem Kloster dort anfallenden Zehntlöse und den Kornabgaben. Er hat dafür dem dortigen Beamten des Klosters jährlich 13 Mark zu entrichten. Außerdem hat er die Kosten des Unterhalts für ihn und seine Pferde zu tragen, wenn er sich bei ihm befindet.

Universis presentes literas visuris et audituris Th. Dei gratia .. abbas monasterii Sibergensis ordinis sancti Benedicti Coloniensis dyocesis salutem cum notitia veritatis. Noveritis, quod nos Menrico dicto Harolt, nostro vasallo, pensiones nostras in Gesike et in Ruden de redemptione decimarum similiter et annonam ibidem nobis et nostro monasterio in festo beati Martini hyemalis provenientes concedimus septem annis continuis in festo Omnium sanctorum proximo currere incipientibus in hunc modum, quod dictus Menricus singulis annis infra octavas beati Martini tredecim marcas monete apud Gesike currentis nostro officiato in bonis nostris ibidem dabit et[a] ad opidum in Gesike suis laboribus, periculis et expensis presentabit, hoc adiecto, quod dictus Menricus nostro officiato, quicumque fuerit, suas et equorum suorum expensas faciet, quam diu apud ipsum fuerit. Pro dicta pecunia requirenda et, si, quod absit, dictus Menricus predictas marcas iamdicto tempore non persolverit, extunc omne dampnum, quod nos propter defectum pecunie nobis non solute sustinuerimus, in decima ipsius Menrici, quam a nobis tenet in feodum, recuperare poterimus nec ipse Menricus vel sui heredes de ipsa decima se intromittent tam diu, quousque nobis de dictis marcis et dampno, si quod ratione insolutionis ipsarum marcarum sustinuerimus, nobis fuerit plenarie satisfactum et absque dolo. In cuius rei testimonium nos .. abbas predictus duximus presentem literam nostro sigillo sigillandam. Et ego Menricus predictus recognosco omnia premissa esse vera et ad eadem, prout me contingunt, me et meam decimam predictam firmiter et bona fide obligo et asstringo, rogans Menricum dictum Budel, meum consangineum, quia proprio sigillo careo, ut sigillum suum pro me apponat in testimonium premissorum. Et ego Menricus Budel ad petitionem Menrici, mei consanginei, duxi presentibus meum sigillum apponendum.

Actum presentibus scabinis in Gesike et datum anno Domini M^mo CCC^mo sexto decimo, in die Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Siegburg Urk. Nr. 173, von den beiden Siegeln nur noch Reste vorhanden (restauriert); desgl. Abschrift des 18. Jahrh. in Rep. u. Hs. 6 I S. 311-313; Regest: Wisplinghoff, Siegburg Nr. 240.

[a]) Über der Zeile eingefügt.

1327

1316 November 11

Der Ritter Johann von Hoevel, Burgmann in Stromberg, überläßt dem Kloster Welver den mit einer Rente von sechs Schillingen zugunsten des Stifts Beckum belasteten Hof des Christian in Dalmer[1], bis seine Schulden an das Kloster bezahlt sind.

Universis presentia visuris vel audituris .. nos Iohannes de Houele, miles, castrensis in Stromberg, salutem et noticiam veritatis. Recognoscimus per presentes publice protestando, quod de plena bona voluntate et unanimi consensu Gysle, filie nostre, et omnium heredum coheredumque nostrorum legitimorum demonstravimus et assignavimus, demonstramus et assignamus in hiis scriptis .. abbatisse et conventui monasterii in Weluere dyocesis Coloniensis domum Cristiani in Dalhem nobis pertinentem cum suis pertinentiis quibuscumque, exceptis sex solidorum redditibus, quos capitulum ecclesie Bekehemensis dyocesis Monasteriensis annis singulis recipiet domo de eadem secundum formam instrumentorum inde confectorum, tam diu a nobis et heredibus nostris quiete et pacifice possidendam, quousque .. abbatissa et conventus monasterii predicti summam debitorum, qua ipsis astricti fuimus, recipiant integre sive tollant. Quam debitorum summam, cum totaliter dinoscuntur recepisse sive sustulisse, ad nos et heredes nostros cum suis pertinentiis sane et libere revertentur. In cuius rei certitudinem sigillum nostrum patenter duximus appendendum. Datum anno Domini M° CCC° XVI°, in die beati Martini episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 155, Siegel des von Hoevel (oberer Rand abgebrochen, WS 196,7) abhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1109.

[1]) Im Kirchspiel bzw. südlich von Beckum.

1328

1316 November 11

Die Ratsherren zu Dortmund verkaufen dem Andreas in der Balkenstraße einen Garten außerhalb der Kukelke, wobei sie für vier Jahre ein Rückkaufsrecht behalten.

Sciendum, quod nos consules Tremonienses vendidimus Andree in Balkenstrate ortum, quem habuimus extra Coculatam, quem Henricus, quondam nuncius noster habuerat, pro 19 marcis talium denariorum, quorum 14 solidi tribus denariis minus valebant unam marcam grossorum Thuronensium regalium antiquorum, tali condicione, quod possimus eum reemere in termino quatuor annorum a data presentium proxime advenientium ab ipso Andrea vel a suis heredibus pro eadem summa denariorum talis pecunie, ut supradictum est. Quod si non faceremus, dictus ortus, prout iacet, cederet dicto Andree et suis heredibus in perpetuam possessionem. Et hec reemptio erit singulis quatuor annis super festum Martini. Datum in die Martini anno Domini 1316.

*Abschrift im Bürgerbuch (*liber civium*), Stadt A Dortmund (1945 vernichtet), Wiedergabe nach Dortmunder UB I Nr. 351, S. 245; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 506.*

1329

1316 November 12 Horstmar

*Bischof Ludwig in Münster und Weihbischof Hermann (*Belonvilonensis ecclesie St. Iohannis Baptiste episcopus*) entscheiden den Streit zwischem dem Ritter Adolph von Saffenberg und dem Knappen Konrad von Westerwinkel mit dem Komtur und den Brüdern des Ordenshauses von St. Johann in Steinfurt über die durch den Tod der Marsilia von Benthem hinterlassenen Güter zugunsten der letzteren. Es siegeln neben den beiden Bischöfen und den beiden Klägern Engelbert Graf von der Mark und Edelherr Simon zur Lippe.*

Ausf., Perg., Fürstl. A zu Bentheim- Steinfurt VIII Rep. II.1.b 25 Nr. 15; von den sechs Siegeln das des Grafen von der Mark ab; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 13, S. 233; Regest: INA Steinfurt S. 212, Nr. 136, WUB VIII Nr. 1110.

1330

1316 November 14

König Eduard II. von England teilt dem Sheriff von Lincoln mit, auf die Klage des Londoner Bürgers Wilhelm von Widdeslade über eine Beraubung auf See durch Untertanen des Grafen von Holland und Kaufleute aus den deutschen Städten Köln, Dortmund, Recklinghausen, Lübeck, Osnabrück, Münster, Greifswald, Soest und Hamburg habe er den Grafen und die betreffenden Städte mehrmals zur Wiedergutamchung aufgefordert, jedoch keine Antwort erhalten. Daher befiehlt er dem Sheriff, Waren der Genannten bis zu einem Werte von 160 Pfund zu beschlagnahmen und zur Entschädigung des überfallenen Kaufmanns in Verwahrung zu halten. Die über den angegebenen Wert arrestierten Güter solle er den deutschen Kaufleuten zurückgeben.

Rex vicecomiti Lincolnensi salutem. Licet cum nuper ad prosecutionem Willelmi de Widdeslade, civis et mercatoris nostri Londonensis, nobis suggerentis ipsum quedam bona et mercimonia sua de averio ponderis ad valenciam trescentarum librarum in quadam navi Laurencii Pollessone de Brabanc apud Lesclus in Flandria posuisse usque in Angliam ad commodum suum inde faciendum ducenda et quosdam malefactores tam de dominio et potestate comitis Hanonie, Hollandie et Selandie ac domini Frisie quam de partibus Alemannie marinarios in dicta navi existentes in costera maris prope Wyntrington in comitatu Norfolk armata potencia insultasse et bona et mercimonia predicta ab hominibus predicti mercatoris nostri in dicta navi tunc existentibus abstulisse et secum eisdem bonis et mercimoniis, quo voluerunt, transtulisse, bona et mercimonia illa eidem mercatori nostro taliter adhuc detinendo in ipsius mercatoris nostri dampnum non modicum et status sui depressionem manifestam, ac eciam pro eo, quod testificatum fuit nobis per litteras patentes maioris et communitatis civitatis nostre Londonie, quod prefatus comes ac eciam burgimagistri, scabini, consules ac ballivi de certis villis dictarum parcium Alemannie, videlicet de Colonia, Dortmondia, Rikelinghous, Lubyk, Osenbrugge, Menstre, Grippeswolde, Sussalt et Hamburghia, quibus pluries super hoc litteras nostras transmisimus speciales, ut dicto mercatori nostro de bonis et mercimoniis suis predictis sic ablatis et sibi detentis debitam restitutionem vel competentem satisfactionem ac de dampnis, que sustinuit in hac parte, emendas rationabiles fieri facerent nostrorum rogaminum interventu, ad dictos rogatus nostros nichil facere curaverunt, set dicto mercatori nostro in exhibicione iusticie super premissis totaliter defuerunt, tibi precipimus, quod bona et mercimonia mercatorum tam de dominio et potestate prefati comitis quam mercatorum, quos tibi legitime per informationem dicti mercatoris nostri vel eius in hac parte attornati seu per inquisitionem per te inde, si necesse fuerit, faciendam constare poterit, esse de dictis villis Colonie, Dortmondie, Rikelinghous, Lubyk, Osenbrugge, Menstre, Grippeswolde vel earum aliqua usque ad summam centum et sexaginta librarum ac eciam dampnorum, que dictus mercator noster vel eius attornatus coram te docere poterit evidenter eundem mercatorem nostrum occasione dicte depredacionis sustinuisse infra ballivam tuam, sine dilacione aliqua arestari et per sacramentum proborum et legalium hominum de balliva tua in hac parte non

suspectorum in presentia illorum, quorum fuerit, appreciari et ea sic appreciata salvo absque distractione aliqua custodiri facias, quousque eidem mercatori nostro de predictis trescentis libris et dampnis, que ea occasione sustinuit, fuerit satisafactum. Et nos de toto facto tuo in hac parte, et que et cuiusmodi bona faceres, et quorum fuerint, ac de precio eorundem nos sub sigillo tuo distincte et aperte redderes certiores, ac tu nobis retornaveris, quod virtute brevis nostri tibi de arestacione facienda directi arestasti apud sanctum Botulphum mercimonia quorundam mercatorum de Lubyk, Menstre et Sussalt, et quod bona illa in presencia mercatorum illorum appreciari fecisti iuxta tenorem brevis predicti, videlicet unam navem Stephani Kyng de Lubyk precii decem librarum, et unam navem Henrici de Whitisburgh de Lubyk precii decem librarum et similiter unam navem Herberti de Hergerwych de Lubyk precii decem librarum, ac eciam unam navem Marioti Cat de Lubyk precii duodecim librarum, item tria millia et octoginta de stokefissh Iohannis de Menstre precii decem et novem librarum, item duo millia et octingenta alterius generis piscis eiusdem Iohannis precii triginta et quinque librarum, item septingenta alterius generis piscis eiusdem Iohannis precii quinque librarum et quinque solidorum, item duo millia et quingenta piscis Conradi de Wyse de Lubyk precii viginti et novem librarum, item mille et octingenta piscis Iohannis de London de Menstre precii viginti et unius librarum et duodecim solidorum, et insuper duodecim barellos de calibe Iohannis le Clerk de Sussalt precii triginta et sex librarum, prout in returno tuo predicto plenius continetur. Ob aliquas tamen certas causas tibi precipimus, quod omnia bona et mercimonia dictorum mercatorum de Lubyk, Menstre et Sussalt, que pretextu mandati nostri predicti, ut premittitur, arestasti et adhuc ea occasione detines sub aresto, illis, quorum fuerint, vel eorum attornatis de arestacione predicta hac vice quieta deliberes indilate ad commodum suum inde faciendum, prout sibi melius viderint expedire. Et qualiter hoc preceptum nostrum fueris executus, nos reddas distincte et aperte sine dilatione qualibet certiores, remittens nobis hoc breve. Teste rege apud Eboram, XIIII die Novembris per ipsum regem et consilium.

Eintragung in Public Record Office London, Rot. Claus 10. Edw. II 28; Wiedergabe nach dem Druck im UB Lübeck 2.2 (Nachträge) Nr. 1048, S. 975.

[1]) Schreiber bzw. de Scrivere.

1331

1316 November 29

Die Äbtissin Demudis, die Sakristanin und der Konvent des Klosters Gevelsberg überlassen dem Hermann und seiner Frau Elisabeth auf Lebenszeit die Güter des Klosters in Frielinghausen[1] für eine entsprechende Pacht, darunter ein Malter Äpfel, nachdem die Sakristanin auf ihre Kosten die Obstbäume angepflanzt hat.

Ne oblivio vel calumpnia per temporis successionem facta hominum excludat, expedit, ut ipsa facta litteris pariter et testibus roborentur. Universis igitur presentem paginam inspecturis innotescat, quod nos soror Demůdis dicta, abbatissa, nec non sacrista totusque conventus monasterii in Gyuelberg assignavimus unanimi consensu Hermanno et Elyzabet, eius legitime, ad dies vite sue bona nostra in Vrilinchůsen cum omnibus, que ad eadem bona pertinere dinoscuntur, ita videlicet, si unus eorum molem carnis deposuerit, alius superstes predicta bona libere possidebit et semper in festo beatorum martirum Gereonis et Victoris sine aliqua contradictione persolvendo, scilicet [quat]uor[a] maldra siliginis, duo maldra ordei et duo maldra avene, octo et decem denarios et sex pullos sub suis expensis ad nostrum monasterium deducendo. Si autem paupertas predictos depresserit vel communis defectus[b] frugum supervenerit, agros nostros cultos et incultos nulli ad excolendum expendent vel tra[dent], sed absque omnis inpedimenti periculo ad nos libere devolventur, et hoc addito, quod maldrum pomorum cum aliis debitis tenebitur persolvi, quia prememorata sacrista magno labore per suas expensas conseri fecit arboribus sepedicta bona. Ut igitur ea, que premissa sunt, firma futuris temporibus perseverent, ad petitionem nostram et predicti Hermanni sigillis honestorum militum, domini Bernardi de Wittene et domini Gerlaci de Luttelnowe presentem litteram fecimus communiri. Testes huius

rei sunt dominus Theodericus miles de Asbeke, Gerardus de Hůrde, Euerardus de Herdinchůsen, Volquinus de Spůrchouele, Lambertus de Deyfhůsen, Gerlacus de Bůdinchoue et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M° CCC° sexto decimo, in vigilia beati Andree apostoli.

Ausf., Perg., Pfarr A Gevelsberg Urk. Nr. 7, von den Siegeln nur noch Reste anhängend.

[a]) Loch im Pergament; [b]) davor gestrichen „def".
[1]) Bei Haßlinghausen bzw. Sprockhövel.

1332

1316 November 30

Die Knappen Hermann von Gemen und Johannes Dorinc erklären, daß sie den im Streit zwischen Hermann von Lüdinghausen und dem Grafen von Arnsberg von diesen und ihren jeweiligen Helfern geschlossenen Waffenstillstand, der vom Tage nach St. Nikolaus bis zu Epiphanie dauern soll, einhalten wollen.

Nos Hermannus de Gemene, Iohannes de Dorinc, famuli, notum facimus universis praesentia visuris et audituris, dilucide[a] protestantes, quod damus firmas treugas ex parte domini Hermanni de Ludinghusen et suorum in hac parte complicum de controversa causa inter dominum comitem de Arnsbergh et suos complices ex una et ipsum dominum Hermannum de Ludinghusen ex parte altera duraturas a crastino beati Nicolai usque ad Epiphaniam Domini proxime nunc venturam et inviolabiles observaturas pro se et suis amicis, sui respectu facere volentibus aut dimittentibus dantes nihilominus literas sigillis nostris sigillatas in testimonium super eo. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto, ipso die beati Andree apostoli.

Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii IX S. 67; Druck (teilweise): Wigands Archiv VII, S. 213, Anm. 12; Regest: WUB VIII Nr. 1140.

[a]) In der Vorlage „dilucidi".

1333

1316 Dezember Avignon

Drei Erzbischöfe und elf Bischöfe verleihen dem Stift St. Walburgis Meschede einen Ablaß.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inpecturis miseratione divina fratres Iacobus Rossanensis, Raymundus Adrianopolitanus, Petrus Nazarenus, archiepiscopi, Egidius Andrinopolensis, Dampnus Catharensis, Benedictus Suacinensis, Guillermus Cunauiensis, Bernardus Rapolanus, Hugo Placentinus, Iohannes Visionensis, Petrus Narniensis, Petrus Civitatis Noue, Bartholomeus Ragusinus, et Guillermus Tartarorum, episcopi, salutem. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita devotionem fidelium per quedam munera spiritualia, remissiones videlicet et indulgentias invitare consuevit ad debita famulatus honorem Deo et sacris edibus impendendum, ut, quanto crebrius et devotius illuc confluit populus christianus assidius Salvatoris gratiam precibus implorando, tanto celerius delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna. Cupientes igitur, ut ecclesia sancte Walburgis in Meschede Coloniensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in singulis festivitatibus eiusdem sancte Walburgis necnon in festivitatibus Nativitatis Domini nostri Iesu Christi, Epyphanie, Parasceues, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, in omnibus et singulis festivitatibus beate et gloriose semperque virginis Marie, beatorum Petri et Pauli ac omnibus aliorum apostolorum et evangelistarum, Inventionis et Exaltationis sancte crucis, Michaelis archangeli, Iohannis Baptiste, Nicolai, Martini, Christophori, Gereonis et sociorum eius ac sanctarum Marie Magdalene et Katherine, in Commemoratione Omnium sanctorum et in anniversario dedicationis ipsius ecclesie ac per octavas predictarum festivitatum causa devotionis, peregrinationis vel orationis accesserint aut qui processioni seu circumferentie sancte crucis in crastino Penthecostes, vel qui oleo sancto et corpori Christi, cum portantur infirmis, devotam

prebuerint comitivam, seu qui in extremis laborantes dicte ecclesie quicquam suarum legaverint facultatum, necnon qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dicte ecclesie necessaria manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis Dei misericorda et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum Auinioni anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo mense Decembris, pontificatus domini Iohannis pape XXII. anno primo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 42, die 14 Siegel der Erz- bzw. Bischöfe anhängend, daran Transfix der Bestätigung des Kölner Erzbischofs von 1319 Aug. 19; Regest: Wolf, Meschede Nr. 42.

1334

1316 Dezember 4

Edelherr Wilhelm von Ardey verzichtet in der Auseinandersetung mit dem Zisterzienserinnenkloster Himmelpforten auf den Hof in Mawicke[1], eine Kornrente von einem Malt aus dem Hof des Gobelin zu Mawicke und auf einen Einspruch wegen eines geschehenen Holzeinschlags.

Omnibus presentes literas visuris et audituris ego Wilhelmus vir nobilis de Ardeya notum facio publice protestando, quod, cum inter religiosas personas dominam .. abbatissam et conventum monasterii in Porta Celi Cisterciensis ordinis ex una et me ex parte altera super manso quodam in villa Madewich sito, quem ipse persone aliquamdiu tenuerant, ac super redditibus unius malti annone, quas ex manso Gobelini de Madewich annuatim habebant, nec non super sectura quorundam lignorum in preiudicium meum, prout mihi videbatur facta, stetisset dissensio et materia questionis, ego tandem per amicos meos et dicti monasterii favorabiliter inductus renunciavi et renuncio plane et expresse in hiis scriptis dissensioni huiusmodi dictasque personas faciam dictis manso et redditibus perpetuis temporibus comode utifrui nec ipsas super eis et sectura lignorum predicta necnon super causa aliqua usque ad hec tempora inter nos suborta umquam de cetero movebo questionem, sed ipsas pro viribus meis, ubicumque potero, efficaciter promovebo. Et in huius rei testimonium presentes literas tradidi sigillo meo communitas. Actum et datum anno Domini M° CCC^mo sextodecimo, in die beate Barbare virginis, presentibus viro nobili Godefrido domino de Růdenberg, consanguineo meo, Conrado de Meninchusen, famulo, Lůtberto de Swidinchusen, Theoderico dicto Hemmenere, Alberto dicto Riddere, Hermanno de Lon, Theoderico Holeman et aliis fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 87, Siegel ab, Rückvermerk (15. Jahrh.): Mabeke.

[1]) Zwischen Soest und Werl.

1335

1316 Dezember 4

Der Kölner Offizial widerruft im Streit der Augustiner(eremiten) zu Lippstadt mit dem Propst des Stifts Lippstadt um das Recht von Personen, bei ersteren ihre Begräbnisstätte zu wählen, eine vom Propst von St. Severin und dem Scholaster von St. Andreas in Köln gefällte, zum Nachteil der Augustiner gehende Entscheidung[1].

Officialis curie Coloniensis preposito in Cappele et camerario Lippensi ac universis plebanis, presbiteris et clericis civitatis et dyocesis Coloniensis, ad quos presentes litere pervenerint, salutem in Domino. Ex parte dilectorum in Christo prioris et fratrum ordinis beati Augustini domus Lippensis nobis exstitit conquerendo monstratum, quod licet mediante honorabili viro domino Heydenrico, preposito sancti Seuerini Coloniensis, nunc ut tunc scolastico sancti Andree Coloniensis, quedam ordinacio seu pronuntiatio super corporibus defunctorum, qui eligunt sepulturam apud dictos fratres, inter prepositum Lippensem et ipsos

fratres ordinata existat per ipsum dominum prepositum sancti Seuerini, prout in literis ipsius prepositi sancti Seuerini, tunc et nunc scolastici sancti Andree, sigillo suo sigillatis, ut prima facie apparet, vidimus contineri, ipse tamen scolasticus ut prepositus sancti Seuerini nomine dicti prepositi Lippensis circumventus, gerens vices reverendi in Christo patris et domini domini archiepiscopi Coloniensis, in sancto synodo nunc proximo preterita literas ipsi preposito concessit et mandavit in ipso mandato suo moneri omnes et singulos nominatim per certos executores. Et qui ipsis nominati fuerint ex parte ipsius prepositi seu rectoris in Lippia, ut ammodo parrochianorum corpora dicte ecclesie ad ecclesiam matricem deportarent, ibidem exequias ipsorum defunctorum faciendas, ubi ecclesiastica receperint sacramenta et in hoc statuta ecclesie Coloniensis servando, alioquin, qui contra venirent, monitione decem dierum premissa[a] excommunicatos publice nuntiari mandavit et sacerdotes ab officio divinorum suspendi, supplicaverunt nobis dicti fratres, ut huiusmodi mandatum contra huiusmodi ordinationem et pronuntiationem ipsius domini prepositi sancti Seuerini Coloniensis emissum et per subreptionem obtentum revocare dignaremur. Nos in hac parte ipsorum iustis precibus inclinati, quia cum dictum mandatum in preiudicium ipsius scolastici cedit et cedere videatur, auctoritate domini nostri archiepiscopi factum revocamus, mandantes vobis singulis et universis, prout requisiti[a] fueritis, sub pena suspensionis ab offico et excommunicationis late sententie in hiis scriptis, quatenus dictum mandatum publice et sollempniter in ecclesia beate Marie in Lippia et in vestris ecclesiis revocatum nuntietis. In hiis exequendis talem vos habentes, ne vos pena canonica nos procedere compellatis. Reddite literas sigillatas in signum executionis facte. Datum anno Domini M° CCC° sexto decimo, sabbato ante festum beati Nycolai episcopi. Quandoquidem mandatum sic ab ipso preposito sancti Seuerini contra dictos fratres [emissum][b] contra dictos fratres, in quantum se extendit, volumus, ut supra, per vos executores predictos, prout requisiti fueritis, revocatum nuntiari. Datum ut supra.

Abschrift vom Ende des 15. Jahrh., StAM, Msc. VII 6123 (Kopiar der Augustinereremiten Lippstadt) S. 54.

[a]) Dahinter in der Vorlage eine Lücke frei gelassen.

[1]) Vergl. die Urkunde von 1310 September 11 (Nr. 804).

1336

1316 Dezember 4

Der Ritter Hermann von Heerse verkauft dem Stift Neuenheerse alle seine Güter zu Holthusen[1] bei Geseke und Stalpe[2], und zwar in Holthusen zwei Oberhöfe und in Stalpe einen.

Notum sit universis, quod ego Hermannus de Herse, miles, cum consensu fratris mei Ludolphi de Herse, militis, domine Gisle, sue uxoris, et heredum ipsorum et cum consensu domine Elizabeth, uxoris mee, Ludolphi, Elizabet, Lutberti, Hermanni, Henrici, Ecberti et Gerbergis, puerorum et heredum meorum, atque eorum, quorum ad hoc consensus erat merito requirendus, vendidi vendicione perpetua et perfecta domine abbatisse et conventui atque ecclesie Herisiensi pro sexaginta et duabus marcis denariorum Paderbornensium, quas michi in parata pecunia numeraverunt et solverunt, omnia bona mea in Holthusen prope Gesike et in Stalpe, scilicet duas curias in Holthusen et unam curiam in Stalpe, et quicquid in dictis villis habui cum pertinenciis eorundem bonorum universis et omne ius, quod mihi et meis heredibus in eis competebat. Que quidem bona ad officium seu villicacionem ecclesie Herisiensis Egwerdinchusen prius pertinebat et que in feudo prius habui ab ecclesia Herisiensi. Promisi itaque una cum heredibus meis prefate ecclesie predictorum bonorum, ubicumque et quandocumque requisitus fuero vel heredes mei, quod iustam eis prestabimus warandiam. Cedo igitur, resigno et dimitto una cum heredibus meis ex nunc manu et lingua[a] eidem domine abbatisse et sue ecclesie omne ius, quod mihi et meis heredibus in perpetuum competere poterat aut competebat in bonis predictis, atque renuncio omni iuris canonici et civilis auxilio et beneficio iuris et facti, defensionibus et exceptionibus vel actionibus, que contra predictam vendicionem mihi aut meis heredibus in futurum possent aliqualiter suffragari, et constituo dominam abbatissam et suam ecclesiam Herisiensem predictorum bonorum veros, legitimos et perpetuos possessores. In horum testimonium sigillum meum pro me et meis here-

dibus et sigillum Ludolphi, fratris mei, pro ipso et pro sua uxore et eorum heredibus presenti litere sunt appensa. Ego vero Ludolphus, miles, recognosco predicta omnia vera esse et me una cum uxore mea et heredibus meis prefate vendicioni consensisse et sigillum meum presentibus pro testimonio appendisse. Testes sunt Giso, prepositus in Wilbodescen, magister Ludolphus, decanus ecclesie beatorum apostolorum Petri et Andree in Paderborn, Bertoldus, Henricus et Herbertus, canonici ecclesie Herisiensis, Conradus Scultetus, Rauueno de Driborch, milites, Henricus Bulemast, Bodo Schele, famuli, Godefridus Pust et alii quam plures fide digni. Nos Theodericus Dei gracia episcopus Paderbornensis ecclesie recognocimus presentem vendicionem rite et legaliter esse coram nobis celebratam et perfectam atque ad preces ecclesie Herisiensis et Hermanni de Hersze, militis, et suorum heredum predictorum sigillum nostrum apponi fecimus presentibus in testimonium et noticiam veritatis. Datum et actum ipso die beate[b] Barbaris virginis et martyris anno Domini 1°3°16°.

Abschrift vom Ende des 15. Jahrh., StAM, Msc. VII 4510 (Kopiar des Stifts Neuenheerse), Bl. 67 (34), Beglaubigung durch den Notar Johannes Brugginck; Abschrift in Msc. VII 4510 A, Bl. 67, Msc. VII 4511, S. 317 und 239; Druck: WUB IX Nr. 1493.

[a]) In der Vorlage ohne Kürzungsstrich „ligua"; [b]) über der Zeile eingefügt.
[1]) Wüstung östlich von Geseke; [2]) desgl. nördlich an Holthusen sich anschließend.

1337

1316 Dezember 4

*Papst Johannes XII. dispensiert den Knappen Gerlach von Blonerke[1] und seine Frau Catharina aus der Kölner Diözese, die geheiratet hatten, ohne zu wissen, daß zwischen ihnen ein Ehehindernis der geistlichen Verwandtschaft (*impedimentum cognationis spiritualis*) bestand, von diesem Ehehindernis.*

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 432 (Reg. t. 64, Bl. 96, Nr. 1259).

[1]) Nach Sauerland eventuell auch „Bloverke" zu lesen. Da im Index des Registers die Form „Fleverke" erscheint, wurde der Name mit „Flerke" identifiziert. In der Familie der von Flerke ist der Vorname Gerlach aber nicht gebräuchlich.

1338

1316 Dezember 5

Erzbischof Heinrich von Köln teilt dem Propst von St. Severin in Köln, Heidenreich, und den Kölner Chorbischof Konrad mit, er habe auf Bitten des Rektors der Kirche von St. Reinoldi, Johannes, und der Ratsherren und Bürger von Dortmund genehmigt, daß wegen der Menge des Volkes und wegen der Entfernungen zwischen dem Westtor und der Reinoldikirche eine neue Kirche errichtet werde. Der St. Stephanusaltar in St. Reinoldi und dessen Inhaber sollen in die neue Kirche überführt werden. Der Erzbischof beauftragt die Adressaten, wegen der Abgrenzung der neuen Pfarrei und der Dotierung der neuzubauenden Kirche das Nötige zu veranlassen.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, imperii per Ytaliam archicancellarius, dilectis in Christo Heydenrico, preposito ecclesie sancti Severini, et Conrado, choriepiscopo ecclesiarum Coloniensium, salutem in Domino. Ex parte discretorum virorum Iohannis, rectoris ecclesie sancti Reynoldi, consulum et opidanorum Tremoniensium nobis est supplicatum, quatenus, cum propter multitudinem populi et etiam diffusam parochiam ecclesie beati Reynoldi predicte parochiani ecclesie eiusdem ad ipsam ecclesiam pro divinis audiendis diebus ad hoc statutis nequeant commode convenire, indulgere ipsis opidanis curaremus, ut in eadem parochia infra ipsum opidum Tremoniense inter portam Occidentalem et ipsam ecclesiam sancti Reynoldi ecclesiam de novo construere possint et procurare consecrari pro ea parte parochianorum, que ab eadem ecclesia plus distat, quodque is, qui altare beati Stephani nunc in ipsa ecclesia beati Reynoldi officiat, ipso altari translato in eandem ecclesiam de novo edificandam ipsam officiet in omni eo iure, quo nunc officiat ipsum altare in ecclesia supradicta, eorum itaque precibus annuentes ipsis, ut dictam ecclesiam

edificari et consecrari procurent, presentibus indulgemus, vobis committentes, quatenus circa distinctionem parochie et dotationem ecclesie faciende ut premissa, salvo iure matricis ecclesie beati Reynoldi et de dote competenti ipsi ecclesie construende provideatur, ordinetis et provideatis vice nostra. Nam que in hiis feceritis, rata volumus permanere sub presentium nostrarum testimonio. Datum in vigilia beati Nycolai, anno Domini M° trecentesimo sextodecimo.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 136, Siegel des Erzbischofs (Rhein. Siegel 20,3) anhängend; 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 352, S. 246; Fahne UB II Nr. 71; Regest: REK IV Nr. 962.

1339

1316 Dezember 5

Erzbischof Heinrich von Köln teilt dem Rektor der Kirche von St. Reinoldi in Dortmund, Johannes, mit, er gebe auf die Bitte der Ratsherren und der Bürger zu Dortmund seine Zustimmung, daß der Kirchhof, der wegen der großen Sterblichkeit[1] in Dortmund und in der Kölner Diözese die Leichen nicht mehr fassen könne, bis zu den Holzhäusern auf dem dem Erzbischof gehörenden Gelände zur Margaretenkapelle hin erweitert werde.

Henricus Dei gratia Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, discreto viro Iohanni, rectori ecclesie beati Reynoldi in Tremonia salutem in Domino. Ad supplicationem discretorum virorum consulum et opidanorum opidi Tremoniensis coram nobis proponentium et etiam fidem ad hoc facientium, quod propter miserabilem hominum hoc anno quasi communem mortalitatem, que non solum Tremonie, sed in partibus pluribus nostre civitatis et dyocesis se ostendebat[a], simiterium ecclesie tue predicte capere non sufficiat corpora defunctorum, ut idem simiterium usque ad plancercas in aerio episcopali iuxta idem simiterium versus capellam beate Margarete sitas in longum et in latum, prout eodem plancerce ad presens consistunt, extendi et pro aucmento dicti simiterii consecrari valeat, dum tamen tria maldra annone, que de ipsa area in curtem nostram Corne annuatim persolvantur, deinceps in perpetuum ut primo persolvantur, de quo ad ipsos consules, opidanos respectum nostre voluntatis presentibus indulgemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in vigilia beati Nycolai anno Domini MCCC sexto decimo.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 138b, Siegel des Erzbischofs (Rhein. Siegel 20,3) anhängend, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 352, S. 246; Dortmunder UB 2,2 Nr. 432, S. 418; Regest: Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 507; REK IV Nr. 963.

[1]) Von einer Teuerung, von Hunger und einem allgemeinen Sterben in diesem Jahr berichtet auch Levold von Northof (Zschaeck, Levold S. 67); vergl. die Urkunde von 1315.

1340

1316 Dezember 20 Dortmund

Nachdem die † Eheleute Ulwin vom Brunnen und Wendelburg dem Kloster St. Katharinen in Dortmund zwei Morgen Landes, gelegen gegenüber dem Steinbruch, geschenkt haben, bestätigt Tidemann von Lunde, der die Tochter der Eheleute, Bertradis, geheiratet hat, diese Schenkung. Die beiden Eheleute legen die Modalitäten für die vier abzuhaltenden Memorien fest.

Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, expedit, ea scripti testimonio perhennari. Proinde notum sit universis tam posteris quam modernis presentes literas visuris et audituris, quod, cum quondam honesti coniuges Tremonienses Wluinus de Puteo et Wendelburgis pie memorie de consensu et ratihabitatione Bertradis, tunc temporis unice filie et heredis ipsorum, duo iugera terre ex opposito spelunce

lapidee sita ob salutem animarum suarum et eorum parentum honesto .. conventui sanctimonialium ecclesie beate Katherine virginis in Tremonia contulissent liberaliter ac legassent, postmodum cum ipsa Bertradis et ego Thidemannus de Lunde per legitimam copulam in unum convenissent, volumus, sicut decuit, et volumus per presentes huiusmodi legacionem ab ipsis pie factam coram iudice ac aliis honestis propter nostras consciencias salvandas publicare, approbare et ratificare. Resignamus ergo secundum dictam legacionem supradicto conventui pretacta duo iugera quinque maldra siliginis et ordei annuatim valencia in perpetuam possessionem sub condicionibus infrascriptis, ita videlicet, quod de dicto conventu tres persone .. subpriorissa scilicet et .. magistra frumentorum, que pro tempore fuerint, et Druda de Berswort, monialis, vel que ei in consanginitate sua proximior in dicto claustro successerit, se de dictis iugeribus et eorum proventibus intromittant et dicta quinque maldra annone recipientes faciant de eis perhenniter in quolibet anno quatuor memorias, quarum prima erit in dominica post Purificationis beate Marie proxima ad salutem animarum Wluini et Lutgeri, secunda erit in quinta dominica quadragesime, qua cantatur Iudica, ad salutem animarum duarum Bertradum et unius Thiderici, tercia erit in dominica proxima post Nativitatis sancti Iohannis Baptiste ad salutem animarum Bertrammi et Bertrammi et unius Hadewigis; quarta erit in dominica proxima post Nativitatis beate Marie ad salutem animarum Wendelburgis et Wendelburgis. Et sciendum, quod de quinque mensuris annone cuiuslibet memorie una fieri debet candela de quartali cere, que debet cum uno denario ad missam animarum in singulis memoriis offerri. De residuo autem, quantum tunc permanserit, debet prebenda sanctimonialium, in quantum poterit, aucmentari. Quas quidem memorias nos coniuges supradicti prefato conventui et precipue tribus personis prenarratis vel ipsis succedentibus ita et taliter peragere committimus, sicut velint de hoc in die novissimo reddere rationem. Acta sunt hec et dicta iugera a nobis resignata infra claustrum antedictum, presente Thilmanno de Aken, tunc temporis iudice Tremoniensi, requisita et data sentencia, quod eque validum esset, ac si coram tribunali actum fuisset; presentes eciam astiterunt hii discreti viri Nicholaus in Ponte et Hermannus de Redinchusen, proconsules Tremonienses illo tempore. In quorum omnium testimonium et stabilitatem ego Thidemannus de Lunde supradictus tamquam principalis in causa sigillum meum pro me et mea uxore supradicta presentibus apposui. Et ad maiorem evidenciam sigilla honestorum virorum predictorum, videlicet iudicis et duorum proconsulum, cum sigillo conventus impetravi presentibus applicari. Datum et ordinatum in vigilia beati Thome apostoli, anno Domini M° CCC° sextodecimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Katharinen Dortmund, Urk. Nr. 54, fünf Siegel anhängend: 1. Tidemann Lunge (gut erhalten, im Bild Hausmarke, Legende: TIDEMAN(N)I DE LONGE*), 2. des Thilmann von Aken (Bild: Hausmarke), 3. des Nikolaus de Ponte (gut erhalten, Bild: Schrägrechtsbalken, begleitet oben von einem Würfel, unten mit drei Rauten), 4. des Bürgermeisters von Redinchusen (gut erhalten, im spitzovalen Feld Hausmarke), 5. des Konvents; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 509, S. 214.*

1341

1316 (1317)[1] Dezember 27

Gerhard von Witten verkauft eine Hufe Ackerlandes in Kessebüren, Thorckinchoven *genannt, als Eigengut an das Kloster Fröndenberg.*

In nomine Domini amen. Ego Gerhardus de Witten universis presentia visuris et audituris in perpetuum profiteor publice protestando, quod ex propria deliberatione ac mero arbitrio uxoris mee Helene et verorum heredum meorum Hermanni, Wilhelmi, Gerhardi et Bernardi, filiorum meorum, et Margarete, filie mee, vendidi bona, videlicet mansum unum terre arabilis, que dicuntur Thorckinchoven, sita in villa Kerseburen, cum omnibus proventibus ac utilitatibus, prout sita sunt, ecclesie sancte Marie virginis in Vrendeberg pro mero proprio in perpetuum possidenda. Item recognosco me ad presens plures heredes non habere exceptis prenotatis. Hiis autem premissis ordinatis et actis presentes fuerunt Albertus dictus Dvuelshovet, Theodericus Kerseburen, qui iudex fuerat in Vnna, Rodolphus Thorckes filius de Edinchusen, Henricus de

Dedelinchoven, proconsules in Vnna, Herbordus Krowel et alii quam plures fidedigni. In cuius rei testimonium, ne aliqua in posterum oriatur molestia, sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum anno Domini millesimo CCC° decimo septimo, in die Iohannis ewangeliste.

Ausf., Perg., Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 88, Siegel des Ausstellers (unterer Teil abgebrochen, in Schildform, vergl. WS 201,2).

[1]) Unter Berücksichtigung des in der Kölner Kirchenprovinz gültigen Jahresbeginns zu Weihnachten.

1342

1317

Engelbert Graf von der Mark belagert Schloß Strünkede[1].

1317 Engelbertus greve van der Mark mit villem volke dat slott Strunkede belacht und gedaelt.

Westhoffsche Chronik, Theodorianische Bibliothek Paderborn Pa 102, Wiedergabe nach Chronik deutscher Städte 20 (Dortmund) S. 199; Staatsbibliothek Berlin Ms. boruss. quart 155, Bl. 155v (unter dem Datum 1320), vergl. von Steinen, Westphälische Geschichte I, S. 183.

[1]) In Herne, vergl. Zschaeck, Levold, S. 67.

1343

1317

Graf (Engelbert) von der Mark belagert die Burg Strünkede[1].

Comes de Marka castrum de Strunkede obsidet.

Zschaeck, Levold von Northof, S. 67; von Steinen, Westphälische Geschichte I S. 183.

[1]) In Herne.

1344

1317

An den erfolgreichen Kämpfen des Deutschen Ordens im Samland nehmen in diesem Jahr vom Rhein teil der Graf von Berg, der Graf von Neuenahr und der Graf von Limburg.

Item anno MCCCXVII fratres habebant bonas expediciones, et fuerunt in Sambia multi nobiles de Reno, comes de Monte, comes de Nuenar, comes de Limburg, et ceteri nobiles fuerunt de Bohemia.

Wiedergabe nach Scriptores rerum Prussicarum, bearb. von Theodor Hirsch, Max Toeppen und Ernst Strehlke, Bd. 1, 1861, S. 286; Regest: Limburg-Styrum 2.1 Nr. 245.

1345

1317

Die Klausnerin Detradis verkauft dem Johannes gen. Domases, Bürger zu Werl, eine Rente von einer halben Mark aus dem Hause des † Wilhelm Pastor.

Omnibus hanc literam visuris et audituris ... ego Detradis, inclusa, notum esse desidero presentibus firmiter protestantes, quod ex ... voluntate fratris mei Arnoldi, sartoris, et omnium heredum nostrorum, prout nomina tenent, vendidi Iohanni dicto Domases, oppidano Werlensi, et omnibus heredibus suis dimidiam marcam legalium denariorum dandam annuatim in duobus terminis, scilicet in festo Pasche tres solidos, reliquos vero tres solidos in festo beati Mychaelis ex domo quondam Wilhelmi Pastoris iure hereditario possidendam. In cuius rei firmum testimonium et ne aliqua tribulatio de premissis oriatur, sigillum coopidano-

rum nostrorum presentibus est appensum. Acta sunt hec anno Domini M CCC septimo decimo, presentibus Hermanno Boricholte, Wilhelmo Vlecken, bone nacionis famulis, Erenberto dicto Hotte, tunc iudice, Iohanne Scole, Theoderico de Hollinchove, tunc proconsulibus, Conrado Egenbold, Goswino, filio suo, Henrico Prosekesen, Conrado Nothliken, Everhardo Swinintholt, Gerwino Nappen, Gerwino Melkestere et aliis fide dignis.

Ausf., Perg., Propstei A Werl Urk. Nr. 1, Siegel ab.

1346

1317

Guardian und Konvent der Minoriten des Hauses in Soest vereinbaren mit den in Soest wirkenden Dominikanern die Termine und die Reihenfolge der von ihnen abwechselnd an Sonn- und Feiertagen nach dem Frühstück zu haltenden Predigten auf dem Platz vor der Alten Kirche[1].

Noverint universi, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos .. gardianus totusque conventus fratrum Minorum domus Sůsatensis habita deliberatione matura cum fratribus Predicatoribus nobiscum ibidem commorantibus super predicatione, quam in area Veteris ecclesie post prandium cum eis alternare consuevimus, de ipsorum beneplacito et assensu declaramus et determinavimus diebus dominicis ac in subscriptis festivitatibus et non alius ibidem fore sollempniter predicandum, videlicet in Ianuario in festo Circumcisionis Domini et Epyphanie, sancte Agnetis et sancti Patrocli et in Conversione sancti Pauli, in Februario in festo Purificationis, in Cathedra sancti Petri et festo sancti Mathie, in Martio in festo dominice Annunciationis, in Aprili in festo sancti Georgii, in Maio in festo sanctorum apostolorum Phylippi et Iacobi, in Iunio in festo sanctorum apostolorum Petri et Pauli, in Iulio in festis sanctorum Marie Magdalene, sancti Iacobi apostoli et sancti Panthaleonis, in Augusto in festis sancti Petri ad vincula, sancti Laurentii, Assumptionis et sancti Bartholomei, in Septembri in festis Nativitatis gloriose virginis, sancti Mathei apostoli et sancti Michaelis, in Octobri in festis sanctorum Gereonis et Victoris, Undecim milium virginum, sancti Seuerini et sanctorum apostolorum Symonis et Iude, in Nouembri in festis Omnium sanctorum, sancti Martini, sancti Cuniberti, sancte Cecilie, sancte Katerine et sancti Andree apostoli, in Decembri in festis sancti Nycolai, sancti Patrocli, sancti Thome apostoli, Nativitatis Domini, sancti Stephani, sanctorum Innocentum et sancti Silvestri, item infra sollempnitatem Pasche et Penthecostes feria secunda, feria tercia et feria quarta. Ceterum fratres, qui in dominica die Quinquagesime in predicta area Veteris ecclesie predicaverint, in sexta feria et in omni festo illius ebdomade ibidem sermonem facient. Sicque alternabimus cum dictis fratribus Predicatoribus sequentes ebdomadas usque ad diem Pasche, tantum duobus diebus Parasceues scilicet et Pasche exceptis, quos taliter decrevimus alternandos, ut, qui uno anno predicaverit in Parasceue, sequenti anno predicet in dicta area in die Pasche et econverso. Quodcumque autem festorum premissorum evenerit infra octavas anniversarii dedicationis ecclesie fratrum, illud in area fratrum illorum suam habebunt stationem. Que omnia et singula nos observaturos inviolabiliter promittimus bona fide, nisi propter aliquam novam ordinationem domini archiepiscopi vel synodalis capituli circa festa celebria de communi consensu fratrum utriusque conventus videatur aliquid immutandum. Ut igitur supradicta determinatio et ordinatio inconvulsa permaneat, hanc cartam prefatis fratribus Predicatoribus dedimus sigilli nostri conventus munimine consignatam. Nosque consimilem cartam eiusdem tenoris ab eisdem recepimus sui conventus sigillo similiter communitam. Datum et actum anno Domini millesimo C°C°C° decimo septimo.

Ausf., Perg., StAM, Minoriten Soest Urk. Nr. 26, Siegel des Minoritenklosters in Soest (WS 120,8) anhängend; Abschrift um 1500 in Msc. I 217 (Kopiar der Minoriten), Bl. 30v.

[1]) St. Petri.

1347

1317

Gerhard von Wittene verkauft seiner Schwester Margareta, Nonne in Fröndenberg, einen Hausplatz zu dem Emehus *im Dorf Mühlhausen[1], zu dem zwölf Scheffelsaat Land gehören. Aus diesen Gütern soll die Schwester auf Lebenszeit jährlich zwei Schillinge, sechs Hühner und einen Malt Korn beziehen. Nach ihrem Tode sollen diese Renten an das Kloster Fröndenberg fallen.*

Universis presencia visuris et audituris innotescat, quod ego Gerhardus de Wittene cum consensu uxoris mee Helene ac meorum heredum omnium vendidi et assignavi Margarete, sorori mee, sanctimoniali in Vrendeberg, aream meam sitam tů dem Emehus circa villam dictam Můlenhusen cum terra capiente duodecim scepel Vnnensis mensure pertinente ad eandem. De qua quidem terra duorum solidorum redditus et sex pullorum ad tempora vite sue habebit expedite quolibet festo sancti Martini hyemalis et unum malt Vnnensis mensure mediatim ordei et mediatim siliginis de terra memorata. Post obitum vero ipsius Margarete dicta area cum pertinenciis suis suprascriptis ad usus ecclesie et conventus sancte Marie in Vrendeberg in salutem anime mee ac Margarete prenotate ceterorumque parentum nostrorum perpetualiter transvolventur sub mera proprietate possidendum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} decimo septimo, presentibus honestis viris Theoderico de Varste, Wilhelmo de Dalhusen ac aliis quam pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 89, Siegel des Ausstellers (abweichend von WS 201,2) abhängend.

[1]) Bauerschaft östlich von Unna.

1348

1317

Notiz zur Verleihung der Pfarrechte an die Stiftskirche in Geseke durch den Kölner Erzbischof Heinrich.

In ecclesiam hanc[1] ab initio tantum collegiatam Henricus II., archiepiscopus Coloniensis, Susati residens, anno 1317 jus parochiale contulit ac baptismi fontem concessit, ut et ab illo tempore divisum imperium cum Iove Caesar habet, pars altera paroeciae S. Petro, pars altera S. Cyriaco cessit, ut ex archivio Arnsbergensi annotavit consultissimus et clarissimus dominus Bernhardus Witte, juris licentiatus et consul Gesecae.

Notiz in der Chronik Mattenkloidts[2] von 1669, Wiedergabe nach Seibertz, Quellen I S. 444.

[1]) D.h. die Stiftskirche in Geseke; 2) Jodocus Mattenkloidt, Kanoniker in Böddeken, schrieb eine Chronik der Stadt seiner Geburt, Geseke.

1349

1317

Vermerk über die Grabinschrift des Friedrich von Hoerde als Wohltäter des Klosters der Augustiner(eremiten) in Lippstadt.

Vir nobilis Fridericus ab Hoerde benefactor imo fundator praecipuus monasterii Augustinianorum Lipstadii, ubi ex Stangefolio inscriptio sepulcri eius; uxor eius Cunigunda ibidem sepulta.

Vermerk Overhams aus dem 17. Jahrh., StA Wolfenbüttel, Sammlung Overham, Msc. VI S. 257.

1350

1317

Verordnung gegen das Wechseln von Stifts- und Ordensmitgliedern in andere Konvente oder Kapitel.

De monialibus fugitivis: Omnibus et singulis praepositis sororum sub poena depositionis, quam ipso facto incurrere volumus, transgressores inhibentes, ne de caetero aliquos recipiant in canonicos in monasteriis sororum seu dominarum, patribus abbatibus iniungentes, quatenus, si contrarium faciant, sic expellans indilate et praepositos recipientes depositos denunciens faciantque ecclesiis sic vacantibus appellatione remota de pastoribus canonice et secundum formam ordinis provideri. Acta sunt haec et approbata anno Domini 1317, sedente capitulo generali.

Abschrift des 17. Jahrh., StAM, Msc. VII 5706 b (Unterlagen des Generalvikars des Prämonstratenserordens für Westfalen, des Abts der Abtei Steinfeld in der Eifel, das Kloster Oelinghausen betreffend), Bl. 50.

1351

1317 [...][a] Iserlohn

Engelbert Graf von der Mark erlaubt den Bürgern zu Iserlohn, ihren Markt, der bisher am Sonntag stattfand, nunmehr am Montag zu halten. Bei Zuwiderhandlung ist eine Strafe von vier Pfennigen fällig, die der Stadtbote zugunsten der Stadt einziehen soll.

[Nos Engelbertus comes][a] de Marka recognoscimus et presentibus protestamur, quod nos cum consensu et bona voluntate [dilectissime nostre domin]e Mechtildis cometisse de Marka, Adolphi, nostri filii primogeniti, nec non omnium [nostrorum heredum] legitimorum dedimus [et] assignavimus ob [utilitatem] nostrorum opidanorum in Isernlon ipsis [feriam ...] secundam ad [... celebrandam] fori, qui hactenus fuit ibidem die dominica, conservandam. Quicunque [...] donationem et assignationem ipsius fori et diei hoc deputati ausu temerario [infringere presumpserit, dabit] opidanis supradictis quatuor denarios usuales, quos nuncius eorundem expignorare [poterit in utili]tatem opidanorum prefatorum. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam nostrum sigillum [presentibus duximus] apponendum. Actum in Iserenlon anno Domini M° CCC° decimo [septi]mo, in die beati [...] loco et die prenotato.

Ausf., Perg., Stadt A Iserlohn, Urkunde stark beschädigt, am Anfang der ersten neun Zeilen jeweils 15 bis 20 Buchstaben fehlend; Siegel ab; Druck: Iserlohner UB Nr. 12, S. 7.

[a]) Die fehlenden Stellen nach Urkunde 1317 Nov. 30 ergänzt.

1352

1317 Januar 1

Die Knappen Gerwin von Altena und Dietrich Sobbe versprechen ihrem Verwandten, dem Ritter Gerwin von Rinkerode, gegen den Herrn von Ahaus und gegen alle, die ihn und seine Erben wegen der Güter in Drensteinfurt bedrängen, ihre Hilfe.

Omnibus hoc scriptum visuris et audituris Gherewynus de Althena et Thidericus Zobbo, famuli, salutem cum notitia veritatis, quod nos dilectos nostros consanguineos Gherewynum de Rinkenrode, militem, et heredes suos veros ratione consanguinitatis iuvabimus et fovebimus contra dominum Ottonem de Ahûs vel quoscumque impetitores vel inpugnatores eorundem nomine et occasione bonorum et villicationis in Steynvorde super Dreno ac beneficii ibidem ad iustitiam toto posse nostro non protracte, cum a nobis requisierint, nostris etiam laboribus propriis et expensis. Quod fide data promisimus et sigillis nostris protestamur. Datum anno Domini M° C°C°C°, die Circumcisionis Domini.

Ausf., Perg. Archiv von Boeselager zu Heessen XXVII, Fach Nr. 3; 1. erstes Siegel ab, das des von Sobbe (beschädigt, WS 191,1) anhängend; Abschrift in StAM, Reichshofrat 2 Bd. 8, Bl. 18 (mit Zeichnung des 2. Siegels); Druck: Kindlinger, Volmestein II Nr. 68, S. 276; Regest: WUB VIII Nr. 1123.

1353

1317 Januar 6-13

Die Ratsherren zu Dortmund wenden sich über Johann Grevele gen. Vrydach an die Ratsherren zu Rostock und bitten, den Beauftragten der Mechtild, einer der Schwestern der im Vorjahr in Rostock verstorbenen Brüder Albert und Esselin, ihren Anteil bzw. ein Drittel des Nachlasses der beiden Brüder ausfolgen zu lassen.

Anno Domini 1317 ista patens litera data fuit Iohanni de Grevele dicto Vrydach ad consules in Rostoc: Accessit ad presentiam nostram una sororum Alberti et Esselin fratrum anno preterito apud vos defunctorum, Mechtildis nomine, cum marito suo Ioachym et omnibus heredibus suis affirmans se ad terciam partem bonorum ab ipsis relictorum tamquam soror legitima ius habere, de quo nobis sufficientem prestitit cautionem. Unde cum dicta Mechtildis de consensu mariti sui et liberorum Thidericum, filiorum suorum seniorem, et Iohannem dictum Vrydach, suum sororium, quo ad terciam partem dictorum bonorum ipsam tangentem suos coram nobis constituerit exquisitores et receptores, vestram petimus discretionem studiose, quatenus iam dictos suos procuratores vel alterum eorum presentes literas exhibentem ad hoc, ut dicte Mechtildis porcionem recipiant vel recipiat, intuitu nostri curetis cum efficacia promovere. Ratum enim et gratum dicta Mechtildis et sui heredes se habere coram nobis promiserunt, quidquid dicti duo vel alter eorum egerint vel egerit in premissis. Quod vobis tenore presentium protestamur. Datum sub sigillo nostro maiori infra octavas Epiphanie anno Domini ut supra.

*Gleichzeitiger Eintrag ins Bürgerbuch (*liber civium*), Stadt A Dortmund, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach Dortmunder UB I Nr. 356, S. 249.*

1354

1317 Januar 27

Der Ritter Goswin von Soest schenkt für das Seelenheil seiner † Ehefrau Gertrud dem Kloster St. Walburgis bei Soest für das Krankenhaus einen Garten vor dem Schultinger-Tor[1]. Dafür ist im Kloster seine Memorie, die seiner † Frau und aller Vorfahren zu halten.

Omnibus presens scriptum visuris et audituris nos Goswinus de Susato, miles, notum facimus et publice protestamur, quod de consensu et de plena voluntate Bertoldi et Gerwini, filiorum nostrorum, liberaliter contulimus et in hiis scriptis conferimus pro remedio animarum domine Gertrudis, quondam uxoris nostre pie memorie, ac omnium nostrorum progenitorum monasterio sancte Walburgis apud Susatum in infirmariam ibidem ortum nostrum situm ante portam dictam Sculthetink perpetuis temporibus possidendum, ita sane, quod redditus de ipso orto provenientes in usus infirmorum ibidem convertantur et quod de ipsis nostra, uxoris nostre predicte et omnium progenitorum ac successorum nostrorum memoria perpetua habeatur, hac tamen condicione nobis, filiis ac coheredibus nostris salva, quod, dum nos, si nobis expedire videbitur, emerimus in alio loco conpetenti unius marce redditus prefato monasterio utiles et valentes et ipsos demonstraverimus conventui ibidem in effectum, quod tunc prefatus ortus ad nos ab omni censu libere revertatur et quod nichilominus dicta nostra et progenitorum ac successorum nostrorum memoria ibidem peragatur. Et in huius rei testimonium pro nobis et filiis ac coheredibus nostris presens scriptum nostro duximus sigillo roborandum. Datum anno Domini M° CCC^mo^ septimo decimo, feria quinta post Conversionem beati Pauli.

Ausf., Perg. StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 64, Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh., in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis), Bl. 155 der 2. Zählung.

[1]) Nicht mehr vorhanden; lag zwischen Brüder- und Walburgistor (Soester Zeitschrift 5, 1886/87, S. 89).

1355

1317 Januar 28 Woodstock

König Eduard (II.) berichtet den Sheriffs von London von der Klage des Wilhelm von Widdeslade gegen die Untertanen des Grafen von Hennegau, Holland und Seeland und deutsche Kaufleute der Städte Köln, Dortmund, Recklinghausen, Lübeck, Osnabrück, Münster, Greifswald, Soest und Hamburg wegen eines angeblichen Seeraubs. Der König befiehlt den Sheriffs, Waren dieser Kaufleute im Wert bis zu 300 Pfund mit Arrest zu belegen und nach Schätzung des Werts durch rechtschaffene Sachverständige dem Geschädigten zur Wiedergutmachung seines Schadens zu überlassen.

Rex vicecomitibus Londoniarum salutem.

Es folgt der Text wie in der Urkunde von 1316 September 30 bis zu den Worten ... nobis plenius significarunt.

Nos igitur, qui singulis de regno nostro tenemur in suis oppressionibus subvenire, ulterius dissimulari nolentes, quin prefato mercatori nostro in premissis de remedio provideamus oportuno, vobis precipimus, quod bona et mercimonia hominum et mercatorum tam de potestate dicti comitis quam hominum et mercatorum Colonie, Dortmonde, Rikelynghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grepeswold, Sussalt et Hamburgh, Henrico de Bere certis de causis excepto, usque ad summam trescentarum librarum et eciam dampnorum predictorum per sacramentum proborum et legalium hominum de civitate predicta coram vobis taxandorum, quos infra eandem civitatem contigerit inveniri, sine dilacione aliqua arestari et per sacramentum proborum et legalium hominum de balliva vestra in hac parte non suspectorum in presencia mercatorum, quorum bona et mercimonia illa fuerint, per vos super hoc premuniendorum, si interesse voluerint, appreciari et ea aut precium eorundem, si homines et mercatores illi bona et mercimonia sua sic per vos arestata pro eodem precio penes se retinere et eidem mercatori nostro de eodem precio statim satisfacere voluerint, eidem mercatori vel eius in hac parte attornato sine dilacione liberari faciatis in satisfaccionem predictarum trescentarum librarum ac eciam dampnorum supradictorum. Et nos de toto facto vestro in hac parte, et que et cuiusmodi bona arestari et prefato Willielmo vel attornato suo predicto et per quod precium liberari feceritis, et quorum bona et mercimonia illa fuerint, reddatis nos per litteras vestras tenorem presencium continentes distincte et aperte certiores. Teste me ipso apud Wodestocke 28. die Ianuarii. Per breve de privato sigillo.

Eintragung in Public Record Office London, Cl. R. 10 Edw. II m 11; Wiedergabe nach Kunze, Hanseakten Nr. 61, S. 51.

1356

1317 Februar 10 Ahlen

Bischof Ludwig von Münster verpfändet mit Zustimmung des Domkapitels dem Grafen Engelbert von der Mark das Haus Patzlar[1] und das Gogericht Ascheberg für 2000 Mark.

Wir .. Lůdewech van der Godes ghenade eyn bysscop to Monstere don kunt allen den, die dissen bref sen oder horen lesen, dat wir mit vulbort, mit willen unde mit witscap des .. dompravestes, des .. domdekens unde des ghemeynen capetels unses ghestichtes also overtraghen hebben mid deme edelen manne greven Engelberte van der Marke, dat he ande sine rechte erven solen halden daz hus czo Portesselere unde dat gogherichte zo Asscheberghe zo pande vor zve dusent march Osenbruggesscher Monstersclaghener unde Sosattesscher penninge, eyne lodighe march silbers gherekenet vor sesten scillingge, mit den undersceyde, wan wi oder unse ghestichte deme greven oder sinen erven dat ghelt gheven, so sal men uns unde unsen ghestichte

dat hus unde dat gogherichte wedergheven ane allerhande wedersprake. Wer ouch daz, dat wi oder unse ghestichte dat hus und gogherichte nicht losden alse van sancte Mertens avende, de nů cumt, over twe iar, so vortmer an deme nesten sůnte Mertines daghe unde alle iar an den selven daghe dar na, sal men up dat vorghenomde ghelt sclan viftech marc der vorghesprokenen penninge vor kost zo haldene daz hus unde anders nit mer, de wile ouch, dat der greve inne beholde daz gogherichte, so sal her uns ande unsen ghestichte eyn ghenedech gogreve sin. Wan aber wir daz gogherichte gheloset haven, so salen des selven greven lůde, siner borgman, siner denestlőde, siner closter unde die her unde sine alderen plaghen zo vordeghedingene vrig sin van allen gherichte, it nen were eyn dotsclach, sunder sii solen holden alle iar vier godinch sunder eren scaden unde bescattinge. Wer daz ouch, daz wi oder unse ghestichte koften den anderen deyl des gogherichtes oder wo daz gogherichte an unse ghestichte queme, so solden des greven lůde unde sine vorghenomden vron[u]nde lůde bliven vrig van allen gherichte des deyls, also dar vor ghesproken is in dem anderen deyle. Datz alle diesse stucke stede unde vast bliven, so ghelove wir bysscop Lůdewich van Monstere, sie zo holdene unverbrochen in truwen an eydes stat under unsen sighele unde unses capitels seghele. Unde solen na uns halden ewelikene unse rechten nakomelinge unde unses ghestichtes. Unde wir dompravest, domdeken unde meyne capitel bekennen, want alle desse stucke ghedeghedinget unde geschen sint mit unser vulbort, mit willen unde witscap, so hebbe wir zo merrer stedicheyt unde sikerecheyt unse sighele an dessen bref ghehangen zo eynen orkunde ewelike also zo blivene. Dit iz ghedeghedinget unde gheendet in der alden kerken zo Alen in den iare nach unses heren Godes ghebort dusent drehundert unde seventen iar, in den daghe sancte Scolastiken der heylighen iuncfrowen.

Ausf., Perg., StAM, Grafschaft Mark Urk. Nr. 30a (früher HStAD Düsseldorf, Kleve-Mark Nr. 135), Siegel ab; Druck: WUB VIII Nr. 1134 (mit alter Signatur und Verwechslung von Patzlar mit Botzlar).

[1]) Münstersche Landesburg südlich von Lüdinghausen an der Stever (vergl. Schwieters, westl. Lüdinghausen S. 262).

1357

1317 Februar 10 Ahlen

Engelbert Graf von der Mark erklärt, aufgrund der Vereinbarung mit dem Bischof Ludwig von Münster habe er das Haus Patzlar[1] und das Gogericht Ascheberg für eine Summe von 2000 Mark zum Pfand. Wenn der Bischof das Pfand nicht innerhalb der nächsten zwei Jahre einlöst, darf Graf Engelbert 50 Mark für den Unterhalt des Hauses auf die Pfandsumme aufschlagen. Nach der Einlösung des Gogerichts sollen die Leute des Grafen mit Ausnahme von einem Totschlag von diesem Gericht befreit sein. Sie dürfen viermal im Jahr einen eigenen Gerichtstag halten. Dies gilt auch, wenn der Bischof die andere Hälfte des Gogerichts an sich bringt.

Wier greve Engelbracht van der Marke důn kunt allen den, die diesen bref sehen oder horen lesen, dat wi mit volbort, mit willen unde mit witschaf Mechildes, unses wives, Adolues, unses aldesten sůnes, unde ander unser rechten erven also overdragen hebben mid deme ersamen unsen herren bischope Lůdewighe van Můnstere, dat wie unde unse rechten erven sůlen behalden tu underpande dat hus to Porteslare unde dat gogerichte tu Ascheberghe vor zwey dusent marg Můnsterslagener[a], Osenbrucgescher, Sůsescher penninge, eine marg lodiges silvers gerekenet vor sesteyn scillinge, mid dem underscheide, wan de selve bischop oder sin gestichte van Můnstere uns oder unsen erven dat vorgenůmede gelt givet, so sule wir dat hus unde dat gogerichte ien wider laten ane allerhande widersprake. Were dat, dat de selve bischof oder sin gestichte daz hus unde dat gogerichte nicht en losenden van sunte Martinis avende, die nu kumet, over twey iar, so vortmer an deme nesten sente Martinis dage unde alle iar an dem selven dage dar na, so sule wir oder unse erven uf dat vorbenůmede gelt slan vieftig marg der vorgesprokenen penninge vor kost zů haldene dat hus unde anders nicht mer. Die wile ouch dat wie unde unse erven dat gogericht under hebben, so sule wier ime unde sime gestichte genadige gogreven sin. Wan aver dat gogerichte geloset wirt, so sulen unse lůde, unser borgman,

unser dienstlude, unser closter unde alle die, die wier unde unse alderen plagen zu verteydinghen, vri sin van allen gerichte, iz en were eyn dotslag, sunder sie sůlen halden alle iar vier goding sunder eren schaden unde beschatzunge. Were ouch, dat der selve bischof oder sin gestichte dat ander teyl des gogerichtes koufte oder in eyner ander wies an en queme, so solden unse lůde unde ander vorbenůmeder vrunde lůde bliven vri van allen gerichte des vorgesprokenen teyles des gogerichtes, also dat vorgesproken ist in dem andern teyle. Unde dat alle diesse stucke stede unde vaste bliven, so gelove wier greve Engelbracht van der Marke, sie zů haldene unvorbroken en truwen an eydes stat under unsen segele unde under segelen der vorgenanten unse wives Mecheldes, Adolues, unses eldestes sůnes, unde der edelen lůde hern Symons des herren van der Lippe, hern Henrikes des greven van Waldecke, hern Godefredes des greven van Seynen, unser dochter mans, Otten des greven van Thekenebůrg, unses neven, unde unser borgmanne van der Marke, der rittere Gerwins van Rinkenrode, Engelbertes van Herborne, Godefredes Volenspites unde Sanders Volenspites. Unde wier Mechtilt grevinne van der Marke, Adolf, ir sůn, Symon herre van der Lippe, Henric greve van Waldecke, Godevret greve van Seyne, Otte greve van Thekeneborg, Gerwin van Rinkenrode, Engelbracht van Herborne, Godefret unde Sander Volenspit, borglude zu der Marke, die vorbenanten, bekennen, dat wier zu merer vestenunge unde eynen orkunde an diesen bref gehangen hebben unse segele zu betugnisse alle der vorgesprokenen rede. Desse rede is geschiet in der alden kerichen tu Alen an dem dusensten drehundersten seven tiendesten iare na Godes bůrde in dem dage sente Scolasticen der iuncvrowen. Desse rasuren unde affschavinghe, de geschein ist a dem ende der tweentwintegesten lineen unde an der lesten linien desses breves, de love wir greve Engelbracht van der Marke unde approberet sie sunder argelist.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster Urk. Nr. III G 2 (früher. Fürstbistum Münster Nr. 363), 11 Siegel anhängend: 1. Reitersiegel des Grafen von der Mark (Teil der Umschrift abgebrochen, sonst aber sehr gut erhalten, WS 11,1) mit Rücksiegel (WS 16,4); 2. Gräfin Mechtild (WS 33,5); 3. Graf Adolf von der Mark (stark gefährdet, WS 33,8); 4. Edelherr Simon von der Lippe (am Rande abgebrochen, Lipp. Reg. I, Tafel 18); 5. Reitersiegel des Grafen Heinrich von Waldeck (weniger gut erhalten); 6. Graf Gottfried von Sayn (beschädigt); 7. Graf Otto von Tecklenburg (am Rande teilweise abgebrochen, WS 20,7) mit Rücksiegel (WS 20,8); 8. Gerwin von Rinkerode (sehr gut erhalten, WS 162,1); 9. Engelbert von Herbern (gut erhalten, WS 203,3); 10. Gottfried Volenspit (gut erhalten, wie WS 185,1) und 11. Sander Volenspit (gut erhalten, WS 185,2); Rückvermerk (17. Jahrh.): das haus Potzler ...*; Abschrift Kindlingers in Msc. II 2 Nr. 10; Druck: WUB VIII Nr. 1135.*

[a]) In der Vorlage „Munsterlagener".

[l]) Vergl. die Anmerkung zur vorhergehenden Urkunde: Landesburg Patzlar südlich von Lüdinghausen und nicht Landesburg Botzlar in Selm (wie WUB VIII).

1358

1317 Februar 12

Prior Hermann, Priorin Bertradis und der Konvent von St. Katharinen in Dortmund verkaufen für 39 Mark und vier Schillinge ihren Hof beim Friedhof in Lütgen-Dortmund mit den dazu gehörenden Eigenhörigen an Everhard gen. Speke, den Rektor der Kirche in Lütgen-Dortmund.

In nomine Domini amen. Nos Hermannus, prior, Bertradis, priorissa, totusque .. conventus ecclesie sancte Katherine Tremoniensis notum facimus et tenore presentium publice protestamur, quod nos considerata utilitate ecclesie nostre predicte de unanimi nostro consensu bona nostra seu mansum nostrum prope cimiterium in Parua Tremonia situm cum omnibus suis pertinentiis, videlicet hortis, casis, agris, lignis, paschuis, terris cultis et incultis, prout dictus mansus situs esse dinoscitur, una cum hominibus quondam prefatum mansum inhabitantibus, quorum nomina sunt hec, Alebrandus et Mechtildis, coniuges, cum omnibus eorum pueris vendidimus discreto viro domino Euerhardo, rectori ecclesie in Parua Tremonia, dicto Speke pro triginta et novem marcis ac quatuor solidis denariorum Tremonie usualium nobis numeratis, traditis et

solutis ac in usum nostre ecclesie et conventus diligenter conversis. De quorum siquidem bonorum possessione nos penitus exuentes, resignavimus ea ad usus et opus dicti domini Euerhardi libere et perpetuo possidenda ac ad locum quemcumque convertenda et locanda proprietatis titulo et iure pro sue beneplacito voluntatis. Presentes erant discreti viri domini Herbordus, decanus christianitatis capituli Tremoniensis, Henricus, cellerarius ecclesie nostre, Nicolaus de Ponte, Hermannus de Redinchusen, consules Tremonienses, nec non Ernestus dictus Speke, Arnoldus de Ruddinchusen, Henricus de Tremonia, clericus, et Gotscalcus de Biluerinchusen ac alii quam plures probi et fidedigni ex utraque parte vocati et rogati. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo domini Herbordi, decani predicti, ad petitionem nostram ex utraque parte presentibus sunt appensa. Actum et datum in ecclesia nostra sancte Katherine predicta, sabbato ante Valentini anno Domini millesimo trecentesimo septimo decimo.

Ausf., Perg., StAM, St. Katharinen Dortmund Urk. Nr. 54a, Siegel des Konvents und des Dechanten (im Bild: Muttergottes mit Kind, darunter knieend der Siegler, beide recht gut erhalten) anhängend; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 513, S. 216.

1359

1317 Februar 14 Hamm

Engelbert Graf von der Mark schlichtet den Streit zwischen Äbtissin und Konvent in Welver auf der einen Seite und dem Knappen Lubert von Boenen auf der anderen Seite wegen verschiedener Güter, die vermischt in Berksen[1] im Kirchspiel Dinker liegen. Seine Güter hatte der Knappe von den Brüdern Hermann und Bernhard von Lüdinghausen gekauft. Aufgrund des Vergleichs zahlt das Kloster dem Lubert sechzehn Mark für diese Güter. Graf Engelbert überläßt dem Kloster das Eigentumsrecht an den Gütern. Lubert verspricht, daß die Ehefrau und die Erben die Auflassung ebenfalls vollziehen.

Nos Engelbertus comes de Marka universis hanc literam visuris et audituris cupimus fore notum, quod, cum dissensio et discordia inter religiosas personas, scilicet dominam .. abbatissam et .. conventum in Weluere ex una parte et Lubertum de Boynen, famulum, ex parte altera dudum mota fuisset pro bonis in Berdinchusen parrochie Dinchere mixtim infra bona .. conventus predicti positis, que bona idem Lubertus a Hermanno et Bernhardo fratribus dictis de Lůderinchusen sibi empcionis titulo acquisivit, nos paci ac concordie intendentes ipsos reformavimus et composuimus in hunc modum, videlicet quod .. abbatissa et .. conventus predicti Luberto prememorato sedecim marcas Susaciensis monete pro prefatis bonis erogabant, ut ea bona ammodo pacifice in perpetuum possiderent. Et nos .. abbatisse et .. conventui indulgentes in bonis sepius narratis ius allodii ac proprietatis, quod vulgariter eghendom dicitur, ob anime nostre salutem ipsis prorreximus ac concedendo erogamus. Item idem Lubertus coram nobis constitutus asserebat, quod plenariam potestatem habere vellet, ut .. uxor sua legitima et .. veri sui heredes bona, que multociens dicta sunt, unanimiter consenciendo ad manus .. abbatisse et .. conventus pretactorum debeant resignare. Actum in capella curie nostre in Hammone, presentibus domino Conrado, preposito in Bobarden, comite de Vernebůrg, .. comite de Seynen, domino Theoderico de Volmesteyne, Engelberto de Herborne, Conrado, filio eiusdem, Rotghero de Althena, Richardo de Hesnen, Hermanno dicto Wlf, Hermanno de Pentelinc, militibus, Wilhelmo, plebano in Hammone, Bertoldo de Thůnen, tunc temporis gogravio in Hammone, et quam pluribus fide dignis. In omnium premissorum evidens testimonium ad peticionem partis utriusque sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo CCC^{mo} septimodecimo, in crastino Esto michi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 156, Siegel bis auf Wachsrest ab.

[1]) Östlich von Dinker.

1360

1317 März 17

Der Ritter Friedrich von Padberg vom Alten Haus belehnt Dietrich von Meschede mit dem Hof zu Effeln[1], geheißen der Mescheder Hof.

Ich Frederich van deme Alden Huyss Padborch, ritter, do kund und bekene vor mick und myne erven und nachkommen, dat ich hain belent und belene overmidtz dussen breef hern Diderich vann Meschede myt deme houve tho Effele, syner tobehoringhe ind rechte in manstat in alle der wyse, als de vann Meschede den alleweghe vann unsen alderen hebbenn gehatt to enen rechten manlene, van aldes geheten der Messcher hoff. Und ich Frederich sal und wyl heren Dyderich vurgenant des vorgenompten lens waren vullenkomelykenn, als eyn her synem man dorch recht sall. Unde ick unde myne erven sollen heren Diderich und syne erven des vorgenompten hoves bekennen, wan se eme volghen, als manguds recht is. To orkunde dusser lenynghe so hain ich Fredrich egenant myn ingesegel wyttlichenn van mich, myne erven und nakommelinghe an dussen breff gehangen. Hyr synt over und an gewesen myne beleende mann Iohann vann Horhusenn und Valentyn vann deme Berghe und ander vrommer lude genoch. Gegeven na Godes gebordt dusent iar, drehundert iar und seventheyn, uff der hylghenn iuncfrouwen dach sunte Gerdruyt.

Ausf., Perg., A von Bocholtz-Asseburg zur Hinnenburg, Teil Lehnsurkunden Alme, Passivlehen, Abschnitt H, Nummer a; Siegel ab; Druck: Fahne, UB Meschede S. 33, Nr. 34; WUB IX Nr. 1536.

[1]) Südöstlich von Anröchte.

1361

1317 März 17 Dortmund

Ritter Heinrich von Aplerbeck und seine Frau Gertrud verkaufen den Zehnten zu Schüren an Christian und Cesarius von Henxtenberg, Bürger zu Dortmund.

Pateat universis tam posteris quam modernis presentem paginam visuris et audituris, quod ego Henricus de Apeldernbeke, miles, considerata utilitate mea, de consensu et expressa voluntate collateralis meae Gertrudis, Thiderici, filioli mei, et aliorum verorum heredum meorum vendidii ... discretis viris Christiano et Cesario fratribus dictis de Henxtenberg, civibus Tremoniensibus, et eorum veris heredibus decimam quandam, quam olim habui in villa Schüren in omni sua essentia et forma cum eis utilitatibus, attinentiis ... Pro cuius decimae debita warandia ipsis constitui fideiussores honestos viros et dominos Thidericum de Foresto, sororium meum, Gerhardum de Wittene, Thidericum Fridag, Hermannum Freitag, milites, Papen, Heremannum de Brakele, Hartlevum de Westwich, Arnoldum de Frenckinck et Thidericum Fritag de Berminchusen, famulos, qorum quotiescumque aliquis infra tempus warandiae decesserit, alius eque idoneus infra mensem in locum defuncti statuetur, qui omnes, sicut nominati sunt, una mecum coniunctis manibus et data fide se fideiussores obligaverunt ... in hunc modum: quandocumque super aliquo defectu premissorum moniti fuerimus, civitatem Tremoniensem pariter introibimus ad iacentiam ibi faciendam, non inde exituri, quousque dictis emptoribus et eorum haeredibus de omnibus predictis fuerat integre satisfactum. Actum Tremonie in capella sancti Spiritus coram Thidemanno de Aken, tunc temporis iudice Tremoniense, presentibus honrabilibus viris et dominis Thiderico de Foresto, Gerardi de Wittene, predictis, Ernesto de Mengede, militibus, Henrico de Wickede, Ecgberto de Werle, Ioanne et Segebodone, fratribus in Wistrate, Gehardo Schulteto, Henrico de Henxtenberge et Henrico Trinchamer, civibus Tremoniensibus ... Coram quibus et in presentia quorum ego venditor supradictus, uxor mea Gertrudis et Thidericus, filiolus meus, de voluntate domini Thiderici de Vorste predicti, tunc temporis tutoris sui, resignavimus haereditarie dictam decimam in manus fratrum predictorum et suorum haeredum perpetue possidendam, requisitis et datis sententiis ad hoc debitis et consuetis. In quorum omnium testimonium nos Thidericus de Vorste, Gerhardus de Wittene, milites, sigilla

nostra una cum sigillis domini Henrici de Apelderbeke, militis supradicti, et Thidemanni de Aken, iudicis prefati, presentibus litteris duximus appendenda. Datum die Gertrudis virginis anno Domini M° CCC° decimo septimo[a].

Vermerk des 16. Jahrh. in Westhoffs Chronik, Stadt A Dortmund; Theodorianische Bibliothek Paderborn Pa 102; Druck: Dortmunder Beiträge 25, 1918, Nr. 3, S. 144 (unter dem falschen Datum 1319, Abschrift aus dem Kopiar der Heilig Geist-Kapelle); Regest: Dortmunder Beiträge 5, 1887, S. 5; Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 514, S. 217.

[a]) Im Druck „nono".

1362

1317 März 24

Heidenreich von dem Spike verkauft dem Junggrafen Dietrich von Limburg seine Güter Spieckhoff[1] und Wulfringsen[2] vor dem Richter zu Menden.

Ego Heydenricus van den Spike universis presentem literam visuris vel audituris cupio notum esse, quod ego cum consensu et voluntate omnium heredum meorum, videlicet Hadewigis, uxoris mee, Iohannis, Heydenrici, Brunonis et Theoderici, filiorum meorum, Hadewigis, Drudekine, Alheyd, Fyge et Elyzabeth, filiarum mearum, vendidi rite et rationabiliter nobili domicello Theoderico comiti de Limborch ac suis veris heredibus bona mea dicta ton Spike ac bona mea dicta tho Wlfhardinchusen, prout sita sunt in iudicio Mendene, cum omnibus suis proventibus et appendiciis, prout iacent in cespite[a] et fronde, pascuis et aquis, et dicta bona resignavi ipsis et effestucavi coram Hermanno dicto thor Kokene, tunc temporis iudice in Mendene existente[3], et coram dominis feodi dicto Th. nobili domicello comiti de Limborch ac suis veris heredibus perpetuo et hereditarie permanenda, volens etiam ipsis de huiusmodi emptione plenam warandiam prestare, prout ius hoc postulat et requirit, presentibus huic emptioni hominibus arre Godescalco de Berchem, Wilhelmo de Dalhusen, Alberto[b] de Werminchusen, Lutberto de Ole et Lutberto de Byginchoue, presentibus resignationi Henrico, plebano in Herrike, Gotswino de Rodenberge, Tilmanno Wedegino, Iohanne super Foro, civi in Lon, et aliis quam pluribus vocatis ad hoc et fide dignis. Ut autem hec predicta rata et firma permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, ego, Erinbertus dictus Quatterlant ad petitionem dicti Heydenrici thon Spike ac suorum heredum presentem litteram munimine mei sigilli duxi in testimonium premissorum roborandum. Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo septimo decimo, feria quinta proxima post dominicam, qua cantatur Iudica.

Das als Depositum im Stadt A Dortmund verwahrte A von Haus Letmathe wurde 1945 vernichtet. Wiedergabe nach dem Druck in: Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins 12, 1877, 246.

[a]) Die beiden Worte „in cespite" irrtümlich wiederholt; b) in der Vorlage „Aberto".

1) Im Ortsverzeichnis für den Regierungsbezirk Arnsberg von 1819 wird Spieckhoff als Gehöft unter Sümmern aufgeführt, schon damals allerdings ohne Bewohner; 2) westlich von Sümmern; 3) noch in der Urkunde von 29. Febuar 1317 wird Hermann von Küchen als Bürgermeister bezeichnet. Er dürfte nur interimistisch amtiert haben.

1363

1317 April 10

Goswin von Aldendorpe verkauft dem Arnold von Vittinghoff-Schell sein Gut auf dem Kassenberg[1] und verspricht, den Käufer solange als Lehnsträger im Besitz zu halten, bis Arnold vom Oberlehnsherrn belehnt wird.

Ich Goswin van Aldendorpe doy kundich allen luden, dat ich met willen Elzekin, miner elicher husvrowen, unde alle miner rechten erven hebbe rechtlike unde redelike vercoft Arnolde dem Schelen van dem Vytinchoue unde sinen rechten erven myn alinge goet up dem Kassenberge, lude unde goet, so wo dat gheleghen is, an torff, an twyghe, an water, an weide, an holte, an veilde, met aller slachter nuyt unde met aller

toebehoeringe erflike ende ewelike umme ene summe gheldes, de my wol betaelt is to minen willen, unde sal Arnolde den Schelen vorscreven unde sine erfnamen in lenescher weer halden myt also lange, dat se it irkryghen an deme oversten leenhern, unde sal it eme nutte vast unde stede maken, alse recht unde woenlic es boven unde neden in dem lande. Alle dese stücke hebb ic ghelovet unde love dey unde seyker in goeden trouwen, stede unde vast to halden. Unde hebbe to eme tůghe vor my und vor myne erven desen breif bezeghelt met mynen zeghele. Unde hebbe voert ghebeden Arnolde van Hatnecge, Hinric Vytinge unde Iohanne van Hatnecge gheheiten Wale, dat dese drey to eme tůghe er zeghele met my an desen breif ghehangen hebben. Ende wii vorbenomeden Arnold van Hatnecge, Hinric Vyting unde Iohan van Hatnecge gheheiten Wale bekennen, dat wii unse seghele an desen breif ghehangen hebben to eme tůghe van bede willen Goswins van Aldendorpe vorscreven, alle arghelist uteghesproken. Datum anno Domini millesimo CCC° X septimo, in octava Pasche.

Ausf., Perg., HStAD, Rellinghausen Urk. Nr. 10, Siegel ab.

[1]) Gut im Kirchspiel Rellinghausen.

1364

1317 April 10

Dietrich gen. von Harmen verkauft den Zehnten im Broke und eine Wiese beim Oberhof Horstmann[1], von der als Pacht zwölf Pfennige an den Oberhof Steinen[2] zu entrichten sind, an das Kloster Himmelpforten.

Nos Theodericus dictus Harman universis hanc literam visuris et audituris notum facimus publice protestantes, quod cum voluntate et consensu Margarete, uxoris nostre legitime, ac Vrederune, heredis nostre necnon .. ceterorum nostrorum heredum vendidimus decimam in Broke et unum pratum iuxta curiam dictam Horste situm, de quo annuatim dabimus duodecim denarios in curiam, que dicitur Stene, tytulo depactationis, quod vulgariter dicitur pacht, .. abbatisse et conventui in Hemelporten perpetue remota qualibet impetitione possidendas. Testes huius rei sunt Alexander dictus Volenspeth, Rotgerus de Galen, milites, Wilhelmus Borbene, Hermannus Borcholte, Wilhelmus Wole, Hermannus Knyppinc, Theodericus dictus de Berghem et alii quam plures fidedigni. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostrum presenti pagine duximus appendendum. Datum anno Domini M° CCC° decimoseptimo, in octava Pasche.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 88, Siegel des Ausstellers (unkenntlich, vergl. WS 186,17) abhängend.

[1]) Im Kirchspiel Flierich und Bauerschaft Lenningsen (südlich von Bönen); [2]) nördlich von Hemmerde.

1365

1317 April 11 Menden

Thilemann gen. Puttemann verkauft vor den Ratsherren in Menden dem Kloster Oelinghausen aus dem von ihm bewohnten Hause und dem Hausplatz eine Rente von sechs Schillingen.

Universis ac singulis hoc scriptum visuris et audituris notum sit, quod ego Thilemannus dictus Putteman constitutus cum Cristina, uxore mea[a] legitima, et veris meis heredibus, videlicet filio meo Bernigo[b] et filia mea[c] Gertrudi coram consulibus in Mendene quasi in figura iudicii vendidi rite ac rationabiliter cum consensu et libera voluntate predicte Cristine, uxoris mee, et verorum meorum heredum predictorum et assignavi ecclesie ac conventui sanctimonialium in Vlinchusen sex solidorum redditus Susati legalium ex domo mea et area integrali, in qua habito, et assignavi eisdem perpetuo possidendum, tali autem conditione, quod in festo Michahelis singulis annis[d] tres solidi et tres solidi in festo Pasche a me et meis heredibus sine aliqua contradictione et inpedimento sunt daturi. Acta sunt hec in cimiterio Mendene iuxta campanistrum, presentibus Hermanno dicto Kůkeneman et Theoderico de Holthusen, tunc temporis proconsulibus in Mendene,

Hermanno in Monte, Wicboldo Lanifici, Woltero de Osberne, Thilemanno de Hůdinchusen, Hinrico de Vrilinchusen, consulibus ibidem, Gerwino dicto Springe, Euerhardo, tunc temporis in Mendene precone, Gobelino, sculteto curie Mendene, et Hermanno, sculteto de Vdinch, nec non aliis probis et fidedignis. In cuius rei testimonium ad petitionem utriusque partis sigillum opidanorum in Mendene presentibus est appensum. Et nos .. consules ibidem sigillo nostro ad petitionem partium predictarum appenso presentibus premissa omnia et singula protestamur esse vera. Datum et scriptum anno Domini M° CCC^mo decimo septimo, crastino dominice, qua cantatur Quasi modo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 211, Siegel der Stadt Menden (am Rande stark abgebrochen, WS 73,3) abhängend, Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod 348) S. 181; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 218.

[a]) In der Vorlage „uxori mee"; [b]) korrigiert, [c]) in der Vorlage „filie mee"; [d]) davor gestrichen „tres".

1366

1317 April 20

Adolf von Revele, Bürger zu Köln, bedenkt in seinem Testament u.a. das Hospital in Iserlohn mit vier Mark, das Hospital in Unna mit drei Mark, das Hospital in Attendorn mit zwei Mark. Sein Haus und seine Gärten in Attendorn vermacht er seinen Schwestern und deren Töchtern, die Beginen geworden sind. Nach deren Tode sollen die Güter den dortigen armen Beginen zufallen. Die Ausführung des Testaments überträgt er dem jeweiligen Provisor des Hospitals. Der Kirche in Werdohl vermacht er eine Mark, dem dortigen Pfarrer sechs Schillinge.

In nomine Domini amen. Universis has litteras inspecturis ego Adolfus de Revele, civis Coloniensis notum facio, quod licet corpore sanus et hilaris ac compos mentis mee dono Dei, tamen, dum ire et stare potui, testamentum meum seu ultimam meam voluntatem decrevi facere et ordinare in hunc modum, videlicet in primis do et lego hospitali Omnium sanctorum dicto zume Gronenwalde in Colonia medietatem curtis iacentis apud Wandin trans Renum et medietatem omnium bonorum immobilium spectantium in eandem, sicut ea habeo cum domino Wedekindo, sacerdote, meo consanguineo. Item do et lego eidem hospitali bona mea immobilia iacentia apud Vulkoven, que michi erga Iohannem dictum Stake emi et comparavi, videlicet septuaginta unum iurnales et quartale agrorum cum curte mea ibidem situata, tali conditione, quod Elizabet, Hadewigis, Conegundis et Dederadis, sorores, becgine, filie Hellenburgis, sororis mee, quamdiu vixerit quelibet earum ad usumfructum suum tria maldra siliginis et tria maldra avene mensure Coloniensis in dictis bonis meis immobilibus et curte apud Vůlkoven singulis annis optinebit et habebit. Et dum aliqua earum sororum decesserit, tunc ususfructus eius in dictis bonis et curte de Vůlkoven cedet hospitali supradicto. Item do eidem hospitali quinquaginta et octo marcas competentes michi in bonis Vůlkoven situatis, que olim dicti Aldenmart attingebant. Item do iam dicto hospitali quatuor mansiones meas sub uno tecto sitas iuxta sanctam Caeciliam in vico appellato Blunde-Iohansgasse in Colonia tali modo, quod dicte quatuor sorores, neptes mee, quandiu vixerint ususfructus[a] suos, scilicet quelibet earum tres marcas census annualis in dictis mansionibus optinebunt, et aliqua earum mortua ususfructus eius trium marcarum census pagamenti cedet ipsi hospitali pleno iure. Item do eidem hospitali meam medietatem domus site inter fabros cultellorum ex opposito muri sancti Maximini Coloniensis in omni iure, sicut eam possideo et habeo in manu mea. Item do prefato hospitali omnia utensilia et suppellectilia domus mee ac omnes libros meos tali modo, quod Adolfus de Revele, cognatus meus, ea et eos post se sibi redimere poterit et optinere pro beneplacito sue voluntatis. Item do eidem hospitali centum libras sterlingorum denariorum eo modo, quod de ipsis sterlingis comparari debent sex ame vini mensure Coloniensis imperpetuum presentande Coloniam in usus pauperum dicti[b] hospitalis. Et de eadem pecunia volo comparari perpetuam pensionem sedecim maldrorum siliginis in usus unius sacerdotis, mei consanguinei, qui sit aptus dicto hospitali. Post eius mortem cedet infirmis ibidem. Item volo,

quod de ipsa pecunia fiat constructum necessarium seu cluaca apud cimiterium dicti hospitalis. Item do et lego hospitali in Tuitio decem marcas pagamenti. Item do cuilibet hospitali Coloniensi quinque marcas pagamenti. Item do sororibus inclusis in Colonia, in Tuitio et in Bergheym pariter sex marcas pagamenti. Item do hospitali in Isernloye quatuor marcas Susatiensium denariorum. Item do hospitali in Unna tres marcas Sosatienses. Item do hospitali in Attindarne duas marcas Sosatienses. Item do et lego domum meam et ortos in Attindarne, prout iacent, sororibus meis et earum filiabus, effectis Becginis, ad ususfructus[c] earum habendos et possidendos, et ipsis mortuis volo, quod pauperes Becgine maneant in ipsa hereditate mea residentes. Et post mortem executorum mei testamenti subscriptorum comitto dictam hereditatem meam in Attindarne provisori hospitalis ibidem pro tempore existenti, quod eam custodiat et regat, ita quod semper pauperes Becgine resideant in eadem. Item do ecclesie in Werdole unam marcam Sosatiensem et plebano ibidem sex solidos Sosatienses. Item do benevolis pauperibus puellis in Colonia et in Aquis ducentas marcas pagamenti, cum quibus volo, ut domos suas meliorent et aliam pecuniam reservent in usus suos et expensas. Item do pauperibus becgardis mendicantibus in Colonia sexaginta marcas pagamenti, partem ipsius pecunie convertendam circa meliorationem domuum suarum et partem ad eorum expensas. Item do communibus pauperibus in Colonia centum marcas pagamenti. Item do domui sancti Spiritus in Colonia decem marcas pagamenti. Item do ad fabricam ecclesie Coloniensis quinque marcas pagamenti. Item ecclesie sancti Kuniberti Coloniensi do unam marcam pagamenti et plebano ibidem do duas marcas pagamenti pro mea sepultura. Item do domino Iohanni, sacerdoti hospitalis Omnium sanctorum in Colonia viginti marcas pagamenti. Item do domino Henrico, sacerdoti ibidem, quinque marcas pagamenti. Item do domino Wedekindo, sacerdoti predicto, quatuor marcas Sosatienses. Item do communibus pauperibus sacerdotibus non beneficiatis in Colonia cuilibet eorum quatuor solidos pagamenti. Item do fratribus Predicatoribus in Colonia sex marcas. Item do fratribus Crucesignatis in Colonia sex marcas pagamenti. Item do fratribus Minoribus, fratribus Augustinensibus et fratribus Carmelitis in Colonia, item Ortum beate Marie, ad Seyne et ad sanctam Agatham cuilibet monasterio eorum Coloniensi tres marcas pagamenti. Item do patri meo decem libras sterlingorum, de quibus, si non indiget, cedent filiis suis et filiabus. Item do Rorico, fratri meo, triginta marcas Sosatienses, quas Conradus de Steyne tenet. Item do eidem fratri meo decem libras sterlingorum in parato. Item do Deitmaro, fratri meo, et pueris suis viginti libras sterlingorum. Item do Hildegardi, sorori mee, Luberto, filio suo ac filiabus suis triginta libras sterlingorum. Item Godefrido, filio suo, do octo libras sterlingorum. Item do Theoderico, filio suo, duas libras sterlingorum. Item do Elizabet, sorori mee, et filiis suis Adolfo, Hermanno et Godefrido septuaginta libras sterlingorum. Item do Adolfo de Revele predicto meam partem domus vocate zůme Harste in Colonia. Item do residuis pueris Elizabet, sororis mee, triginta libras sterlingorum. Item do Hillenburgi, sorori mee, et tribus filiis suis et filiabus decem libras sterlingorum. Item do Rorico, fratri meo predicto, triginta marcas Sosatienses. Post mortem eius volo, quod cedant hospitali in Attendarne. Item do Iohanni, filio Odeberti, in Attendarne tres marcas Sosatienses. Item do Conrado de Steyne et uxori sue decem marcas Sosatienses. Item do Alberto de Blitendorp, meo cognato, et pueris suis indigentibus sex marcas Sosatienses. Item do et lego tribus filiis et filiabus dicte Hillenburgis, sororis mee, quinquaginta marcas sterlingorum. Item do Lamberto, fratri dicti Alberti, et pueris suis viginti libras sterlingorum. Item do neptibus meis, in Holthusen becginis, Alberto et Godeschalco, fratribus earum, sex marcas Sosatienses. Item do Godeschalco dicto Heigth et sororibus suis indigentibus viginti libras sterlingorum. Item do Godefrido, cognato meo, de Heylincheym duo bona mea in Rederinchusen post mortem Rorici, fratris mei. Item do meis et quondam domini mei Wedekinde de Lubeke pauperibus consanguineis non nominatis viginti libras sterlingorum convertendas in usus eorum de consilio domini Wedekindi, sacerdotis, et Adolfi, filii sororis mee. Item do domino Thilmanno de Columba, clerico, duas marcas pagamenti. Preterea volo, quod illi, qui habent bona mea mobilia inter manus, si ea meliorantur, quando summa legatorum meorum prescriptorum se extendit, ipsi tertiam partem meliorationis huiusmodi bonorum retineant nec non tertiam partem eorundem bonorum meliorationis dicto hospitali zůme Gronenwalde et ternam tertiam partem meliorationis ipsorum bonorum

communibus pauperibus benevolis, scilicet swestris et becgardis, pro salute[d] anime mee dent et distribuant. Si etiam dicta bona mea mobilia detoriantur, quod absit, volo, quod unicuique prescriptorum de bonis mobilibus proportionaliter defalcari debeat in sua parte secundum presentis mei testamenti ordinationem. Insuper volo et ordino per presentes, quod omnes et singuli proximi mei consanguinei hoc presens testamentum meum ratum et firmum oberservant sine contradictione. Et quicumque eorum hoc contradixerit et nititur infringere in toto vel in parte, quod is cadat ab omni iure sibi per me legato, et legata eius volo, quod cedant hospitali zůme Gronewalde memorato. Huius autem mei testamenti eligo meos executores et manufideles filios sororum mearum, videlicet Lubertum de Revele, Adolfum, Hermannum et Godefridum, fratres eius, de Revele necnon dominum Wedekindum, sacerdotem, consanguineum meum, dominum Iohannem, sacerdotem hospitalis zůme Gronewalde, et dominum Thilmannum de Columba, clericum Coloniensem, quibus in animas eorum committo, ut omnia legata mea superius expressa fideliter exequantur, salva michi plena potestate, quod omnia et singula legata mea et donata, secundum quod michi videbitur expedire, mutare potero et revocare. In cuius rei testimonium et maioris firmitatis evidentiam rogavi venerabilem virum dominum officialem curie Coloniensis, ut sigillum officialitatis curie sue, nec non rogavi honestos viros dominos Wernerum Overstoltz et Gobelinum dictum Gyr, scabinos Colonienses, ut sigilla eorum una cum sigillo meo proprio ducerent presentibus appendenda. Et nos officialis curie Coloniensis sigillum officialitatis nostre nec non scabini Colonienses iam dicti sigilla nostra ad preces instantes dicti Adolfi de Revele duximus presentibus appendenda in maius testimonium omnium premissorum. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo septimo decimo, feria quinta ante festum beati Georgii martiris.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, A der Armenverwaltung Köln; Bestand zur Zeit nicht zugänglich, Wiedergabe nach dem Druck: Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln IV Nr. 35, S. 32.

[a]) In der Vorlage „usosfructus"; [b]) in der Vorlage „dictis"; [c]) in der Vorlage „usosfructos"; [d]) in der Vorlage „saluti".

1367

1317 April 21

Adolf, der älteste Sohn des Grafen Engelbert von der Mark, billigt die Vereinbarungen, die Bischof Ludwig von Münster mit seinem Vater getroffen hat.

Wi Adolf oldeste son unses herren greve Engelbertes van der Marke don kundigh allen den, de desen breef [seen][a] und horen lesen, dat wy alle de lofnisse, vorbintnisse und vorwarde, da sik to gadere vorbunden hebben de ersame herre biscop Lodwich van Munstere und sin gestichte up ene side unde unse vorgenante herre, unse vader, up de anderen side unde, de se besegelt mit eren unde erre vrende segele, under eynander gegeven hebbent, also als de lofnisse, vorbintnisse und vorwarde stan in den selven breven, also lange als deselve biscop Lodwich und unse vader levent, glaven, stede und vast to holdene an trowen ieydes stat in desen kegenwortghen breve, besegelt mid unsen segele. Desse breef ys gegeven, als men tellet na Godes gebord druttenhundert yar in den seventinden yare, des dunredaghes vor sunthe Markes daghe.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. I 1 (großes Kopiar des Domkapitels Münster), S. 38, Nr. 4; Druck: WUB VIII Nr. 1145.

[a]) Wort irrtümlich ausgelassen.

1368

1317 April 22

Die Knappen Gottschalk von Eickenscheid und sein Sohn Wilhelm verkaufen für 150 Mark dem Zisterzienserinnenkloster Welver den Zehnten vom Haupthof in Meyerich[1] mit dem kleinen Zehnten sowie einer zum Zehnten gehörenden Rente von sechs Pfennigen aus dem Dorfe Flerke[2].

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris nos Godescalcus dictus de Ekenscede et Wilhelmus, eius filius, famuli, notum facimus et publice protestamur, quod de maturo consensu et de plena voluntate Agnetis, uxoris mei Godescalci iam dicti, ac omnium nostrorum coheredum receptis a religiosis personis domina .. abbatissa et conventu monasterii in Weluere Cysterciensis ordinis centum et quinquaginta marcis denariorum in Susato usualium nobis traditis et plene persolutis ipsis ac monasterio suo vendidimus et in contractu vendicionis legitime assignavimus decimam predalem, que super curtem nostram in Medrike et super ipsius curtis agros, casas et attinentias universas tam infra quam extra curtem se extendit, cum minuta decima, afhoste appellata, que de fetibus animalium, anceribus, pullis et de rebus aliis decimalibus quibuscumque consuevit provenire, nec non cum redditibus sex denariorum in villa Vlerike recipiendis ad eandem decimam pertinentibus iure hereditario perpetuis temporibus possidendam et tenendam. De qua decima et eius pertinentiis recedimus plane et simpliciter et manumittimus eandem eamque dicto monasterio assignamus ipsique decime pertinentiis suis omnique iuri, quod nobis et heredibus nostris in eis conpetebat et in perpetuum conpetere poterit, necnon omnibus inpeticionibus, actionibus, causis et dissensionibus inter nos, progenitores nostros ac dictum monasterium et personas suas usque ad hec tempora habitis et in futurum de predicta decima habendis atque exceptionibus doli mali, non tradite, non solute pecunie omnibusque exceptionibus iuris et facti, legum ac canonum, que nobis prodesse ac dicto monasterio ac personis suis obesse poterunt, renuntiavimus et in hiis scriptis renuntiamus simpliciter et in totum et promittimus fide per nos prestita corporali, quod ipsas .. abbatisam .. et conventum ipsumque monasterium ac personas suas numquam verbis aut factis, publice vel occulte in dicta decima et suis pertinentiis per nos vel per interpositas personas turbabimus aut inpediemus, immo obliti rancoris antiqui ipsum monasterium, res et personas suas favore et dilectione speciali prosequemur debitamque et iustam ipsis de eadem decima et suis pertinentiis prestabimus warandiam et quod plane omnia faciemus, que probi et legales viri circa legitimas bonorum suorum venditiones et eorum resignationes facere consueverunt. Et in horum testimonium, fidem et firmitatem perpetuam presentes literas sigillo viri spectabilis domini nostri domini Engelberti comitis de Marka petivimus communiri. Et ego Godescalcus pro me et filio meo Wilhelmo ac pro heredibus nostris sigillum meum presentibus apposui in testimonium et firmitatem premissorum, quo ego Wilhelmus me contentum fore recognosco. Nos etiam Engelbertus comes de Marka profitemur, quod dicti Godescalcus et Wilhelmus premissa omnia coram nobis se fecisse sunt confessi et propter hoc sigillum nostrum presentibus ad preces eorum est appensum. Actum et datum feria sexta ante Georgii anno Domini M° CCC^mo decimo septimo, presentibus Iohanne Clot, milite, Lutberto[a] Clot et Gerlaco de Medrike, famulis, fratre Conrado Grube, fratre Volmaro Camerario et fratre Hermanno ac fratre Adolpho, conversis monasterii supradicti, ac aliis fide dignis.

Zwei Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 156a. 1. Siegel ab, unterer Teil des Siegels des Konrad von Eickenscheid (WS 158,8) anhängend, und Urk. Nr. 156b, Siegel ab.

[a]) In B „Lubberto".

[1]) Südwestlich von Welver; [2]) südlich von Welver.

1369

1317 April 23

Der Ritter Godfried von Rodenberg verkauft seine Eigenhörige Rixa von Ostönnen dem Konrad von Meiningsen.

Nos Godefridus miles de Rodenberg notum facimus coram universis protestando, quod de consensu omnium heredum nostrorum pro certa summa nobis tradita Rixam de Estthůnen, que nobis iure proprietatis et servili condicione astricta fuit, discreto viro Conrado de Meninchusin et suis veris heredibus vendidimus et conferimus in hiis scriptis habendam et perpetue possidendam iure servilis condicionis et proprietatis, promittentes sibi facere rectam warandiam de eadem. In cuius rei testimonium nostrum sigillum nostro et heredum nostrorum nomine est appensum huic scripto. Actum presentibus Alexandro de Meninchusin, Hel-

mico de Werle, Iohanne et Hermanno fratribus de Blomenrode, Iohanne de Clotincgen, Wernero, notario in Susato, et aliis pluribus fide dignis. Datum sabbato post dominicam Misericordia Domini anno Domini MCCC decimo septimo.

Ausf., Perg., Archiwum Panstwowe w Wroclawiu (Breslau), Herzoglich Hatzfeldtfeldtsches A zu Trachenberg, Siegel des Ausstellers anhängend; Wiedergabe nach dem Druck: WZ 61, 1903, S. 59, Nr. 15.

1370

1317 April 29

Heinrich Graf von Nassau beschwert sich beim Kölner Offizial, dem Magister Heinrich von Isenburg, daß ihm Hunold von Ole das Patronatsrecht der Kirche in Balve streitig mache. Er habe die Kirche dem Dietrich, dem Sohn des Wilhelm von Ole, als dem wahren Pastor vergeben.

Heynricus comes de Nassowe viro circumspecto magistro Heynrico de Ysenburg, officiali in Colonia, salutem et cognoscere veritatem. Conquerimur discretioni[a], quod Hunoldus de Ole impedit nos in nostra dominatione et conatur nobis auferre nostra feoda minus iuste, significantes vobis et per consequens notum facimus universis, quod nos et nostri amici, quos infeodavimus per illam ecclesiam in Balfe, contulimus eandem ecclesiam .. Theoderico, filio .. Wilhelmi de Ole, clerico, et faciemus sibi warandiam in quibuslibet locis et ipsum verum pastorem ex parte nostri et nostrorum amicorum dicte ecclesie in[b] Balfe, presentibus protestamur, dantes sibi hanc litteram nostro sigillo in testimonium communitam, negantes ipsum Hunoldum aliquod habere ius in collatione ecclesie sepedicte. Datum anno Domini M° C°C°C° XVII^mo^, feria sexta proxima ante festum beate Walpurgis virginis.

Ausf., Perg., A von Wrede zu Amecke Urk. Nr. 9, Siegel ab.

[a]) Davor Wort gestrichen; [b]) davor drei Buchstaben gestrichen.

1371

1317 Mai 10

Der Knappe Dietrich Sobbe übergibt den Ratsherren und Bürgern zu Dortmund den Ort Königsberg[1] und verpflichtet sich, innerhalb des Dortmunder Gerichtsbezirks keine Befestigung oder Wohnung ohne Zustimmung der Bürger zu errichten.

Universis presentes literas visuris et audituris innotescat, quod ego Theodericus dictus Sobbe, famulus, de consensu et ratihabitione heredum meorum omnium dedi simpliciter et resignavi discretis viris consulibus et civibus Tremoniensibus locum, qui dicitur Kůningesberg, prout in situ suo iacet, in omni sua essencia et forma ad omnem ipsorum voluntatem, spondens et obligans me nichilominus per presentes, quod ego vel mei heredes et omnes michi adherentes pro me vel meis facere et dimittere volentes nuncquam aliquam munitionem seu mansionem parvam vel magnam infra metas districtus et iudicii Tremoniensis sine consensu et voluntate consulum et civium predictorum erigere poterimus vel fundare, dolo et fraudibus exclusis universis. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presentes literas super hoc confectas iussi sigillo meo pro me et pro meis firmiter roborari. Actum et datum feria tertia ante Servacii anno Domini 1317.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 141, Siegel des Sobbe anhängend; 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 359, S. 251; Regest, Fahne, Dortmund I Nr. 73, UB Dortmund, Erg. Bd. Nr. 516.

[1]) Vergl. Urkunde von 1316 Juli 30.

1372

1317 Mai 13

Der Knappe Wessel von Erwitte erklärt, Gobelin von Dingborgelo habe niemals die Güter zu Dingborgelo[1], die der † Alexander von Erwitte dem Kloster Benninghausen verkaufte, von ihm zu Lehen empfangen. Das gelte auch für Abraham, den † Vater des Gobelin. Er (Wessel) habe vielmehr das Eigentumsrecht an diesen Gütern dem genannten Alexander veräußert. Somit hätten die Nonnen die Güter auch mit dem Eigentumsrecht von Alexander erworben.

Coram universis presentem literam visuris vel etiam audituris ego Wescelus de Eruethe, famulus, recognosco et protestor publice, quod Gobelinus de Dincborchghelo bona cum universis et singulis eorum pertinentiis sita in Dinchborchghelo, que quondam Alexander dictus de Eruethe cum omnium suorum heredum consensu rite ac rationabiliter vendidit religiosis personis dominabus .. abbatisse et conventui monasterii sanctimonialium in Benekinchusen numquam a me titulo pheodi suscepit nec quondam Abraham, ipsius pater bone memorie. Ego vero ius proprietatis eorundem bonorum, quod me contingebat, dicto Alexandro vendidi dicteque claustrales erga ipsum Alexandrum et eius heredes predictos idem proprietatis ius et, ut dictum est, ipsa bona cum omni iure suo emptionis titulo compararunt. Secundum quod offero me premissa probaturum et verificaturum, prout milites et alii probi viri et iurisperiti asserunt esse iuris, in loco quidem tuto et securo mihi ad hoc prefixo, videlicet infra muros Susatienses vel Lippenses. Unde in omnium premissorum testimonium ac maiorem evidentiam sigillum meum apposui huic scripto. Datum crastino Ascensionis Domini anno eiusdem M° CCC^mo decimo septimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 135, Siegel des Ausstellers (WS 184,5) abhängend, Rückvermerke: 1. (14. Jahrh.) de Dingborgolo, *2. (18. Jahrh.)* jetzt gnandt Thimans hoff zu Schmerlicke.

[1]) Aufgegangen im Dorf Schmerlecke.

1373

1317 Mai 13

Engelbert Graf von der Mark schenkt dem Cord von Herbern etliche Ländereien, das Garthaus geheißen, welche Johann von Hoevel gehabt hat. 1317 Mai 13 (crastino Ascensionis).

Regest, StAM Msc. II 32, Bl. 214: nach dem Vermerk Kindlingers von ihm (Ende des 18. Jahrh.) aus einem Urkundenverzeichnis des 16. Jahrh. des A Werries abgeschrieben.

1374

1317 Mai 20 Frankfurt

König Ludwig entzieht dem Grafen Engelbert von der Mark wegen dessen Auflehnung gegen ihn und das Reich alle vom Reich gehenden Lehen und Pfandgüter.

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus etc. universi sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Indignum est, ut bonis seu feudis imperialibus debeant [frui][a] et gaudere, qui sacramenti fidelitatis imperio prestiti immemores tamquam ingrati in rebellionem contra imperium ac fideles ipsius se erigere non formidant. Cupientes igitur ab Engelberto comite de Marca, qui se nostrum ac imperii inimicum constituit, se contra honores et nominis nostri statum inimicorum nostrorum familiaritati et consortio adstringendo, tante superbie et pertinacie materiam amputare, ut punite transgressionis vindicta aliis transeat in exemplum, ipsum, cuius excessus adeo sunt notorii, quod[a] tergiversatione aliqua palliari non potuerunt vel celari, omnibus et singulis bonis, que ab imperio titulo feudali aut nomine pignoris hactenus tenuit, privamus et privatum remanere decernimus iustitia exigente. In cuius rei et

nostre privationis testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum in Franckenfurt XIII. kalendas Iunii anno Domini millesimo tricentesimo septimo decimo, regni vero nostri anno tertio.

Abschrift, Geh. StA Berlin Rep. 35 B 15; Druck: Teschenmacher, Annales, Codex diplomaticus Nr. 44, S. 35.

[a]) Bei Teschenmacher Text unvollständig, daher sinngemäß zu ergänzen.

1375

1317 Mai 20 Frankfurt

Der Römische König Ludwig überträgt dem Grafen Dietrich von Kleve wegen dessen Treue und um ihn noch mehr an sich und das Reich zu binden, die Vogtei über Westfalen zwischen Rhein und Weser und vertraut ihm den Schutz der Güter und Rechte des Reichs an.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus spectabili viro Theoderico comiti Clevensi, consanguineo suo karissimo, gratiam suam et omne bonum[a]. Fidelitatis tue sinceritas inconcussa ac providentie industria circumspecta a progenitoribus tuis naturali propagatione in te derivata et ex multis rerum argumentis conprobata exigunt et requirunt, ut specialiori et uberiori plenitudinis gratia amplecti te debeat regalis celsitudinis clementia et fovere. Sperantes igitur ex hiis iura et honores nostros et imperii per te in partibus Westvalie tamquam id valentem strenue defendi et utiliter gubernari, tibi usque ad beneplacitum nostrum et successorum nostrorum in imperio advocatiam totius Westvalie inter Renum er Wesaram comittimus, constituentes et ordinantes te ibidem nostrum et imperii advocatum generalem, universis nostris et imperii fidelibus tam nobilibus quam ignobilibus, communitatibus civitatum ac aliis quibuscumque dantes firmiter in mandatis, quatinus tibi pro conservatione bonorum et iurium imperii ac procuratione ac ordinatione pacis pulchritudine generalis nostro et imperii nomine intendant in omnibus fideliter et assistant. In cuius rei evidentiam presentes litteras conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum in Franchenfůrt XIII° kalendas Iunii, anno Domini M° CCC° septimodecimo, regni vero nostri anno tertio.

Abschrift des 14. Jahrh., HStAD, Hs A III 2 (Kopiar der Grafen von Kleve) Bl. 10; Druck: Schleidgen, Klev. Kopiar, S. 125.

1376

1317 Mai 21

Edelherr Simon zur Lippe vereinbart mit der Stadt Lippstadt einen neuen Modus der Ratswahl, die künftig von je zwei Wahlmännern aus den vier Hoven vorgenommen werden soll.

Wi her Symon de edele here van der Lippe sint endrachtich wurden ande overkomen mid unser ghemenen stad van der Lippe ande se mid uns, so wanne men sal hyr enen nigen rad setten, so sal men hyr ghan ghemenliken uppde dat rathus in de vier hoven ande kiesen ute iewiliken hoven twene biderve man ute der menheyt, de in deme rade nicht en hebben ghewesen. So solen dan de selven achte man sveren uppe den hilighen, dat se nach eren witten ande nach eren sinnen setten enen rad, de uns ande der stad nutte si, uns to unseme rechte ande der stad to ereme rechte, dat en[a] God also helpe ande de hilighen ande solen uns den rad nomen vor der taflen, also men hevet, van oldes gheploghen. Ande uppe dat desse overkome ewelich blive, so hebbe wi, her Symon de here van der Lippe, vor uns ande vor unsen erven, ande wi, rad van der Lippe vorghesproken, unse ingheseghele to desseme breve ghehancgen. Desse brif, de is ghegheven in Pinkest avende an deme iare van Godes bort dusent drihundert ande siventiene.

Ausf., Perg, ursprünglich im Fürstlich Bentheim-Tecklenburgischen A Rheda, Urk. Nr. 5, 1945 in Verlust geraten; Auszug im StA Detmold, Rep. XXXVI D I 1; Wiedergabe nach der Abschrift bzw. dem Auszug bei Overmann, Lippstadt; Anhang, S. 9, Nr. 9.

[a]) Aus „em" verbessert.

1377

1317 Mai 22 Heidelberg

König Ludwig überträgt dem Grafen Dietrich von Kleve alle Lehen des Reichs, die er dem Grafen Engelbert von der Mark wegen dessen Undankbarkeit und der Auflehnung gegen ihn und das Reich entzogen hat.

Lvdowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus spectabili viro Theoderico comiti Cleuensi, consanguineo suo dilecto, gratiam suam et omne bonum. Tuis exigentibus meritis et ut nobis et imperio fortius ad obsequendum diligentius astringaris, omnia et singula bona, quocumque nomine censeantur, per Engelbertum comitem de Marca habita et possessa, quibus ipsum propter sua demerita necnon ingratitudinis vitium et rebellionem manifestam contra nos et imperium habitam per alias nostras litteras privavimus, de plenitudine regie potestatis tibi tamquam bene merito de speciali gratia conferimus et de ipsis te auctoritate presentium investimus, volentes, ut eadem tam tu quam heredes tui legitimi de tuo corpore descendentes a nobis et imperio titulo feodali teneatis et possideatis ac etiam recognoscere debeatis quodque[a] nobis et successoribus nostris imperatoribus et regibus Romanis proinde debita servitia faciatis et prestetis consuetum fidelitatis et homagii sacramentum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus muniri. Datum in Heidelberch XI° kalendas Iunii anno Domini millesimo decimo septimo, regni vero nostri anno tertio.

Ausf., Perg., HStAD, Kleve-Mark Urk. Nr. 145, starke Moderschäden, Siegel des Königs (Teil abgebrochen, restauriert) an rot-gelben Seidenschnüren anhängend; Abschrift um 1600: HStAD, Hs. C III 9, Bl. 30v; Regest: Lacomblet UB III, S. 116, Anm. 3; Schleidgen, Kleve-Mark Nr. 153, S. 89.

[a]) Bei Steinen „pro quo".

1378

1317 Mai 22 Heidelberg

König Ludwig überträgt dem Grafen Dietrich von Kleve alle Lehen des Reichs und die Pfandschaften, die er dem Grafen Engelbert von der Mark wegen seiner Undankbarkeit und Aufsässigkeit entzogen hat, und zwar die Vogtei der Reichsabtei Werden, die Vogtei über die Juden zu Dortmund, den Oberhof zu Wiblingwerde[1], den Oberhof in Brackel, die Reichsgüter bei Altena, den Oberhof zu Westhofen und die Stapelleute von Dortmund.

[Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus etc. spectabili viro Theoderico comiti Cliuensi, consanguineo suo dilecto, gratiam][a] suam et omne bonum. Tuis exigentibus meritis et ut nobis et imperio fortius [ad obsequendum et diligentius astringaris, confestim][b] ad possessiones et bona, [videlicet][c] advocatiam regalis ecclesie Werdensis, advo[catiam iudaeorum Tremoniensium et curtem Weveling]renwerde[d], curtem in Brakel, curtem imperii prope Tremoniam, bona imperii sua [prope Altenam et curtem nostram][e] ten Westhouen cum universis hominibus, iurisdictionibus, iuribus et pertinentiis dictarum curtium ac homines dictos stapellude de Tremonia necnon omnia et singula bona alia, quocumque nomine censeantur, per Engelbertum comitem de Marca a nobis et imperio titulo feodali seu quovis obligationis modo hactenus habita et possessa, quibus ipsum propter sua demerita necnon ingratitudinis vitium et rebellionem manifestam contra nos et imperium habitam per alias nostras litteras privavimus, de plenitudine regie potestatis tibi tamquam benemerito de speciali gratia conferimus et te de ipsis auctoritate presentium investimus, volentes, ut eadem tam tu quam heredes tui legitimi de tuo corpore descendentes a nobis et imperio tytulo pheo-

dali teneatis et possideatis ac etiam recognoscere debeatis quodque nobis et successoribus nostris imperatoribus et regibus Romanis proinde debita servitia faciatis et prestetis consuetum fidelitatis et homagii sacramentum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostro maiestatis sigillo iussimus muniri. Datum in Heidelberch XI° kalendas Iunii anno Domini millesimo trecentesimo septimo decimo, regni vero nostri anno tertio.

Ausf., Perg., HStAD, Kleve-Mark Urk. Nr. 146, starke Moderschäden mit Textverlust im oberen Teil, Siegel (zum Teil abgebrochen, restauriert) des Königs an rot-gelben Seidenfäden anhängend; Abschrift des 18. Jahrh., Papier, StAM, Kleve- Mark Urk. Nr. 31b, dabei drei Exemplare des Druckes des Textes (concordat cum archivo Henrich Wortman, archivarius)*; Druck: Teschenmacher, Codex diplomaticus, S. 35; Lacomblet UB III Nr. 157, vergl. von Steinen, Westphälische Geschichte I, S. 468; Regest: Schleidgen, Kleve-Mark Nr. 154; Dortmunder UB I Nr. 360 und Erg. Bd. Nr. 517.*

[a-a]) Textverlust durch Moderschäden, ergänzt durch den Text der Abschriften.

[1]) So Rübel UB Dortmund I Nr. 360.

1379

1317 Mai 25

Die Stadt Soest teilt dem König Eduard (II.) von England, seinem Kanzler, dem Bischof von Winchester, seinem Tresaurar Walter von Nortwick und dem Rat der Stadt London mit, die Angaben des Wilhelm von Wodeslade über einen angeblichen Seeraub Soester Bürger und die Rechtsverweigerung seitens der Stadt Stadt Soest träfen nicht zu. Die Stadt bittet den König, die Behinderungen Soester Bürger und von anderen Personen aus Deutschland abzustellen.

Serenissimo et glorioso viro domino Detwardo, regi Anglie, domino Ymbrime, duci Aquitanie, ac reverendo in Christo patri ac domino .. episcopo Wyncensis ecclesie, eiusdem domini regis cancellario, domino Walthero de Nortwich, treserario, nec non toti .. consilio domini .. regis supradicti, .. maiori, .. aldermannis in Lůndonia et omnibus Christi fidelibus, quorum videbitur interesse, .. proconsules, .. consules ac tota universitas oppidanorum in Susato exhibitionem suorum obsequiorum cum condigna reverencia semper promptam. Vestre dominationi et magnificencie duximus presentibus propalandum nos veridica relatione cognovisse Wilhelmum de Wodeslade ad vestre dominationis audienciam querula voce detulisse, quod quidam de nostris coopidanis morem crudelium piratorum imitantes[a] sibi suas res in mari abstulerint minus iuste et cum Iohannem de Rodewelle, suum procuratorem, ad nos transmisisset, pro beneficio iuris consequendo ratione dampnorum predictorum, eidem iusticia sit denegata. Quare vestram regiam potenciam ac .. singulos et universos, ad quos presencia pervenerint, volumus non latere publice protestantes in hiis scriptis, quod de dampnis dicti Wilhelmi nichil nobis constat nec Iohannes de Rodewelle, quem suum procuratorem et executorem fuisse refert in hac parte, umquam apud nos est visus pro emenda vel iusticia occasione predictorum exigenda, qui, si comparuisset, sibi citissime de omnibus incusandis ordinavissemus iusticie rationem, sicut ad nos et has vestras apertas literas firmum habebitur respectum et securum. Quare vestre dominationis clemenciam et omnem, quorum interesse poterit, humilimis precibus suppliciter exoramus, quatenus causa Dei et iusticie dictum Wilhelmum et sibi in hac parte adherentes a tam erronea et nefanda specie deceptionis hactenus inaudita compescatis nec nostros coopidanos et alios innocentes de Almania occasione cause memorate impediri permittatis quoquam modo et, quibus per huiusmodi dampna irrogata fuerint, ut alii de hoc sumant exemplum et huiuscemodi facere vereantur, per quod verissime non solum laudem humanam, sed gloriam consequimini sempiternam. In cuius rei testimonium sigillum nostre universitatis presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC^mo XVII°, feria quarta post festum Penthecostes.

Wiedergabe nach der Fotokopie einer zur Zeit nicht zur Verfügung stehenden Ausf., Stadt A Lübeck, Westfalen Urk. Nr. 26b; nicht im Hans. UB.

[a]) In der Vorlage „immitantes".

1380

1317 Mai 26 Soest

Johannes gen. Snap, Kanoniker von (St. Patrokli) Soest, und seine Brüder Andreas und Godfried verkaufen dem Heinrich gen. von Heringen, Bürger zu Soest, Güter in Böckum[1] im Kirchspiel Horn zusammen mit dem Eigentumsrecht an diesen Gütern.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Iohannes dictus Snap, canonicus ecclesie Sůsatiensis, Andreas et Gotfridus, eius fratres, notum facimus publice protestando, quod de consensu Gvden, uxoris mei Andree, et Conradi, filii mei, ac omnium coheredum meorum vendidimus et in contractu venditionis rite et legitime assignavimus et assignamus per presentes Henrico dicto de Heringhen, opidano Susaciensi, et suis veris heredibus pro certa pecunie summa nobis soluta et tradita bona in Bochem in parrochia Hornen sita, quorum proprietas ad nos pertinebat, iure hereditario perpetuis temporibus possidenda et tenenda, renunciantes omni iuri, quod nobis et nostris heredibus competebat et competere poterit temporibus affuturis in eisdem. Et in huius rei testimonium nos Iohannes predictus sigillum nostrum, nos quoque Andreas et Gotfridus, quia sigillis caremus, sigilla strennuorum militum Alexandri et Gotfridi Volenspith presentibus apponi fecimus in evidentiam premissorum. Actum in domo domini Gerhardi de Heringhen anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XVII^{mo}, crastino Vrbani. Presentes fuerunt Iohannes de Rodenberge, Bertoldus Thorich, Richardus de Zuderlande, Theodericus de Grafweghe et alii quam plures. Acum et datum ut supra.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 136, Rest des Siegels des Kanonikers Snap (WS 199,42) anhängend, die beiden anderen ab; Abschrift vom Anfang des 16. Jahrh., Kloster Benninghausen, Akten Nr. 313 (Kopiar des Klosters Benninghausen, ehemals Msc. VII 5724) Bl. 40v.

[1]) Nördlich von Horn bzw. südlich von Benninghausen.

1381

1317 Mai 28 Avignon

Papst Johannes XXII. überträgt dem Ludolph von Heringen ein Kanonikat in der Kirche in Bonn.

Iohannes XXII Ludolpho de Heringen confert ecclesie Bunnensis Coloniensis diocesis canonicatum non obstante, quod in ecclesia SS. Apostolorum Coloniensi canonicatum et prebendam obtinet. Datum Avin. V kalendas Iunii anno primo.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 456 (Reg. Avin. 7, Bl. 213, Nr. 3784).

1382

1317 Mai 30

Edelherr Wilhelm von Ardey schenkt dem Stift Geseke auf Bitten der Cunegundis, Witwe des Ritters Friedrich von Hoerde, die Lehnsherrschaft und das Eigentumsrecht am Zehnten in Persminchusen[1].

Universis presentes literas visuris et audituris nos Wilhelmus nobilis dictus de Ardeye notum esse cupimus et tenore presentium publice protestamur, quod peticionibus discrete domine Cunegundis, relicte quondam Frederici militis de Hůrde et heredum ipsius, scilicet Alberti, Frederici, Themonis et Bernardi, inclinati dedimus et in hiis scriptis damus venerabilibus dominabus abbatisse et capitulo secularis ecclesie in Gheseke ius pheodi una cum proprietate decime site in Persminchůsen, quam quondam predictus Fredericus, miles, a nobis iure tenuit pheodali, idem ius pheodi et proprietatis in manus et possessionem dictarum dominarum abbatisse et capituli una cum prefata decima et attinentiis ipsius perpetuo habendum libere et voluntarie dimittendo. Ne autem huiusmodi factum nostrum oblivio deleat, sed potius memoria permaneat, nos Wilhel-

mus nobilis predictus has literas prefatis dominabus dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda post octavas Penthecostes anno Domini M CCC XVII°.

Abschrift des 16. Jahrh., in StAM, Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke) Bl. 8.

[1]) Wüstung im südlichen Teil der Geseker Feldmark, vergl. Urkunde von 1316 Februar 1.

1383

1317 Juni 1

Die Burgmannen zu Mark teilen dem Grafen von Ravensberg mit, daß sie den Streit zwischen dem Kloster Benninghausen und dem Gobelin von Dingborgelo wegen Gütern in Dingborgelo[1] nicht entscheiden konnten, da letzterer nicht seine Schriften vorgelegt habe. Wenn dieses erfolge, wollten sie den Streit entscheiden.

Pro universis castellanis in Marka[a]. Viro nobili comiti in Rauensbergh et universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem cum noticia veritatis, quod constituti coram nobis domina abbatissa et conventus in Benekynkhusen a parte una et Gobelinus de Dynkbůrghelo ex altera super dissensione quorundam bonorum Dynkburghelo in ius diffiniendum super ea in nos concorditer arbitrarunt, super quo acta et scripta sua utrobique nobis infra triduum post ipsorum recessum nobis dixerant per eosdem presentanda, quod domina pro se fecit, Gobelinus vero nulla scripta nobis presentavit. Quare ipsis partibus causam suam non potuimus definire. Sed si dictus Gobelinus adhuc sua nobis scripta presentare decreverit, deliberabimus nos cum viris peritis super illa, et quod nobis pro iure legitimo ostensum fuerit, non retardabimus diffinire. In cuius rei robur sigillum Engelberti de Herborne, militis, nostri concastellani, pro nobis est appensum. Datum anno Domini M° C°C°C° septimo decimo, feria quarta post Vrbani episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 137, Siegel des Engelbert von Herbern (Umschrift abgebrochen, WS 203,3 ?) abhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): De Thieman in Schmerlicke, K. Horn; *Regest: WUB X Nr. 536.*

[a]) Über dem Kontext von derselben Hand.
[1]) Vergl. Urkunden von 1317 Mai 14 und 26.

1384

1317 Juni 5

Konrad gen. Brilon und Johannes, der Sohn des † Volmar von Welver, quittieren dem Zisterzienserinnenkloster Welver den Empfang von 6 1/2 Malt Korn aus rückständigen Einkünften und verzichten auf weitere Forderungen.

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, volumus [esse][a] notum, quod nos Conradus dictus de Brilon et Iohannes, filius quondam Volmari de Weluere felicis memorie, .. conventum monialium ecclesie in Weluere ordinis Cisterciensis quitum et solutum de sex maltis annone et dimidie, que nobis de quibusdam redditibus exstiterat residua, simpliciter et pure demittimus, nichilominus renunciantes omni actioni, que per nos quomodolibet ratione dicte annone fieri posset per presentes. Et quoniam proprio sigillo caruimus, renunciationem predictam sub sigillo honorabilis militis domini Gotfridi de Meschede, quod ab eodem impetravimus, sicut idem loquitur, declaramus. Et nos Gotfridus de Meschede, miles predictus, ad instanciam Conradi et Iohannis predictorum renunciacionis annone predicte cartulam nostro proprio sigillo duximus sigillandam[b]. Actum anno Domini M° CCC° XVII, in die beati Bonifacii episcopi et martiris, in presentia proborum virorum Gotfridi, viceplebani in Euersberg, Hinrico de Arnsdale et Gerardi dicti Wlf, civium ibidem, et aliorum plurimorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 157, Siegel ab; Druck: SUB II Nr. 570.

[a]) In der Vorlage fehlend; [b]) aus „sigillandum" korrigiert.

1385

1317 Juni 9

Hermann von Horst, Tutor des Oberhofs Oer, entläßt mit Zustimmung der Hofeshörigen den Bernhard, Sohn des Lubbert gen. Roden, aus der Hofeshörigkeit des Oberhofes Oer und empfängt dafür Hildegundis, die Tochter des Bernhard gen. von Hülsbusch.

Ego Hermannus de Hůrst, verus tutor curtis V̊re et omnium attinentium iam dicte curtis, notum facio universis presentia visuris et audituris, quod de plena consensu ac voluntate curtis litonum et laudatorum predicte curtis Ůre Bernardum, filium Lubberti dicti Roden, servili conditione eidem curti Ůre attinentem quondam, manumisi et manumitto per presentes ab omni iure, quo sepedicte curti astrictus erat, liberum et quitum in perpetuum dimittendo, recipientes pro eodem Bernardo in id ius, quo astrictus erat curti Ůre antedicte, Hildegundim, filiam Bernardi dicti de Hulsbusce, quam Godekinus de Lo, frater quondam Wesceli pie memorie, dedit pro[a] Bernardo, filio Lubberti dicti Roden, ut idem Bernardus sic manumissus sine reclamatione aliquorum se posset divertere ad aliud ius pro sue beneplacito voluntatis. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam hanc litteram presentem super premissis confectam meo sigillo feci muniri. Et ego Godekinus van deme Lo antedictus meum sigillum in maiorem rei evidentiam huic scripto feci apponi. Acta sunt hec presentibus Hugone dicto de Hervorste, Suedero de Eclo dicto de Dinslake, Iohanne de Lůderinchove et Wescelo, filio Bernardi de Sickenbeke, militis, ac aliis viris quam pluribus fidedignis. Datum anno Domini M° CCC^mo^ decimo septimo, in die Primi et Feliciani.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 117, S. 154 (mit zwei Siegelzeichnungen); Druck: Kindlinger, Hörigkeit, S. 365, Nr. 65.

[a]) Nach dem Randvermerk Kindlingers ein „pro" im Original irrtümlich ausgelassen.

1386

1317 Juni 14 Brühl

Erzbischof Heinrich von Köln läßt den Grafen Ropert von Virneburg, seinen Marschall von Westfalen, da die Mittel des Landes zur Abwehr der verschiedenen Angreifer nicht ausreichen, bei verschiedenen Gläubigern die Summe von 400 Mark aufnehmen und setzt dem jeweiligen Gläubiger die Einkünfte des Amtes Menden zum Unterpfand.

Nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus, quod, cum propter inprovisas et varias expensas ad resistendum diversis nostram terram Westphalie diversinmodo invadentibus nobilem virum Ropertum comitem de Virneburg, marschalcum nostrum Westphalie, cum redditus terre nostre Westphalie sibi commisse eidem ad hoc non suppetant, apud diversos creditores expensas huiusmodi enim conquirere oporteat et non numquam eciam, qui in talibus eum adiuvent, aliquos non valeat reperire, cum, si qua sibi conquirerent, eis per ipsius promissionem de solutione eis de talibus faciendam forsan minus efficaciter caveretur, nos ad ipsius .. comitis supplicationem, attendentes labores et sollicitudinis dilgen[tiam], quibus a tempore sibi officii marschalatus nostri Westphalie commissi repressis invadencium se ibidem inf[estantibus] terram eandem defendit hactenus intrepide et constanter, quodque ut incepta eo animosius exerceat [quo m]agis sibi in expensis noverit provideri, ut de creditore, qui eidem ad summam quadrigentarum marcarum Susaciensium pro expensarum suarum continuatione in eiusdem terre nostre defensione faciendis conquirat sibi, prospicere et assumere valeat, eidem presentibus indulgemus. Et ut tali creditori de restitutione conquirendorum sufficientius caveatur, volumus, ut, si ante dicte pecunie solutionem ipsum comitem decedere vel ab eodem officio revocari vel quocumque modo desistere ab eodem contingat, quod idem creditor tam diu in officio nostro Mendene, iuribus et redditibus permaneat, quousque ad bonam computationem sibi de summa pecunie predicte fuerit satisfactum. Nam eidem

creditori per dictum .. comitem assumendum ad premissa ex parte dicti comitis has literas nostras super hoc habenti idem officium pro expositis huiusmodi volumus pro subpignore obligari sub presentium nostrarum testimonio literarum. Datum Brůle anno Domini millesimo trecentesimo septimodecimo, feria tercia post diem beati Barnabi apostoli.

Ausf., Perg., A von und zur Mühlen zu Mersheim (bei Nieheim), Siegel ab; nicht in REK.

1387

1317 Juni 23

Der Bäcker Gerwin gen. Wyge verkauft dem Soester Bürger Ludolf gen. Herincgen aus dem von ihm bewohnten Haus eine Brotspende von einem Pfennig zugunsten der Hausarmen.

Noverint universi presentium inspectores, quod ego Gerwinus pistor dictus Wyge vendidi rite et legitime pro parata pecunia michi tradita et assignata Ludolfo dicto de Herincgen, civi Sůsaciensi, unam denariatam panis de domo mea, quam inhabito, ad usus pauperum Sůsaciensium, qui hůsarmen vulgariter nuncupantur, omnibus diebus dominicis in perpetuum sine contradictione qualibet .. provisoribus eorundem pauperum, qui pro tempore fuerint, expedite persolvendam et assignandam, ita tamen, quod dictam denariatam panis post mortem ipsius Ludolfi Gertrudis dicta de Lippia ad tempus vite sue habebit et extunc, videlicet post mortem ipsius Gertrudis, ad usus dictorum pauperum libere revertetur. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillis .. discretorum virorum Arnoldi dicti Scotte et Iohannis dicti de Sůsato, dictorum pauperum provisorum, presentibus ad peticionem meam appensis feci communiri. Actum et datum anno Domini millesimo CCC^{mo} XVII°, in vigilia Nativitatis beati Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 9891, Siegel des Schotte (im Bild Hausmarke) und des Johan von Soest (im Bild ebenfalls Hausmarke) abhängend; Rückvermerk: 1. Goswin Scheper pro nunc, *2. .. aen den* Hagen; *Druck: Klocke, Soester Wohlfahrtsanstalten (Hausarmen) Nr. 855.*

1388

1317 Juni 26

Aleidis, die Witwe des Hermann, Schulten des Oberhofs Viehof[1]*, erklärt, die Äbtissin des Stifts Essen habe ihr wegen der von ihrem Ehemann geleisteten Dienste und aufgrund der Bitten der Verwandten und Freunde zwei zum Schultenhof gehörende Höfe im Dorf Hoverscheid*[2] *und in* Pasche *auf Lebenszeit übertragen. Die Witwe verspricht, kein Stück von den Höfen zu entfremden, keine Bäume auf den Höfen zu fällen und der Äbtissin und dem Vogt die ihnen gebührenden Abgaben zu entrichten. Siegelankündigung des Mauritius von Lembecke, Dechant zu Essen, des Ritters Wenemar von Aldendorpe und des Ritters Menso von Heiden, des Bruders der Witwe. Zeugen: Ludgardis, Pröpstin, Agnes, Dechantin, und Mabilia, Thesaurarin, die Kanoniker des Stifts Essen Johann von Methler (*Metlar*), Everhard von Bechem, Johannes von Büderich (*de Boderich*) und Gerhard von Aplerbeck (*de Apeldorbeke*) sowie Wenemar von Heiden (Heyden), Heinrich von Schalke (*Schadelich*), Werner von Aplerbeck, Heinrich von Aldendorpe und Pelegrinus von Aldendorpe. Datum 1317 Juni 26 (*in dominica post Nativitatis beati Iohannis Baptiste*).*

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 118, S. 217.

[1]) In der Stadt Essen; 2) in Essen-Huttrop.

1389

1317 Juni 28 Köln

Wilhelm Graf von Arnsberg verspricht die Einhaltung des von König Ludwig mit Fürsten und Städten zu Bacharach vereinbarten Landfriedens.

Wir Wilhelm greve van Arnesberg důn kůnt allen den gienen, de desen bref seint inde horent lesen, dat wir gelovėt hayn inde geloven inde geworen hayn up ten heyligen den lantfride, den unse heirre her Lůdewich van Godes genaden Romescher koninc zů Bachgerachge gemachgit hait mit den .. fursten inde anderen heirren inde den anderen steden, steide zů haldene, zů schirmene inde zů vriedene getruvligen, alse der laintfriedebreif des vůrgenůmden .. koninx gelesen wart zů sente Marien zů Greden binnen Kolne inde da over gemachgit is steit geschreiven. Des zů eyme urkunde inde vaste steidigeit so hayn wir unse ingesiegel gehangen an diesen breif, di gegeven is zů Kolne up sente Pėters inde Paules avent der apostelen an me iaire Godes dusent drehundert inde sevenzeyn iar.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Haupturkundenarchiv Urk. Nr. 1/886, Siegel des Grafen (WS 41,2) anhängend; Regest: Mitteilungen aus dem Stadtarchiv Köln, 5. Heft 1884, S. 29.

1390

1317 Juni 28

Bürgermeister und Rat zu Soest führen einen Vergleich herbei zwischen der Schneiderzunft und den Frauen, die wollene Kleidung herstellen, und regeln die Bedingungen für den Anschluß an die Gilde.

Nos Ropertus dictus Fernere et Gotschalcus de Palsode, proconsules in Susato, et ceteri ibidem .. consules notum facimus coram universis publice protestantes, quod, cum frequenter inter sartores ex una parte et alias mulierculas vestes laneas facientes ex altera parte in nostro oppido questiones, querimonie et rixe diversimodo moverentur ratione fraternitatis ipsorum sartorum acquirende, ut huiusmodi inconvenientiis debito modo obviando terminum et finem poneremus, causa tranquillitatis et pacis statuimus et presentibus confirmamus, quod quevis mulier novas laneas vestes faciens pro fraternitate .. sartorum acquirenda dabit dimidiam marcam denariorum Susati legalium et bonorum. Que pecunia pro dimidietate erit .. consulum pro tempore existentium in Susato, sicut et illa fore dinoscitur, que de viris fraternitatem dictorum .. sartorum acquirentibus derivatur. Qua dimidia marca persoluta .. sartores talem mulierem ad aliquam societatem, que vulgariter morgensprake nuncupatur, non vocabunt. Item plane nil magis disponere habebit cum eisdem sartoribus, quam ante ipsorum fraternitatem habere videbatur, excepto tamen tali casu: si mulier aliquam vestem vel vestes alicuius male faceret, quod culpabilis videretur, super eo talis ad presenciam .. iudicum fraternitatis narrate erit vocanda et comparebit ad huiusmodi debito examene discernenda. Et si talem excessisse compertam fuerit, huiusmodi excessus ad consules, qui pro tempore Susati fuerint, erit deferendus nec non per dictos .. consules iudicandus et puniendus ac coram eis emendandus, ita quod totum in ipsis stabit, quicumque pro excessu prenarrato concordaverunt faciendum. In quorum omnium testimonium sigillum nostre universitatis presentibus duximus apponendum. Actum presentibus .. proconsulibus predictis, Brunone dicto de Bucge, Conrado dicto Suelinc, Henrico dicto de Honporten, Syfrido dicto van den Broke, Iohanne dicto de Kywe, Iohanne dicto Capelle, Wichmanno de Vlerike, Iohanne de Monte, Everhardo de Lacu, Iohanne dicto Vole, Arturo de Euersberg, Syfrido super Piscinam, Iohanne de Lůnen et toto consilio Susaciensi. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo septimo, in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 5925; Siegel ab; Druck: SUB II Nr. 571.

1391

1317 Juni 30

Agnes von Aldenhoven, Dechantin des Stifts Essen, und ihre Schwester Mabilia, Thesaurarin, erklären, sie hätten für die Beherbergung der Angehörigen der Bettelorden auf eigene Kosten bei der von ihnen bewohnten Curie ein Haus gebaut. Dies geschah auf einem ungenutzten Grundstück, das zu zwei Dritteln ihren Mitkanonissen und zu einem Drittel den Kanonikern des Stifts gehörte. Die beiden Drittel seien ihnen geschenkt worden. Das restliche Drittel hätten sie für zwölf Mark gekauft. Die beiden Schwestern weisen das Haus dem gedachten Zweck zu und legen für die einzelnen Orden die jeweils für sie bestimmten Zimmer fest[1].

Nos Agnes de Altenhauen, Dei gratia decana, et Mobilia, eius soror, thesauraria saecularis ecclesiae Assindensis, notum esse volumus, universis praesentem litteram visuris, cupientes hoc ad singulorum deduci notitiam, quod, cum ab olim quidam fratres de ordine Mendicantium in nostra domo hospitandi gratiam habuissent, et ut ipsa gratia hinc et inde commodius posset perdurare, continuari et perseverare, quandam domum in quadam area sitam iuxta domum nostram, quam nunc inhabitamus, construximus et ereximus nostris solummodo sumptibus et expensis ad usus Praedicatorum fratrum et hospitium, prout in sequentibus continetur. Praedicta autem area ad conventum nostrum pertinebat, duae videlicet ipsius areae partes ad canonicas nostras, eisdem a multis annis omnino inutilis et infructuosa et ex casu incendii deserta. Quam nobis ob Dei amorem et reverentiam nec non ad instantiam atque preces reverendae dominae nostrae dominae Beatricis, abbatissae ecclesiae nostrae praedictae, liberaliter in subsidium huiuscemodi structurae et operis erogarunt ac gratis contulerunt. Pars vero tertia ipsius areae ad canonicos nostrae ecclesiae spectabat. Quam pro duodecim marcis Susatiensium[a] denareorum necessitate tunc exposcente comparavimus ab eisdem. Idcirco quandam ipsius areae partem applicavimus ad nostram curiam et aream dictam aut domum in usus atque hospitium Praedicatorum fratrum pro salute animarum nostrarum omniumque parentum nostrorum ac omnium etiam, qui[b] in nostra domo dictis fratribus hanc hospitandi gratiam praestiterunt, assignamus, deputamus, erogamus perpetuis temporibus inviolabiliter irrevocabiliterque et legamus. Ut autem omnia in maiori tranquillitate, pace et quiete persistant et ut omnis materia contentionis et haesitationis in futurum tempus penitus tollatur, sic ipsam domum ipsis fratribus distinguimus ac unicuique ordini suam mansiunculam sive dormitorium in eadem demonstramus ac decernimus. Fratres de ordine Praedicatorum habeant et habebunt cameram supra cellarium versus plateam sive orientem. Fratres de ordine Minorum solarium supra eos similiter versus orientem. Fratres de ordinibus Carmelitarum, Wilhelmitarum ac Cruciferorum ordinis, videlicet illorum fratrum de domo lapidea, insimul solarium supra versus occidentem aut pomerium habeant. Cameram autem subtus, etiam versus occidentem, ubi est introitus, communiter ad ignem componendum sub piropo sive camino ad usus suos habeant omnes fratres, qui in ipsa domo hospitandi habent gratiam et sunt superius nominati. Solarium superius, quod est sub tignis et tegulis, similiter habeant omnes proportionabiliter secundum divisionem et distinctionem ipsius domus ipsis factam ad depositionem suarum rerum ac elemosynarum petitarum. Cameram autem parvam, quae est inferius versus meridiem et austrum iuxta domum nostram, habeant marthae[2] ipsius domus subtus et supra eas. Angulum vero, qui est ante cameram martharum, habeant omnes fratres pro depositione lignorum et carbonum sub et supra. Duae in eadem domo sint marthae fratribus ad manus, quae omnibus aequaliter faciant, et assumantur per fratres de consilio, beneplacito et assensu harum, quae post nos nostram domum inhabitaverint, ut fiet ad pacem earundem. Cellerarium vero subtus, quod est sub terra, semper pertineat ac pertinebit ad nostrum domum, quam nunc inhabitamus, ut ipsum ad se habeant, quae nos succedunt in eadem, ut sic semper dependentiam habere videantur et respectum ad domum nostram, apponentes etiam et hanc conditionem ad dictae domus collationem adicientes, quod, si quis Praedicatorum ordinis[c] frater protervire vellet et, quod absit, pacem inter eos turbare, aliorum fratrum iudicio ab huiuscemodi hospitio omnino exclusus sit nec de caetero aliquatenus admittatur, nisi humiliter veniam et

pacem exposcat et emendam, ita ut aliis satisfaciat, praestet concordiamque et unitatem observare de caetero repromittat. In premissorum igitur omnium testimonium, robur, evidentiam ac perpetuam firmitatem praesentes literas nostris sigillis propriis sigillavimus nec non sigillis reverendae dominae nostrae dominae Beatricis, abbatissae, ac Luthgardis, praepositae ecclesiae nostrae supradictae, petivimus firmiter communiri atque perpetualiter corroborari. Et nos Beatrix, Dei gratia abbatissa, et Luthgardis, praeposita ecclesiae Assindensis praedictae, ad instantiam et petitionem Agnetis, decanae, Mabiliaeque, thesaurariae, sororum praedictarum, in testimonium evidens, firmitatem et ad robur perpetuum erogationis, legationis, distinctionis, donationis, emptionis, venditionis atque collationis factae a nostro conventu praedicto ad usum praehabitum ac omnium praemissorum sigilla nostra praesentibus litteris duximus apponenda. Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo, II kalendas Iulii.

Abschrift des 17. Jahrh., in der Sammlung Kindlinger, StAM, Msc. II 107, Bl. 45; Rückvermerk: Copia donationis domus in Essen patrum Dominicanorum Tremoniensium.

[a]) In der Vorlage „Susatiensis"; [b]) in der Vorlage „quae"; [c]) in der Vorlage „ordinum".

[1]) Vergl. die Abschrift des 15. Jahrh. unter dem Datum 1317 Juni 21 in UB Duisburg I Nr. 191; [2]) Randvermerk: „Haushälterin".

1392

1317 Juli 8

Vor Jacob, Rektor der Kirche in Brilon, versprechen Bürger zu Brilon und ihre Bürgen, daß sie an Dechant und Kapitel des Stifts (St. Patrokli) in Soest bestimmte Kornrenten für den von ihnen gepachteten Zehnten bei Brilon nach Soest liefern wollen.

Universis praesentes litteras visuris et audituris nos Jacobus, rector ecclesiae in Brilon, notum facimus et publice protestamur, quod constituti coram nobis Escelmus de Barendorpe, Dethmarus Lutterlingh, Joannes Stengell, Henricus Gerbera, Dethwordus de Visbeke et Gobelinus Meister, oppidani Brilonenses, personae in hac parte principales, item Arnoldus de Rosebeke, Ludowicus, eius filius, Joannes de Stella, Tielmannus Jungelingh, Albertus de Hottope, Johannes dictus Monetarii, Theodoricus de Waldener, Henricus Schultetus, Wichmannus Longus, Bettekinus, Arnoldus, Sentenen(us) et Gobelinus Wichman, uti fideiussores personarum principalium praedictarum, firmiter omnes et in solidum promiserunt se soluturos venerabilibus viris domino decano et capitulo ecclesiae Susatensis ratione decimarum apud Brilon ipsis locatarum infra Nativitatem Domini nunc venturam nonaginta malta avenae, quatuordecim malta siliginis et decem et octo malta hordei annonae, quae vulgariter marcketgeve kornn appellatur. Hanc igitur annonam dicti oppidani sub mensura Susatiensi consueta praefatis dominis in oppido Susatiensi suis laboribus et expensis praesentabunt. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum ad preces dictorum oppidanorum praesentibus litteris est appensum. Actum et datum in die Kiliani et sociorum eius anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo.

Abschrift des 17. Jahrh., StAM, Reichskammergericht B Nr. 1345, Bl. 127.

1393

1317 Juli 14 Menden

Gerwin Muselere verkauft dem Konvent in Oelinghausen aus seinem Garten eine Rente von vier Schillingen.

Universis et singulis presentes literas visuris et audituris ego Gerwinus dictus Muselere notum facio et tenore presentium publice protestor, quod de consensu et pura voluntate Ditmari, mei fratris, et Reghenckini, mei sororii, necnon Bele et Walburgis, sororum mearum, et omnium aliorum verorum heredum meorum rite ac rationabiliter vendidi conventui toti in Vlinchusen ex orto meo integrali annuam pensionem[a] quatuor solidorum Susati legalium pro certa summa pecunie numerata et soluta, ita videlicet, quod dicta pensio in festo

Michahelis nunc instante dari inchoetur[b] et deinceps singulis annis dicta pensio in festo predicto absque aliqua contradictione debet erogari. Acta sunt hec sub campanistro in emunitate cimiterii Mendene, presentibus Erenfrido dicto Quaterlant, qui ex dicto orto pensionem duorum solidorum habuit et nunc eandem resignavit et dictum contractum[c] consensit ratum esse, Gerhardo de Voghedinc, tunc temporis iudice, Hermanno de Coquina, Gobelino, sculteto curtis in Mendene, Thilemanno dicto Wst, Hinemano in Foro, Thirico de Lare, Ditmaro dicto Muselere, meo fratre, Hermanno de Brunichusen, Theoderico dicto Clericus de Bunne, Reghenardo, Hermanno dicto Scule, Lamberto de Hemstede, Hermanno, sculteto de Vdinc, Euerhardo, precone, Hinrico dicto Karneman, Friderico de Bertinclo, Wicboldo Lanifice necnon aliis quam pluribus probis et fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum oppidi Mendene ad petitionem utriusque partis presentibus est appensum. Et nos consules sub sigillo nostro presentibus appenso omnia et singula premissa protestamur esse vera. Actum et datum crastino Margarete anno Domini M° CCC° decimo septimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 212, Siegel der Stadt Menden (beschädigt, WS 73,3) abhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): Ditmarus Muselere et Reghencke warandiam[c] anni et diei promiserunt ...*; Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348, S. 190; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 219.*

[a]) Korrigiert, b) desgl. [c]) in der Vorlage „warandia".

1394

1317 Juli 15

Edelherr Simon zur Lippe verzichtet im Streit[1] mit Dechant und Kapitel des Stifts (St. Patrokli) Soest auf alle Ansprüche auf den Zehnt zu Usnen[2] und Bökenförde[3], den das Stift vom Kölner Stift Mariengraden innehat. Dechant und Kapitel dürfen die Zehntfrüchte in der Stadt Lippstadt oder sonstwo in seinem Territorium lagern und von dort frei zum Verkauf bringen. Wenn in seinem Territorium wohnende Leute Ansprüche auf den Zehnten erheben wollen, müssen sie diese vor Dechant und Kapitel vertreten und werden dabei von ihm keine Unterstützung erlangen.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Symon vir nobilis dominus de Lyppia notum facimus et publice protestamur, quod, cum aliquamdiu inter nos ex una et honorabiles viros dominos .. decanum et .. capitulum et personas ecclesie Susatiensis ex parte altera super decimis in Vsnen et Bökenevorde sitis ad ecclesiam Susatiensem predictam pertinentibus, quas a .. decano et .. capitulo ecclesie sancte Marie ad gradus Coloniensis tenent, dissentio seu questionis materia extitisset, tandem nos ac Bernhardus, Paderbornensis et Myndensis ecclesiarum prepositus, Henricus, Monasteriensis et Osnaburgensis ecclesiarum canonicus, Theodericus, frater domus Theutonice, Otto, Symon et Bernhardus iunior, nostri filii et heredes universi, recognovimus et recognoscimus in hiis scriptis, quod in decimis predictis nichili iuris canonici vel civilis habemus nec umquam futuris temporibus in eisdem nobis quicquam iuris poterimus vendicare, promittentes, quod, si ipsi domini .. decanus et capitulum fructus et redditus predictarum decimarum aut aliorum bonorum suorum in opido nostro Lyppensi aut in aliis territoriis nostris sive villis deponere, conservare vel locare voluerint, hoc nos et nostri heredes ac filii liberaliter admittemus et admittimus per presentes. Et nichilominus promittimus bona fide, quod sine nostro et filiorum ac heredum nostrorum inpedimento et contradictione vendant et deducant eosdem fructus et redditus secundum quod eis magis videbitur expedire. Preterea, si qui in nostro dominio essent, qui dictos dominos super aliquibus causis vel negotiis voluerint incusare temporibus affuturis, illos tales habebimus, quod ab ipsis dominis .. decano et .. capitulo ac personis dicte ecclesie Susatiensis iustitiam accipiant coram ipsorum dominorum iudice conpetente, dummodo tales in dominio nostro voluerint commanere. Qui, si in dominio nostro manere rennuerint, eis neque consilio vel auxilio aliquid promotionis per nos vel per nostros heredes contra dictos dominos faciemus. Et in huius rei testimonium nos Symon vir nobilis dominus de Lyppia predictis presentes litteras nostro sigillo duximus roborandas. Nos

vero Bernhardus, Paderbornensis et Mindensis ecclesiarum prepositus, nos vero Henricus, Monasteriensis et Osnaburgensis ecclesiarum canonicus, nosque Theodericus, frater domus Theutonice, Otto, Symon et Bernhardus iunior, dicti domini Symonis, patris nostri filii ac heredes, premissa omnia et singula, prout narrata sunt, recognoscentes promittimus nos ea bona fide velle et debere inviolabiliter perpetuis temporibus observare. Et in huius facti evidentiam pleniorem nos Bernhardus, prepositus, Henricus, fratres predicti, sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Et nos ceteri fratres Theodericus, Otto, Symon et Bernhardus iunior, quia sigilla non habemus, sigillis domini patris nostri ac fratrum nostrorum predictorum nos esse contentos profitemur. Et nos Ludolphus vir nobilis, burcgravius in Stromberg, Conradus de Auenstroth, Reynfridus de Vredardeskerken et Reynfridus de Eruethe, milites, rogati a domino nostro domino .. de Lyppia et suis filiis ac heredibus supradictis sigilla nostra ad maiorem evidentiam premissorum et notitiam presentibus duximus apponenda. Actum et datum anno Domini M° CCC^mo decimo septimo, in die Divisionis apostolorum, presentibus militibus iam predictis, Conrado, plebano in Lysbern, Wescelo, notario, Roberto de Fernere et Godscalco de Palsole, magistris consulum in Susato, Brunone Make et Renekino dicto Wenken, ibidem opidanis ac aliis fide dignis.

Ausf., Perg., St. Patrokli Soest Urk. Nr. 103, Siegel 1. des Edelherrn Simon zur Lippe, 2. seiner Brüder Bernhard und 3. Heinrich, 4. des Burggrafen Ludolf zu Stromberg, 5. des Konrad von Avenstrot (WS 170,12), das 6. ab, 7. des Ritters Reinfried von Friedhardskirchen (Umschrift abgebrochen, Bild: doppelt gezinnter Rechtsbalken, vergl. WS 226,14); mit Transfix von 1317 Sept. 28; Abschrift des 14. Jahrh. in Msc. VII 6102 (Kopiar des Stifts St. Patrokli Soest) Bl. 40; Abschrift Kindlingers um 1800 in Msc. II 40, S. 565.

[1]) Vergl. Urkunde von 1305 Nov. 3 (WUB XI Nr. 431); [2]) Wüstung zwischen Bökenförde und Rixbeck am Bach Weihe; [3]) östlich von Westernkotten.

1395

1317 Juli 17

Bruder Willekin von Haren und Bruder Johannes von Dortmund[1] erklären, vor dem Rat zu Wisby hätten die Pfarrangehörigen einmütig dem Gobelin von Gryten, Pfarrer an St. Petri, die Hälfte der Pfarrstelle an St. Marien in Wisby übertragen. Dieser habe sich damit zufrieden gezeigt[2].

Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis seu audituris frater Willekinus de Haren dictus camerarius de Velin et frater Iohannes de Tremonia dictus camerarius de Wittensten oracionum suarum participancium in Domino salutare. Tenore presencium publice protestamur nos in consistorio consulum Wisbycensium personaliter interfuisse et auribus nostris audivisse concordiam et consensum unanimem omnium parochianorum ecclesie beate Virginis ibidem, quod discreto viro domino Gobelino de Gryten, tunc ecclesie sancti Petri curato, secundum antiquam suam consuetudinem et sua privilegia medietatem ecclesie beate Marie virginis predicte contulerunt et in ipsa medietate sepedicte ecclesie tunc coram nobis et omnibus parrochianis prenominatis se contentum clara voce recognovit idem dominus Gobelinus proclamando. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillis nostris duximus roborandum. Datum et actum sub anno dominice incarnacionis M° CCC° XVII°, sextodecimo kalendas Augusti.

Ausf., Perg., Domkirchenarchiv in Wisby, Siegel ab, Wiedergabe nach Druck in: Bror Emil Hildebrand, Svenskt Diplomatarium, Bd. 3, Stockholm 1842-1850, Nr. 2114, S. 330.

[1]) Vermutlich Minoriten (vergl. Urk. von 1323 Sept. 25); [2]) vergl. Urkunde von 1318 Sept. 24.

1396

1317 Juli 22

Gerhard von Wittene verkauft seinen Zehnten und einen Hof im Dorf Stockum[1] als Eigengut an das Kloster Fröndenberg.

In nomine Domini amen. Ego Gerhardus de Wittene universis presencia visuris et audituris imperpetuum profiteor protestando, quod mero arbitrio uxoris mee Helene et verorum heredum meorum Hermanni, Wilhelmi, Euerhardi, Gerhardi et Bernardi, filiorum meorum, et Margarete, filie mee, vendidi decimam meam et domum meam sitas in villa Stochem cum omnibus proventibus et utilitatibus earundem, prout site sunt in agris, silvis, pratis, pascuis seu frondibus et cespitibus ecclesie et conventui sancte Marie in Vrendeberg pro mero proprio imperpetuum possidendas. Pro recta etenim warandia constitui ipsis ecclesie et conventui fideiussores honestos viros Hermannum militem, Henricum, Euerhardum et Wilhelmum fratres de Dalhusen Theodericumque de Varste, Theodericum de Rodenberg, Iohannem de Vlfersne, Conradum dictum Volenspat, Iohannem Brůninchusen et Lůdewicum dictum Hane, qui una mecum fide data predicte ecclesie et conventui manu coniuncta sive in solidum promiserunt se Vnna opidum intrare ibidem ad iacendum, non exeundo, quousque sepedicte ecclesie et conventui fuerit satisfactum, si aliquem defectum habuerit in premissis. Item recognosco me ad presens heredes non habere exceptis prenotatis. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} decimo septimo, ipso die beate Marie Magdalene, presentibus Goswyno de Hatnege, Gerhardo de Wermingen, Henemanno de Dedelinchouen et aliis quam pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum domini Engelberti comitis de Marka una cum sigillo proprio et Bernardi militis de Wittene et Hermanni de Dalhusen presentibus sunt appensa. Et nos Engelbertus comes de Marka et Bernardus de Wittene et Hermannus de Dalhusen, milites, ad petitionem Gerhardi et conventus predictorum sigilla nostra presentibus secundum ordinem duximus apponenda.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 86b, alle Siegel ab.

[1]) Bauerschaft im Kirchspiel bzw. nördlich von Witten.

1397

1317 Juli 24

Abt Wilhelm von Werden einigt sich mit dem Vogten des Klosters, dem Grafen Engelbert von der Mark, über die Gründung und Befestigung der Stadt Werden, grenzt dabei die Rechte des Vogts von denen ab, die er sich vorbehält, und legt die den Bürgern gegebenen Auflagen fest.

In nomine Domini amen. Nos Wilhelmus Dei gratia abbas ecclesie Werdinensis una cum spectabili viro domino Engelberto comite de Marka, advocato nostro dilecto, concordavimus et concordamus per presentes super fundatione et constructione civitatis Werdinensis, reservatis tamen nobis et ecclesie nostre nostrisque ministerialibus libertatem infrascriptam, ita videlicet, quod porta, per quam itur versus plateam fontis ducens ad Coloniam cum suo preurbio pertineat ad abbatem et porta, per quam itur versus Veyhus prope aulam seu camnatam, pertineat ad capitulum, sed sit sub custodia prepositi, qui pro tempore fuerit, et porta, per quam itur versus pontem sit sub custodia advocati, et porta sita iuxta novam ecclesiam pertineat ad bůrgenses et fuerit sub custodia eorundem. Item et omnes piscarie, que in fossatis haberi potuerint extra muros civitatis, pertineant ad abbatem. Item et moneta cum omnibus suis iuribus pertineat ad abbatem, ita quod abbas habeat potestatem fabricandi et cudendi denarios in pondere gravi vel levi, quociens et quando sibi visum fuerit expedire, more aliorum dominorum et abbas, qui tunc pro tempore fuerit, habeat iudicium et iurisdictionem super monetarios et champsores ita videlicet, quod, si deliquerunt taliter, quod pena mortis seu pecuniaria sit inferenda, solius abbatis absque advocato et consulibus erit iudicare. Item nec advocatus nec bůrgenses recipient aliquos iudeos vel cauwersinos ad civitatem, nisi de consensu abbatis fuerit et voluntate. Item et quod-

dam statutum est, quod vulgariter dicitur cŏr, et illud pertineat per totum iudicium ad abbatem, et abbas, qui pro tempore fuerit, ordinabit duas personas sine advocato et absque burgensibus. Sub quarum personarum custodia ipsum statutum .. abbatis nomine conservetur et, si quid ex huiusmodi statuto fuerit derivatum, id extorquetur per iudicem advocati et tercia pars illius derivationis erit iudicii, due autem cetere partes ipsius abbatis firmiter permanebunt. Item et omnes ministeriales ecclesie nostre super queremonia et querela, quocumque modo fuerit eciam subexorta, conveniri ac inpeti debet coram abbate secundum consuetudinem antiquam. Item omnes ecclesie nostre vasalli et ministeriales ceterique volentes stare iuri per personam inpetentem coram abbate vel advocato, tales potest abbas tueri et suis iuribus conservare. Item ministeriales ecclesie ad vigilias nocturnas non conpellantur, nisi evidens et manifesta necessitas incumbat ecclesie. Ex tunc vigilabunt in locis per abbatem assignatis. Item ministeriales ecclesie nostre nullam contributionem seu exactionem patientur cum bůrgensibus tempore collecte. Item familia abbatis, .. prepositi et .. conventus nostre ecclesie non trahatur ad .. iudicium forense, sed more ministerialium nostre ecclesie in casibus, causis et querimoniis super rebus pecuniariis oriundis coram .. abbate impetatur. Item theoloneum nullum infra limites iudicii Werdinensis statuetur, nisi sit de abbatis consilio et consensu. Item a burgensibus infra muros civitatis commorantibus pro vadimonio, quod dicitur wetde, tantum unus solidus recipiatur, sed ab aliis rurensibus extra muros existentibus aut habitantibus pro simili vadimonio quatuor solidi capientur. Item nullus debet dolo vel fraude exactionari vel defraudari rebus suis per iudicem secularem. Item si homines servilis conditionis se receperint infra civitatem ad consueta servicia, si requisiti fuerint, suis dominis teneantur. Item edificia construenda distabunt a muro .. conventus quadraginta pedibus. Item nec aliquis extra muros civitatis commorans debebit construere edificium murum civitatis vel conventus in altitudine prevalens vel excedens. Item quecumque habuerint negotia pertractare vel causas apud .. abbatem et .. conventum seu qui pensionem solvere eisdem debuerint et debebunt, pace et securitate gaudebunt. Idem erit de hiis, qui cum funeribus vel cum nuptiis intraverint civitatem. Item sabbatis et diebus dominicis intrantibus civitatem, pace et securitate gaudebunt. Idem erit de omnibus venientibus ad nundinas, quod vulgariter dicitur yarmarket, videlicet Werdenam, Ketwich, Bredenneige, tribus diebus ante et tribus post temporibus super hiis hactenus habitis et consuetis. Item pax et securitas, que tempore indulgentiarum ac aliis quibusdam temporibus hucusque habebatur, ut videlicet in deportatione corporis beati Lůdgeri octo diebus ante et octo post in suo robore ac firmitate permanebunt, nisi tales intrantes fuerint proscripti vel ecclesiam Werdinensem aut eius advocatum rapinis vel incendiis molestassent, hoc tamen interposito, quod homines servilis conditionis existentes nobis et ecclesie nostre pertinentes aut advocato nostro, qui pro tempore fuerit, quod si tales contra nos aut nostram ecclesiam vel nostrum advocatum in aliquo fuerint delinquentes, huiusmodi homines pace et securitate antescriptis non gaudebunt. Item advocatus nullam munitionem faciet infra limites iudicii Werdinensis, nisi de abbatis fuerit voluntate. Item si abbas et conventus claustrum in aliqua sui parte firmare seu meliorare decreverint, extunc ipsis advocatus cooperari debuerit et inpedientes conpessere pro suo posse. Item consules civitatis et scabini prestabunt .. abbati homagium, quod vulgariter dicitur hulde tamquam eorum domino et advocato fidelitatem tamquam advocato. Item consules civitatis nulla privilegia sigillabunt absque sigillo abbatis et advocati. Si fecerint, nullius penitus erunt firmitatis. Nos vero Engelbertus comes de Marka, advocatus ecclesie Werdinensis, hec omnia et singula prescripta illesa promittimus conservare et opponere nos similiter omnibus, cuiuscumque conditionis fuerint, et qui huiusmodi libertatem ecclesie Werdinensis infringere ausu temerario affectaverint vel violare voluerint quoquomodo. Et nos Wilhelmus .. abbas antedictus una et pariter cum Engelberto comite de Marka, nostro .. advocato dicto, et bůrgensibus dicte civitati Werdinensi inhabitantibus hanc presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum et actum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} decimo septimo, in vigilia beati Iacobi apostoli.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Werden Urk. Nr. 129, Siegel 1 und 3 als Bruchstück anhängend, Nr. 2 ab; Druck: Lacomblet UB III Nr. 162.

1398

1317 Juli 24

Engelbert Graf von der Mark verspricht, für die ihm aus den Gütern des Stifts Werden zustehende Vogtbede bzw. das Vogtgeld die Leute und Güter des Stiftes zu beschützen. Er will das Stift, dessen Güter und Leute mit Schatzungen und Diensten nicht belasten. Die Güter des Abts, der Stiftsherren und ihrer Diener sollen von Zoll und Wegegeld in seinem Gebiet befreit sein.

Wy Engelbert greve thoe der Marke bekennen in dessen apenen breve vor uns, unse erven und nakomelinghe, dat wy vor sodaene vaghet bide off vaghet gelt, als wy iarlixs boeren van des stichtes gudere van Werden sollen unde wyllen wy dat stichte van Werden myt alle syne thoebehoren lude unde gudere beschudden unde beschermen nae alle unser macht, geliick wy unses selves lanth unde lude doin. Vort bekennen wy Engelbert vorscreven vor uns, unse erven, nakomelinghe unde der wy ungeverlick mechtich syn, dat wy dat stichte voerscreven myt alle syne gudere unde alle des selven stichtes tobehorynghe lude van alreleye schattinghe unde diinst gansselick unde al vrii unde quiit sollen hoilden unde laiten. Oick bekenne wy Engelbert vorscreven voer uns, unse erven unde nakomelinghe, dat de erwerdighe unse lieve heer de abt unde alle de ander weerdighe heren des capittels van Werden unde eyn ieghelick biisonder hoer dyners gueth unde have van allen tolle unde wechgelt in onsen lande und gebiede gevriiet unde vrii sollen syn sonder yemants weddersegghen. Unde dyt sall allet duren, so langhe wy, unse erven off naekomelinghe vaecht aver dat vorscreven stichte syn. Unde weert saike, dat wy, unse erven off naekomelinghe gheen vaecht en weren aver dat stichte to Werden voerscreven, soe sall desse unse briieff oick niet langher macht hebben, unde allet sunder argeliist. Oirkunde alle desser voerscreven punthen to meerer sekerheit unde vestnisse desses breves hebben wy Engelbert greve thoe der Marke voerscreven unse segel aen dessen briieff doen hanghen. Datum anno Domini millesimo CCC decimo septimo, in vigilia sancti Iacobi apostoli.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Werden Urk. Nr. 130, Rest des Sekretsiegels des Grafen Engelbert anhängend; Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Kriegs- und Domänenkammer Kleve, Akte Nr. 37, Bl. 36 (Nr. 9), niederdeutsch.

1399

1317 Juli 26

Vor dem Grafen Engelbert von der Mark erklären die Hofesleute der Höfe zu Barkhofen[1], Kalkofen[2] und Viehausen[3], der Abt Wilhelm[4] von Werden sei ihr Erbgrundherr, sie müßten ihm jährlich mit Pferd und Wagen auf eigene Kosten zwei Tage dienen, dürften ohne Erlaubnis des Abts kein Holz hauen und schuldeten dem Vogt das jährliche Vogtgeld. Sie müßten dem Abt einen Pferdestall für 25 Pferde bauen und in baulichem Zustand halten.

Wy greve Engelbert to der Marke bekennen in diesem breve, dat wy van begerten wegen unses lieven herren herren Geryts abts des stichts van Werden die olde gerechticheit alle de haven undt haveslüden derselven haven dem sticht vorgemelt thobehorende, als de haves lude des haves von Barckhoven, de haveslude von Kalckhoven undt van Vehust samentlich undt uth allen und ytlichen anderen haven undt stichts vorschreven dre olde verstendel havesluden vollmechtich vor unsem herren dem abten vorscreven undt vest gehabt heben undt gehoirt, so hebben alle diese undt ein ytlich part getüget und gekant, dat ein abt von Werden oer erffgrundtherr is, unt dem sullen se tyns undt pacht geven na uytwysen breven undt registeren des stichts vorscreven. Undt eyn ytlich sal dem abte des jairs twe dage dienen mit waegen undt pferden op syn eygen kost, undt anders niemande van rechts off gebodes wegen. Undt die hoff to Barckhoven is undt sall wesen ein hoff, dar alle de anderen ore ordel undt hoefft haelen süllen undt nyrgens anders. Undt als noit is, so mag de hoff tho Barckhoven de saeken fortwiesen vor den Abt undt syne manschap. Fort so heben sie alle getü-

get, dat geyn havesman de haven vorschreven einich erffholt, groit off kleyen, affhawen off laten houwen sall bey einer peen von viff Werdensche marcken eynen abte to verfallen, he en hebb oirloff van dem abte vorschreven. Vort heben sie gekant, dat se uns off wer er vaigt is, jairlix syn vaegtgeld süllen geven undt anders nicht schüldich seyn te doin. Voirt so hebben die have to Barckhouen undt Kalckhoven bekant, dat se van alders seyn schuldigh einem abte van Werden einen pagenstall, darihn XXV pägen in husen undt stehen mögen, bouwen und in guden muren, daeke undt allet des tot der bouwinge hört, bynnen und buten halden süllen. Undt want dan dis allet vur uns als einem voegt des stichts up disse tydt bekant und betüget ist, und wy süllen dar bystandt tho doin, so hebben wy umb bede willen unses lieven herren des abts vorschreven unse siegel ahn dissen brieff doin hangen. Gegeven in dem jaer unsers Herren düsent drehundert XVII, des eirsten dags na sent Jacobsdage des hilligen apostels.

Abschrift vom Anfang des 18. Jahrh., StAM, Kriegs- und Domänenkammer Kleve, Akte Nr. 37, Bl. 27 (Nr. 4); Abschrift von 1797 von Kindlinger: Msc. II 117, S. 78.

[1]) Östlich des Klosters am Bormer Berg (vergl. Stüwer, Werden, S. 251); [2]) im Kirchspiel Werden (Stüwer, Werden, S. 254); [3]) östlich von Werden (Stüwer, Werden, S. 269); [4]) Im Jahre 1317 war Wilhelm von Hardenberg Abt. Kindlinger setzt neben „Geryts" den Namen „Henrycs". Offenbar war der Name damals schon nicht mehr exakt zu lesen. Schon Kindlinger schrieb den Text aus einer Kopie ab. Das dürfte ebenfalls für die am Anfang des 18. Jahrhunderts angefertigte Abschrift gelten.

1400

1317 Juli 30

Die (Soester) Bürger Bruno Make und Ropert Fernere gewähren dem Grafen Wilhelm von Arnsberg und seinen Erben auf acht Jahre für 250 Mark ein Rückkaufsrecht für den von ihnen gekauften Oberhof Rekelinchof *in Werl und den dortigen Zoll. Bruno Make gewährt dem Grafen Wilhelm von Arnsberg darüber hinaus ein Rückkaufsrecht auf fünf Jahre für 21 Mark für den von ihm gekauften Oberhof* Vogedeshof[1] *vor den Mauern von Soest.*

Universis presentes literas visuris seu audituris nos Bruno Make et Ropertus Fernere, civ[es ...][a] esse notum, quod nos et nostri heredes, scilicet Herbordus et Bruno, heredes mei Brunonis, et Ropertus, heres mei Roperti, [...][b] in hiis scriptis promittimus data fide nobili domino domino Wilhelmo comiti de Arnsberg, domine Beatrici comitisse, conthorali sue, [...][c] primogenito suo, Wilhelmo, Conrado et Mechtheldi, liberis suis, quod nos curtem dictam Rekelinchof sitam in Werle cum suis [...]nentiis[d] ac theolonio ibidem, quam ab ipsis emimus, ipsis dabimus ad reemendum pro ducentis et quinquaginta marcis denariorum usualium infra octo annos a dato presentium continue currentes quolibet anno inter festa sanctorum Martini et Petri ad cathedram, contradictione qualibet procul mota. Item ego Bruno Make et heredes mei prefati simili modo promisimus ac in hiis scriptis promittimus ipsi domino Wilhelmo comiti predicto, domine Beatrici comitisse et heredibus suis predictis, quod nos curiam dictam Vogedeshof, sitam prope muros Susatienses, quam ab ipsis emimus pro viginti et una marcis denariorum Susatiensium, ipsis dabimus ad reemendum, si eis placuerit, pro viginti et una marcis denariorum Susatiensium infra quinque annos proximos quolibet anno inter festa sanctorum Mychaelis et Martini hyemalis. In cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillis Hermanni de Medebeke et Godescalci de Palsole, qui una nobiscum pro predictis data fide promiserunt, presentibus sunt appensa. Et nos Hermannus de Medebeke et Godescalcus de Palsole in fideiussionis nostre testimonium pro predictis sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo septimo, sabbato post diem beati Iacobi.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 1/915, Siegel des Bruno Make, des Ropert Fernere und des Hermann von Medebike ab, das des Gottschalk von Palsole anhängend.

[a]) [a–d]) Textverlust durch Mäusefraß.
[1]) Vor dem Jacobitor (vergl. Soester Zeitschrift 96, 1984, S. 113 bzw. WUB VII Nr. 339, 1870, 1913 und 2238).

1401

1317 August 6

Junker Bertold Edelherr zu Büren verkauft dem Kloster Paradies die Güter zu Biginchusen[1] *zurück, die sein Vater, der Edelherr Bertold von Büren vom Kloster gekauft und ihm geschenkt hatte.*

Universis presentia visuris vel audituris subscriptorum cognoscere veritatem. Quoniam actiones hominum vetustas obfuscat temporis, nisi perhennentur voce testium vel karaktere litteratum. Ne igitur, que in tempore aguntur, simul cum tempore labantur, ego Bertoldus nobilis domicellus de Buren presentium tenore publice protestor et notum facio omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod bona in Biginchusen[a] cum agris cultis et incultis, pascuis, silvis, pratis, aquis et omnibus pertinentiis, que ab ecclesia sanctimonialium Paradysi apud Sosatum pater meus Bertoldus nobilis dominus de Buren emerat et mihi pleno iure donaverat, de consensu predicti patris mei et beneplacito fratrum meorum, Walravani videlicet et Henrici, ac sororum mearum Oliken et Katerine revendidi et revendo et reassigno eidem ecclesie pleno iure perpetuo libere possidenda et omni iuri renuntio, quod habui vel habere videbar in eisdem. Et ne in posterum hanc reassignationem meam meorumque heredum renuntiationem oblivio deleat aut inportunitas ingenii malignantis infringat, presentem paginam super eo conscriptam et ecclesie ad Paradysum supra nominate traditam ego Bertoldus domicellus de Buren supradictus sigillo domini Bertoldi, mei patris, de Buren et sigillo proprio communivi in testimonium irrefragabile omnium premissorum. Actum et datum anno Domini M° CCC° decimo septimo, octavo ydus Augusti.

A: Ausf., Perg., StAM, Kloster Paradies Urk. Nr. 71a, Siegel ab; B: Ausf., Perg., A von Fürstenberg-Körtlinghusen, A Urk. Nr. 2, 1. Siegel ab, das des Ausstellers (halb abgebrochen) an weißen Hanfschnüren anhängend, dabei Abschrift des 17. Jahrh., beglaubigt durch den Notar Philipp Rahmmen; Druck: WUB IX Nr. 1595.

[a]) In B: „Biynchusen".

[1]) Wüstung südlich von Kallenhardt, fortlebend in den Flurnamen Binkerfeld, Binkerbrok und Binkerweg; im Jahre 1566 Dez. 26 verkauft das Kloster Paradies seine Güter zu Biginchausen an Johann von Hanxleden (Theodor Ernst, Geschichte der Gemeinde Kallenhardt, 2. Auflage 1976, S. 12 f und Franz Viegener, Die Waldmastgenossenschaften der Stadt Rüthen, Diss. Münster 1927, S. 145).

1402

1317 August 9

Vor Beatrix, der Äbtissin des Stifts Essen, erklärt Cesarius, der Sohn des † Cesarius von Schalke, Ministeriale der Äbtissin, er habe den von seinem Vater ererbten Hof zu Schalke[1] und den Kotten tom Lare für 49 Mark der Aleidis, der Tochter des † Ritters Mauritius von Hergotinchusen, des Kämmerers der Äbtissin, verkauft. Cesarius läßt den Hof und den Kotten der Aleidis auf.

Universis presentes litteras visuris vel audituris Beatrix Dei gratia abbatissa ecclesie Asindensis salutem et cognoscere veritatem. Notum facimus tenore presencium publice protestando, quod constitutus propter hoc in nostra presencia Cesarius, filius quondam Cesarii de Schadelich, noster ministerialis, mansum suum situm in Schadelich et casam dictam tome Lare ad ipsam ex divisione hereditatis sue paterne libere devolutos cum hominibus ad ipsos spectantibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis et universis suis pertinenciis recognovit se cum consensu et voluntate omnium coheredum suorum legitime vendidisse et tradidisse et assignasse Aleydi, filie quondam Mauricii de Hergotinchusen, militis pedisseque nostre, perpetualiter optinendis pro quadraginta et novem marcis bonorum Susaciensium denariorum sibi, sicut publice confitebatur, a dicta Aleyde traditis, numeratis et integraliter persolutis. Quem quidem mansum et casam cum suis, ut dictum est, pertinenciis coram nobis ad manus Aleydis plane et simpliciter supraportando resignavit, renuncians exceptioni non numerate et non solute pecunie et omni iuris auxilio canonici et civilis, que vel quod ipsi in posterum contra posset quomodolibet suffragari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad peticionem contrahencium utrobique duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M° CCC^mo XVII°, in vi-

gilia beati Laurencii martiris, presentibus Wernero de Apeldorbeke, iudice nostro, Hinrico de Schadelich, patruo, Gerhardo et Rutchero, fratribus dicti Cesarii, Ludewico de Marlar, clavigero, et Hermanno de Nunninch, notario nostro, ac pluribus aliis fidedignis.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 271, Siegel der Äbtissin (leicht beschädigt) anhängend.

[1]) Vorort im Süden von Gelsenkirchen.

1403

1317 August 10

Dietrich gen. von Cappel, Bürger zu Soest, schenkt seinen Töchtern Helenborg und Gertrud, Nonnen im Kloster Cappel, den Nießbrauch einer Rente von 18 Schillingen aus der Feldmühle[1]. Nach dem Tode der beiden Töchter soll die Rente an die Erben des Dietrich zurückfallen.

Theodericus civis Susaciensis dictus de Capella omnibus presens scriptum visuris seu audituris veritatis testimonium perhibere. Tenore presencium protestor, quod ego de bona voluntate et consensu uxoris mee Alfradis et filiorum meorum, domini Ecberti et Iohannis, et aliorum omnium heredum meorum legavi, donavi et assignavi dilectis meis filiabus Heleborgi et Gertrudi, sanctimonialibus cenobii Cappellensis, usufructum annue pensionis decem et octo solidorum in Susato legalium de molendino meo, quod Veltmolen dicitur, duobus terminis anni solvende, in festo beati Michalis et in festo Pasche ad tempus vite sanctimonialium predictarum. Si autem una filiarum mearum premortua fuerit, sex solidi ipsius pensionis ad meos heredes legitimos devolventur, sed superstes filia mea monialis usufructum pensionis unius marche habebit per spacium temporis vite sue. Quando vero ambe filie mee moniales mortue fuerint, tota pensio decem et octo solidorum ad meos heredes protinus reducetur. Ut ergo huiusmodi legacio, donacio et assignacio rata et stabilis perseveret, quamdiu filie mee vixerint, presentem paginam super eo confectam sigillis mei et Iohannis, filii mei, et duorum generorum meorum, scilicet Gerhardi de Lůonen et Iohannis de Hattorpe, roborandam feci ad maiorem evidenciam premissorum. Actum et datum in festo beati Laurencii martiris anno Domini MCCCXVII.

Ausf., Perg., Archiwum Panstwowe w Wroclawiu (Breslau), Herzoglich Hatzfeldtsches A zu Trachenberg, die vier Siegel (beschädigt) anhängend; Wiedergabe nach dem Druck in WZ 61, 1903, S. 60, Nr. 16.

[1]) Alte Wassermühle am Soestbach, nordwestlich der Stadtmauer (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I, S. 303, Nr. 67).

1404

1317 August 12 Lippstadt

Edelherr Simon zur Lippe verkauft den von den Nonnen in Freckenhorst im Tausch erhaltenen Zehnten im Kirchspiel Liesborn mit dem dazugehörenden Eigentumsrecht für 155 Mark dem Benediktinerkloster Liesborn[1].

Coram universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos Symon nobilis vir dominus de Lippia recognoscimus et protestamur publice, quod matura habita deliberatione et de consensu ac plena voluntate nobilis matrone domine Alheydis, uxoris nostre, et omnium heredum nostrorum, videlicet domini Bernardi, Paderbornensis et Mindensis ecclesiarum prepositi, domini Henrici, Monasteriensis et Osnaburgensis ecclesiarum canonici, domini Theoderici, fratris domus Theutonice in Můlenhem, Ottonis, Symonis, Bernardi iunioris, ac omnium, quorum interesse videtur, decimam et ius proprietatis eiusdem cum alio iure et pertinentiis quibuscumque, prout ipsa decima situata est in parrochia Lesbernensi, prout etiam in nostram devenit possessionem titulo permutationis a religiosis personis claustralibus de Vrekenhorst, rite et rationabiliter vendidimus, supraportavimus, assignavimus et resignavimus religiosis ac honorabilibus viris dominis .. abbati totique conventui monasterii Lesbernensis ordinis sancti Benedicti pro centum quinquaginta et quinque marcis denariorum pecunia nobis numerata, tradita et soluta libere, proprie ac perpetualiter possidendam. Unde ad

maiorem securitatem et cautelam nos nobilis de Lippia et nostri heredes predicti in hiis scriptis promittimus dictis dominis .. abbati et .. conventui, quod contra dictas venditionem et resignationem non veniemus per nos vel per alium sive per alios, ingenio sive causa, de iure vel de facto, renuntiantes simpliciter et expresse omnibus exceptionibus et defensionibus iuris canonici vel civilis, que nobis vel cuiquam nostrum coniunctim vel divisim contra premissa vel premissorum aliqua nunc aut in posterum possent seu deberent aliqualiter suffragari. In omnium igitur premissorum testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos dominus de Lippia, domina Lippensis, domini .. prepositus et .. canonicus supradicti sigilla nostra, quibus nos alii heredes et coheredes predicti, quia propriis sigillis caremus, contenti sumus, apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus dominis Conrado, plebano ecclesie Lesbernensis, Hermanno et Ludolpho burcgraviis in Stromberghe, Conrado de Auenstrod, militibus, Wescelo, notario nostro, Alberto de Hurde, Bernardo de Heruelde, iudice Lippensi, et aliis quam pluribus testimonio et fide dignis. Datum Lippie feria sexta ante festum Assumptionis beate virginis anno Domini M° CCC^mo decimo septimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn Urk. Nr. 109, Siegel des Edelherrn Simon zur Lippe (Lipp. Reg. I, Tafel 18), der Ehefrau Adelheid (Lipp. Reg. II, Tafel 22), des Bernhard zur Lippe (WS 132,8) und des Heinrich zur Lippe (Lipp. Reg. II, Tafel 29) an rot-grünen Seidenfäden anhängend; Rückvermerk: ... decimam in Aleken *...; Abschrift des 15. Jahrh. in Msc. I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn), Bl. 50; Abschrift des 17. Jahrh., Msc. I 101 (Kopiar des Klosters Liesborn), Bl. 36v, desgl. des 17. Jahrh. in Msc. I 102 (Kopiar des Klosters Liesborn), Bl. 49; Druck: UB Liesborn Nr. 137; Regest: WUB VIII Nr. 1178.*

[1]) Vergl. Urkunde von 1316 Aug. 3.

1405

1317 August 12

Edelherr Simon zur Lippe versichert, daß Abt Florinus und der Konvent des Benediktinerklosters Liesborn den Zehnten Aleken[1] *bei der Stadt Lippstadt im Kirchspiel Liesborn von ihm gekauft hätten und daß er die betreffende Urkunde übergeben habe.*

Nos Symon nobilis vir dominus de Lyppia ad perpetuam rei memoriam coram universis Christi fidelibus presens scriptum visuris et audituris publice recognoscimus ac testamur, quod, cum venerabilis in Christo dominus Florinus abbas et conventus monasterii Lesbernensis ordinis sancti Benedicti Monasteriensis dyocesis emerent et emissent erga nos et heredes nostros iuste emptionis tytulo decimam tam minorem quam maiorem dictam Aleken, sitam apud civitatem Lyppensem in parrochia Lesbern, prout in literis nostris super hoc confectis plenius continetur, tradidimus ipsis literam, cui presens cedula est transfixa, in qua continetur, quem ad modum et qualiter ad nos devenerat decima predicta, et ne in posterum oriatur dubium, qualiter eadem litera ad monasterium devenerit memoratum. In huius rei testimonium sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Datum feria sexta ante festum Assumptionis beate Marie anno Domini M° CCC^mo XVII°.

Transfix zur Urk. von 1316 Aug. 3, StAM, Kloster Liesborn Urk. Nr. 107, Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh. in Msc. I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn), Bl. 50, desgl. des 17. Jahrh. in den Liesborner Kopiaren Msc. I 101, Bl. 36v und Msc. I 102, Bl. 48.

[1]) Vergl. die Urkunde von 1316 August 3.

1406

1317 August 15 Oedingen

Ritter Dietrich Rump belehnt auf Bitten des Knappen Hunold von Varenbert, der seine von dem Ritter zu Lehen gehenden Güter im Dorf Fretter[1] an den Gobelin von Langenole[2] verkauft hat, den Käufer mit diesen Gütern.

Nos Thedericus dictus [Ru]mp[a], miles presentia visuris protestamur, quod constitutus propter hoc in presentia nostra Hunoldus de Varenbrach, famulus, cum uxore sua Makina et Hunoldo, filio suo, consentientibus, bona sua in villa Vrettere sita, que de manu nostra tenebantur in pheodo, Gobelino de Langhenole, famulo, et suis veris heredibus legitime vendidit et infeodationi, quam de manu nostra obtinuerat, renuntiavit simpliciter, petens instanter dictum Gobelinum et suos heredes dictis bonis infeodari a nobis. Nos igitur ob petitiones et favorem eius ipsos eisdem bonis infeodavimus et infeodamus presentibus. Spopondit insuper dictus venditor pro Ludolfo et Gobelino, filiis suis, quod requisiti ratificare singulus debeat[b] premissa. In quorum testimonium ad petitionem partium sigillum nostrum presentibus est appensum. Acta sunt hec in villa Odinghen anno Domini millesimo trecentesimo septimodecimo, ipso die festi Assumptionis Marie virginis. Presentes aderant Wetzelus, ordinis Premonstratensis ecclesie in Wedinchusen, Hinricus, prepositus in Odinghen, Rudgherus Rump, frater noster, Godescalcus de Odinghen, Franko dictus Scele, famuli, Heynemannus Faber et Giselerus de Vretere et alii quam plures ydonei et honesti.

Ausf., Perg., A des Grafen von Spee zu Ahausen (bei Attendorn), Siegel des Ausstellers (schildförmig, im Bild: Sparren); Regest: INA Kreis Borken S. 119; Inventar Ahausen Nr. 3, S. 3.

[a]) Loch im Pergament; [b]) aus „debeant" korrigiert.

[1]) Nordwestlich von Oedingen; [2]) nach der Wüstung Langenohl bei Freienohl.

1407

1317 August 16

Vor Heidenreich, Cantor der Soester Kirche, als dem vom Apostolischen Stuhl eingesetzten Richter über die Zurückführung der dem Stift Meschede entfremdeten Güter verspricht die Witwe des Dietrich von Ergste, die von Propst, Dechant und Kapitel des Stifts Meschede verklagt wurde, die jährliche Lieferung von drei Maltern Weizen aus dem Haupthof zu Ergste[1].

Nos Heydenricus, cantor ecclesie Susaciensis, iudex super revocacione bonorum ab ecclesia Meschedensi distractorum a sede Apostolica delegatus, universis presentes literas visuris et audituris notum facimus et publice protestamur, quod, cum viri venerabiles .. prepositus, .. decanus et .. capitulum ecclesie Meschedensis iam dicte .. relictam quondam Theoderici de Ergest et eius heredes super pensionibus de curte in Ergest ab ipsa ecclesia alienatis et distractis auctoritate delegata coram nobis traxissent in causam, tandem prefata relicta et eius heredes coram nobis in iudicio constituti de iure suo diffidentes et spontanee liti cedentes publice in iure sunt confessi, quod dictis dominis .. preposito, .. decano et .. capitulo singulis annis omnibus futuris temporibus de dicta curte in Ergest tria maldra tritici Arnesbergensis mensure persolvent nec umquam poterunt in posterum minuere huiusmodi pensionem. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus literis apponendum. Actum et datum anno Domini M° CCC° decimo septimo, crastino Assumptionis beate Marie virginis, presentibus Euerhardo de Meninchusen et Erenfrido de Bredenole, militibus, Alberto, vicario Susaciensi, Engelberto de Hegenscede, Bernhardo et Hermanno dictis Nase, fratribus, Hermanno dicto Scriuere et aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 43, Siegel des Cantors Heidenreich Torck (beschädigt, WS 135,9) anhängend, Rückvermerk (15. Jahrh.): in Ergest curtis Beirhoff*; Abschrift des 18./19. Jahrh. in den Kopiaren des Stifts Meschede (Msc. VII 5705 und Msc. VII 5758), Bl. 86; Regest: Wolf, Meschede Nr. 43.*

[1]) Südlich von Schwerte.

1408

1317 August 18

Gobelin von Lon und seine Frau verzichten gegenüber dem Zisterzienserinnenkloster Benninghausen auf alle erhobenen Ansprüche auf die Güter in Dingborgelo[1].

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris ego .. Gobelinus dictus de Lon una cum uxore mea et heredibus nostris presentium tenore protestamur et profitemur, quod nos renuntiavimus ac renuntiamus omni iuri et actioni, si quid vel si quam habuimus vel habere diximus vel nos habere dicere possemus contra dominam .. abbatissam et conventum sanctimonialium ordinis Cysterciensis in Benekinchusen super bonis dictis .. Dinchborglo et nichil iuris de cetero poterimus, volemus aut debebimus in ipsis bonis vendicare. Insuper ego .. Gobelinus et uxor mea cum heredibus nostris fide data promisimus et promittimus, quod super bonis prefatis contra personas prememoratas attemptabimus aliqualiter impetere vel impulsare quoquo modo, sed nullam penitus movebimus questionem, renuntiantes simpliciter et expresse omnibus rebus seu causis quibuscumque, in quibus possemus aut deberemus aliqualiter suffragari. In cuius rei testimonium sigillum discretorum consulum de Blilewelde ad petionem conventus de Benikinchusen et nostram presentibus est appensum. Actum coram fratre .. Iohanne iuniore, converso de Benikinchusen, advocato de Bilewelde dicto .. Vridach, Winando, Heket wan Awenstroth, famulo ipsius dicto Mychael, Goscalcho Hasenkothe et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini M° CCC XVII feria quinta infra octavam Assumptionis beate Marie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 138, Siegel ab; Regest: Bielefelder UB Nr. 119a.

[1]) Aufgegangen in das Dorf Schmerlecke, vergl. Urkunden von 1317 Mai 14, Mai 26 und Juni 1.

1409

1317 August 18

Vor dem Richter und den Ratsherren der Neustadt Bielefeld verzichtet Gobelin gen. von Lon zugunsten des Konvents des Zisterzienserinnenklosters Benninghausen auf die Güter zu Dingborgelo[1].

Nos Iohannes dictus Bans, iudex, Ludolfus Greshorst, proconsul, Hermannus Iob, Albertus[a] Molendinarius, Themelman ceterique consules novi opidi Bileueldensis ac nos Herbordus Nagel et Gerhardus Cappele tenore presentium protestamur, quod Gobelinus dictus de Lo coram nobis in figura iudicii constitutus bona sua dicta .. Dinchborglo conventui sanctimonialium ordinis Cysterciensis Benichkinchusen[b], sane mentis ac compos corporis, libere resignavit, dimittens predicto claustro tunc in presenti[c] possessionem liberam bonorum predictorum, et hoc ex heredum suorum .. beneplacito[d] et consensu, renuncians una cum eisdem heredibus omni iuri, quod ipsi in bonis habuerant[e] antedictis. Quod sub sigillo veteris opidi proprio carentes duximus protestandum. Et nos Arnoldus Strepehauere, Hermannus de Gueterslo, Gerhardus Sufflator, Hermannus Langenberg, Iohannes dictus Top cum ceteris consulibus veteris opidi predicti sigillum nostrum rogati apposuimus in testimonium premissorum. Actum et datum anno Domini M° CCC° XVII, feria quinta post Assumptionem beate Marie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 139, Siegel der Altstadt Bielefeld (WS 67,2) abhängend; Regest: Bielefelder UB Nr. 11b.

[a]) In der Vorlage „Abertus"; b) in der Vorlage „Binchkinchusen"; c) „tunc in presenti" über der Zeile nachgetragen; d) vor dem Wort Rasur; e) Wort über der Zeile eingefügt.

[1]) Vergl. die Urkunden von Mai 14, Mai 26, Juni 1 und August 18.

1410

1317 September 5

Vor Heinemann gen. Bögge, Gograf in Unna und Freigraf des Grafen Engelbert von der Mark, übertragen Elisabeth und Deseke, die Töchter des † Heinrich von Berghofen, gewisse Güter im Dorf Asseln[1] der Äbtissin und dem Konvent in Fröndenberg.

Nos Heynemannus dictus Bocghe, gogravius in Vnna ac liber comes nobilis viri Engelberti comitis de Marka, .. universis presentia visuris seu audituris innotescat, quod constitute in nostra presentia Elizabet et dicta Deseke, puelle, quondam filie Henrici de Berghofnen, supportantes quedam bona scita in villa Aslen in manus domine abbatisse et conventui de Vrendeberghe secundum ordinem iuris per sententiam requisitam et diffinitam in presentia consulum civitatis Tremoniensis. Actum anno Domini M° CCC° decimo septimo, feria secunda proxima ante Nativitatis beate Marie virginis, presentibus Iohanne dicto Stiuellinch, militi, Gerhardo de Wittene, Henrico de Wickede, magistro consulum Tremoniensium, Alberto Nigro, Thidemanno de Lunne, Alvino de Braken, Iohanne dicto Longo, Theoderico et Goscvino de Vnna, Godfrido de Suthem et ceteris quam pluribus fide dignis. Ad securitatem premissorum sigillum nostrum presenti pagina duximus roborandum.

Ausf., Perg., Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 87, Siegel des Ausstellers (rund, im Bild: Topfhelm, darüber Vogel) abhängend; Abschrift Kindlingers um 1800 in Msc. II 13 Nr. 174.

[1]) Östlich von Dortmund bei Wickede.

1411

1317 September 10

Der Ritter Dietrich von der Leithe verzichtet gegenüber dem Bischof von Münster auf das von ihm beanspruchte Patronatsrecht[1] an der Kapelle zu Bossendorf[2] und bittet den Bischof, die Kapelle dem Priester Everard von Haltern zu übertragen.

Venerabili viro ac domino suo dilecto domino episcopo Monasteriensis ecclesie Thydericus de Letene, miles suus fidelis, sui servitii promptitudinem cum effectu. Ius collationis cappelle in Bosnyppe, si quod habemus ad presens, simpliciter vestre resignamus honestati, vestram quam intime rogantes reverentiam, quatenus Euerardo sacerdoti de Halteren, presentium exhibitori, dictam cappellam in Bosnippe intuitu Dei et precum nostraum interventu dignemini conferre et admittere ad possessionem corporalem. Cum autem ad vos venimus vos expedientes de commissione seu locatione curtis in Bosnippe nobis facta, vestre gratie nichilominus ius cappelle committimus decernendum. Et cetera lator ...[a] Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo, sabbato post Nativitatem beate Marie virginis.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. I 1, (großes Kopiar des Domkapitels zu Münster) S. 195, Nr. 49; Regest (unvollständig): WUB VIII Nr. 1188.

[a]) Zu ergänzen etwa „wird berichten".
[1]) Beansprucht vom Lehnsinhaber bzw. Pächter als Zubehör des Oberhofs Bossendorf; [2]) südlich von Haltern, links der Lippe.

1412

1317 September 14

Priorin und Konvent des Klosters Paradies verkaufen dem Hildeger Droste für 25 Mark eine Rente von zwei Malt Korn aus ihren Gütern zu Biginchusen[1]. *Von diesem Korn sollen vier Scheffel Roggen und vier Scheffel Gerste dem Konvent zufallen und für das Jahresgedenken für die Eltern des Droste verwandt werden. Vier Scheffel Roggen und vier Scheffel Gerste sollen an die Krankenanstalt des Klosters kommen. Die restlichen vier Scheffel Roggen und vier Scheffel Gerste soll auf Lebenszeit die Schwester des Droste beziehen.*

Nach ihrem Tode sollen sie auf Lebenszeit an Marburg und Alheid, die Nichten des Droste, fallen. Nach deren Tode soll die Kornrente ebenfalls für die Krankenanstalt verwandt werden, damit die Memorie des Hildeger im Kloster gehalten wird.

Universis presencia visuris vel audituris .. priorissa et conventus monasterii de Paradyso noticiam veritatis. Quia priorum memoriam sepe tollit mater ingratitudinis, oblivio posterorum, unanimi consensu decrevimus subscriptorum ordinem sigilli nostri munimine perhennari. Declaravimus igitur publice protestantes, quod Hildegero Dapifero vendidimus duo malta siliginis et ordei pro XXV marcis legalium denariorum singulis annis de bonis nostris Biginchusen in festo beati Martini persolvenda perpetuo. Ex quibus quatuor modii siliginis et quatuor ordei cedent in usum conventus pro anniversario patris sui et matris singulis annis apud nos sollempnius peragendo. Quatuor autem modii siliginis et quatuor ordei cedent in usum infirmarie nostre pro indigenciis sororum debilium, que pro tempore fuerint, relevandis. Reliqui vero octo modii, quatuor siliginis et quatuor ordei, cedent sorori sue ad terminum vite sue. Post mortem autem eius cedent Marburgi et Alheydi, filiabus fratris sui. Quibus defunctis ad usum infirmarie nostre cum predictis octo modiis perpetuo devolventur, ut sui memoria apud nos cum habundanti gracia perpetuo perseveret. In cuius rei testimonium presens scriptum contulimus nostro sigillo roboratum ad munimentum perpetue. Datum in festo Exaltacionis sancte crucis anno Domini MCCC decimo septimo.

Ausf., Perg., Archiwum Panstwowe w Wroclawiu (Breslau), Herzoglich Hatzfeldtsches A zu Trachenberg, Siegel des Konvents anhängend; Wiedergabe nach dem Druck: WZ 61, 1903, S. 60, Nr. 17.

[1]) Wüstung südlich von Kallenhardt (vergl. Urkunde von 1317 August 6).

1413

1317 September 22 bei Dortmund

Wirich, Dechant von Mariengraden in Köln, gibt dem Richter, den Ratsherren und der Bürgerschaft der Reichsstadt Dortmund seine Zustimmung, daß der in der Kirche von St. Reinoldi in Dortmund befindliche Stephansaltar in die neu zu errichtende Pfarrei und Kirche in Dortmund überführt wird.

Wiricus, Dei gratia decanus ecclesie sancte Marie ad gradus Coloniensis, viris prudentibus et honestis, iudici, consulibus et communitati imperialis opidi Tremoniensis salutem cum noticia veritatis. Ut altare sancti Stephani in ecclesia beati Reynoldi Tremonie constitutum cum suis redditibus et oblationibus de ipsa ecclesia beati Reynoldi in novam parochiam et ecclesiam de piorum elemosinis erigendam in eodem opido transferatur, secundum desiderium vestrum et tenorem literarum vestrarum patentium nobis et capitulo nostro super hoc traditarum et, prout in serie litterarum reverendi in Christo patris[a] ac domini Henrici archiepiscopi Coloniensis, quas pro erectione ipsius nove ecclesie impetrastis, continetur, nec non ex consensu speciali discretorum virorum Iohannis, plebani dicte matricis ecclesie sancti Reynoldi, Hildebrandi et Theoderici, rectorum altarium eiusdem ecclesie, vestre universitati de consensu et voluntate capituli nostri tenore presentium consentimus, confidentes de vobis plenissime, quod, sicut litteris vestris predictis protestati estis, premissa procedant et in futurum procedere debeant absque dolo et fraude bona fide, super quibus vestras conscientias honoramus, salvo in omnibus in perpetuum iure ecclesie nostre et omnium, quorum interest, iuxta tenorem compositionis olim inter nos et vos habite, cui per huiusmodi altaris translationem nolumus in aliquo derogari. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam nos decanus et capitulum ecclesie sancte Marie ad gradus predicte sigilla nostra presentibus litteris duximus appendenda. Datum in sancta synodo celebrata apud Tremoniam in capitulo decanatus Tremoniensis feria quinta post festum beati Lamberti, anno Domini M CCC decimo septimo.

Abschrift des 14. Jahrh, Stadt A Dortmund Urk. 143; Insert in der Urkunde von 1319 Oktober 9, 1945 vernichtet; Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Mariengraden Urk. Nr. 1/57; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii IV S. 214v; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 518, S. 219; Regest: Dortmunder UB I Nr. 361, S. 252; Mitt. Stadt A Köln 57 (Mariengraden) Nr. 57, S. 30.

[a]) Im Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 518: „prioris".

1414

1317 September 24

Nicolaus in der Brücken, Bürger zu Dortmund, schenkt dem Stift und dem Konvent von St. Katharinen Dortmund einen Garten vor dem Kukelke-Tor und eine Rente von einer Mark aus dem Hause des Hotters.

Universis presentia visuris et audituris innotescat, quod ego Nycolaus in Ponte, civis Tremoniensis, cum consensu et voluntate Gertrudis, uxoris mee, et filiorum meorum ac aliorum heredum meorum tradidi et donavi ecclesie et conventui sancte Katerine Tremoniensi irrevocabiliter ortum meum situm extra portam dictam[a] Cûkelake porte, qui facit annuatim quindecim solidos denariorum Tremonie usualium. Insuper donavi eidem ecclesie et conventui annuos redditus unius marce solvendos ex domo dicti Hotters. Quos quidem ortum et redditus resignavi ad usus et opus dicte ecclesie et conventus ab eisdem perpetuo possidendos. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillo discreti domini Iohannis, plebani sancti Reynoldi Tremoniensis, duxi presentibus apponendum. Datum et actum sabbato ante festum beati Mychaelis anno Domini M° CCC° XVII°.

Ausf., Perg., StAM, St. Katharinen Dortmund Urk. Nr. 55, Siegel des Ausstellers ab, das des Pfarrers von St. Reinoldi (im Bild der Heilige mit Schwert und Schild) abhängend, Rückvermerk (15. Jahrh.): Clayss in den Bruggen*; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 519, S. 362.*

[a]) In der Vorlage „dicti".

1415

1317 September 26

Der Knappe Johannes von Stockum (de Stocheym) *junior vergleicht sich mit Rat seiner Verwandten und Freunde mit seinen drei Schwestern Blideradis, Edelgardis und Wicbûrgis und überläßt ihnen auf Lebenszeit den Nießbrauch des von ihm erbauten Hauses am Friedhof in Witten* (Wyttene) *sowie jeder Kornrenten von drei Maltern Weizen bzw. Roggen und Hafer aus den väterlichen Gütern. Nach dem Tode seines Vaters Johannes soll durch den Schiedsspruch seiner Verwandten Henemannus von Eclo, Otto von Velthus, Engelbertus von Erleberghe und Adolphus genannt Vinco eine weitere Aufteilung des väterlichen Erbes erfolgen. Sollte eine der drei Schwestern sterben, fällt ihr Anteil den Überlebenden zu. Wegen Fehlens eines eigenen Siegels Siegelbitte an die Ritter Wenemarus von Grimberg und Bernhardus von Wittene. Geschehen 1317 Sept. 26* (M° CCC° decimo septimo, feria secunda ante festum beati Michaelis).

Ausf., Perg. A des Grafen von Nesselrode-Reichenstein zu Herrnstein H 8 I, Siegel des von Grimberg anhängend, das andere ab. Das Original zur Zeit nicht zugänglich.

1416

1317 September 28

Vor dem Bischof Engelbert von Osnabrück geben Symon und Bernhard junior, Söhne des Edelherrn Symon zur Lippe, ihre Zustimmung zu den Abmachungen ihres Vaters[1].

Nos Engelbertus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus universis presens scriptum visuris et audituris notum facimus et publice protestamur, quod in nostra et testium infrascriptorum presentia constituti Symon et Bernhardus iunior, nobiles nati viri nobilis Symonis domini de Lyppia, expresse consensum suum dederunt ad omnia et singula, que in litteris, quibus presens carta nostra transfigitur, sunt contenta. Ipsi nobiles nichilominus factum predicti patris et fratrum suorum in dictis literis expressum perpetualiter fore ab eis observandum approbarunt. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo dilectorum nobis in Christo .. decani et .. capituli ecclesie nostre sancti Iohannis Osnaburgensis testium ad premissa vocatorum in premissorum evidentiam et notitiam ad predictorum nobilium petitionem presentibus litteris est appensum, quod nos .. decanus et .. capitulum verum esse profitemur. Actum et datum in vigilia Michaelis anno Domini M° CCC° decimo septimo, presentibus Winando, decano, Ludolpho, thesaurario, Nicolao, scolastico, Iohanne Vromůdink, Gysone et Iohanne dictis de Hembeke, Hermanno Linneman, Eustachio de Sutholte, Volquino de Bure et Iohanne de Warendorpe, canonicis dicte ecclesie, Wescelo, notario dicti nobilis, et aliis fide dignis.

Transfix an der Urkunde St. Patrokli Soest Urk. Nr. 103, Siegel des Bischofs ab, das des Domkapitels zu Osnabrück (stark beschädigt) anhängend.

[1]) Vergl. Urkunde von 1317 Juli 15.

1417

1317 September 29

Die Ratsherren zu Dortmund übertragen ihrem Mitratsherrn von der Brücken[1] wegen seiner Verdienste die Hälfte der Mühle außerhalb der Kukelke, die er selber geplant und auf eigene Kosten errichtet hat.

Nos consules Tremonienses pro tempore universis successoribus et civibus nostris ac Christi fidelibus omnibus tam posteris quam modernis presentes literas visuris ac audituris notum fieri volumus et tenore presentium publice declaramus, quod nos discretum virum dominum Nicolaum in Ponte, dilectam collegam et burgensem nostrum, suis exigentibus meritis speciali amicicia prosequi cupientes et favore, ipsi et suis heredibus damus, conferimus et supportamus medietatem molendini extra Colcalatam cum eius utilitatibus et proventibus universis. Volentes ei et suis heredibus de hac plenariam facere warandiam, sic et quicunque dictum molendinum inpedire vel impetere niteretur, sive hoc esset in aqua vel in terra supra molendinum vel infra, de hoc ipsum et suos heredes eximere promittimus et indemnem vel indemnes conservare pro eo, quia ipse de sua industria ac ingenio laudabili dictum molendinum primus excogitavit et de consensu et de permissione nostra ad usus civitatis et suorum heredum inchoavit et fundavit sub suis eventibus, laboribus ac expensis et pro spe eiusdem medietatis dicti molendini ipsi per nos promisse, si molendinum perficeretur. Quicquid ergo a data presentium ac deinceps circa dictum molendinum expensarum factum fuerit in emendando, redificando casu qualicunque, hoc per nos vel nostros successores et per ipsum vel suos heredes mediatim exponi debet sub denariis nostris communibus et expensis. Ne autem ista ab aliquibus in posterum infringi possint vel mutari, presentes litteras super hoc confectas ipsi Nicolao et suis heredibus tradidimus sigillo nostro roboratas. Actum ac datum Michahelis anno Domini M CCC XVII.

Eintragung im Holzbuch, Stadt A Dortmund (7. Wachstafel, Rückseite), 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Fahne, Dortmund 2, Nr. 357, S. 61; Dortmunder UB I Nr. 363, S. 252.

1418

1317 September 30

Erzbischof Heinrich von Köln verlängert auch im Namen des Grafen Engelbert von der Mark und seiner Helfer die dem Grafen Adolf von Berg und dem Herren Dietrich von Isenberg gegebene Frist bzw. die Vollmacht zur Fällung eines Schiedsspruchs im Streit mit dem Grafen Gerard von Jülich, dem Grafen Diederich von Kleve und Gottfried von Heinsberg und ihren Helfern.

Wir Henrich van Gotz genaden erzebischof zo Colne důn kunt ůver middes diesen brief alle den, die en horent lesen of an sent, daz wir der macht, die wir vor uns unde vor den edelen man Engilbert den greven van der Marke unde al unser helfer gegeven hadden den edelen mannen Aylf den greven van dem Berge und Dyderich dem herren van Isenberg zo zagene tuschen hier unde sente Remies dage, die morne is, of die zvieunge unde stucke, die sint tuschen uns unde unsen helfern uf eyn sit unde die edelen manne Gerarde den greven van Gulche, Dyderich van Cleue, Godenuret van Heinsberg unde iren helfern uf andere sit umb bede willen des vorgenanten greven van dem Berge unde Dyderiches van Isenberg han gelengert unde lengen in urkunde dis brieves bit uf den neisten dach Aller heylegen dach, die nu neiste zo komen sal, also daz sy binnen dieser zit unde vor dem dage sagen sůlen bede van irme sagene und van den gevangen in al der wis, als si macht hadden hudde zo dage unde och gelovet hadden nach den brieven, die da uf machet sint unde an dussen stent geschriven. In urkunde dis so han wir unse ingesegel an desen brief gehangen. Unde wir Aylf greve van dem Berge unde Dyderich van Isenberg urkunden uvermiddes unser ingesegel, die an diesen briefe hangent, daz wir die vorgesprochen stucke an uns genomen hant zo sagen binnen dieser zit in al der wis, als wir eyn geladen waren, mit guden trůwen ane argelist. Diese brief wart gegeven an dem neisten dage sente Michaelis nach Gotz geburde dusent iar driehundert iar in dem sivenzeenden iare.

Ausf., Perg., HStAD, Jülich Urk. Nr. 78, Sekretsiegel des Erzbischofs anhängend, die beiden anderen ab; Regest: REK IV Nr. 1000.

1419

1317 Oktober 3 Avignon

Papst Johannes (XXII.) billigt die durch den Erzbischof von Köln vorgenommene Umwandlung des Kanonissinnenstifts Meschede in ein Kanonikerstift.

Iohannes episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. preposito et .. decano ac capitulo ecclesie Meschedensis Coloniensis diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod venerabilis frater noster .. archiepiscopus Coloniensis diligenter attendens, quod ecclesia de Meschede Coloniensis diocesis, in qua fuerant ab olim abbatissa et canonice seculares, ad tantam desolationem iam devenerat, quod in ea fere totaliter divinus[a] cultus iam perierat et pauce vel nulle canonice remanserant in eadem nec inveniebatur persona, que vellet regimen ecclesie supradicte suscipere nec ibidem fieri canonica secularis, ne in ea huiusmodi cultus deperiret dictaque ecclesia totaliter laberetur, quibusdam canonicabus, que tunc erant ibidem, in manus dicti archiepiscopi omni iuri, quod eis in dicta ecclesia quomodolibet competebat, renuntiantibus, de consensu capituli sui pensatis ipsius ecclesie facultatibus vos filios decanum[b] et prepositum[c] ac quosdam canonicos auctoritate ordinaria instituit in eadem, prout in patentibus litteris inde confectis dictorum archiepiscopi et capituli sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem archiepiscopo proinde factum est, ratum et gratum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipo-

tentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Auinione V nonas Octobris, pontificatus nostri anno secundo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 44, Bulle des Papstes Johannes XXII. an rotgelben Seidenfäden anhängend, Rückvermerk: Iohannes de Niuenheym*; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. VII 5758 (Kopiar des Stifts Meschede), Bl. 17; Druck: Vat. Reg. II Nr. 2391; Regest: REK IV Nr. 1002; Wolf Meschede Nr. 44.*

[a]) In der Vorlage „divinis", durch Überschreiben zweier Punkte „i" in „u" korrigiert; [b]) Endung radiert und korrigiert; [c]) desgl.

1420

1317 Oktober 19

*Jutta von Malenburg (*Malebŏrich*), Kanonisse des Stifts Essen (*Asindensis*) errichtet ihr Testament und vermacht dabei u.a. dem Herrn Johannes von Methler (*de Metlaria*) eine Rente von sechs Schillingen Tournosen, dem Konvent in Sterkrade (*Starkerode*) eine Rente von drei Schillingen und den Brüdern[1] in Dortmund (*in Tremonia*) ebensoviel.*

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 272, Siegel ab, beschädigt, Tinte stark abgeblättert; Druck durch Ludwig Troß in: Wesphalia, Zeitschrift für Geschichte und Alterthumskunde, 3, 1826, S. 287.

[1]) D.h. den Dominikanern in Dortmund.

1421

1317 Oktober 22

Der Knappe Andreas Snaep erklärt, er wolle die Güter zu Kissinchusen[1] *im Kirchspiel Herringen, die er vom Abt von Liesborn zu Lehen habe, auch vom Dompropst in Münster zu Lehen nehmen[2].*

Ego Andreas Snaep, famulus[a], universis hanc literam visuris et audituris notum esse cupio publice protestando, quod bona in Kissinckhusen parrochie Heringhen, que a reverendo domino abbate conventus in Lesborn iure homagii, quod mangud dicitur, habueram, illa eadem bona et ad idem ius absque periculo a manu honorabilis domini prepositi ecclesie Monasteriensis cupio acceptare. Et quia sigillo proprio carui, presens scriptum sigillo Allexandri Vollenspet, militis, avunculi mei, feceram communiri. Et nos Allexander Vollenspit predictus ad peticionem avunculi nostri Andree Snap iam dicti presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum anno Domini M° CCC° decimo septimo, crastino Undecim milium virginum.

Abschrift des 16. Jahrh., Papier, StAM, Msc. I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn) Bl. 145v; Regest: WUB VIII Nr. 1194.

[1]) Auch zu den „Kissingerhöfen" (vergl. BUK Unna, S. 204); 2) vergl. WUB VIII Nr. 1289 (1318 Okt. 23: Übergang der Güter im Kirchspiel Herringen an den Dompropst im Tausch gegen den Zehnten zu Wadersloh.

1422

1317 Oktober 29 Köln

Adolf Graf von Berg und Diederich Herr von Isenburg (Ysen-) nehmen als Schiedsfreunde die verschiedenen Klagepunkte im Streit zwischen dem Erzbischof Heinrich von Köln, dem Grafen Engelbert von der Mark sowie der Edelfrau Mechthild von Dinslaken[1] und ihrer Tochter Irmgard mit ihren Helfern auf der einen Seite und Graf Gerard von Jülich, Graf Dietrich von Kleve und dem Herrn Godfried von Heinsberg mit ihren Helfern auf der anderen Seite sowie die Klage des Grafen von Arnsberg gegen den Grafen von Virneburg entgegen und nehmen Stellung. Als Ratsleute stehen dabei dem Grafen von der Mark Nevelung von Hardenberg und Heinrich von Lutzelenauwe zur Seite.

... Vort want sig der greve van Arnsberg beclait van dem greven van Vyrnenburg as van der stat van Neheym ind van anderem vriedenbreggene ind van anderen namen van beyden syden, dar up spreghe wir, as unz de voergenante vier raitluyde besaigt haint, dat wir greve van dem Berge riddere, gude luyde, schicken soelen in die kuntschaf ind in die wareyd zu irvaren anegangs van dem vrieden, so willig ir den gebroghen have, dat he den rigte na dem lantsieden, as regt is, ind andern uployf, an wem man da brughe vint, dat sal man keren zur wareyde. Dat selve spreghe wir van dem proeste Walrauen van Arnsberg, des he sig beclait van dem greven van Vyrnenburg, dat he em ze unrechte in Westfalen schaden gedain have mit brande ind mit anderen brughen, dar zu wir greve van dem Berge soelen birve luyde schicken in die kuntschaf, die wareyt zu vernemen ind zurvaren, ind dar na zu rigten, as sinem broder, dem greven oyg bewyst. Vort sage wir mit den voergenanten vier raitluyden: vint man zur wareyt, dat here van Toenburg of syn gesinde genomen haint zu Meckenheym dem proeste Walrauen van Arnsberg mit gewalde boven regt sinen weyze, as he clait, dat man den schuldig is up zu rigten, man inkunne gewisen, wayrumb manz nyet schuldig insi... Vort tuschen dem greven van der Marken up eyn side ind dem greven van Cleue up ander side umb den hillig, den se gemagt haint tuschen Aylue, des greven soene van der Marken, ind Annen, des greven suster van Cleue, spreghe wir overmeyster voer eyn regt: mit wielger voerwoerden dat si zu samen komen sint, dat dat manlig dem anderen schuldig is zu haldene na kuntschaf ind na wareyde. Ind wilg ir dat gebroghen hait, de is schuldig dem anderen zu rigtene. Vort van den verbuntbrieven tuschen dem greven van der Marken ind dem greven van Cleue spreghe wir overmeyster, dat man die selve brieve bi eyn brenge, ind we da in unregte vunden werde, dat de dat bessere. Vort umb dat der greve van Cleue clait, dat der greve van der Marken syn huys Struynkede besas binnen des dat si verbuynden waren, ind der greve van der Marken sprigt, he wurde geroyft ind gebrant van dem huys. Herup spreghe wir overmeyster: hait der greve van der Marken dat irvoylgt as verre he van regte soylde ind ir verbunt tuschin in stoent, so in hait he niet unregt gedain. Ind irvoylge he des niet, as verre van regte soylde, so hait he dem greven van Cleue unregt gedain ind is em schuldig, synen schaden zu keren. Vort want sig der greve van Cleue beclait, dat des greven amtluyde van der Marken sinen luyden ir gut ze unregte genomen haven, so sain wir, dat man de amptluyde, die man der namen ziet, du komen in die kuntschaf, ind as verre, as man vint, dat si ze unregte genomen haint, dat sal man wiederdun. Vort spreghe wir: hait der greve van der Marken binnen des greven lande van Cleue of binnen sime geleyde, da he billig geleyden mag, gepant emanne unirvoylgt ind aen sinen urlof, so hait he unregt gedain ind is dat schuldig zu keren. Vort sain wir van dem gerigte van Hoylte: hait der greve van der Marken in dem gerigte overgrif gedain, dat he den overgrif keren sal zur wareyde. Vort spreghe wir umb die gemeynde ind umb den wiltban ind van dem hauwe, des sig der greve van Cleue beclait, dat man des komen sal int hoyltzgeriegte vor die erfgenoessen ind voer die markgenoezen ind, we da wirt besaegt, de sal besseren, as regt is. Voirt sain wir: sint der greve van Cleue ind der greve van der Marken vorderunge haint under eyn up gut, dat vanme righe roert, so spreghe wir voer eyn regt, dat si des voylgen soelen voert righe. Ind we it da mit dem meysten regte behelt, dat id de billinghen have. Vort sain wir: vint man, dat der greve van der Marken zu Kamen geynen hof inhave, die rure van der graschaf van Cleue, so moes is der greve van Cleue untbeeren. Vort sain wir: hait der amptman van Dynzlaghen in der vischerien imme Haicke iet genomen boeven regt, dat he dat zu regte wiederdun sal. Vort spreghe wir vanme hoeve van Unnae: vint man zur wareyt, dat he der vrouwen van Dynzlaghen in ir wiedem gemagt is, as he van regte sal, so sal man in der vrouwen laezen. Is ever des niet, so deyt man dem greven unregt an dem hoeve. Voert spreghe wir, vint man zur wareyt, dat der Unverzade zu Wiesele gebrant have binnen vrietz, dat sal he uprigten. Vort spreghe wir: vint man dat Herman van Doerrecke ind der Unverzaede schetzunge genomen haint van den van Oershoyen, up dat si si geloefden zu beschirmen, so sint si dat schuldig zu dune, so wat si geloeft haint. Vort sain wir: van dem buwe, den her Wienemar vanme Grintberge buwet, des sig der greve van Cleue beclait, id si in sime geriegte, vint man dat id si ints greven geriegte van Cleue of up sime gude, so deyt he em unregt. In is ever des niet, so in hait he is em niet zu antwerden. Vort sain wir: dat man heren Diederighe van Lymburg ind Diederighe van der Holtoyen

wiederdun sal ind keren, so wat in der greve van der Marken ze unregte genomen hait. Vort sain wir: want der greve van Cleue clait, dat der greve van der Marken em unregt du an eym hoeve bi Sterkerode, danaf dem greven van der Marken niet kundig in is, as he sait, so sain wir, so wat regts der greve van Cleue gewisen kan mit regte an dem hoeve, dat sal man em lassen geschien. Vort sage wir: vint man, dat Goyzwyn van Uylenburg in vrieden ind in unvrieden in is gewest des greven van der Marken, hait em dan her Diederig van Lymburg binnen diesen vrieden schaden gedain. Den is man em schuldig zu keren. Vort sain wir: vint man an kuntschaffe, dat dem greven van der Marken an den dorperen zu Boegheym, zu Watterscheyt ind zu Hattenecgen schade is geschiet in der zyt, dat man unbillighen dede, dat sal man em riegten. Dat selve sain wir heren Bernarde dem Woylue: hait he gebrantschatzt heren Gerlaghen van Luttel in der zyt, dat he is niet dun in soylde, so sal he it riegten na der wareyde. Vort sain wir: des sig die raitluyde van Cleue vermezzint, die du raitluyde waren, ind unz heren raitluyde van Colne, die du raitluyde waren, dat si eyn regt sagen soylden binnen eynre zyt up iren eyn ind in eyne genoemde stat komen soylden zu Colne. Quamen die eyne raitluyde binnen der zyt ind an die stat ind haint regt gesproghen. Ind in sint die andere nyet komen nog inhaint dat regt wiedersproghen nog oyg eyn ander regt gesproghen up der stat binnen der zyt, so spreghe wir voer eyn regt, dat der sage magt hait, de binnen der zyt ind up der stat gesaegt haint, of mant also vint, as si sig vermessint. Vort sain wir: van dem hilige tuschen Aylue, des greven soene van der Marken, ind Yrmegarde, greven Otten doegter van Cleue, want der greve van Cleue clait, dat die mit regte niet syn in moege, so wise wir den hillig an den pays ind an die heilige kirge. Vort vint man, dat die graeschaf van Hilgerode rurt van der graeschaf van Cleue zu leene, so spreghe wir voer eyn regt, dat sie neman gelden in mag aen wille des greven van Cleue. ...Die gegeven is zu Colne na unz heren Gotz geboerde in dem duysentzenden druyhundertzme ind sevenziendeme iare, nyesten dags der apostele Symonis ind Iuden dage.

Ausf., Perg., HStAD, Kurköln Urk. Nr. 251, nur noch das Siegel des Grafen von Berg anhängend; Druck: Lacomblet UB III Nr. 163; Regest: REK IV Nr. 1004

[1]) Mechtild von Kleve.

1423

1317 Oktober 31

Heidenreich, Propst von St. Severin in Köln, und Konrad, Chorbischof der Kölner Kirche, geben im Auftrage des Kölner Erzbischofs Heinrich ihre Zustimmung, daß nach dem Bau einer neuen Kirche und der Bildung einer neuen Pfarrei im Sprengel der Reinoldikirche der dort befindliche Stephansaltar mit dem Rektor und allen Einkünften in die neue Kirche übertragen wird.

Universis presentes litteras visuris Heydenricus, prepositus sancti Severini, et Conradus, chorepiscopus ecclesiarum Coloniensium, executores ad infrascripta a reverendo in Christo patre domino nostro domino Henrico Coloniensi archiepiscopo deputati salutem in Domino. Cum discreti viri decanus et capitulum ecclesie sancte Marie ad gradus Coloniensis, ad quem quidem decanum collatio ecclesie beati Reynoldi Tremoniensis et sanctorum Iohannis et Stephani, altarium dicte ecclesie, tamquam patronum pertinet, interventione[a] Iohannis, eiusdem ecclesie beati Reynoldi, ac Hildebrandi et Theoderici, predictorum altarium similiter rectorum, nec non prudentium virorum, consulum et opidanorum Tremoniensium consensu, ex certis et legitimis causis in litteris dicti domini nostri domini Henrici Coloniensis archiepiscopi super consensu suo, quo ad infrascripta. et commissionem auctoritatis sue super hoc factam plenius contentis distinctionem divisionemve ecclesie seu parochie sancti Reynoldi supradicte fecerint, et novam ecclesiam inter portam Occidentialem dicti opidi et ecclesiam sancti Reynoldi predictam infra ipsam parochiam de novo construi permiserint ab opidanis eisdem de christifidelium elemosinis pro structura ecclesie predicte collatis, ac dicta divisio absque matricis ecclesie preiudicio facta dicatur et redditus, qui ad altare sancti Stephani predictum in ipsa ecclesia beati Reynoldi pertinebant, ad ipsum altare cum suo rectore ad ipsam ecclesiam novam translatum in

omni eo iure, quo prius in ipsa ecclesia sancti Reynoldi fuerant, in eadem nova ecclesia eidem rectori suisque sucessoribus debeant perpetuo remanere. Nos considerato, quod hec divisio tam locis convenit quam personis, ad eiusdem Iohannis, rectoris ecclesie beate Reynoldi et opidanorum eorundem requisitionem, salvo cuilibet iure suo, prout per predictas personas rationabiliter facta est, auctoritate nobis in hac parte commissa eam approbamus et consentimus in eandem, mandantes universis, quos hoc negotium tangit, ut premissam divisionem in omnibus suis articulis teneant firmiter et observent, dantes has nostras litteras in testimonium super eo. Datum in vigilia Omnium sanctorum anno Domini M° CCC° decimo septimo.

Abschrift des 14. Jahrh., Papier, Stadt A Dortmund Urk. Nr. 144, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 521, S. 221.

[a]) In der Vorlage „interveniente".

1424

1317 Oktober 31

Der Knappe Gottschalk von Eickenscheid gibt dem Kloster Welver fünf Morgen Ackerlandes bei der Kotemühle[1]. Dafür ist sein und seiner Eltern Jahresgedächtnis vom Kloster zu begehen.

Universis Christi fidelibus hanc litteram visuris et audituris notum esse cupio et publice protestor per presentes, quod ego Godescalcus dictus de Ekenscede, famulus, de consensu et bona voluntate Wilhelmi, unici heredis mei, dedi cenobio in Weluere quinque iugera agrorum iuxta Cotemolen sita, tali videlicet conditione, ut anniversarius dies obitus mei et parentum meorum iugiter de predictis agris inibi peragatur. Supradictis tamen agris non simul in uno loco positis, sed ne aliquis error fiat, fratri Adolpho, converso, per filium meum Wilhelmum iam dicti agri sunt ostensi, hoc etiam adiecto, quod quecumque monialium pro tempore est celleraria[a], agros et fructus agrorum predictorum habebit et in usum officii sui convertere debet iugiter, contradictione qualibet non obstante. Ut autem hec donatio mea rata et inconvulsa permaneat, presentem paginam sigillo meo proprio feci communiri. Et in hoc ego Wilhelmus me fore contentum protestor. Datum anno Domini M° C°C°C° XVII°, in vigilia Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 158, Siegel des von Eickenscheid (sehr gut erhalten, WS 158,8) abhängend.

[a]) Das erste „r" aus „l" korrigiert.
[1]) Ehemalige Mühle des Klosters am Salzbach in Illingen, westlich von Welver (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest II, S. 151, Nr. 17: An der Korte Mühle).

1425

1317 November 2

Wessel von Strünkede verkauft dem Brunsten von Emesbroke das Eigentumsrecht an dem Oberhof Niehof[1] im Kirchspiel Albersloh.

Nos Wescelus de Strůckede, Petronilla, eius uxor, Gerlacus, Bernhardus, Wescelus, Cesarius, Hermannus, Mechtheldis et Petronilla, liberi heredes eorundem, notum facimus universis, ad quos presentes litere pervenerint, publice recognoscentes, quod vendidimus rite ac iusto venditionis titulo, resignantes et supraportantes Brunsteno de Emesbroke et omnibus suis veris heredibus proprietatem curie dicte Nigehof, site in parrochia Alberslo, iure hereditario et perpetuo possidendam. In premissorum ergo robur et perpetuam memoriam ego Wescelus de Strůckede predictus sigillum meum hiis litteris presentibus feci apponi. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo septimo, feria quarta post Symonis et Iude apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster, Urk. Nr. I R 28, Siegel ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): pertinet ad altare Decem milium martirum; *Regest: WUB VIII Nr. 1197.*

[1]) In der Bauerschaft Alst.

1426

1317 November 2

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Recklinghausen verkauft Wessel von Strünkede das Eigentumsrecht am Niehof[1] im Kirchspiel Albersloh dem Brunsten von Emesbroke und läßt es vor diesem Gericht auf.

Universis hanc litteram presentem visuris et audituris ego Arnoldus dictus Thuent, tunc temporis iudex in Rekelinchusen, ac nos consules opidi eiusdem nomine Conradus de Hellen, Euerhardus de Westerheym Růtgerus de Polshem, Conradus de Alta Domo, Iacobus de Via Lapidea, Gerhardus de Důrstene, Lambertus de Sickelinc, Hinricus de Alta Domo, Gerhardus filius Frederunis in Domo Lapidea, Iohannes de Bachem, Euerhardus Faber, Arnoldus filius Vdonis, Lambertus de Eclo et Bernardus dictus Stůt notum facimus publice protestando, quod in figura iudicii Rekelinchusen ac nostra presentia constitutus Wescelus de Strůckede de maturo suorum amicorum consilio ac de pleno consensu et voluntate omnium eiusdem Wesceli heredum vendidit rite ac iusto venditionis titulo Brunsteno de Emesbroke et omnibus suis veris heredibus proprietatem curie dicte Nigehof site in parrochia Alberslon Monasteriensis dyocesis iure hereditario in perpetuum possidendam. Et hanc proprietatem curie Nigehof predicte ibidem in figura iudicii iam dicti et coram nobis idem Wescelus de Strůckede, Petronilla, eius legitima, Gerlacus, Bernardus, Wescelus, Cesarius, Hermannus, Mechtheldis et Petronilla, liberi, heredes omnes coniugum iam dictorum tunc temporis nati tam masculi quam femelle animo eorum benivolo absque ulla cohertione effestucando resignaverunt predicto Brunsteno de Emesbroke iure hereditario et perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem hanc litteram presentem super premissis confectam ad preces utriusque partis sigillo nostri opidi predicti fecimus roborari. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo septimo, feria quarta post Symonis et Iude apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster, Urk. I R Nr. 28a, Siegel der Stadt Recklinghausen (WS 96,6) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1198.

[1]) In der Bauerschaft Alst.

1427

1317 November 7

Heinrich Propst zu Bonn und Soest bestätigt auf Bitten des Konvents des Klosters St. Walburgis vor Soest die Schenkung der Güter zu Klein-Müllingsen[1] durch die † Frau Deitheldis, die zu Lebzeiten vom Kloster unterhalten wurde. Die Bestätigung der Schenkung gilt nicht für die Güter, die Lehen sind.

Henricus Dei gratia Bunnensis et Susatiensis ecclesiarum prepositus ac archidiaconus Coloniensis universis presentia visuris salutem et cognoscere veritatem. Ecclesias ac alia pia loca tanto benignius, prout nobis est possibile, favore prosequimur gratioso, quanto perpensius ex hoc honor Dei attenditur et devotio christifidelium aucmentatur. Sane ex parte priorisse et .. conventus monasterii sancte Walburgis extra muros Susatienses ordinis beati Augustini nobis[a] exstitit tam humiliter quam fideliter supplicatum, quod, cum olim Deytheldis, mulier dum viveret, a dictis conventu et monasterio aleretur, pio ducta proposito bona, que habuit et possedit in Paruo Molinchusen, libere contulerit et donaverit monasterio et conventui supradictis, quatinus dignaremur ipsis auctoritate nostra res et bona huiusmodi confirmare. Nos igitur eorum precibus in hac parte favorabiliter inclinati, eadem bona, prout iacent, dum tamen feodalia non existant, per que nos et nostri predecessores consueverint vasallos tamquam de bonis feodalibus investire cum suis pertinentiis universis, quem ad modum dicta Deytheldis, dum vixerat, possidebat et prout libere contulit et donavit predictis monasterio et conventui, concedimus in perpetuum possidenda et presentis scripti patrocinio confirmamus, dantes eis super hoc has literas nostri sigilli munimine roboratas in certitudinem presencium et memoriam futurorum.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo septimo decimo, feria secunda proxima post festum Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 65, Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest), Bl. 22 der 2. Zählung.

[a]) Korrigiert.
[l]) Südwestlich von Soest.

1428

1317 November 20 Avignon

Genannte Patriarchen, Erzbischöfe und Bischöfe gewähren allen, die an den aufgeführten Festtagen die Kirche zu Fröndenberg aufsuchen, unter bestimmten Bedingungen einen Ablaß von 40 Tagen.

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, nos miseratione divina frater Ysardus patriarcha Antiochie, Rustanus archiepiscopus Neopatensis, Berengarius episcopus Carpentracensis, Willelmus episcopus Cunaviensis, frater Andreas episcopus Croensis, Bartholomeus episcopus Cernicensis, Petrus episcopus Narniensis, frater Iacobus de Ca[...], Petrus episcopus de Archillano, Nicholaus episcopus Arrutinus, Petrus episcopus Civitatis Nove et frater Egidius Adrinopolensis salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos igitur diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu id seminare in terris, quod cum multiplicato fructu reddente Domino recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet et vitam eternam. Cupientes igitur, ut ecclesia beatorum Georgii et Mauritii ac sociorum eius in Vrendeberg Coloniensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a christifidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penetentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in festivitatibus infrascriptis, videlicet Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, Purificationis et Conceptionis beate Marie, Natalis Domini, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, omniumque sanctorum apostolorum et evangelistarum ac in dedicatione ecclesie predicte atque in festivitatibus Mauritii, Georgii et die dominica proxima ante festum sancti Iohannis Baptiste, in quibus diebus antedictis processiones et sollempnitates dicte ecclesie peraguntur, ac in festis beati Laurentii, Vincentii, martirum, Martini, Nicholai, confessorum, ac sanctarum Katerine, Margarete, Magdalene, Barbare et per octavas earundem festivitatum causa devotionis et orationis ac peregrinationis accesserint nec non, qui ad fabricam, luminaria, ornamenta seu quevis alia dicte ecclesie necessaria manus porrexerint adiutrices, quandocumque premissa vel aliquid premissorum devote fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli nostrum quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. Datum Avinioni XX. die mensis Novembris, anno Domini M° CCC° septimo decimo, et pontificatus domini Iohannis pape XXII. anno secundo.

Ausf., Perg., Pfarr A Fröndenberg, mit Transfix von 1318 Juni 1.

1429

1317 November 21

Der Knappe Hermann von Horst entbindet den Knappen Bertold gen. Torc von den von dessen Vater eingegangenen Verpflichtungen. Ausgenommen davon bleibt, daß Torc der Tochter des Hermann den Nießbrauch aus dem Oberhof Oer anzuweisen hat. Wenn Bertold den Aussteller, seine Erben und Freunde von

dem auf dem Oberhof Oer haftenden Lasten frei macht, wird ihm Hermann die Vogtei über den Oberhof Oer übertragen.

Nos Hermannus de Horst, famulus, .. universis hanc literam visuris et audituris notum esse volumus publice protestando, quod Bertoldum dictum Tork, famulum, ab omni promisso ex parte .. patris sui nobis perpetrato quitum et solutum dimittimus excepto usufructu, qui .. filie nostre per eum ex curia dicta Ore debebitur assignari, item exceptis promissionibus in litera Vrederunis, noverce sue, contentis, que sigillo dicte Vrederunis, Stephani, patrui sui, et sui ipsius est communita. Item adiectum est, quod, si Bertoldi sepedicti voluntatis esset, quod nos, .. nostros veros heredes .. nostrosque amicos de debitis curiam dictam Ore de iure tangentibus exonerare seu quitare vellet, extunc eidem Bertoldo tutelam prenarrate curie absque contradictione qualibet tenebimur assignare. Testes huius rei sunt Heydenricus Thorc, ecclesie cantor Suzatiensis, Euerhardus de Herborn, miles, Stephanus Thorc, Andreas et Godefridus fratres dicti Snap, Suederus, famulus, et quamplures fidedigni. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° decimo septimo, in vigilia Cecilie virginis.

Ausf., Perg., A von Plettenberg-Hovestadt Urk. Nr. 13, Siegel des Ausstellers (in Schildform, Bild: auf mit 12 Strichbalken belegtem Felde ein springender Löwe) abhängend.

1430

1317 November 22

Die Witwe Gertrud von der Trappen erhält einen Beglaubigungsbrief (Respektsbrief) nach Duisburg.

Anno Domini 1317 Gertrudis de Gradu, vidua, impetravit literam patentem versus Duseborg, pro qua fideiusserunt isti Gobelinus de Hillen, Henricus Kistemekere, Iohannes de Brakele et Thil. de Lon et Gertrudis, filia eius. Actum Cecilie virginis.

*Vermerk im Bürgerbuch (*liber civium*), Stadt A Dortmund, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 365, S. 253.*

1431

1317 November 24

Dietrich, Scholaster der Soester Kirche und wahrer Pastor der Alten Kirche[1] in Soest, erlaubt dem Soester Bürger Richard Suderland, vor dem Nöttentor[2] innnerhalb der Pfarrei der Alten Kirche für sein und seiner Eltern Seelenheil eine Kapelle zu errichten. Der Rektor der Kapelle hat dem Scholaster bzw. den Pfarrern an der Alten Kirche eine Rente von sechs Schillingen zu entrichten. Der Kölner Erzbischof Heinrich, der Dompropst als zuständiger Archidiakon und der Propst des Soester Stifts, Heinrich, haben ihre Zustimmung gegeben.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Theodericus, scolasticus ecclesie Susaciensis, verus pastor Veteris ecclesie ibidem, notum facimus et publice protestamur, quod, cum Richardus dictus de Suderlande, opidanus Susaciensis, pio motu affectu in divini cultus augmentum cappellam unam apud portam dictam Notenereporte in parrochia Veteris ecclesie nostre predicte suis stipendiis construere, fundare et dotare decreverit in sue et parentum suorum remedium animarum, nos huiusmodi pium desiderium suum in Domino commendantes et pro eo, ut id fiat sine nostro et ecclesie nostre Veteris predicte preiudicio, cooperari provide cupientes, salvis ipsi ecclesie nostre Veteri sex solidorum redditibus singulis annis nobis et .. successoribus nostris, plebanis Veteris ecclesie pro tempore existentibus per .. rectorem dicte cappelle pro dimidietate in quolibet festo Pasche et pro reliqua dimidietate in quolibet festo Michaelis persolvendis, quia consensum reverendi patris domini nostri domini Henrici, archiepiscopi Coloniensis, nec non domini .. prepositi maioris et archidyaconi Coloniensis seu vices suas in ipso archidyaconatu .. habentis atque viri et domini

venerabilis domini prepositi Susaciensis, dicte Veteris ecclesie patroni, ad premissa vidimus accessisse, nos eciam premissis nostrum consensum in hiis scriptis liberaliter adhibemus, prestantes ius patronatus ipsius cappelle apud dictum Richardum et suos posteros ac heredes debere perpetuis temporibus remanere. Et in huius rei testimonium presens scriptum sigillo venerabilium virorum dominorum nostrorum .. decani et capituli ecclesie Susaciensis predicte ad causam atque nostro sigillo proprio fecimus communiri. Et nos .. decanus et capitulum profitemur, quod ad peticionem dicti .. scolastici sigillum ecclesie nostre ad causam presentibus est appensum, premissa omnia, sicut provide facta sunt, approbantes. Actum et datum anno Domini M° CCC° decimo septimo, crastino Clementis pape.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 103a, Siegel ab; Druck: SUB II Nr. 572; Regest: REK IV Nr. 1011.

[1]) Petrikirche; [2]) an der westlichen Seite der Stadt.

1432

1317 November 20 Iserlohn

Engelbert Graf von der Mark überträgt den Bürgern zu Iserlohn die Hälfte der Einnahmen aus der Bierakzise oder den Bierpfennigen. Die Zustimmung zur Veränderung der Höhe der Akzise behält sich Graf Engelbert vor.

Nos Engelbertus comes de Marka recognoscimus et protestamur in hiis scriptis, quod nos cum consensu libero et bona voluntate dilectissime domine nostre domine Mechteldis cometisse de Marka et Adolphi, nostri filii primogeniti, nec non omnium nostrorum heredum legitimorum contulimus et erogavimus nostris opidanis perdilectis in Iserenlon ad utilitatem opidi nostri supra dicti mediam partem denariorum de servisia ibidem cedentium et venientium, qui berpenninge dicuntur in vulgari, recipiendam perpetue de servisia qualicumque. Et si nostri opidani prelibati pensionem denariorum iam dictorum augmentare vel minorare vellent, ipsorum velle irritum tenebimus et inane, nisi augmentatio vel minoratio presignata cum nostro vel nostri officiati in Isernlon fuerit facta. Ut autem hec nostra seu nostrorum heredum collatio et erogatio nostris opidanis sepedictis per nos et nostros heredes data et assignata a nobis nec a quocunque nostrorum successorum aliquo modo valeat infirmari, nostrum sigillum presentibus duximus apponendum in evidentius signum super eo. Acta sunt hec in Isernlon anno Domini M° CCC° decimo septimo, presentibus nostris famulis perdilectis Lamberto de Mulhusen, iudice in Isernlon, Hermanno de Wittene, Luberto de Narthove, Henrico de Wickede, Gotfrido monetario in Isernlon et Iohanne cellario in Altena, nec non pluribus testibus idoneis et fide dignis. Datum in die sancti Andree apostoli anno Domini prenotato.

Ausf. nicht zu ermitteln, Wiedergabe nach dem Druck bei von Steinen, Westphälische Geschichte I, S. 1038, Nr. 13; Druck: Iserlohner UB Nr. 14, S. 8.

1433

1317 Dezember 4

Hermann gen. Bolike überläßt im Tausch dem Kloster Benninghausen seinen Eigenhörigen Albert Wretebir.

Omnibus, quorum interest, presentia visuris et audituris ego .. Hermannus dictus Bolike notum facio per presentes .. Albertum cognomento Wretebir, qui ad me iure hominis proprii pertinere videbatur assignasse et condonasse in manus domine .. abbatisse et conventus in Benikinchusen quadam permutatione facta, quod de cetero in ipso nichil iuris poterimus vendicare. Et ut hec rata permaneant, sigillo fratris mei .. Iohannis feci communiri. Datum anno Domini M° CCC° XVII, Barbare virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 140, Siegel des Ausstellers (beschädigt, Bild: 2:1 Löwenköpfe ?) abhängend.

1434

1317 Dezember 7

Vor den Ratsherren zu Recklinghausen schenkt Margareta, die Tochter des Walbert Pelzmacher, für ihr Seelenheil der Meisterschen und dem Konvent der Beginen des Hauses Stovern in Recklinghausen eine Rente von drei Schillingen, die sie aus dem Haus des † Hildebrand Schneider gekauft hat. Von dieser Rente soll Elisabeth, die Schwester des Hermann Pelzmacher, auf Lebenszeit zehn Pfennige erhalten, die nach ihrem Tode an die Minoriten in Dortmund fallen werden. Zwei Pfennige sind für das Seelenheil der Margareta für Messen auszugeben.

Universis has literas presentes inspecturis et audituris nos consules opidi Rekelinchusen, nomine Conradus de Hillen, Everhardus de Westerhem, Conradus de Holthus, Růtgerus de Polshem, Iacobus de Via Lapidea, Gerhardus de Důrstene, Hinricus de Alta Domo, Lambertus de Sickelinc, Iohannes de Bachem, Everhardus Faber, Gerhardus, filius Frederunis in Domo Lapidea, Arnoldus, filius Udonis, Lambertus de Eclo et Bernhardus dictus Stůt, notum facimus publice protestantes, quod ad nostram presentiam veniens Margareta, filia Walberti Pellificis, opidani in Rekelinchusen, dedit in remedium anime eius .. magistre totique conventui Bagginarum domus Stoueren site in opido Rekelinchusen tres solidos denariorum in opido iam dicto usualium et dativorum iure perpetuo et hereditario persolvendos et dandos ex domo et area quondam Hildebrandi Sartoris, prout ipsa Margareta emit ex domo et area prenominatis. Sed eadem .. magistra et conventus Bagginarum pretacte domus Stoueren de hiis tribus solidis denariorum dabunt annuatim Elysabt, sorori Hermanni Pellificis, decem denarios ad tempus eius vite. Et post mortem ipsius Elisabet prenominate ipsa .. magistra ac conventus Bagginarum in prelibata domo Stoueren dabunt et presentabunt eosdem decem denarios singulis annis iure perpetuo fratribus existentibus in Tremonia de ordine Minorum ad elemosinam. Duos denarios etiam prenominate Baggine domus Stoueren in perpetuum singulis annis exponent pro salute anime ipsius Margarete predicte ad missas comparandas. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem ad preces utriusque partis sigillo opidanorum de Rekelinchusen hanc litteram presentem super premissis confectam fecimus roborari. Datum anno Domini M° CCC^mo^ decimo septimo, in crastino beati Nicolai episcopi.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III 781 (Beginen Recklinghausen), Siegel der Stadt (beschädigt) anhängend.

1435

1317 Dezember 7

König Eduard (II.) von England bestätigt den Kaufleuten des Königreichs Deutschland, die in der Stadt London ihr Gildehalle der Deutschen genanntes Haus haben, die ihnen von seinem † Großvater Heinrich und seinem † Vater Eduard verliehenen Privilegien.

Edwardus Dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Sciatis, quod, cum celebris memorie dominus Henricus, quondam rex Anglie, avus noster, per litteras suas patentes concessisset mercatoribus regni Alemannie, illis scilicet, qui habent domum in civitate Londonensi, que gildehalla Teutonicorum vulgariter nuncupatur, quod eos universos et singulos manuteneret et servaret per totum regnum suum in omnibus eisdem libertatibus et liberis consuetudinibus, quibus ipsi suis et progenitorum suorum temporibus usi fuerunt et gavisi, ipsosque extra huiusmodi libertates et liberas consuetudines non traheret nec trahi permitteret quoquo modo, ac bone memorie dominus Edwardus,

quondam rex Anglie, genitor noster, predictis mercatoribus graciam illam continuans, voluisset ipsos mercatores manuteneri et servari in omnibus eisdem libertatibus et liberis consuetudinibus, quibus ipsi suis et progenitorum suorum temporibus usi fuerunt et gavisi, concedendo eis, quod ipsos extra huiusmodi libertates et liberas consuetudines non traheret nec, quantum in ipso fuit, trahi permitteret ullo modo, nosque postmodum pro eo, quod dicte littere ipsius patris nostri de heredibus suis non faciebant mencionem, per quod ad premissa dictis mercatoribus observanda non tenebamur, de speciali gracia nostra concessissemus eisdem mercatoribus pro nobis et heredibus nostris, quod ipsi mercatores universi et singuli et eorum successores domum predictam in civitate predicta habituri in omnibus eisdem libertatibus et liberis consuetudinibus, quibus ipsi mercatores nostris et predicti patris nostri ac aliorum progenitorum nostrorum temporibus usi sunt et gavisi, manuteneantur imperpetuum et serventur, et quod ipsos mercatores extra huiusmodi libertates et liberas consuetudines non trahemus nec, quantum in nobis est, trahi aliqualiter permittemus, prout in litteris nostris patentibus eisdem mercatoribus inde confectis plenius continetur. Nos, volentes prefatis mercatoribus graciam facere ampliorem per finem, quem fecerunt nobiscum, concessimus eis pro nobis et heredibus nostris et hac carta nostra confirmamus, quod ipsi et eorum successores predictam dommum habituri imperpetuum infra regnum et potestatem nostram has habeant libertates, videlicet quod ipsi aut eorum bona seu mercimonia infra idem regnum aut potestatem pro aliquo debito, de quo fideiussores aut principales debitores non extiterint, nec pro aliqua transgressione facta seu facienda per alios quam per ipsos, non arestentur nec graventur et quod nos vel heredes nostri super ipsos aut eorum bona vel mercimonia custumam novam indebitam non ponemus, salvis nobis et heredibus nostris antquis prisis nostris, quodque ipsi per totum regnum nostrum de bonis et mercimoniis suis de pontagio, pavagio et muragio imperpetuum sint quieti, ita tamen, quod aliquem, qui de gilda ipsorum aule predicte non existat nec eius bona seu mercimonia de gilda sua esse, advocent ullo modo, sicut predictum est. Hiis testibus, venerabilibus patribus W., Cantuariensi archiepiscopo, tocius Anglie primate, J., Eliensi episcopo, thesaurario nostro, Bartholomeo de Badelesmere, Hugone Daudele iuniore, Willelmo de Monte acuto, senescallo hospicii nostri, Radevico de Gorges, Iohanne de Weston iuniore et aliis. Datum et per manum nostram apud Wyndesore, septimo die Decembris, anno regni nostri undecimo. Per ipsum regem ...

Drei Ausf., Perg., Stadt A Lübeck; Wiedergabe nach dem Lübecker UB 2.1 Nr. 356, S. 307.

1436

1317 Dezmber 14

Johannes, der Sohn des Volmar von Welver, verzichtet gegenüber dem Konvent des Klosters Welver aus dem Prämonstratenserorden[1] auf eine ihm vom Kloster geschuldete Rente von einem Malt Korn[2].

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, innotescat, quod ego Iohannes, filius Volmari de Weluere, proprio motu ac libero, non coactus nec conpulsus conventui ecclesie in Weluere ordinis Premonstratensis resignavi simpliciter et expresse usufructum unius malti annone, quam michi singulis annis debebant, siliginis videlicet et ordei, abrenuntians nichilominus omni actioni et iuri, si que vel quod contra predictum conventum in posterum mihi[a] competere potuisset. Et quia proprium sigillum non habui, rogavi honestum virum dominum Gotfridum, rectorem ecclesie in Euersberg, ut huiusmodi resignationis literam in veritatis testimonium suo sigillo roboraret. Et ego Got., rector ecclesie in Euersberg predictus, hanc resignationis et abrenuntiationis cartulam ad instantiam Iohannis, filii Volmari predicti, meo sigillo duxi sigillandam. Actum crastino Lucie virginis anno Domini M° CCC° decimo septimo coram viris honestis et providis Gotscalco, rectore ecclesie, Alberto dicto Wegele, proconsule, Theoderico de Medebeke et Hinrico Pistore, opidanis in Euersberg, Frederico de Susato et Conrado dicto de Brilon et aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 158a, Siegel des Ausstellers (oblong, Bild: Gottesmutter mit dem Kinde, darunter der Siegler mit erhobenen Händen vor dem Altar mit Kelch) abhängend.

[a]) Über der Zeile nachträglich eingefügt.
[1]) Irrtümlich für Zisterzienserorden; [2]) vergl. Urkunde von 1317 Juni 5.

1437

1317 Dezember 22

Heinrich von Rechede, Komtur des Johanniterordens in Horst[1], verkauft der Petronilla von Boenen, Nonne zu Flaesheim, den Hof thor Voyse[2], der nach ihrem Tode an ihre Verwandte Constantia und danach an das Kloster Flaesheim fallen soll. Petronilla stiftet eine Rente für eine Kerze bzw ein Ewiges Licht.

Universis presencia visuris et audituris nos frater Henricus de Rechede, commendator domus in Horst ordinis hospitalis sancti Iohannis Baptiste, notum facimus et tenore presencium protestamur, quod ex iussu et voluntate nostri .. magistri nec non ex consilio et voluntate fratrum domus in Horst predicte, videlicet fratris Everhardi, prioris, fratris Erenberti de Vifhusen, fratris Th. de Dungelen, fratris Conradi de Languede, fratris Florekini dicti Schenken, fratris Hermanni de Rechede, fratris Everhardi de Derne ceterorumque fratrum domus eiusdem domum dictam thor Voyse cum omnibus suis attinenciis et utilitatibus, prout sita est, Petronille dicte de Boyne, claustrali monasterii in Flarsem rite ac racionabiliter ac iusto tytulo vendicionis pro libero et quito predio vendidimus perpetue ac iure hereditario possidendam. Insuper prefata Petronilla ob salutem et remedium anime sue contulit ad monasterium in Flarsem de predicta domo tor Voyse trium solidorum redditus, cum quibus parabitur candela, que omni tempore, quo fiet elevacio corporis Christi, incendetur et ardebit, ut ei detur lumen indeficiens et sine macula perseverans. Post obitum vero prefate Petronille prememoratam domum tor Voyse Constancia, consanguinea eiusdem Petronille, habebit et possidebit. Qua defuncta sepedicta domus ad monasterium in Flarsem erit devoluta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC^mo XVII^mo, in crastino beati Thome apostoli.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A III (Flaesheim) Nr. 76, Siegel des Ausstellers anhängend; Rückvermerke: 1. (16. Jahrh.): erffkoep des gudes Voyse in kerspel van Datlen by Pelkum belegen, 2. (18. Jahrh.) Overkamp ietzo hat.

[1]) In Waltrop; [2]) Die Höfe des Klosters Flaesheim in der Bauerschaft Pelkum heißen (1660) Abbenhart und Hetter. Der dortige Hof Aufferkamp gehört dagegen den von Westrem (Burghardt, Vestisches Lagerbuch S. 93).

1438

[1317-1319][1]

Engelbert Graf von der Mark verkauft den Brüdern Johann, Lambert und Segebode gen. Wistrate, Bürger zu Dortmund, seinen Oberhof zu Schüren[2] mit dem Recht zum Steine- und Kohlebrechen sowie den betreffenden Ländereien um die alte Steinkuhle.

Diss jars mandags negst na Lucie hefft greve Engelbert van der Marke mit vulbart und gudem willen der edlen frauwen Mechelts, siner husfrauwen, Adolphi, Engelbertz und irer andern kinder verkofft den erbarn Johanni, Lamberto und Segeboden gebrodern Wistrate genant, burgers to Dortmunde, und iren erven curtem, dat ist eine hove ader hoff in aller gestalt, als sey in Schuren liggende gehat, dwelche wandage Andresen Scodt, burger to Dortmunde, gehorich gewest, so als de in holte, velde, torve, twigen, in stene- und kollenbrecken und lenderie – welch lenderie allenthalven umb der alden stenkulen gelegen – etc. vur ein durchslechtig guidt darselvest in und umb Schuren belegen, pro 130 marcis bonorum denariorum. Ist geschein in bysin Herman Fridags, Rotger Vosses, ritters, Johans van Brunkhusen, Henrich Ruters, ir dieners. Und in orkund der warheit gedachter grave Engelbert van der Mark sin siegel an den brief gehangen und to merer

befestung gebeden der tyt burgermeister der stat Dortmunde irer der stat siegel mit an den brief to hangen. Dat sie, die burgermeister, ouch folgens bekennen, dat sie ob bitt des gedachten Engelberti gravens van der Marke irer stat ingesiegel to merer befestung also mit an den brief gehangen hebn.

Abschrift des 16. Jahrh., in: Westhoff, Chronik, Stadt A Dortmund, S. 315; Druck: Dortmunder Beiträge 5, 1887, S. 4 (in niederdeutscher Sprache) und 25, 1918 S. 146 (in lateinischer Sprache mit dem abweichenden Datum 1319 Dezember 7); Regest: Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 522, S. 222.

[1]) Zur Datierung (1317 statt 1319) vergl. die Hinweise im Dortmunder UB, Erg. Bd.; [2]) südlich von Dortmund bei Aplerbeck.

1439

1318

(König Ludwig der Bayer) hat dem Grafen Engelbert von der Mark, einem Anhänger des Herzogs Friedrich von Österreich, alle Güter und Lehen des Reichs weggenommen und sie dem Grafen Dietrich (von Kleve) übertragen.

Cunctaque Engelberti comitis de Marka, fautoris Ffrederici de Austria, bona imperialia et feuda Engelberto ablata Theoderico contulit.

Notiz, Staatsbibliothek Berlin, Msc. boruss. quart 155, Bl. 71v.

1440

1318

Engelbert Graf von der Mark nimmt neben vielen anderen Fürsten an der gegen den Kölner Erzbischof Heinrich gerichteten Belagerung von Brühl teil[1].

Qua quidem tempestate cives Colonienses statim Coloniensi ecclesie semper adversantes capta oportunitate temporum presertim propter potenciam dicti Ludovici quarti imperatoris, qui contra Fredericum, suum coelectum ad regem, iam prevaluerat, eiusdem freti titulo confederatis sibi multis principibus, videlicet Iohanne rege Bohemie, Wilhelmo comite Hollandie, Iohanne de Hannonia, eiusdem fratre, Gerardo comite Iohanne rege Bohemie, Wilhelmo comite Hollandie, Iohanne de Hannonia, eiusdem fratre, Gerardo comite Iuliacensi, Adolpho comite de Monte, Iohanne comite Seynensi et Engelberto comite de Marcka, cum multis aliis post multas alias guerrarum fatigationes eundem Henricum archiepiscopum continue lacessitum ad ultimum in visceribus aggrediendo cum dictorum omni confederatorum auxilio castrum Bruele valida obsidione cinxerunt. Sed cum ipsi dictum castrum per quatuor fere menses obsedissent, propter loci vero munitionem et dicti archiepiscopi fortem resistenciam in captione castri proficere non potuerunt, intervenientibus tandem pactis ab obsidione sua frustrati intencione vacui recesserunt.

Wiedergabe nach Chronica presulum et archiepiscoporum Coloniensis ecclesie, hg. von Eckertz in den Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein, 2, 1857, S. 218; Text auch in REK IV Nr. 1034, Anm. 3.

[1]) Die anderen über das Ereignis berichtenden Quellen erwähnen die Teilnahme des Grafen von der Mark nicht. Nach REK IV Nr. 1034 ist sie zweifelhaft. In der Darstellung von Ennen, Geschichte der Stadt Köln (2, S. 289 ff), wird der Märker daher nicht genannt. Während er im allgemeinen stets im Lager der Gegner des Kölner Erzbischofs zu finden ist, zählte er ja nicht zu den Anhängern des Königs Ludwig.

1441

1318

Der Dompropst zu Münster, Godfried[1]*, gibt im Tausch dem Ritter Johann von Hoevel, seinem Amtmann zu Hiddinghof*[2]*, den zu diesem Amt gehörenden Hof zu Mecheln*[3] *und erhält dafür den Hof* Lodewikinch *in Westick*[4].

Nos Godefridus Dei gratia prepositus ecclesie Monasteriensis universis, ad quos presentes litere pervenerint, declaramus publice protestantes per easdem, quod de consensu et voluntate honorabilium virorum .. decani et .. capituli eclesie nostre predicte strenuo militi Iohanni de Houele, officiato nostro in Hiddinchofen, mansum to Mechelen pertinentem ad dictum officium, prout ad nos et ad ecclesiam nostram pertinet, cum suis attinentiis universis dedimus et damus per presentes, ab ipso et suis heredibus iure proprietatis perpetuo possidendum, recipientes ab eodem Iohanne mansum to Westerwich dictum Lodewikinch iusto permutationis titulo, quemadmodum situs est et ad eundem pertinuit, per nos et ecclesiam nostram iure proprietatis ad dictum officium annectentes, perpetuo possidendum, transferentes in ipsum et suos heredes ius, quod nobis competit vel competere possit in eodem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo capituli presentem literam fecimus roborari. Et nos .. decanus et .. capitulum ecclesie predicte in testimonium premissorum nostro et domini .. prepositi predicti sigillis presentia fecimus sigillari. Datum anno Domini M° CCC° decimo octavo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 475, Siegel des Dompropsts (vergl. WS 28,8, Bild: St. Paulus mit Schwert und Schild, darunter knieend der Siegler, daneben Arnsberger Adler und Jülicher Löwe, Legende: S. GODEFRIDI DE ARNESBERG PREPOSITI ECCLESIE MONASTERIENSIS*) mit Rücksiegel des Domkapitels zu Münster (WS 3,5) anhängend; Druck: Kindlinger, Beiträge I S. 385, Nr. 137, Regest: WUB VIII Nr. 1209.*

[1]) Geborener Graf von Arnsberg; [2]) Schulze Hiddinghof in der Bauerschaft Hinteler nordwestlich von Beckum; [3]) Bauerschaft südlich von Ahlen; [4]) westlich von Kamen.

1442

1318 Januar 5

Der Ritter Hermann von Plettenberg trägt dem Grafen von Waldeck seine Oberhöfe Echof[1] und Arnesdal auf und erhält sie als Lehen zurück.

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, innotescat, quod ego Hermannus de Plettenbragt, miles, ex permissione .. coniugis mee dilecte et omnium heredum meorum resignavimus nobili viro domino meo domino .. comiti de Waltecgge curtes meas dictas Echof et Arnesdal, suscipiens easdem ab eodem domino meo predicto tytulo homagii, ut sua nobilitas me meamque succedentem progeniem inter vasallos ipsius perpetualiter dignetur aggregare, tradens has patentes literas meo proprio sigillo sigillatas in testimonium premissorum anno Domini M° CCC° XVIII°, in vigilia Epiphania eiusdem.

Ausf., Perg., StA Marburg, Waldeck Urk. Nr. W 6739, Siegel ab; Druck (im Auszug): WUB IX Nr. 1653.

[1]) Nicht identifiziert. In Eversberg gab es immerhin Bürger mit den Namen Arnsdal (im Jahre 1317: SUB II Nr. 570) und Eickhoff (vergl. Bruns, Eversberg, Index).

1443

1318 Januar 21

Die Brüder und Knappen Heinrich und Wessel von Landsberg verzichten gegenüber dem Zisterzienserkloster Marienfeld gegen eine geringe Abfindungssumme auf alle Ansprüche auf den Hof Brockhof[1] im Kirchspiel Erwitte.

Universis presentia visuris et audituris nos Henricus et Wescelus de Landesberg, famuli, fratres, notum facimus et publice protestamur, quod nos a viris religiosis .. abbate et conventu monasterii Campi sancte Marie ordinis Cysterciensis, Monasteriensis dyocesis quadam summa pecunie ad instructionem amicorum nostrorum accepta renunciavimus ore et manu omni impetitioni, quod vulgariter ansprake dicitur, si qua nobis in manso dicto ton Broke, sita in parrochia Eruethe compeciit aut competere quocumque modo potuit omni

tempore in futurum. Huic facto pro testibus rogati astiterunt Renfridus de Fredereskerken, Renfridus de Eruethe et Louf de Lipperode, milites, Fredericus dictus Kuninc et Andreas, magistri consulum, ceterique consules opidi Lippensis ac plures alii fide digni. In cuius rei testimonium ego Henricus de Landesberg predictus sigillo meo, quo et ego Wescelus ad presens contentus sum, cum proprium non habeam, hanc paginanm sigillavi, et nos Renfridus de Fredereskerken, Renfridus de Eruethe et Louf, milites prefati, nos vero Fredericus et Andreas, magistri consulum, ac alii consules prelibati opidi Lippensis, quia huic resignationi pro testibus interfuimus, ex rogatu parcium sigilla nostra opidique prefati apposuimus huic scripto. Actum et datum anno Domini M° CCC° XVIII°, sabbato proximo ante Conversionem beati Pauli apostoli.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. I 106 (Kopiar des Klosters Marienfeld) Bl. 111; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 43, S. 199.

[1]) Nordwestlich von Erwitte.

1444

1318 Januar 21

Johannes gen. von Attendorn, Bürger in Werl, verkauft dem Kloster Wedinghausen aus seinem Hause eine Rente von sieben Schillingen.

Omnibus hanc literam visuris et audituris ego Iohannes dictus de Attenderne, civis Werlensis, notum esse desidero presentibus firmiter protestando, quod ex bona voluntate Alheydis, uxoris mee[a], puerorum heredumque nostrorum, prout nomina tenent, vendidi ex domo mea et ex integra hereditate mea adiacenti .. domino preposito et conventui ecclesie in Wedinchusen redditus septem solidorum denariorum legalium, quorum denariorum scilicet tres solidi dabuntur in festo Pasche, quatuor vero solidi solventur in festo beati Mychaelis, annuatim iure hereditario perpetue possidendos. In cuius rei firmum testimonium sigillum oppidi Werlensis ad petitionem nostram, videlicet partium utrarumque, presentibus est appensum, ne ulla cavillacio amplius oriatur de premissis. Datum et actum anno Domini M° CCC° XVIII°, in die beate Agnetis virginis, presentibus honestis viris Iohanne dicto Scolere, Theoderico de Hollinchove, proconsulibus, Emelrico Walen, Euerhardo Swinintholt, Conrado Nothliken, Brunone Rethliken, Henrico Kavold, Hunoldo Scelp, Iohanne Heynen, Thoma in Atrio, Hermanno Melkesterman, consulibus, Henrico Kreveth et aliis pluribus fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 102, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) abhängend; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 122 und Abschrift des 17. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 321 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209), Bl. 249.

[a]) Die beiden Worte „uxoris mee" über der Zeile eingefügt.

1445

1318 Januar 21

Henemann von Berdinch verkauft für acht Mark dem Dethard von Holthem, Bürger zu Werl, und dem Arnold, einem Knappen, drei Morgen Ackerlandes, genannt die Henemanns Kämpe, die nach fünf Jahren zurückgekauft werden können.

Omnibus hanc literam visuris et audituris ego H[eneman]nus[a] de Berdinch notum esse desidero presentibus firmiter protestando, quod [cum libera][b] voluntate .. uxoris mee, puerorum meorum necnon omnium heredum meorum, prout nomina tenent, vendidi Dethardo de Holthem, civi Werlensi, et Arnoldo, cuidam famulo, necnon omnibus heredibus eorum, prout nuncupantur, tria iugera agrorum, dicta Henemannes kempe, pro octo marcis legalium denariorum, tali adiecta videlicet conditione, quod ego[c] dictus Henemannus

aut mei heredes nominati dicta tria iugera reemere possumus pro octo marcis legalium denariorum post quinque annos inter festum beati Martini episcopi hyemalis et festum Nativitatis Domini, annos scilicet continue currentes, nulla obstante contradictione. Quod si non fecerimus, dicta tria iugera dicti Dethardus et Arnoldus ac eorum heredes iure hereditario perpetue possidebunt. In cuius rei firmum testimonium sigillum universitatis Werlensis ad petitionem nostram presentibus est appensum, ne ulla cavillacio amplius de premissis oriatur. Datum et actum anno Domini M° CCC° XVIII°, in die Agnetis virginis, presentibus discretis viris Iohanne dicto Scolere, Theoderico de Hollinchove, tunc magistris consulum, Emelrico Walen, Euerhardo Swinintholt, Conrado Nothliken, Brunone Rethliken, Hunoldo Scelp, Henrico Kavold, Iohanne Heynen, Thoma in Atrio, Hermanno Melkesterman, consulibus, Henrico Pelles, Arnoldo Berges, Theoderico Worthelen, Gerhardo de Holthem et aliis viris fide dignis.

Ausf., Perg., HStAD, Kurköln Urk. Nr. 252. Siegel der Stadt Werl (nach Beschädigung restauriert) abhängend.

[a]) Durch Stockfleck Text unleserlich, b) desgl.; c) Wort über der Zeile eingefügt.

1446

1318 Januar 22

Vor dem Edelherrn Simon zur Lippe gewähren die Lippstädter Bürger Gerhard und Rodolf von Münster dem Knappen Albert von Hoerde das Recht, die von ihm an sie verkauften Güter mit 100 Mark wiedereinzulösen.

Nos Symon nobilis vir dominus de Lippia et .. consules Lippenses notum facimus universis presentem literam visuris vel etiam audituris, quod coram nobis constituti Gerardus et Rodolphus, cives nostri Lippenses, dicti de Monasterio habito[a] consensu et voluntate suorum heredum plenam licentiam ac liberam dederunt facultatem Alberto de Hurde, famulo, Cunegundi, matri sue, ac eorum heredibus ea bona redimendi, que dictis civibus vendiderunt, secundum quod in litera[1] super hoc confecta dicti Alberti ac nostris[b] sigillis sigillata plenius continetur, redimendi quidem isto modo videlicet ipsa bona cum omni iure suo integraliter pro integrali summa pecunie centum marcarum, mediam partem eorundem bonorum pro media parte summe, quartam pro quarta et octavam pro octava, si precise et distincte infra octo dies ante festum Purificationis beate virginis et totidem dies post idem festum anno quocumque dictis Alberto suisque heredibus aut coheredibus visum fuerit expedire, dummodo de redditibus et obventionibus dictorum bonorum sit primitus satisfactum. Igitur in premissorum testimonium nos supradicti nobilis et consules sigilla nostra ad petitionem dictorum Gerardi et Rodolphi ac suorum heredum apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Frederico dicto Kuninc et Andrea dicto Hoppe, proconsulibus Lippensibus, Hermanno de Gutingen, Iohanne de Vsnen, Lodewico de Bochem, Werensone Serdone, Hermanno dicto Vinke, Hermanno de Bodrike, Hermanno de Hauekorst et aliis tunc consulibus Lippensibus ceterisque quam pluribus fide dignis. Datum crastino beate Agnetis martiris anno Domini M° CCC^mo^ decimo octavo.

Ausf., Perg., A von Bocholtz zu Hinnenburg, Störmede Urk. Nr. 63, Siegel des Edelherrn zur Lippe (Abbildung: Lipp. Regesten I, Tafel 18) und der Stadt Lippstadt (WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7) anhängend.

[a]) In der Vorlage „hibito"; [b]) aus „nostro" korrigiert.

[1]) Urkunde nicht bekannt.

1447

1318 Februar 1[1]

Graf Engelbert von der Mark schenkt dem Propst und Konvent des Prämonstratenserklosters Cappenberg die Patronatsrechte der Kirchen in Methler und Kurl, den Hof Middendorp[2] *und den Kotten* Claweshus *im Bruch im Kirchspiel Lünen.*

Universis presentes litteras inspecturis Engelbertus comes de Marka salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos nostre ac progenitorum et heredum nostrorum in perpetuum animarum salutis contemplatione necnon dilectionis et karitatis, quam erga religiosos viros prepositum et conventum ecclesie Capenbergensis Premonstratensis ordinis, Monasteriensis dyocesis, et eorum ecclesiam ex intimo corde gessimus et gerimus intuitu, et ut ipsi religiosi animarum progenitorum ac nostre uxoris et heredum nostrorum memoriam in die beati Vdelrici confessoris peragere cum devocione et sollempnitate debita teneantur, ipsis religiosis et eorum ecclesie conferimus, donamus et in ipsos et in eorum ecclesiam transferimus pure, sponte et simpliciter titulo donationis perfecte et, ut melius valere potest, consensu reverendi patris domini Adolphi, Leodyensis episcopi, Conradi, abbatis secularis[a] Tungerensis, Leodyensis dyocesis, fratrum nostrorum karissimorum, ac Metheldis, uxoris legitime, necnon Adolphi, Engelberti, Euerhardi, Metheldis, Ermegardis, Katherine, Richarde et Margarete, liberorum nostrorum, spontaneo accedente iura patronatus parrochialium ecclesiarum de Metlare et de Curlare, Coloniensis dyocesis, ad nos et progenitores nostros pertinentia, necnon mansum dictum Middendorp et casam dictam Claweshus in den Brůke, sitos in parrochia Lůnen, cum hominibus, iuribus et pertinentiis universis ab ipsis religiosis et eorum ecclesia in perpetuo tamquam sua tenenda, habenda et possidenda, promittentes bona fide et nichilominus nos et heredes nostros in perpetuum obligantes, quod ipsos religiosos et eorum ecclesiam in proprietate et possessione iurium patronatus, mansi ac case predictorum omniumque pertinentiarum nullo umquam tempore per nos aut alios inpediemus, perturbabimus, inpediri et perturbari permittemus, omni nobis, quod ad hoc, legis et canonis auxilio amoto penitus et excluso. In cuius rei testimonium has litteras nostro ac Conradi, fratris, nec non Methildis nostrorum sigillis in premissorum testimonium et perpetuam memoriam ipsis religiosis tradimus communitas. Rogavimus dominum Adolphum, Leodyensem episcopum, fratrem nostrum predictum, ut super consensu suo predictis religiosis suas litteras tradat seu sigilli munimine roboratas. Et nos Conradus, abbas secularis ecclesie Tungerensis Leodiensis dyocesis, frater, et Methildis, uxor legitima domini Engelberti coniugis predicti, recognoscimus nos in prefatam collationem, donationem et translationem iurium patronatus ecclesiarum predictarum nec non mansi et case prefatorum, prout superius est expressum, ob reverentiam dicti comitis necnon animarum nostrarum salutem sponte, liberaliter et ex matura deliberatione ac certa scientia consensisse et consentire et nos ratas habere et gratas in perpetuum in eorum testimonium sigilla nostra hiis litteris apponentes. Actum in festo beate Katherine virginis, presentibus fidedignis, videlicet Godefrido de Houele, canonico maioris ecclesie Monasteriensis, magistro Florino, canonico sancti Martini in Monasterio, magistro Gobellino de sancto Cuniberto et magistro Godefrido de Ruden, clericis Coloniensibus, Gobellino, plebano in Boyne, Iohanne, plebano in Altena, Conrado, plebano in Camene, item Theoderico de Volmestene, Gerwino de Rinkenrode, Engelberto, Conrado et Euerhardo de Herborne, Rotghero de Galen, Godefrido et Alexandro dictis Volenspit, Theoderico dicto Vrydach, Lamberto dicto Foghe et Walramo de Camene, militibus, Arnoldo de Metlen, Randolpho dicto Haken, Iohanne de Nehem, Brunone et Hartleuo dictis Pil, Hermanno de Vittene, Bertoldo de Susato, Hunoldo de Bredenbycke, Engelberto de Vresendorpe, Iohanne de Boche, Iohanne de Byginhoue et pluribus aliis ad hoc specialiter congregatis. Datum anno Domini millesimo tricentesimo octavo decimo, in vigilia Purificationis beate Marie virginis gloriose.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Cappenberg Urk. Nr. 46, Reitersiegel des Grafen von der Mark (nach Beschädigung restauriert, WS 11,1) mit Rücksiegel (WS 33,6), Siegel des Bruders Conrad (vergl. WS 33,6) und

der Mechtildis von der Mark (WS 38,9) anhängend; Druck: UB Lünen Nr. 140; WUB VIII Nr. 1218 (Auszug); Regest: REK Nr. IV 1020.

[a]) Zu ergänzen „ecclesie".

[1]) Zwischen der Rechtshandlung im November 1317 und ihrer Beurkundung lagen offensichtlich mehrere Wochen; [2]) in der Bauerschaft Alstedde nördlich der Lippe.

1448

1318 Februar 1

Heinrich und Rodolf gen. Butzel verkaufen dem Kloster Fröndenberg und seiner Äbtissin Jutta für 60 Mark weniger 18 Schillingen zwei Hausstätten und 42 Scheffelsaat Landes in Asseln[1] als Eigengut.

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, innotescat, quod[a] nos Henricus necnon Rodolfus dicti Bůtzel cum libera voluntate omnium fratrum nostrorum ac sororum nostrarum vendidimus assignando ecclesie beate Marie virginis necnon Iutten, tunc temporis ibidem abbatisse, atque toti conventui ibidem in Vrůndeberghe duas areas et quadraginta duo scepelsadel landes sita in Asle pro sexaginta marcis decem et octo solidis minus. Et ipsa vendidimus pro bonis, que vulgariter dicuntur dorslacheghen, atque sub mera proprietatis condicione sine omni inpugnacione et calumpnia, que communiter fieri posset, ab eadem ecclesia in perpetuum possidenda. Pro recta warandya constituimus eis fideiussores patrem nostrum Rodolfum dictum Bůtzel et Bernhardum de Bůsinc et Iohannem Sůnedach et Iohannem, filium Hugonis de Asle, et Randolfum de Asle, qui unanimiter promiserunt data fide Vnna oppidum intrare inde non exiendo, nisi predicte[b] in Vrůndeberghe, si aliquem defectum in premissis habuerint, fuerit satisfactum. Presentes fuerunt Gerhardus de Wittene, Rotcherus de Gladebecke, tunc temporis iudex, Albere et Gotfridus dictus Vos de Asle et Ludolfus in Foro, tunc temporis proconsul, aliique quam plures fide digni. Quia proprio sigillo caruimus ideo petivimus consules in Vnna et Gerhardum de Wittene, quod sigilla sua presentibus apponere dignarentur. Et nos consules in Vnna et ego Gerhardus predictus in huius rei testimonium sigilla nostra dignum duximus presentibus apponenda, anno Domini M° CCC^mo decimo octavo, in Purificacionis Marie vigilia.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 90, Bruchstück des Siegels der Stadt Unna (WS 73,1) und des Gerhard von Wittene (in Schildform, Bild: drei Rauten im Schildhaupt, anderer Typar als WS 201,2) anhängend.

[a]) In der Vorlage „quot"; [b]) d.h. ecclesie.

[1]) Westlich von Unna bei Unna-Massen und Dortmund-Wickede.

1449

1318 Februar 8

Edelherr Simon zur Lippe schließt mit dem Grafen Wilhelm von Arnsberg ein Bündnis. Von beiden Seiten sollen je zwei Freunde in einem Schiedsgericht und ein Obermann für den Fall von Auseinandersetzungen unter den beiderseitigen Freunden für ein Einvernehmen sorgen.

Nos Symon nobilis de Lippia universis presentes literas visuris seu audituris volumus esse notum, quod nos cum nobili viro domino Wilhelmo comite de Arnsberg, socero nostro dilecto, de maturo amicorum nostrorum consilio compromissionem seu confederationem fecimus, secundum quod cum domino Ludewico comite, patre suo pie memorie, quondam feceramus, firmiter tenendam omnibus temporibus vite, videlicet in hunc modum, quod sibi consiliis et auxiliis ad omnes actus sibi profuturos pro totis viribus nostris fraude et omni dolo malo exclusis assistemus et adherebimus bona fide contra quoslibet de mundo sibi bella seu discordias moventes vel alias in eum atrociter insurgentes. Item si quis secum, quod absit, seu aliquos de nostris amicis cum aliquibus de suis amicis contigerit discordare, extunc quilibet nostrum duos de suis amicis pro se eliget et unum superiorem hiis quatuor ambo concorditer eligemus, relinquentes eis plenam potestatem

huiusmodi discordiam sine ulla contradictione sopiendi seu reconsiliandi in amicitia vel in iure. In qua quidem reconsiliatione, si aliqua partium amicorum nostrorum hinc inde noluerit contentari, extunc nos ambo hanc partem relinquemus parti relique assistentes. Hec premissa sub sacramenti iuramento, manibus nostris positis super sacrosancta, et sub fidei datione recognoscimus nos promisisse per nos inviolabiliter observanda harum nostrarum testimonio literarum datarum sub sigillo nostro maiori presentibus appenso anno Domini M° CCC^mo decimo octavo, feria quarta post diem beate Agathe.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 1/920, Siegel des Ausstellers (Abbildung: Lipp. Regesten Bd. II Tafel 86) anhängend; Abschrift des 19. Jahrh., StAM, Msc. VII 239,3 (Zusammenstellung des Ignaz Theodor Liborius Meyer zur Succession in Rietberg); Druck: Wigands Archiv 7, Nr. 95, S. 192; WUB IX Nr. 1663; Regest: Lipp. Regesten II Nr. 636.

1450

1318 Februar 9

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren zu Menden verkauft Gertrud Muddepenning dem Propst und dem Konvent des Klosters Oelinghausen für ein Kapital von vier Mark eine Rente von vier Schillingen aus ihren Bauland genannten Äckern und ihrem Anteil an einem Garten.

Nos proconsules ac consules opidi in Mendene universis presentia visuris notum facimus publice protestando, quod Gertrudis dicta Muddepenningesche una cum Hermanno, filio suo, ac universis suis heredibus, quocumque iidem censentur nomine, religiosis personis[a] .. preposito et .. conventui monasterii in V̊linchusen quatuor solidorum reditus vendidit pro quatuor marcis legalium denariorum numerate pecunie penitus et solute de agris, qui dicuntur boulant, et de sua parte orti in festo beati Martini hiemalis singulis annis eisdem sine dilatione qualibet persolvendos, resignans nichilominus et transferens reditus predictos in manus dictorum .. prepositi et conventus cum heredibus suis antedictis coram nobis. Cuius rei testes sunt Thilemannus de Holthusen et Thilemannus de Hudinchusen, proconsules, Henricus de Vrilinchusen, Hermannus dictus Zelckere, Iohannes dictus Stir, Bertoldus dictus Luttekeman, Henemannus de Wideuelde et[b] Wicboldus Lanifex, consules in Mendene, Godefridus villicus curtis ibidem, Gerhardus de Vogedinch, Godefridus, filius Hermanni de Monte, Hennekinus de Hudinchusen, Franco, Euerhardus, preco, et Fredericus de Bertinchlo et alii plures fidedigni. Et ut premissa rata et inconvulsa semper permaneant, sigillum opidi nostri presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini M° CCC° XVIII° feria quinta proxima post Purificationem beate virginis Marie.

Ausf., Perg, StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 213, Siegel der Stadt Menden (WS 73,3) abhängend, Rückvermerk (15. Jahrh.): de quatuor solidis ... , qui pertinet ad hospicium*; Abschrift im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348, S. 183); Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 220.*

[a]) Korrigiert; [b]) über der Zeile nachgetragen.

1451

1318 Februar 20

Der Edelherr Wilhelm von Ardey billigt die Schenkung des Eigentums an einer Kornrente von einem Malt im Dorf Mawicke, die sein † Vater Wilhelm für sein Seelenheil dem Kloster St. Walburgis bei Soest überlassen hatte.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Wilhelmus vir nobilis de Ardeya notum facimus et publice protestamur, quod, cum bone memorie Wilhelmus, pater noster, proprietatem pensionis unius malti annone in villa Madewik monasterio sancte Walburgis apud Susatum pro remedio anime sue contulisset, prout hoc litere sue lucide protestantur, nos id, quod pater noster in hac parte fecit, infringere nolentes quo-

quo modo factum ipsius ratificamus et approbamus et promittimus firmiter, quod nos et posteri nostri ac heredes monasterium prefatum et personas ipsius super pensione et proprietate prefata nunquam verbis aut factis infestabimus, sed plane conferimus ipsi monasterio omne ius, quod nobis in perpetuum conpetere poterit in pensione et proprietate memorata, dantes .. preposito et conventui dicti monasterii has literas nostras sigillatas in testimonium et firmitatem perpetuam super eo. Actum et datum anno Domini M° CCC° decimo octavo, feria secunda ante Cathedram Petri, presentibus Alberto, vicario Susatiensi, Richardo, presbitero, Henrico Balke, Theoderico Hemmenere et Wernero Vriol ac aliis.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 66, Bruchstück des Siegels (WS 39,7) abhängend; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest), Bl. 75v der 2. Zählung.

1452

1318 Februar 23

Der Ritter Craft von Grafschaft weist seinem Schwiegersohn Walter von Derne gen. Vrie und seiner Tochter Jutta eine Rente von fünf Mark aus der Vogtei zu Adenborn[1] an.

Sicut ferrum rubigine consumitur et lapides vetustate difficiunt, sic res geste labuntur a memoria, nisi litteris conscribuntur. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri, ad quos presentes pervenerint, quod nos Crafto miles dictus de Graschaf et Nesa, nostra legitima, accedente consensu unanimi et voluntate benivola Iohannis, filii nostri, et aliorum indifferenter heredum assignavimus et per presentes favorabiliter assignamus Waltero de Derne dicto Vrie, dilecto filiastro nostro, et Iutte, dilecte filie nostre, eius legitime, ipsorumque heredibus universis utriusque sexus quinque marcas reddituum in pace possidendas et percipiendas singulis annis in perpetuum in festo sancti Mychaelis archangeli in advocatia nostra in Adynburne vel super aliis bonis nostris seu redditibus quibuscumque, que vel qui dictum Walterum, nostrum filiastrum dilectum, et Iuttam, predictam nostram filiam, ipsius uxorem, ipsorumque heredes utriusque sexus de quinque marcis reddituum supradictis cautos facere poterint et securos, sic tamen, ut, quandocumque eisdem Waltero vel sue legitime supradicte seu ipsorum heredibus, ut premissum est, quinquaginta marcas denariorum Colonie bonorum et legalium, tribus dumtaxat hallensibus pro quolibet denario numeratis, simul presentabimus et eosdem plenarie pagabimus, de eisdem extunc pensio quinque marcarum antedicta sine qualibet ipsorum contradictione ab eisdem erit libera et soluta. Si autem, quod absit, super defectu dicte pensionis, ut premissum est, ipsos nostra pignora, sicut licite facere poterunt et sine omni nostra offensa, in dicta advocatia vel ubicumque rapere vel capere contingeret vel utique oporteret, expensas occasione dicte inpignorationis notorie factas ad defectum dicte pensionis tam de facto quam de iure computare et requirere poterunt et debebunt, dolo, fraude et malicia qualibet cessantibus in premissis. Ut autem hec firma permaneant et iugiter inconvulsa, has[a] litteras nostras ipsis damus sigillo nostro una cum sigillo domini Theoderici de Bilsteyn fideliter communitas. Et nos Theodericus de Bilsteyn omnia premissa vera esse profitemur et sigillum nostrum ad preces dicti Craftonis, militis, nobis factas presentibus appendimus in testimonium veritatis. Datum in vigilia beati Matye apostoli anno Domini M° CCC° XVIII°.

Ausf., Perg., A Sayn-Wittgenstein zu Berleburg, Urk. Nr. 71, Reitersiegel des Edelherrn von Grafschaft (WS 15,2) und Sekret des Edelherrn Dietrich von Bilstein (Helm) anhängend.

[a]) In der Vorlage „haas".

[1]) Wüstung bei Berleburg (vergl. WUB VII Nr. 2220 und 2576).

1453

1318 März 8 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln erteilt seinem Bruder Everhard von Virneburg, Landkomtur Westfalens (commendatori generali terre Westfalie ordinis Hospitalis beate Marie Ierusolymitane) *die Vollmacht, mit Herzog Lupold von Österreich und Steiermark und mit anderen über die vollständige oder teilweise Rückzahlung der Schulden des Königs Friedrich zu verhandeln, für den sie sich bei ihm verbürgt hatten, und die entsprechenden Quittungen auszustellen.*

Ausf., Perg., Haus-, Hof- und StA Wien, Siegel ab; Druck: MGH, Constitutiones V Nr. 482, S. 394; Regest: REK IV Nr. 1026.

1454

1318 März 15 Straßburg

Eberhard von Virneburg, des Deutschen Ordens Landkomtur in Westfalen (dez ordens vom Tutschen hus lantcomentur ze Westfaln) *bekundet, im Auftrag des Erzbischofs von Köln, seines Bruders, beim Herzog Leopold von Österreich* (Lupolt von O^{e}sterich) *und anderen Bürgen, die Schuldner des Kölner Erzbischof sind, 3000 Mark Silber erhalten zu haben, die er in Straßburg erlegt hat, wo der Erzbischof seinerseits Verpflichtungen hatte. Den Rest der Schulden wollen der Herzog und die Bürgen in jährlichen Raten innerhalb der nächsten sieben Jahre abtragen. Gegeben zu Straßburg 1318 März 15* (an der mitwochen nach sand Gregorien tag).

Ausf., Perg., HStA München, Tirol. fürstl. A Innsbruck Nr. 5, Siegel ab; Druck: MGH, Constitutiones V, S. 394, Nr. 483).

1455

1318 März 26 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln überläßt seinen Ministerialen Werner von Aplerbeck auf dessen Wunsch der Äbtissin des Stifts Essen und erhält dafür Hermann, den Sohn des Hermann von Vogelheim, als Ministerialen der Kölner Kirche.

Universis in perpetuum presentes literas visuris et audituris nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, notum facimus, quod ad supplicationem Wernheri de Apelderbeke, ministerialis nostri, affectantis tytulo concambii ex certis et legitimis causis fieri ministerialis ecclesie Assindensis, eundem a iure ministerialitatis seu fidelitatis, quibus nobis et ecclesie nostre hactenus astrictus fuit, absolvimus per presentes et eidem ad ipsam ecclesiam Assindensem transferimus pro ministeriali ibidem habendum, recipientes viceversa a venerabili Beatrice, abbatissa ecclesie Assindensis predicte, Hermannum, filium Hermanni de Vogelheim, suum et ecclesie Assindensis ministerialem, per eam a iure ministerialitatis, quo ecclesie Assindensi tenebatur, modo simili absolutum, et ad ecclesiam nostram Coloniensem per ipsam pro ministeriali translatum pro Wernhero supradicto in ministerialem nostrum et ecclesie nostre, ne ex eiusdem Wernheri translatione ecclesie nostre fidelium numerus minuatur, presertim cum de paritate huiusmodi concambii nobis sit facta fides. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Bunne anno Domini millesimo CCC^{mo} decimo octavo, crastino Annuntiationis beate virginis.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 290, Siegel des Erzbischofs (stark beschädigt) anhängend; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 117 S. 158; Regest: REK IV Nr. 1032.

1456

1318 März 30

Erzbischof Heinrich von Köln gibt seine Zustimmung zur Schenkung des Patronatsrechts der Kirchen zu Methler und Kurl durch den Grafen Engelbert von der Mark an das Kloster Cappenberg.

Nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis presentes litteras visuris et audituris notum facimus, quod propter Deum precipue et ad supplicacionem nobilis viri Engelberti comitis de Marka, fidelis nostri, nec non Mectildis comitisse de Marka, eius uxoris legitime, ac venerabilis patris domini Adolphi, Leodiensis episcopi, et Conradi, prepositi Wůrmaciensis, fratrum dicti comitis, collacioni, donacioni et translacioni iurium patronatus de Metlere et de Curlere ecclesiarum nostre dyocesis in .. prepositum et .. conventum monasterii Cappenbergensis Monasteriensis dyocesis propter Deum et salutem animarum dicti comitis et suorum progenitorum per eundem comitem et comitissam coniuncta manu et fratres predictos factis, prout littere super hoc sub sigillis comitis, comitisse, domini Leodyensis .. episcopi et Conradi predictorum confectis sigillatis continentur, nostrum consensum presentibus litteris adhibemus, nostro, subditorum nostrorum et aliorum quorumcumque iure suo in eisdem ecclesiis salvo, dantes has nostras litteras nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo. Datum feria quinta post dominicam Oculi anno Domini millesimo CCC^{mo} decimo octavo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Cappenberg Urk. Nr. 47, Siegel ab; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 45, S. 39; Regest: WUB VIII Nr. 1238; REK IV Nr. 1033.

1457

1318 April 3 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln gewährt allen, die die Benediktskapelle in Dortmund zur Andacht, zum Beten oder bei einer Wallfahrt aufsuchen, einen Ablaß von 40 Tagen, bestätigt aber nicht den Ablaß seiner Amtsbrüder[1], weil darin die Spenden der Baukasse der Kapelle und der Beleuchtung zugute kommen und nicht der Baukasse des Kölner Doms und der Kirchen in der Stadt Köln.

Henricus Dei gratia Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Indulgentiis a venerabilibus fratribus nostris, quibus hec litera est transfixa, concessis, prout ipsi eas contulerunt, ut, qui capellam sancti Benedicti in Tremonia causa devotionis, orationis vel peregrinationis, prout ipsa litera exprimit, frequentaverint aut accesserint, nostram adhibemus voluntatem presentibus et consensum. Preterea omnibus vere penitentibus et confessis, qui premissa fideliter peregerint, quadraginta dies auctoritate nostra de iniunctis eis penitenciis relaxamus. Eas tamen indulgentias, quas ratione largitionum fabrice capelle predicte aut luminarium ac aliorum, que in ipsa indulgencie litera subsecuntur, minime confirmantes, cum ex hoc gloriose fabrice nostre Coloniensis ecclesie posset preiudicium generari, quam excellentiori[a] indulgentiarum prerogatam volumus ceteris ecclesiis et oratoriis nostre civitatis et dyocesis anteferri. Datum Bunne crastino dominice Letare, anno Domini M° CCC° XVIII°.

Transfix zur Urkunde von 1300, von dieser aber separiert, Stadt A Dortmund, Siegel ab, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 366, S. 253, Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 523; REK IV Nr. 1038.

[a]) Der nicht mehr nachprüfbare Text würde verständlicher durch das Einfügen des Worts „concessione" oder Ersetzung von „excellentiori" durch „excellentia".

[1]) Vergl. Urkunde: Dortmunder UB I Nr. 278.

1458

1318 April 3 Eckwarderbrück

Richter und Volk des Rüstringerlandes laden die Handel treibenden Bürger der Stadt Osnabrück und aller Städte Westfalens zum Jahrmarkt in Blexen an der Weser zum 1. Mai ein und sichern freies Geleit zu.

Viris prudentibus et honestis .. scabinis, .. consulibus civitatis Osnaburgensis aliarumque omnium civitatum et oppidorum per Westfaliam iudices et populus terre Rustringhie, quicquid possunt obsequii et honoris. Ad forum nostrum annuale, quod in festo apostolorum Philippi et Iacobi in oppido nostro Blekete super Weseram sito habere decrevimus, omnes vestros cives negotiari volentes sup plena securitate et personarum et rerum vocamus, dummodo rebus et personis salvis veniant terminos intra nostros. Pro quorum testimonio sigillum nostrum est appensum. Datum Ekwertherbrughe anno Domini M° CCC° XVIII°, secunda feria proxima post Letare.

Ausf., Perg., StA Osnabrück, Urk. Nr. Dep 3 a 1 (Depositum Stadt Osnabrück) VII Nr. 62, Siegel ab; Druck: OUB VI (Stadt Osnabrück) Nr. 200; Regest: Hans. UB II Nr. 315.

1459

1318 April 6 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln teilt dem Dechanten des Dekanats Hagen und den Rektoren der Kirchen in Schwelm, Radevormwald, Breckerfeld, Voerde, Volmarstein, Wengern, Boele und Berchum mit, Priorin und Konvent des Klosters Elsey hätten sich bei ihm beklagt, sie würden durch den Grafen Dietrich von Limburg im Besitz von zwei Oberhöfen zu Elsey bedrängt. Der Erzbischof fordert die Adressaten auf, den Grafen anzuhalten, von seinem Vorgehen abzulassen oder gegebenenfalls seine Ansprüche vor dem Erzbischof darzulegen.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, decano christianitatis in Hagen, in Swelme, in Rode, in Breykeluelde, in Vorde, in Volmerscheyn, in Weynegerne, in Bůle et Bergheym ac universarum ecclesiarum rectoribus, ad quos presentes litere pervenerint, Coloniensis dyocesis salutem in Domino. Ex parte dilectarum nobis in Christo .. priorisse et conventus in Eylze nostre dyocesis nobis extitit intimatum, quod licet ipse a quadraginta annis et ultra curtes duas in Elze possederint et in earum possessione per hec tempora fuerint iusto titulo et bona fide, pacifica et quieta, tamen vir nobilis Theodericus comes de Lymborg se de bonis dictarum curtium intromittit minus iuste, asserens progenitores suos non posse dictas curtes alienare de comitia et dominio supradicto et huius occasione dictum conventum impedit et molestat, quominus ipse possessionem ipsarum curtium gaudere valeant libere et quiete, colonos, agricolas et censitos de cultura et agricultura earum curtium expellendo in ipsius conventus gravem iniuriam et iacturam. Quare habentes ad nos recursum petiverunt sibi a nobis super huiusmodi lesione humiliter subveniri. Nos igitur, qui iura subditorum nostrorum et maxime ecclesiarum et monasteriorum tenemur pro viribus defensare, cupientes huiusmodi iniurias via iuris reprimere et ita aliis facere iustitiam, quod ius alterius non ledamus, vobis et cuilibet vestrum sub pena suspensionis districte precipiendo mandamus, quatinus, prout requisiti fueritis, dictum Theodericum comitem moneatis, ut infra septem dies post vestram monitionem de molestatione dicti conventus, intromissione et occupatione dictarum curtium desistat ipsumque conventum prefatis curtibus utifrui permittat libere et quiete nec ipsi conventui occasione huiusmodi de cetero lesionem aliquam inferat vel gravamen et illata gravamina revocet et restauret cum effectu aut infra dictum monitionis terminum causam rationabilem coram nobis pretendat, si Bůnne fuerimus, alioquin coram nostro officiali pretendat, quare ad premissa minime teneatur. Alias ipsum, quem nos propter hoc in hiis scriptis excommunicamus, excommunicatum in vestris ecclesiis publice volumus nuntiari, intimantes eidem comiti, quod, nisi premissa curaverit effectualiter adinplere, nos contra ipsum secundum sta-

tuta Coloniensis ecclesie contra occupatores et intromissores ecclesiarum et rerum ecclesiasticarum cito procedemus, sed in pena huiusmodi infligenda nobilitati sue parcimus, quo ad presens. In hiis exequendis unus vestrum alium vel alios non exspectet. Reddite literas sigillatas in signum executionis vestre facte. Datum Bůnne anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, feria quinta post dominicam Letare.

Ausf., Perg., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A zu Rheda, Abteilung Limburg, Urk. Nr. 20, Siegel des Erzbischofs anhängend, zwei weitere Siegel unkenntlich; Regest: REK IV Nr. 1040 (mit abenteuerlicher Indentifizierung der Orte).

1460

1318 April 9

Heinrich gen. Mast, Bürger in Rüthen, verkauft dem jungen Kleriker Johannes gen. Boving eine ihm zustehende Rente von drei Schillingen aus dem Haus und der Hausstätte des Rüthener Bürgers Johannes gen. Cudden.

Notum sit omnibus presencia visuris et audituris, quod ego Henricus dictus Mast, opidanus in Ruden, de consensu Elyzabet, uxoris mee, ac omnium meorum heredum bona voluntate pro quadam pecunie summa mihi totaliter persoluta in contractu venditionis assignavi et assigno per presentes discreto iuveni Iohanni, clerico, dicto Bouinc perpetuam trium solidorum denariorum in Sosato legalium pensionem, quam habui ex domo Iohannis dicti Cůdden, opidani in Ruden, et ex area domus antedicte. Que pensio ipsi Iohanni ad usus suos solummodo vel alteri, cui ipse eam dederit vel vendiderit, perpetuo singulis annis dabitur duobus terminis, videlicet pro medietate in festo Pasche et pro reliqua medietate in festo beati Mychaelis. Et in horum testimonium, cum proprio caream sigillo, petivi presens scriptum sigillis dictorum Gerhardi de Ruden et Frederici de Sassendorp, militum, roborari, quod nos, milites predicti, testamur fore verum. Presentes erant Henricus Waldradis, Hermannus, eius frater, Iohannes Nothellinc, iudex, Iohannes Predicator, Thidericus et Gerwinus, fratres Iohannis antedicti. Datum anno Domini M° CCC^{mo} decimo octavo, dominica, qua cantatur Iudica.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Bredelar Urk. Nr. 166, Siegel des von Ruden (WS 188,1) und des von Sassendorp (WS 214,1) abhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): Isti redditus assignati sunt et donati domino .. abbati monasterii in Breydelar, ut memoria mei Iohannis apud ipsos perpetue fiat et peragetur; Druck: WUB IX Nr. 1678; Regest: UB Bredelar Nr. *193.*

1461

1318 April 9

Johannes Durehaver verkauft dem jungen Kleriker Johannes gen. Boving eine Rente von drei Schillingen aus der Hälfte seines Hauses in Rüthen.

Ego Iohannes dictus Durehauere recognosco et testor in hiis scriptis, quod de consensu et bona voluntate omnium heredum meorum pro quadam pecunie summa mihi totaliter assignata in contractu venditionis assigno et assignavi discreto iuveni Iohanni dicto Bouinc, clerico, perpetuam trium solidorum denariorum legalium in Sosato pensionem singulis annis duobus terminis, videlicet pro medietate in festo Pasche et pro reliqua medietate in festo beati Mychaelis, predicto Iohanni solummodo vel alteri, cui eam dederit vel vendiderit, ex mea dimidia domo et eius attinenciis, sita in Ruden, expedite persolvendam. Et quandocumque terminum vel terminos huiusmodi solutionis ad octo dies supersedero, dabo pensionem predictam duplicatam pro termino sic neglecto. Et huiusmodi pensionis solutio ad omnes meos in dicta dimidia domo successores in forma premissa extendetur perpetuis temporibus duratura. In quorum omnium testimonium ad preces meas et heredum meorum sigilla dominorum Gerhardi de Ruden et Frederici de Sassendorp, militum, pre-

sentibus sunt appensa, quod nos, milites predicti, recognoscimus esse verum. Actum presentibus Iohanne Nothellinc, iudice, Hermanno et Henrico Waldradis, Iohanne Predicatore, Thiderico et Gerwino, fratribus Iohannis antedicti. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo octavo, dominica, qua cantatur Iudica.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Bredelar Urk. Nr. 167, Siegel des von Ruden (WS 188,1) und des von Sassendorp (WS 214,1) abhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): Istos redditus dedi et assignavi domino .. abbati et .. conventui monasterii in Breydelar, ut mei memoria apud ipsos perhenniter habeatur; *Druck: WUB IX Nr. 1679; Regest: UB Bredelar Nr. 194.*

1462

1318 April 14

Die Ratsherren zu Dortmund bekunden, daß die Provisoren des Hl. Geist-Hospitals in Dortmund von Hermann von Unna, Bürger zu Wisby, einen Acker bei der Tölnerpforte in der Größe von 1 1/2 Scheffelsaat gekauft hätten. Dieser Acker sei dem Gerard von Dodorpe auf Lebenszeit überlassen worden. Nach dessen Tode soll der Ertrag den Wallfahrern auf dem Weg nach Aachen zugute kommen.

Nos consules pro tempore Tremonienses notum facimus universis aperte protestantes, quod discreti viri et domini Hermannus de Redinchusen et Thidemannus de Lunde, provisores domus hospitalis Sancti Spiritus Tremoniensis, emerunt rite et racionabiliter a Hermanno de Unna, cive Wisbicensi, agrum quendam aput portam Tholnariam iacentem, unam mensuram siliginis cum dimidia seminationis tempore capientem, pro sex marcis usualium denariorum numerate sibi pecunie et solute. Quem agrum Gerardo de Dodorpe, exhibitori presentium, ad vite sue tempora contulerunt. Nam ipso defuncto, quidquid reddituum de dicto agro provenerit, in nullos alios usus preterquam ad refectionem peregrinorum versus Aquas transeuntium ob salutem anime eiusdem Gerardi eternaliter convertetur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum secretum recognoscimus a tergo presentibus litteris applicasse: Actum et datum mense Aprili die Tyburcii anno Domini M° CCC° XVIII°.

Ausf., Perg. Stadt A Dortmund, nur noch Rest des auf der Rückseite aufgedrückten kleinen Siegels vorhanden; Urkunde 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 521, S. 224.

1463

1318 April 17

Die Brüder Heinrich, Johann und Heidenreich, Söhne des † Ritters Johannes von Plettenberg, teilen der Äbtissin und dem Konvent des Klosters Drolshagen mit, sie seien von ihrem Oheim väterlicherseits, dem Ritter Hermann von Plettenberg, informiert worden, daß ihr Vater dem Kloster für die Aufnahme und den Unterhalt ihrer Schwester Guda 24 Mark angewiesen habe. Die Brüder versprechen, diese Summe zu entrichten, wenn sie die ererbten Güter erlangt hätten.

Nos Henricus, Iohannes et Heydenricus fratres, nati quondam domini Iohannis de Plettenbracht, militis, significamus vobis honeste matrone domine .. abbatisse et conventui monasterii in Drolshagen quod per dominum Hermannum, patruum nostrum de Plettenbracht militem, et alios amicos nostros expediti sumus et experti, quod idem pater noster pro[a] receptione et sustentatione Gůde, sororis nostre, viginti quatuor marcas vobis assignavit, quas vobis libenter et benivole persolvemus, quam primum bona nostra hereditaria poterimus adipisci, rogantes, ut dictam .. sororem nostram, sicut decet, favorabiliter pertractetis. Hoc cupimus deservire, quod vobis sub sigillo mei Henrici predicti presentibus appenso duximus intimandum. Datum anno Domini M° C°C°C° decimo octavo, feria secunda post Ramos palmarum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Drolshagen Urk. Nr. 13, Siegel des Heinrich von Plettenberg (im Bild: gespaltener Schild) abhängend, Rückvermerk (15. Jahrh.): etlich geldtrent zu Plettenbergh.

[a]) Dahinter Rasur bzw. dadurch entstandene Lücke.

1464

1318 April 19[1]

Adolf Graf von Holstein-Schaumburg überläßt seine Ministerialin Gertrud, die Tochter des Knappen Lambert von Bottrop, dem Stift Essen.

Nos Adolfus Dei gracia comes Holzatie et in Scowenborch tenore presencium recognoscimus publice protestando, quod Gerthrudim, filiam Lamberti famuli dicti de Borthdorp, ecclesie in Essende mulierem ministerialem, dimittimus per presentes, que nobis iure ministerialium dinoscebatur pertinere, nostrorumque heredum legitimorum arbitrio plenius accedente. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini M° CCC° XVIII°, in die Leonis pape.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 275, Siegel ab.

[1]) Leo I = 11. April, Leo IX = 19. April.

1465

1318 April 28

Der Offizial des Kölner Dompropsts und Archidiakons teilt dem Pfarrer in Rüthen mit, für die zu seinem Archidiakonat gehörende Kirche zu Altenrüthen, die zur Zeit durch den Verzicht des Bruders Gerwin, einst Propst zu Oelinghausen und Rektor dieser Kirche, unbesetzt sei, sei Bruder Rutger, Propst zu Oelinghausen, vom Propst Lutbert des Benediktinerklosters in Grafschaft, der angebe, er sei der Patron dieser Kirche, präsentiert worden. Der Offizial trägt dem Pfarrer auf, dies an drei Terminen vor dem Volk in der Kirche zu verkünden und eventuelle Mitinteressenten aufzufordern, ihre Ansprüche vor dem Offizial anzumelden.

.. Officialis .. prepositi et archidyaconi Coloniensis .. plebano in Ruden salutem in Domino. Cum ad ecclesiam de Aldenruden nostri archydyaconatus vacantem ad presens per liberam resignationem fratris Gerwini, quondam prepositi monasterii in Olinchusen, rectoris eiusdem ecclesie, frater Rutgerus, prepositus dicti monasterii in Olinchusen, per Lutbertum, abbatem monasterii in Grascap ordinis sancti Benedicti, asserentem se patronum dicte ecclesie nobis tamquam archidiacono loci presentatus existat dictusque presentatus petat se ad ipsam ecclesiam admitti et se investiri de eadem, nos volentes ipsi .. abbati et dicto presentato facere iusticiam, sic quod ius alterius cuiuscumque, si quis forte fuerit, non ledamus, vobis mandamus, quatenus ad ipsam ecclesiam de Aldenruden accedentes in eadem ecclesia de huiusmodi presentatione proclamacionem publice presente populo tribus vicibus per intervalla trium dierum feriatarum faciatis, citantes peremptorie omnes et singulos, si qui sunt, qui sua viderint et crediderint interesse, ut feria secunda proxima post festum beati Seruacii hora prime coram nobis compareant ad docendum de interesse eorum et se opponendum et experiendum, si voluerint, cum intimatione, quod sive venerint sive non, nos circa presentationem dicti fratris Rutgeri faciemus, quod postulat ordo iuris. Quid autem in premissis feceritis, nobis per vestras literas sigillo vestro sigillatas annexis presentibus rescribatis. Datum feria sexta proxima post festum beati Marci ewangeliste anno Domini M° CCC° decimo octavo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 214, Siegel des Offizials und des Pfarrers in Rüthen (Bild: Lamm mit Kreuzfahne) abhängend, mit Transfix von 1318 Mai 11; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 221.

1466

1318 Mai 1

Erzbischof Heinrich von Köln teilt dem Dechanten des Dekanats Hagen und den Pfarrern in Schwelm, Radevormwald, Breckerfeld, Voerde, Volmarstein, Wengern, Boele und in Berchum sowie allen Rektoren der Kölner Diözese mit, Graf Dietrich von Limburg habe trotz Mahnung nicht abgelassen, das Kloster Elsey in dessen Oberhöfen zu Elsey zu bedrängen und sei auf Ladung nicht zu seiner Rechtfertigung erschienen. Daher habe er ihn exkommuniziert. Der Erzbischof fordert die Adressaten auf, dies in ihren Kirchen zu verkünden. Das Interdikt wird zunächst noch nicht verhängt.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, .. decano christianitatis in Hagen, in Swelme, in Royde, in BreyklUelde, in Vorde, in Volmensteyne, in Weynegerne, in Bůle et in Berghem .. plebanis ac[a] universis ecclesiarum rectoribus Coloniensis dyocesis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Cum nos iam pridem nobilem virum Theodericum comitem de Lymberg moneri per vos et quemlibet vestrum, prout requisiti essetis, fecerimus, ut infra septem dies post monitionem eandem de bonis et agris ad monasterium, .. priorissam et .. conventum in Elze spectantibus se contra iustitiam ulterius non intromitteret et ab occupatione et detentatione desisteret eorundem et ablata restitueret, prout in littera monitionis nostre plenius continetur, aut infra dictum monitionis terminum causam pretenderet rationabilem coram nobis Bunne, si essemus, vel coram .. officiali nostro Coloniensi ibidem, cui in hac causa specialiter commisimus et presentibus committimus vices nostras, quare ad premissa minime teneretur, alioquin ipsum comitem excommunicavimus et excommunicatum per vos mandavimus publice nuntiari. Verum quia idem comes monitioni[b] et mandatis nostris non paruit et ab occupatione dictorum bonorum ecclesiasticorum non abstinuit et infra terminum prefatum causam rationabilem minime pretendebat, exigente iustitia excommunicationis sententiam, quam dictus comes incidit, contra ipsum duximus agravandam. Et quamquam contra eundem comitem ad interdictum locorum iuxta rigorem statutorum Coloniensis ecclesie contra occupatores rerum ecclesiasticarum editorum, ut ex nunc procedere possemus, tamen sperantes eius contumaciam in patientia vincere, misericorditer agere decrevimus cum absente, interdictum, quo ad presens, ommittendo vobis et cuilibet vestrum sub pena suspensionis ab officio districte precipiendo mandamus, quatenus eundem comitem cum omnibus, qui eidem assistunt et cooperantur in detentione et occupatione dictorum bonorum, cuiuscumque status, conditionis aut preeminentie extiterint, quorum nomina sciveritis vel scire poteritis, alios vero in genere excommunicatum et excomunicatos singulis diebus dominicis et festivis candelis extinctis et campanis pulsatis in vestris ecclesiis infra sacra missarum sollempnia, dum maior ibidem populi multitudo fuerit congregata, auctoritate nostra publice et sollempniter nuntietis. In hiis vero exequendis unus vestrum alium seu alios non expectet. Reddite litteras sigillatas. Datum crastino Quasi modo geniti anno Domini M° CCC° decimo octavo.

Ausf., Perg., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A Rheda, Abteilung Limburg Urk. Nr. 21, Sekretsiegel des Erzbischofs anhängend; Regest: REK IV Nr. 1043.

[a]) In der Vorlage „ad"; [b]) in der Vorlage „monitione".

1467

1318 Mai 4 Münster

Die Städte Münster, Osnabrück, Soest und Dortmund erneuern ihr am 6. April 1312 geschlossenes Bündnis auf weitere sechs Jahre:

1. Der Herr einer Stadt soll jeweils in seinen Rechten nicht beeinträchtigt werden, wenn er seinerseits die ihm untergebene Stadt und andere Städte in ihren Rechten nicht bedrängt.

2. Wenn ein Landesherr sich in einer der Städte mit Pferden, Proviant und sonstigem für eine Heerfahrt gegen eine der anderen Städte ausrüsten will, darf die betreffende Stadt ihn nicht unterstützen. Sie hat vielmehr seine Absichten den anderen Städten mitzuteilen.

3. Wenn ein Landesherr, Edelherr, Ritter oder Knappe eine der Bündnisstädte mit Raub, Brandstiftung oder Gefangennahme bedrückt und sich nach begangener Tat aus dem betreffenden Lande entfernt, hat jede der anderen Städte sich zu bemühen, daß der Übeltäter tot oder lebendig der geschädigten Stadt überstellt wird. Wenn dafür nach Vereinbarung eine Belohnung ausgelobt wird, hat die Hälfte der Summe die geschädigte Stadt zu entrichten, während die andere Hälfte von den anderen Städten aufgebracht wird.

4. Wenn ein Landesherr oder Burgherr gegen eine Stadt mit Gefangennahme, Brandstiftung oder Raub vorgeht oder einen Täter in der Burg aufnimmt, hat die nächstgelegene Stadt darüber umgehend Mitteilung zu machen. Sie hat den Herrn aufzufordern, innerhalb von 14 Tagen die Gefangenen freizugeben, das geraubte Gut herauszugeben, den Schaden zu ersetzen und sich vor Gericht zu rechtfertigen, wobei gegebenenfalls dem Herrn ein Kaution gestellt wird. Wenn er diesem Verlangen nicht nachkommt, wird dies als feindliches Verhalten betrachtet und man wird gegen ihn vorgehen.

5. Wenn durch das gewalttätige Vorgehen eines Herrn gegen eine der Städte eine Fehde entsteht und die bedrohte Stadt die anderen schriftlich um Rat und Hilfe bittet, wird jede der Städte den Herrn auffordern, innerhalb von 14 Tagen von seinem feindlichen Vorgehen abzulassen und zu einem Verhandlungstag bereit zu sein. Wenn er dies verweigert, hat jede Stadt, sobald sie dazu aufgefordert wird, innerhalb von acht Tagen zehn Bewaffnete zur geschädigten Stadt zu schicken. Letztere wird diese dann auf ihre Kosten versorgen. Den Weg werden sie jedoch auf eigene Gefahr auf sich nehmen. Wenn die Fehde sich länger hinziehen und größere Ausmaße annehmen sollte, werden die Städte zusammenkommen, um über geeignete Maßnahmen zu beraten.

6. Wenn die Städte einer anderen Bewaffnete zur Hilfe schicken, wird im Falle eines Sieges und beim Anfall von Gefangenen die betroffene Stadt zwei Drittel des Lösegeldes erhalten, die übrigen Städte das restliche Drittel.

7. Wenn eine Stadt angegriffen wird, kann die entstandene Fehde auch von einer anderen Stadt aus geführt werden, wenn diese günstiger gelegen ist. Die angegriffene Stadt hat dabei aber die doppelte Zahl an Bewaffneten zu stellen wie die übrigen drei Städte. Die Stadt, von der die Fehde aus geführt wird, hat ihre Bewaffneten selber zu versorgen. Die Leute der übrigen beiden Städte werden von der Stadt, von der die Fehde ausgeht, unterhalten werden. Der Bewaffnete, der mit einem ausgebildeten Streitroß dient, soll pro Woche eine Mark erhalten. Der Knappe, der nur mit Harnisch kämpft, soll pro Woche eine halbe Mark bekommen. Die von den übrigen Städten gestellten Bewaffneten dürfen nur auf gemeinsamen Beschluß heimkehren.

8. Wenn eine Stadt belagert wird, haben die übrigen Städte sich umgehend zu beraten und dafür zu sorgen, daß die belagerte Stadt ohne Verzug entsetzt wird. Wenn sie dies nicht direkt erreichen können, haben sie den Belagerer und seine Helfer in anderer Weise mit aller Kraft zu bekämpfen, indem sie dessen oder deren Lande verheeren. Jede Stadt hat sich so einzusetzen, als ob sie selber angegriffen wäre. Wenn für die Befreiung einer Stadt einem Herrn eine Geldsumme versprochen werden muß, hat die bedrohte Stadt die Hälfte aufzubringen, während die andere Hälfte von den anderen Städten getragen wird. Wenn eine Stadt beschuldigt wird, diese Vereinbarung insgesamt oder zum Teil verletzt zu haben, kann sie sich durch den Eid von vier Personen, die dem Rat angehören müssen, rechtfertigen. Wenn ihr das nicht gelingt, hat sie jeder der Bündnisstädte 100 Mark zu zahlen, wobei der Vertrag selber gültig bleibt.

9. Wenn ein Bürger aus den genannten Städten beschuldigt wird, gegen die Vereinbarung insgesamt oder zum Teil verstoßen zu haben, und durch das Zeugnis von zwei rechtschaffenen Männern überführt wird, hat er der Stadt, in der er wohnt, zehn Mark und ein Fuder[1] Wein als Buße zu entrichten. Wenn er nicht über-

führt wird, kann er sich durch einen dritten Eideshelfer rechtfertigen. Die Abgesandten der Städte sollen zu vier Terminen im Jahr zusammenkommen, um die Lage zu beraten.

In nomine Domini amen. Nos .. iudices, .. scabini, .. consules et universi burgenses civitatum et oppidorum Monasteriensis, Osnaburgensis, Sůsatiensis et Tremoniensis omnibus presentes literas inspecturis notum facimus, quod nos propter communem utilitatem omnium nostrum nos ad invicem confederantes in presentem confederationis formam pariter concordamus ipsamque pro singulis eius clausulis compromittimus prestito iuramento ac data fide nos inviolabiliter observaturos.

(1) Volumus itaque, quod quilibet dominus cuiuslibet civitatis gaudeat per omnia iure suo nec in eo impediatur a civitatibus ullo modo, dummodo civitatem sibi subditam et predictas alias civitates gaudere faciat iure suo.

(2) Item dum aliquis magnatum seu dominorum terre ad expeditionem faciendam se munire intendit in aliqua civitatum predictarum equis, victualibus aut aliis necessariis, nec civitas illa nec quisquam de civibus ibidem illi domino aut eius auxiliaribus subveniet aliqualiter in premissis vel in aliquo premissorum illaque civitas providebit et precavebit omni, qua poterit, diligentia bona fide, quod talis expeditio in dampnum alicuius civitatum predictarum minime se extendat. Intimabit etiam eadem civitas singulis aliis civitatibus prenotatis, quod talis dominus se ad expeditionem ceperit preparare.

(3) Item si aliquis dominus terre, nobilis, miles vel famulus aliquam civitatem predictarum spoliis, incendiis, captivitatibus aut aliis iniuriosis gravaminibus pregravarit et gravamine perpetrato a terminis profugus se subtraxerit, omnes prefate civitates omni dolo excluso fideliter laborabunt, ut malefactor ille vel in morte vel in vita civitati, cui dampnum intulit, presentetur. Et si pro presentatione illius pecuniam promitti vel dari contigerit, dimidietatem huiusmodi pecunie illa civitas, cui malefactor ille dampnum intulit, dabit et persolvet, dimidietate altera ab aliis civitatibus persolvenda, talisque datio pecunie vel promissio non aliter fiet, nisi de consilio et assensu aliarum civitatum predictarum.

(4) Item si aliquis terre vel castri dominus aliquam civitatum predictarum infestaverit captivitatibus, incendiis aut rapinis seu aliquem malefactorem vel malefactores in castro suo seu munitionibus receperit vel detinuerit, civitas illa, que huiusmodi terre vel castri domino est propinquior, quam cito hoc intellexerit, per bonos suos nuntios et literas absque mora monebit et moneri faciet illum dominum bona fide, quod captivum seu captivos super iusta placita quitum seu quitos eroget et remittat, ablata restituat seu illata restauret et emendet, exhibita nichilominus et prestita illi domino sufficienti cautione, si opus fuerit. In qua relique due civitates equaliter persistent, quod illi domino seu suis a civitate illa, quam principaliter tangit negotium, super incusandis ius vel amicitiam fieri facient et plenarie procurabunt. Idemque terre vel castri dominus huiusmodi, [si][a] acquiescere noluerit, intimabitur extunc eidem ex parte civitatum predictarum, quod in hoc inequaliter et minus rationabiliter contra civitates procedere videatur, et de hoc neccessitate compellente querimonias eas facere oporteat, ubicumque potuerit et fuerit oportunum.

(5) Item si ex iniuriosa infestatione, quam aliquis magnatum in aliquam civitatum vel oppidorum exercuerit, prelium exortum fuerit, civitas, cui hoc incumbit, si directis literis suis poposcerit ab aliis civitatibus consilium et iuvamen, quelibet civitas magnatem illum literis suis monebit, ut infra quindenam ab iniuriosa infestatione illius civitatis desinat et desistat ac iusta placita recipiat ab eodem, alioquin civitatem illam in iure suo deserere non debebunt. Qui, si monitus obtemperare rennuerit, extunc quelibet civitas infra octo dies, postquam requisita fuerit, decem viros armatos transmittet in illam civitatem, cum necessitas imminet et incumbit. Et si maior necessitas imminuerit, ad requisitionem illius civitatis quelibet civitas huiusmodi armatorum numerum duplicabit. Quos armatos illa civitas, quam principaliter tangit negotium, expensis suis, cum ad ipsam venerint, procurabit. Viarum vero pericula in transitu quelibet civitas per se supportabit. Si autem prevalente iniuriantis seu iniuriantium violentia idem prelium ulterius se extenderit, extunc civitates conve-

niant et tractatu inter se habito ad hoc fideliter intendent, qualiter illi civitati, cui imminet necessitas, subveniant consiliis et auxiliis oportunis.

(6) Item si reliquas civitates in aliquam civitatum predictarum armatos mittere contigerit dictisque armatis ibidem existentibus ope et opera eorundem illi civitati, quam tangit negotium, de inimicis Deus victoriam dederit, ita quod inimicos seu quosdam ex eis capi contigerit, illa civitas, quam principale tangit negotium, duas partes captivorum seu exactionum ex ipsis provenientium optinebit, parte tertia reliquis civitatibus permanente, bonaque captivorum in conflictu acquisita inter armigeros eo iure, quod butinge dicitur, proportionaliter dividentur.

(7) Item si aliquam de predictis civitatibus inpugnari contigerit et si ex aliqua civitate contra inpugniatorem prelium poterit commodius exerceri, illa civitas ratione commoditatis admittat, quod ex ea exerceatur prelium alterius civitatis et auxiliatores de aliis civitatibus provenientes, qui erunt ibi sub expensis illius civitatis, quam causa tangit, suscipiet favorabiliter ac benigne ipsis consiliis et auxiliis assistenda. Illa etiam civitas, quam principale tangit negotium, tanto armatorum numero per se, quanto relique tres civitates perfrete ibidem perfruentur, ita quod duplum numerum habeat armatorum. Illa quoque civitas, ex qua exercetur prelium, in propriis erit expensis; duarum vero aliarum civitatum homines civitas, quam tangit negotium, procurabit. Insuper expense armatorum moderabuntur hoc modo, quod cuilibet armatorum habenti dextrarium coopertum dabitur septimanatim una marca, armigero vero cum torace erit dimidia marca ministranda, nec a civitate, ex qua prelium exerceri contigerit, discedent armati ad propria redeundo, nisi de consilio illius civitatis et civitatum hoc faciant aliarum.

(8) Item si aliquam de prenotatis civitatibus obsideri contigerit, relique civitates habito inter se quantotius consilio modis omnibus, quibuscumque poterunt, ad hoc intendent fideliter, ut ab obsidione absque mora illa civitas liberetur. Quod si huiusmodi intentionem suam aliter explere nequiverint, obsessorem illius civitatis et alios, qui consilio et auxilio assistunt, totis viribus impugnabunt, ipsos in rebus et personis incendiis et rapinis ac aliis modis, quibuscumque poterunt, devastantes et hanc inpugnationem ultro octo dies a primo die obsidionis, si prius non poterit fieri, non tenebunt aliquatenus in suspenso. Et quelibet civitas ad hoc adeo ardenti animo intendet ac si ipsam causa tangeret principalis. Quod si forte pro liberatione illius civitatis alicui magnati, nobili, militi vel famulo ab aliis civitatibus pecunie promitti aut dari contigerit, dimidietatem illius civitas, quam tangit negotium, dabit et persolvet, dimidietate reliqua ab aliis civitatibus persolvenda. Insuper quacumque violenta iniuria alicui predictarum civitatum illata fuerit, illam relique civitates cum ea et ei equaliter supportabunt et quelibet civitas posse suo resistet et vindicabit, tamquam specialiter tangat ipsam, secundum tamen formam superius annotatam. Ceterum si aliqua predictarum civitatum ab aliis civitatibus super violatione forme huiusmodi compromissionis vel alicuius partis eius incusata fuerit, illam civitatem quatuor, qui pro tempore de consilio fuerint, expurgabunt prestito iuramento. Si autem emendare suam neglegentiam potius quam expurgare decreverit, illa civitas cuilibet civitati sibi confederate centum marcas denariorum dare tenebitur pro emenda, confederatione huiusmodi nichilominus in suo robore duratura.

(9) Item si aliquis civium predictarum civitatum contra presentem confederationis formam vel aliquam partem eius venisse incusatus et duorum proborum virorum testimonio convictus fuerit, ille civitati, in qua manet, tenebitur ad emendam decem marcarum et carrate vini, pro quibus relevandis nullus hominum intercedet, ita tamen dummodo per publicam enuntiationem premissorum factam in civitate, qua manet, scire potuerit, quod ipse talia, de quibus culpatur, debuerit evitare. Si autem convinci not poterit, sicut superius est expressum, ipse assumptis expurgatoribus fide dignis tertia manu se expurgabit, et talis expurgatio admittetur. Statuimus insuper, quod civitates predicte per bonos suos nuntios quater in anno conveniant quatuor in anni temporibus infrascriptis, videlicet in octava Nativitatis beati Iohannis Baptiste et in octava beati Michaelis, item in octava Circumcisionis Domini et in octava Pasche, super premissis et aliis, que emerserint, tractatum

et colloquium habiture. Quod si nuntios civitatum vel aliquos ex ipsis in conveniendo impediri vel capi contigerit, omnes civitates predicte hoc sibi attrahant et totis viribus vindicabunt. Nulla igitur civitatum predictarum sine consilio reliquarum prelium aliquod instaurabit.

In testimonium igitur premissorum et robur firmitatis presentem paginam super eo confectam sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri, presentibus post sex annos minime valituris, antiqua tamen confederatione in suo robure perpetuo valitura. Actum Monasterii anno Domini M° CCC° XVIII°, feria quinta post octavas Pasche.

1. Ausf., Perg., StA Osnabrück, Dep. 3a1 IV, Urk. Nr. 210, alle vier Siegel anhängend; 2. Ausf., Perg., Stadt A Soest, mit starken Beschädingungen, Siegel der Stadt Soest ab; 3. Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, am Ende des Zweiten Weltkriegs vernichtet; Druck: Friderici-Stüve, Geschichte der Stadt Osnabrück. 1816, S. 218 ff. (mit einigen Fehlern); OUB VI (Urkundenbuch der Stadt Osnabrück), S. 146; Regest: WUB VIII Nr. 1248, Dortmunder UB I Nr. 367, S. 254, Hans. UB II Nr. 318, S. 133.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.

[l]) Ein Fuder mit mindestens sechs Ohm zu je 15 Litern, d.h. also etwa 90 Liter.

1468

1318 Mai 7

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren der Stadt Werl verkauft der Werler Bürger Johannes Pil mit Zustimmung seiner Frau Hadewigis und seiner Kinder Johannes, Friedrich, Gerhard, Christina und Gertrud eine Rente von einer Mark aus seinem Haus und seiner Kammer, gelegen beim Haus des Scrivere, an die neun Rektoren der alten Altäre in der Stiftskirche von (St. Patrokli) zu Soest. Die Rente ist zu zwei Terminen im Jahr, zur Hälfte zu Michaelis und zur anderen Hälfte zu Ostern zu bezahlen. Das Haus ist nur mit einer Abgabe von einem Pfennig an den alten Oberhof zu Werl belastet und darf sonst nicht beschwert werden. Zeugen: Dietrich von Holdinchove und Hermann Bars, Bürgermeister, Arnold Knopeken, Bruno Retlike, Rotger Paschen, Hermann von Melkestere, Gerhardus Zimmermann (Carpentarius)*, Hermann Tegghe, Johannes Poneyr, Conrad Egenbolt, Heinrich Krevet, Rotger Menrici, Heinrich Prosekese, Hermann, Sohn des Everhard von Thunen, Gerhard vom Brunnen* (de Puteo) *und Heinrich von Steyne, Ratsherren zu Werl. Ankündigung des Stadtsiegels. Datum 1318 Mai 7* (crastino Iohannis ante portam Latinam).

Ausf., Perg., lat., A des Altertumvereins Paderborn in der Theodorianischen Bibliothek, Siegel ab; Regest: Stoewer, Inventar Nr. 53, S. 58.

1469

1318 Mai 11

Jacob, Pfarrer in Rüthen, teilt dem Offizial des Kölner Dompropsts und Archidiakons mit, er habe sich auftragsgemäß zur Kirche in Altenrüthen verfügt, dort dreimal im Abstand von drei Tagen die Proklamation verkündet und alle die, die ein Interesse an der Kirche zu Altenrüthen zu haben vermeinten, vor den Offizial geladen.

Honorabili viro domino .. officiali .. prepositi et archidiaconi Coloniensis Iacobus, plebanus in Ruden, reverentiam et honorem. Noveritis, quod ego secundum mandatum vestrum, cui presens carta transfigitur, accessi ad ecclesiam in Aldenruden et proclamationem publice presente ibidem populo tribus vicibus per intervalla trium dierum feci de ecclesia in Aldenruden et citavi coram vobis omnes et singulos, si qui fuerint et sua viderent et crederent interesse, ut feria secunda proxima post festum Seruacii hora prime comparere debeant ad docendum de interesse eorum et se opponendum et experiendum, si vellent, cum intimatione in ipsis literis vestris contenta. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno M° CCC° XVIII°, feria quinta post festum Gordiani et Epimachi martirum.

Transfix an der Urkunde von 1318 April 28, StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 214, Siegel des Pfarrers abhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 222.

1470

1318 Mai 15

Der Offizial des Kölner Dompropsts und Archidiakons überträgt die Pfarrei in Altenrüthen dem Propst in Oelinghausen, Rutger, und beauftragt den Propst von Rumbeck, diesen in den Besitz der Kirche einzuführen.

.. Officialis .. prepositi et archidiaconi Coloniensis viro discreto .. preposito in Rumbecke salutem in Domino. Cum presentato nobis viro discreto fratre Rutgero, preposito monasterii in Olinchusen, a venerabili viro Lutberto, abbate monasterii in Grascap, ad ecclesiam in Aldenruden nostri archidyaconatus, vacantem ex libera resignatione fratris Gerwini, ipsius ecclesie rectoris, ad collationem et presentationem dicti .. abbatis, quociens eam vacare contigerit, spectantem, ut dicitur, citari fecerimus peremptorie publice in ecclesia de Aldenruden predicta ad feriam secundam proximam post festum beati Seruacii hora prime, si qui essent, qui sua viderent et crederent interesse, ostensuros de interesse suo, facturos et recepturos ultra quod iustum esset, sicut in instrumento nostro super hoc confecto plenius continetur, nec quisquam contra dictum Rutgerum sufficienter expectantem comparuerit, nos omnes et singulos, si qui sunt, iudicamus in hiis scriptis contumaces, et ipsum Rutgerum ad eandem ecclesiam admittentes curam animarum et custodiam reliquiarum eiusdem ecclesie et parrochie comittimus eidem tenore presentium literarum, mandantes vobis, quatenus ipsum fratrem Rutgerum vice et auctoritate nostra in corporalem possessionem eiusdem ecclesie inducatis, precipientes parrochianis eiusdem ecclesie, ut ipsi tamquam eorum vero rectori in omnibus reverenter obediant et intendant sibique de fructibus et redditibus eiusdem ecclesie respondeant temporibus debitis et consuetis, cum intimatione, quod contradictores et rebelles, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam compescemus facta executione. Reddite literas sigillatas. Datum feria secunda predicta, anno Domini M° CCC° decimo octavo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 215, Siegel des Offizials (fast unkenntlich) und des Propstes von Rumbeck (im Bild: in gotischem Maßwerk Maria mit dem Kinde, darunter der betende Siegler) anhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 223.

1471

1318 Mai 25

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren der Stadt Werl erklärt der Knappe Wilhelm Drakenhol, er habe dem Kloster Fröndenberg Unrecht zugefügt, indem er Ansprüche auf zwei Morgen Ackerlandes beim Dorf Uffeln[1] erhoben hätte.

Omnibus hanc literam visuris et audituris nos Theodericus de Hollinchove, Hermannus dictus Bars, proconsules, Henricus Prosekese, Bruno dictus Rethlike, Iohannes Půnyr, Henricus de Steyne, Rutgherus Passe, Conradus Egenbold, Henricus Kreueth, Arnoldus Knopeke, Rutgherus Menrici, Gerhardus de Puteo, Hermannus Noweke, Hermannus Tecghe, Gerhardus Carpentarius, Hermannus Melkesterman, consules Werlenses, recognoscimus presentibus firmiter protestantes, quod Wilhelmus dictus Drakenhol, bone nationis famulus, coram nobis sanus et incolumis constitutus profitebatur se iniuriam fecisse .. domine abbatisse et conventui religiosarum dominarum ecclesie in Vrondeberg in duobus iugeribus agri sitis iuxta villulam Vflen nuncupatam. Quare, si dictus Wilhelmus aliquam inpetitionem de dictis agris habet vel habuerit, ipsam inpetitionem coram nobis contulit beate Marie virgini gloriose, promittens in presentia nostra, si dictis .. domine abbatisse et conventui ecclesie dominarum predictarum inpetitio seu aliqua molestia ingruerint ex parte agrorum memoratorum, ipsas quitas[a] efficere ac indempnes de inpetitione qualicumque, si eciam debeat omnia

bona sua obligare. Et ut hec premissa firma maneant et inconvulsa, presentem literam sepedictis .. domine abbatisse ac conventui ecclesie sepedicte contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum et actum anno Domini M° CCC° XVIII°, in die beati Vrbani pape et martiris, presentibus discretis viris et honestis domino Hermanno de Penthelinch, milite, Wilhelmo de Borbenne, bone nationis famulo, Iohanne dicto Scolere, Euerhardo dicto Swinintholt, coopidanis nostris, ac aliis viris fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 91, Siegel ab.

[a]) Wort irrtümlich doppelt geschrieben.

[1]) Östlich von Werl.

1472

1318 Juni 1 Godesberg

Der Kölner Erzbischof Heinrich billigt den (dem Stift Fröndenberg) gewährten Ablaß und fügt 40 Tage hinzu.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, salutem in Domino sempiternam. Indulgentias venerabilium patrum patriarche, .. archiepiscopi et .. episcoporum, quibus presens cedula est transfixa, prout rite sunt concesse, ratas habemus atque gratas de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, meritis et auctoritate confisi quadraginta dierum indulgentias superaddentes eisdem in eadem forma, qua indulgentie huiusmodi sunt concesse. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Gudensberg anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, prima die Iunii.

Transfix an der Urkunde von 1317 November 20, Pfarr A Fröndenberg.

1473

1318 Juni 8

Wessel von Erwitte, seine Söhne Rodolph, Gobelin und Renfrid, sowie Rodolph und Wessel, die Söhne des Rodolph, sowie Cunegundis, die Tochter des Johannes gen. Vriegreve von Usnen, leisten auf alle Ansprüche auf die von ihnen vor längerer Zeit an das Zisterzienserinnenkloster Benninghausen verkauften Güter Beckhof[1], zu Ostdorp[2] und zu Stirpe[3] Verzicht.

Coram universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos Wescelus de Eruethe et Rodolphus, Gobelinus et Renfridus, eius filii, nec non Rodolphus et Wescelus, filii dicti Rodolphi, et Cunegundis, filia Iohannis dicti Vriegreue de Vsnen recognoscimus et protestamur publice, quod nos pro nobis et nostris heredibus tam presentibus quam futuris renunciavimus et per presentes renunciamus omnibus iuri et impetitioni, que nobis aut cuiquam nostrum coniunctim vel divisim competebat seu competere videbantur quoquo modo in bonis dictis thor Beke, in bonis thome Ostdorpe et in bonis sitis in Stederdorpe ac omnium dictorum bonorum pertinentiis. Que quidem bona religiose persone, domine abbatissa et conventus monasterii sanctimonialium in Benekinchusen ordinis Cystersiensis erga nos rite ac rationabiliter olim emptionis titulo comparaunt et per spacium annorum triginta et duorum vel eo amplius possederunt. Unde ad maiorem securitatem et cautelam promittimus dictis claustralibus, quod, si quis ipsis quicumque etiam aliquam in dictis bonis faceret inpetitionem, nos nostrique heredes in perpetuum vellemus et volumus ac tenemur eis de eisdem bonis iustam facere warandiam. Preterea promittimus, quod contra premissa vel premissorum aliqua non veniemus per nos vel per alium sive per alios ingenio sive causa, de iure vel de facto. Ceterum dictos[a] claustrales ab omni causa, que animo concipi potest, clamavimus et dimisimus ac in hiis scriptis dimittimus quitos prorsus et solutos. Unde in premissorum testimonium ac perpetui roboris firmitatem ego Wescelus supradictus sigil-

lum meum pro me et dictis heredibus meis una cum sigillis honestorum virorum .. consulum Lippensium, domini Renfridi dicti[b] Stenule et domini Hermanni de Ludinchusen dicti Wulf, militum, apposui huic scripto. Actum presentibus Iohanne Gyselberti et Rodolpho de Monasterio, proconsulibus, Henrico de Cleye, Alberto dicto Denteke, Ludolpho de Geseke, Th. dicto Kolehorn, Hermanno de Sancto Trudone, Iohanne Gote, Conrado de Hethus, Machorio Rubco, Iohanne de Geseke, Iohanne Goldekint, Iohanne de Lancgeneke, Dethmaro Essekinc, Ecberto de Buren et aliis tunc consulibus ceterisque quam pluribus fide dignis. Datum in octava Ascensionis Domini anno eiusdem M° CCC^mo decimo octavo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 141, Siegel des Wessel von Erwitte (WS 184,5), der Stadt Lippstadt mit Rücksiegel (WS 68,6 und 74,7), des Renfried von Schorlemer (WS 226,4) und des von Lüdinghausen (in Schildform, Bild: auf 5 mal geteiltem Feld ein gekrönter Löwe, dessen Schwanz gespalten ist) anhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): K. Horn*; Abschrift vom Anfang des 16. Jahrh., Kloster Benninghausen, Akten Nr. 313 (Kopiar des Klosters Benninghausen, ehemals Msc. VII 5724), Bl. 38v; Regest: WZ 25, S. 197.*

[a]) Statt „dictas", „quitas" et „solutas"; [b]) in der Vorlage „dicto".

[1]) In der Bauerschaft Böckum im Kirchspiel Horn (Schelhasse, Benninghausen S. 121); [2]) Hof Sengeling in der Bauerschaft Bökkum, Kirchspiel Horn (Schelhasse, Benninghausen S. 122; [3]) nordwestlich von Erwitte.

1474

1318 Juni 16 Soest

Hermann Lurewalt verspricht den Soester Bürgern, keinen gegen sie gerichteten Dienst zu leisten und gegen sie keine feindselige Handlungen vorzunehmen. In den nächsten zwei Jahren will er den Bürgern bei einer Heerfahrt beistehen.

Universis innotescat, quod, cum discordia inter .. consules et ceteros oppidanos in Susato ex una et Hermannum Lurewalt parte altera dependeret, taliter sopita fuit et in compositionem firmam et integram ordinata fuit, quod idem Hermannus fide prestita corporali suo iuramento affirmavit et promisit se nunquam de cetero aliquod servitium, quod dicitur undenest apud vulgus, facturum nec consilium vel auxilium contra oppidanos Sůsacienses, nisi forte excederent contra ipsum vel alicui suorum consanguineorum, iniuriarentur vel violenciam facerent. Ceterum promisit, quod infra duos annos nunc instantes .. oppidanis Susaciensibus in una reysa serviat quitus armatorum cum thoracibus sub propriis periculis et dampnis, sed sub expensa oppidi supradicti, quandocumque super eo fuerit requisitus et sibi ad duas septimanas fuerit preintimatum. Quod si neglexerit, extunc Henricus de Hemerde et Conradus Hyterbac[a], famuli, fideiussores dicti Hermanni, super eo moniti Susatum intrabunt ad iacendum nec inde recessuri, donec predictis .. consulibus et oppidanis Susaciensibus de premissis fuerit plenarie satisfactum. Ad quod se in solidum fide prestita corporali astrinxerunt. Sed si huiusmodi servicium infra duos annos predictos requisitum ab ipso Hermanno non fuerit, extunc quiti erunt fideiussores predicti a fideiussione supradicta. Preterea promisit pretactus Hermannus fide prestita corporali, si infra duos alios annos post primos duos annos currentes super eo, ut predictum est, nomine .. consulum Susaciensium fuerit requisitus, quod faciat servicium prefatum modo supradicto. Sed post ultimos duos annos iam dictos solutus erit a servicio memorato. Actum in Susato in domo consulum, feria sexta infra octavas Penthecostes anno Domini M°CCC^mo XVIII°.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 2773, unbesiegelt, angenäht an die Urkunde von 1319 Sept. 26; Rückvermerk: urphede*; Druck: Soester Zeitschrift 8, 1890/91, S. 70.*

[a]) Für „Hetertat" (Burgmann zu Rüthen)?

1475

1318 Juni 23

Heinrich der Unverzagede verkauft dem Pilgrim von Aldendorp eine Rente von zwölf Mark aus der Königsstop[1], und zwar 3 1/2 Mark aus dem (Ober)hof zu Eickenscheidt[2], 3 1/2 Mark aus dem (Ober)hof zu Huckarde[3], 3 1/2 Mark aus dem (Ober)hof zu Brockhausen[4] und Ückendorf[5] sowie 7 1/2 Schillinge aus dem Viehofe[6] bei Essen.

Wi Henrich de Unversagede důt kundich alle den genen, de desen breyf seyt ofte horet, dat wy mit rade unde mit willen Hildeburge und Lysen, unser dochtere, unde ander unser erven hebbet vorcoft rechtlike und redelike Pelegreme van Aldendorpe twelf mark geldes van der koninestůpe, veyrdehalve mark utme hove tů Eyckenschede, veyrdehalve mark utme hove tů Hockerde, veyrdehalve mark utme hove tů Brůchusen und tů Vckinctorpe und achten halven schellinge utme hove ten Veyhove bi Essende irflike alle iar tů nemene unde entvane umme hundert mark gůder Sůschen penninge, de uns van Pelgreme sint tů male betalet, mit also gedane vorwůrde, dat wi ofte unse erven binnen dren iaren alle iar tů sunte Petersmisse, de bi vastavende comet, de twelf mark geldes weder mogen copen ofte losen vor hundert mark Suscher echte penninge, der veyre enen gůden Koninges Tůrnoys geldet, des de kor van dem gelde doch an Pelgreme leget. Wer ouch, dat wi ofte unse erven binnen desen dren iaren de twelf mark geldes nicht en losten ofte weder coften, so solde Pelgrem ofte sin erven de twelf mark geldes, der wi unde unse erven rechtlike vertegen hebbet unde dar wi ene an manstade belenet hebbet, irflike unde ewelike behalden unde besitten. Vortmer wannere et Pelgreme erwerven kan an der herscap, dar wi et af hebbet, so solde wi et dar oplaten unde helpen dar tů vlitlike, dat eme Pelgreme in manstade gelovet werde, also wi et gehat hebbet. Unde na desen dren iaren est, dat et eme Pelgreme blivet, so sole wi eme iar und dach rechte warscap důn, alse wontlich in dem lande es. Vor dese vorwůrde unde desen cop stede tů haldene, so hebbe wi borgen gesat hern Conrade van der Daremberg, hern Hinrike van den Vitinchoven, riddere, und Rotgere van der Daremborg, de mit uns en trowen gesekert hebbet unde mit samender hant gelovet Pelgreme und sinen erven, alle dese vorwůrde stede to haldene, sunder argelist. Wer och, dat dem vorsproken Pelgreme an engen stucken, de hir genomet sint, nicht vul sche, so sole wie alle tů Essende in comen unde lesten, alse gude borgen pleget, und van danne nicht comen, bet Pelgreme ofte sine erven si vulschen van allen stucken, eme dar ane entbreket. Tu er betuginge deser dinge hebbe wi desen breyf mit unsen ingesegele besegelt und heben eme gebeden tů besegelne mit ingesegelen der erachtiger vrowe, der ebdischen van Essende und hern Hinrikes van den Vitinchoven, enes ridders. Unde wi Beatrix van der genade Gades en ebdische tů Essende unde Hinrick van der Vitinchoven, en ridder, betuget, dat wi důr bede Henrikes des Vnversageden unde siner bůrgen unse ingesegele mit sime an desen breyf hebbet gehangen. Des wi vorsprokene bůrgen Conrad van dem Daremborg, Henrik van den Vitinchoven, riddere, und Rŏtger van den Daremborg bekennet, dat wi gelovet hebbet Pelgreme und sin erven na alle den vorwůrden, de dese breyf heldet, und dat dese ingesegele důr unser bede an desen breyf sint gehangen. Hir was over her Iohan van sunte Geryde, her Lambert van Kukelshem, her Gert van Apelderbeke, canonike tů Essende, her Vranke van Wattenschede, her Albrecht de Heket, riddere, Růtger de schultete van den Vehove, Olart Piwe, Werner Peghe, Hinrick Gildehus, Henrik Winre, Hense Oppen Graven, Albrecht, sin broder, und ander ratlude und gudder lude genoch. Dese breyf es gegeven, als men scrivet na Godes gebůrde dusent iar drehundert iar in dem achtenden iare tů sunte Iohans avende Baptisten.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 104, Bl. 253.

[1]) Königszins, der ursprünglich an den König ging (vergl. Heinrich von Minnigerode, Königszins, Königsgericht, Königsgastung, 1928, S. 40 ff.); 2) bei Essen-Steele; 3) westlich von Dortmund; 4) bei Unna; 5) im Kirchspiel Wattenscheid; 6) heute Stadt Essen.

1476

1318 Juni 26

Vor dem Grafen Friedrich von Rietberg billigt Rodolph gen. von Borbenne die Schenkung von Gütern in Büderich, die sein † Bruder Everhard gen. Hane für sein Seelenheil an das Kloster Wedinghausen vollzogen hat.

Nos Fredericus vir nobilis comes de Reytberg innotescimus universis presentia visuris publice protestando, quod constitutus coram nobis[a] Rodolphus dictus de Borben recognovit et professus est, quod, cum Euerhardus dictus Hane bone memorie, frater suus, quedam bona sita in villa Boderke ecclesie in Wedinchusen et fratribus ibidem Deo servientibus legasset pro remedio anime sue, ipse Rodolphus tunc presens et astans huiusmodi legationem ratam habuit atque gratam. Amplius idem Rodolphus dixit, quod sicut tunc ita et nunc per omnia hec legatio sue fuerit et sit plene voluntatis. Cum hec diceret predictus Ro., presentes aderant Otto, cognatus noster, comes de Rethberg, .. dominus prepositus in Clarholte, Wilhelmus dictus Friso, sacerdos et canonicus ibidem, Elbertus, plebanus in Rethberg, Ecbertus, sacerdos ibidem, .. dictus Scrape, Vdo de Wingarden, Conradus de Clotingen, castellani in Rethberg, et alii quam plures de familia nostra. Datum in die beatorum martirum Iohannis et Pauli anno Domini M° CCC° XVIII.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 103, Siegel des Ausstellers (WS 30,2) abhängend; Rückvermerk (15. Jahrh.): de bonis in Buderike*; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 43 und Abschrift des 17. Jahrh., Kloster Wedinghausen Akten Nr. 321 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209), Bl. 403; Regest: Msc. VII 5705.*

[a]) Folgt eine durch einen Fehler im Pergament nicht lesbare Stelle.

1477

1318 Juni 29

Dietrich von Holteye erklärt, er habe im Streit mit der Äbtissin und dem Kapitel des Stifts Essen diesem große Schäden durch Raub und Brand zugefügt. Er habe eingesehen, daß das nicht berechtigt war und überläßt daher dem Stift seine Güter in Varenberge *und Dumberg*[1]*, wobei er sie als Lehen zurückerhält.*

Universis in perpetuum visuris vel audituris Theodericus de Holtoye salutem et veritatis cognitionem. Notum facio, quod, cum quedam dissensionis materia inter venerabilem dominam .. abbatissam et .. capitulum ecclesie Asindensis ex parte una et me ac meos adiutores ex altera aliquamdiu verteretur et occasione eiusdem dicte ecclesie et hominibus ac bonis tam .. abbatisse quam .. capituli predictorum dampna non modica rapinis et incendiis minus debite proch dolor sint illata, ego in premissis me non modicum errasse dolens in recompensam dampnorum talium aliqualem, deliberatione sufficienti super hoc habita, de consensu et consilio liberorum meorum, videlicet Theoderici, Everhardi nec non aliorum heredum meorum omnium bona in Varenberge et in Dudenberge sita, quorum proprietas ad me et heredes meos pertinere dinoscitur, do et assigno cum pleno iure proprietatis ipsi domine .. abbatisse et eius .. capitulo sub ea condicione, quod .. abbatissa pro tempore existens me et meos heredes, Theodericum videlicet et Everhardum predictos, et in posterum successores meos in perpetuum de bonis eisdem iure homagio infeudabit, recepto a nobis debite fidelitatis iuramento. Preterea, ne me seu filios meos predictos in posterum ad preces seu favorem alicuius contingat attemptari contra dominam abbatissam predictam et eius capitulum, ego una cum Theoderico et Everhardo, filiis meis predictis, fide prestita corporali promisi et promitto firmiter in hiis scriptis, quod vite nostre temporibus domine abbatisse Asindensi et eius capitulo sepedictis auxilio et consilio dampna nullatenus inferemus. Si vero super questionibus aliquibus inter ministeriales seu opidanos Asindenses et nos subortis materia prosequendi oriretur, causam ipsam in caminata Asindensi coram domina abbatissa, que pro

tempore fuerit, presentibus ministerialibus secundum consuetudinem ministerialium prosequi tenebimur et debemus, nisi forte iusticia nobis ibidem notorie fuerit denegata. In quorum omnium testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras supradicte domine abbatisse et eius capitulo concessi sigillo meo proprio una cum sigillis nobilis viri domini Engelberti comitis de Marka et Engelberti de Horst, consanguinei mei, ad meam et filiorum predictorum peticionem sigillatas. Et nos Engelbertus comes de Marka et Engelbertus predicti protestamur nos sigilla nostra ad peticionem Theoderici et Everhardi, filiorum suorum, presentibus aposuisse in[a] testimonium et firmitatem perpetuam premissorum. Actum et datum anno Domini M° CCC^mo XVIII°, III kalendas Iulii.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 276, Siegel des Ausstellers anhängend, die beiden anderen ab; Abschrift des 17. Jahrh. in der Sammlung Kindlinger, StAM, Msc. II 112, S. 121.

[a]) In der Vorlage „et".
[1]) Gemeinde Winz, westlich von Hattingen.

1478

1318 Juli 14

Der Knappe Ernst gen. Speke von Bodelschwingh verkauft dem Kloster Elsey gewisse Güter zu Oespel[1].

Pateat universis et singulis Christi fidelibus tam posteris quam modernis presentes literas visuris et audituris, quod ego Ernestus dictus Speke de Bodelswinge, famulus, de consensu et bona voluntate Elisabeth, uxoris mee, et omnium verorum heredum meorum vendidi et resignavi rite et rationabiliter bona quedam, que habui in Tospele sita cum suis utilitatibus et attinenciis universis conventui ecclesie sanctimonialium in Else pro determinata pecunie summa michi tradita et soluta hereditarie et in perpetuum sub pensione trium obulorum super palum regium in Tremonia annuatim solvendorum possidenda. Actum presentibus honorabilibus viris et dominis Conrado, decano christianitatis in Wittene, Bernardo de Wittene, Gerardo de Wittene, militibus, Ecberto de Werle, cive Tremoniensi, ac aliis pluribus testibus fidedignis. In cuius venditionis et resignationis testimonium et perpetuam firmitatem sigilla honestorum virorum et dominorum Giselberti dicti Speken, patris mei, et Gerardi de Wittene, militum, ad petitionem meam una cum sigillo meo presentibus litteris sunt appensa. Et nos Giselbertus et Gerardus, milites predicti, rogati ab Ernesto et a suis heredibus, ut dictum est, recognoscimus sigilla nostra in testimonium et veritatem premissorum una cum sigillo suo presentibus literis appendisse. Datum in crastino beate Margarete virginis anno Domini M° CCC° decimo octavo.

Ausf., Perg., Fürstlich Tecklenburg-Bentheimisches A Rheda, Urk. Nr. 18, erstes Siegel ab, das des Giselbert anhängend; Druck: von Steinen, Westphälische Geschichte III S. 484; Regest: Dortmunder UB II 2, Nr. 434; Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 527.

[1]) Westlich von Dortmund bzw. südöstlich von Lütgendortmund.

1479

1318 Juli 22 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln teilt den Dechanten der Dekanate in Dortmund, Menden, Hagen und Witten sowie allen Rektoren von Kirchen und Kapellen mit, er habe vor einiger Zeit den Grafen Dietrich von Limburg nach vorangegangener Ermahnung exkommuniziert, weil er sich in die Rechte von Gütern eingemischt habe, die der Priorin und dem Konvent des Klosters Elsey aus dem Augustinerorden gehörten. Dieser habe danach sein Verhalten nicht geändert und die Ernte von den Äckern des Klosters weggetragen. Der Erzbischof fordert die Geistlichen auf, die Exkommunikation des Grafen und aller derer, die ihn mit Rat und Tat

unterstützten und ihm anhingen, in ihren Kirchen zu verkündigen. Die Frau des Grafen sei von ihren Kirchen fernzuhalten. Die Angehörigen der genannten Dekanate hätten den Umgang mit dem Grafen und seinen Komplizen zu meiden. Schließlich verhängt der Erzbischof über alle Pfarreien und Orte, an denen sich Graf Dietrich aufhält, das Interdikt.

Hinricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, dilectis in Christo in Tremonia, in Mendene, in Hagene et in Wytene christianitatum decanis ac universis ecclesiarum et cappellarum rectoribus et presbiteris, ad quos presentes litere pervenerint, salutem in Domino. Cum nos iam longo tempore nobilem virum Theodericum comitem de Lymburg pro eo, quod de bonis et agris ad monasterium, priorissam et conventum in Else ordinis sancti Augustini spectantibus se contra iustitiam intromisit et intromittit, canonica monitione premissa, ut ab hiis desisteret, excommunicavimus et excommunicatum in ecclesiis vestris singulis diebus dominicis et festivis campanis pulsatis, candelis extinctis infra missarum sollempnia publice mandavimus nuntiari, prout in literis nostris super hoc confectis plenius continetur, idemque Theodericus, Dei timore reiecta in sua malitia perseverans, malum malo accumulando nunc de novo messes dictorum priorisse et conventus, quas in propriis laboribus et expensis in agris dicti monasterii sui seminaverint, eisdem abstulerit et auferat violenter. Nos exigente iustitia propter facti huiusmodi atrocitatem et eius pertinaciam contra ipsum duximus rigidius procedendum ac sententiam excommunicationis, quam ipso facto secundum statuta ecclesie nostre Coloniensis incidit, duximus aggravandam, mandantes vobis singulis et universis sub pena suspensionis ab officio divinorum, quam in vos et quemlibet vestrum in hiis scriptis fecimus, si non feceritis, quod mandamus, quatenus dictum Theodericum ac omnes et singulos sibi in premissis adherentes, consilium vel auxilium verbo vel facto, occulte vel manifeste adhibentes, nominatim, quorum nomina sciveritis, alios in genere, cuiuscumque status, condicionis vel preeminentie existant, singulis diebus dominicis et festivis, super quo vos non nisi semel requiri volumus, in ecclesiis vestris campanis pulsatis et candelis extinctis, dum maior affuerit populi multitudo, excommunicatos publice nuncietis, uxorem dicti Theoderici extra ecclesias vestras tenendo, inhibentes universis vestris parrochianis et subditis, ne quis dicto Theoderico et suis in hac parte complicibus communicet verbo, cibo, potu, venditione, emptione, stando, gradiendo, furno vel molendino aut quovis alio humanitatis solatio, contrarium facientes, quos nos trina dierum monitione per vos premissa excommunicamus, excommunicatos publice nuncietis. Preterea ecclesias, parrochias et loca, in quibus dictus Theodericus domicilium habet et ad quos seu que venerit et[a] per triduum post ipsius abinde recessum, quas et que ex nunc in hiis scriptis ecclesiastico interdicto supponimus, interdictas et interdicta teneatis, donec idem Theodericus a nobis absolutionis beneficium meruerit obtinere. Mandamus insuper tibi decano christianitatis in Hagen, ut personaliter moneas presbiterum in castro Lymburg missas celebrantem[b], ne de cetero missas ibidem dicat aut infra sex dies post tuam monitionem causam rationabilem coram nobis pretendat, quare huiusmodi mandatis nostris non teneatur obedire, alioquin ipsum, quem propter hoc in hiis scriptis ab officio divinorum suspendimus, suspensum publice nuntietis, quid in hoc feceritis, nobis rescribendo. In hiis exequendis unus vestrum alium seu alios non expectet. Reddite literas sigillatas in signum executionis facte. Datum Gudensberg in die beate Marie Magdalene anno Domini M° CCC^mo decimo octavo.

Ausf., Perg., Fürstlich Tecklenburg-Bentheimisches A zu Rheda, Urk. Nr. 19, Sekretsiegel des Erzbischofs ab; mit Transfix von 1318 Juli 29; Regest: REK IV Nr. 1061.

[a]) Über der Zeile eingefügt; [b]) In der Vorlage „celebranti".

1480

1318 Juli 29

Constantin, Dechant des Dekanats Hagen, teilt dem Erzbischof Heinrich von Köln die Ausführung des erteilten Auftrags mit.

Reverendo in Christo patri ac domino domino Hinrico, sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, Constantinus decanus in Hagen reverenciam et honorem. Noverit vestra reverencia, pater reverende, quod mandatum vestrum, cui presens cedula est transfixa, in omni sui forma fideliter sum executus. Quod vestre paternitati et, quorum interest, sub sigillo meo declaro. Datum et executum in crastino Pantaleonis anno Domini M° CCC° [decimo][a] octavo.

Transfix an der Urkunde von 1318 Juli 22, abhängendes Siegel unkenntlich.

[a]) Irrtümlich ausgelassen.

1481

1318 August 1

Gobelin gen. Vrobose verkauft dem Heinrich Pape von Binolen für 24 Mark seinen Hof in Herdringen[1] mit dem Eigentumsrecht an dem Hofe und läßt ihn vor dem Freigrafen des Grafen von Arnsberg, Dietrich von Affeln, auf.

Universis presentes literas visuris seu audituris ego Gobelinus dictus Vrobose notum facio ac presentibus publice protestor, quod ego de consensu ac plena voluntate Regelindis, uxoris mee, vendidi rite et rationabiliter Henrico dicto Pape de Binole, Mechtheldi, uxori sue, ac suis heredibus ultimis, scilicet genitis de ipsa Mechtheldis et non priviis, hobam meam sitam in Herderingen cum iure proprietatis eiusdem pro viginti quatuor marcis denariorum Susati usualium et bonorum ipsamque hobam meam propriam coram Theoderico de Afflen, vrigravio domini .. comitis de Arnsberg, veluti consuetum est fieri, resignavi. Et ut ipsis Henrico Pape, Mechetheldi, uxori sue, ac suis heredibus predictis de hoc contractu rite et rationabiliter facto sufficienter caveatur, quia proprio sigillo careo, petivi presentes literas sigillo domini Bernhardi militis dicti Wlf de Ludinchusen in horum testimonium communiri. Et ego Bernhardus miles dictus Wlf ad petitionem ipsius Gobelini dicti Vrobose sigillum meum duxi presentibus appendendum. Presentes erant Conradus Ketelere, Conradus de Wichlon, Steneko de Mossberge, Herbordus de Hachnen, Siffredus de Svedinchusen et alii fide digni. Datum anno Domini M° CCC^mo^ decimo octavo, ipso die beati Petri ad vincula.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 104, Siegel des Wulf von Lüdinghausen (gut erhalten, Schildform, im Bild: im fünfmal geteiltem Schild gekrönter Löwe mit gespaltenem Schwanz, anderer Typar als WS 183,6) abhängend; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 46.

[1]) Der Hof ging unter Propst Heinrich Lange vom Ritter von Binolen durch Kauf an das Kloster Wedinghausen über (Msc. VII 5737a, S. 30).

1482

1318 August 1

Der Burgmann zu Waldenburg, Ritter Franko, überläßt dem Kloster Drolshagen ein Kapital von zehn Mark, für das aus seinen Gütern zu Siepen[1] seiner Tochter Bertradis, Nonne zu Drolshagen, eine Mark auf Lebenszeit entrichtet werden soll. Nach ihrem Tode soll für dieses Kapital vom Kloster bzw. vom Pfarrer in Drolshagen das Jahresgedenken für Franko und seine Frau Beatrix gehalten werden.

Res geste propter hoc testimonium scripture commendantur, ne ulla eas oblivionis nebula valeat absorbere. Nos igitur soror Beatrix, Dei gratia abbatissa, .. priorissa totusque conventus ordinis Cystertiensis beate Virginis in Droylshaghen ad noticiam universorum presens scriptum intuentium vel audientium pervenire volumus publice protestantes, quod strennuus miles dominus Franko, castellanus in Woldenberg, pio ductus desiderio nobis in parata pecunia decem marcas Susati denariorum legalium integraliter presentavit huiusmodi conditionem rationabiliter annectendo ita, quod quolibet anno filie sue Berthradi, quam diu vixerit,

videlicet nostre commoniali, unam marcam denariorum etiam Susati usualium semper in festo beati Martini de bonis nostris Sypen dictis persolvere tenebimur expedite. Si vero prefatam persolutionem deputato tempore quocumque casu interveniente neglexerimus, extunc unanimi consensu elegimus, quod amici dicti puelle in tantum de avena in dictis bonis accipiant, ut ad solutionem marce valeat memorate. Quandocumque vero summa divinitatis providentia hec preordinaverit, quod dicta Berthradis ab hac luce sublata fuerit, tunc semper bis in anno dicti militis Frankonis et sue uxoris Beatricis anniversarium peragemus duobus diebus ad hoc specialiter adinventis, scilicet prima secunda feria in adventu Domini et proxima secunda feria post domincam Letare. Hec peragenda memoria assiduis temporibus perdurabit. Si tamen predicti supervixerint ipsorum filia defuncta, tunc assignatis diebus de beata Virgine missa, scilicet „Salve sancta parens" per nos bis debet, quam diu vixerint, celebrari. Condictum est preterea, quod prenarrati tres, cum in hoc mundo non fuerint viventes, tunc quicumque pro tempore in Droylshaghen plebanus fuerit, dictam marcam a prenotatis bonis dictis Sypen debebit annis singulis extorquere, hoc finaliter ordinando, quod conventui in Droylshaghen illis prelibatis diebus, in quibus agent anniversarium vel memoriam predictorum, semper specialis gratia bis in vino et in piscibus ministretur, et ut ille .. plebanus, qui pro tempore fuerit, in isto terminando, eo fideliter perseveret cum conventu etiam memoriam vel anniversarium celebrando bis in ipsis diebus iam sepefatis semper unum solidum in Attenderne valentem specialiter consequetur. Si insuper aliquo futurorum anno ista neglexerimus casu impediente quocumque, extunc dicta marca hereditarie dicti[a] militis heredibus manebit in dictis bonis in perpetuum possidenda. In huius rei testimonium presens scriptum inde confectum nostri sigilli munimine una cum sigillo honesti viri domini Wilhelmi, plebani in Droylshaghen, dignum duximus roborandum. Datum anno Domini M° CCC° XVIII°, ipso die beati Petri ad vincula.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Drolshagen Urk. Nr. 14, Siegel 1. der Äbtissin (spitzoval, im Bild die Sieglerin stehend, in der Rechten den Stab, in der Linken ein Buch haltend) und 3. des Pfarrers (spitzoval, im Bild der Siegler vor dem Altar, in der Linken den Kelch haltend, die Rechte zum Gebet erhoben, beschädigt) anhängend, das 2. Siegel ab.

[a]) In der Vorlage „dictis".

[1]) In der Osterbauerschaft bzw. östlich von Valbert bei Grotewiese.

1483

1318 August 1

Bischof Ludwig von Münster erklärt, zwischen ihm und dem Grafen von der Mark habe wegen Wiederbeibringung von Gütern des Stifts eine Fehde bestanden. Schließlich habe man sich durch von beiden Seiten benannte Schlichter ausgesöhnt. Damit dieser Vergleich nicht wieder gebrochen werde, habe man Bürgen gestellt. So habe der Bischof die vier Domherren Godfried von Rechede, Godfried von Lüdinghausen, Friedrich von Casterborch und Remfried gen. Ledebur und die vier Mitglieder des Rates zu Münster Godfried gen. Travelmann, Johannes Albranding, Johannes Droste und Bertold Biskoping als Bürgen benannt. Wenn diese Bürgen und die Stadt Münster bei ihrer Bürgschaft Schaden erleiden, sollen sie sich an den vom Bischof benannten Gütern schadlos halten.

Ludowicus Dei gratia Monasteriensis ecclesie .. episcopus omnibus presentes litteras visuris et audituris noticiam veritatis et salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod nobis olim super quibusdam articulis statum ecclesie nostre tangentibus et eorum reformatione cum .. comite de Marka in gwerra et dissensione aliquamdiu existentibus tandem, cum pro reformatione huiusmodi dissensionis et gwerre in amicabiles compositores ad hoc ordinatos et statutos hinc et utrobique conventum esset et concordatum ac super ipsa compositione fideiussores essent statuendi, ne ipsa compositio sive sona in posterum casu aliquo infirmari valeat vel infringi, statutis super dicta compositione et eius observatione fideiussoribus quatuor de capitulo ecclesie nostre predicte, videlicet Godefrido de Rechede, Godefrido de Ludinchusen, Frederico de Casterborch et

Remfrido dicto Leydebur, canonicis ecclesie nostre memorate, ac quatuor de consilio civitatis nostre Monasteriensis, videlicet Gofrido dicto Trauelman, Iohanne Alebrandinc, Iohanne Dapifero et Bertoldo dicto Biscoping, proconsulibus et scabinis dicte nostre civitatis, ipsis nostris fideiussoribus necnon .. consulibus, .. scabinis ac civitati nostre Monasteriensi predicte super defectu compositionis, si quis forte in tota vel in parte ipsius, quod absit, intervenerit, et ut ipsi fideiussores nostri ex parte nostra indempnes permaneant et serventur, de voluntate et consensu .. decani et .. capituli ecclesie nostre supradicte bona nostra et ecclesie nostre infrascripta obligavimus et presentibus obligamus, videlicet officium nostrum Monasteriense, quod vulgus dat ammet to Mŏnstere dicit, ac universa bona ad ipsum officium pertinentia ubicumque sita, item iudicium gograviatus tor Meset, item iudicia nostra temporalia civitatis Monasteriensis tam ab una parte Aque quam ab altera, item theloneum nostrum in civitate Monasteriensi cum moneta nostra ibidem, item molendinum nostrum situm Monasterii in curia nostra episcopali cum eius instangnatione et piscatione infra et supra et eorundem bonorum pertinentiis universis, arbitrantes, quod si dicti fideiussores nostri et civitas nostra Monasteriensis predicta ratione huiusmodi fideiussionis dampna aliqua sustinuerint, ex tunc bona nostra predicta tam diu teneant et possideant, donec universum dampnum, quod occasione predicte fideiussionis incurrerint seu sustinuerint, cum sorte principali in dictis bonis recuperent integraliter et complete, salvo aliis iure suo, quibus ipsa bona nostra sunt et fuerunt primitus obligata. Quibus cum satisfactum fuerit de eo, quod sua interest, fideiussores nostri predicti se de bonis supradictis intromittere poterunt et civitas nostra Monasteriensis predicta et ea tam diu detinere, donec universum debitum cum omnibus dampnis, que supercreverint, integre sublatum fuerit per eosdem ipsique fideiussores a dampnis omnibus liberati sint penitus et erepti. In premissorum omnium evidens testimonium et firmitatem predictis nostris fideiussoribus ac civitati nostre Monasteriensi presentes literas nostro et ecclesie nostre sigillis dedimus communitas. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, die beati Petri ad vincula.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster, Vermischte Urkunden, Urk. Nr. 21, Siegel des Bischofs von Münster (WS 45,3) und des Domkapitels (WS 3,59) anhängend; Abschrift des 16. Jahrh. in der Sammlung Kindlinger (Msc. II 10, S. 9); Druck: WUB VIII Nr. 1267.

1484

1318 August 2

Die Dignitäten und Kanoniker des Stifts (St. Patrokli) Soest verkünden ein neues Statut über den Bezug der Einkünfte bei einer Abwesenheit. Wer ohne Erlaubnis abwesend ist, soll keine Einkünfte aus seiner Präbende erhalten. Wer mit Erlaubnis abwesend ist, hat dem Kapitel eine gewisse Summe aus seinen Einkünften zu entrichten, Dieses Statut betrifft nicht das Privileg, das eine Abwesenheit aufgrund eines Studims regelt.

In nomine Domini amen. Nos Radolphus, decanus, Theodericus, scolasticus, Heydenricus, cantor, Wynandus, thesaurarius, Conradus de Hustene, Gerhardus de Heringen, Wernerus de Lůnen, Godefridus de Bylsten, Dythmarus et Fredericus dicti Maken, Hildegerus de Benekinchusen, Iohannes Snap, Theodericus Gote, Wichmannus de Lunen et Lubertus de Boynen, canonici de capitulo ecclesie Susatiensis, universis presens scriptum intuentibus salutem in Domino sempiternam. Notum facimus et presentibus publice protestamur, quod, cum ab antiquo ordinatum et statutum extitisset, quantum concanonici nostri tam per licenciam quam per alias vias absentes de redditibus prebendarum suarum in absentia sua sortiri possent et deberent, quia extunc ipsarum prebendarum suarum redditus tenues fuerint et exiles, nos exnunc considerantes ipsos redditus prebendarum nostrarum fore pinguiores, pro augmentacione cultus divini de novo statuimus et ordinamus, quod, si aliquis concanonicorum nostrorum absens fuerit sine licentia, nichil percipiet de fructibus prebende sue, quos emergere contingit tempore totius absencie sue. Item si aliquis absens fuerit per licentiam capituli, si ille duodecimus aut tredecimus fuerit in ordine, absens esse poterit et dare capitulo octo marcas. Si autem quartusdecimus in ordine fuerit, dabit septem marcas, aut si fuerit quintusdecimus, sextusdecimus aut

decimusseptimus in ordine, dabit sex marcas. Et illi sic absentes huiusmodi pecunia, sicut dari solet, data percipie[n]t[a] universos fructus prebendarum suarum, presentiis et memoriis exclusis et capitulo nostro reservatis. Item si aliquis absens fuerit continue per unum mensem, non percipiet presentias dandas infra octo dies a die reditus sui. Hoc autem intelligi volumus de presentiis, quarum unaqueque excedit summam dimidie marce, salvo in omnibus iure decani de licentia ab eo petenda, secundum quod hactenus est constitutum, salvo quoque privilegio studentium, quod ipsis tam de iure quam de consuetudine est indultum, et salvis aliis nostris consuetudinibus, quibus ab antiquo consuevimus utifrui. Ut autem presens ordinatio rata et firma semper permaneat, presens scriptum sigillo maiori ecclesie nostre duximus confirmandum. Ordinatum, statutum, actum et datum anno Domini M° CCC° decimooctavo, crastino beati Petri ad vincula.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 104, Siegel ab.

[a]) Loch im Pergament.

1485

1318 August 2

Die Äbtissin Walburgis und der Konvent des Zisterzienserinnenklosters Welver verkaufen für 49 Mark dem Priester Wolbero von Medebeke, Pfarrer in Lünen, auf Lebenszeit ihre Güter in Merklingsen[1]. Nach seinem Tode sollen die Güter an das Kloster zurückfallen, wofür dann dessen Memorie zu halten ist.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Walburgis, abbatissa, totusque conventus monasterii in Weluere Cisterciensis ordinis notum facimus et publice protestamur, quod in nostra evidenti necessitate, respicientes nostram et monasterii nostri utilitatem et profectum vendidimus et vendidisse nos recognoscimus in hiis scriptis pro quadraginta novem marcis denariorum in Susato usualium nobis solutis et traditis Wolberoni dicto de Medebeke, sacerdoti, plebano in Lůnen, bona nostra in villa Merklinchusen sita, que quondam Arnoldus dictus Wiggerink coluit, cum pueris eiusdem Arnoldi ac cum suis universis pertinentiis temporibus vite eiusdem sacerdotis pro usufructu possidenda et tenenda sub tali condicione, quod ipse sacerdos bonis ipsis et pueris ac ipsorum pertinentiis uti poterit pro sua voluntate, quamdiu vixerit. Et si ex ipsis annuatim quatuor maltorum siliginis et ordei et trium maltorum avene nec non trium solidorum ac decem pullorum redditus atque dimidietatem fructuum provenientium de arboribus ibidem colligere et recipere, quod absit, non valeret casu quocumque interveniente, in quolibet crastino beati Martini hyemalis, ipse Wolbero sine nostra contradictione et offensa tam iudicio ecclesiastico quam civili vel sine iudicio, si sibi expedire videbitur, in bonis nostris et monasterii nostri ubilibet sitis tantos redditus recipere poterit et ex eisdem bonis nostris extorquere. In quo non inpediemus ipsum per nos vel per interpositas personas verbis sive factis. Et si in hiis aliquem defectum habuerit, si quoque expensas aliquas circa hoc fecerit, illas sibi tenebimur effectualiter resarcire. Preterea temporibus vite eiusdem sacerdotis a pueris predicti Arnoldi nullam exactionem aut petitionem requiremus, sed ipsi pueri sibi erunt astricti sicut nobis nullamque ab ipsis postulabimus recentam seu antiquam de prefatis bonis pensionem. Dicto quoque sacerdote mortuo ipsa bona cum pueris predictis et cum universis suis pertinentiis ad nos et ad nostrum monasterium relabentur. Et tunc memoriam suam ita peragemus, sicut benefactorum nostrorum memorias peragere consuevimus in monasterio nostro supradicto. Et in huius rei testimonium presentes literas sigillo nostri conventus et sigillis discretorum virorum Roberti Fernere, Hermanni et Heydenrici fratrum de Medebeke necnon Gerhardi et Iohannis de Lůnen, opidanorum Sůsaciensium, petivimus et fecimus communiri. Quod nos Robertus, Hermannus, Heydenricus, Gerhardus et Iohannes verum esse profitemur. Actum et datum anno Domini M° CCC^mo^ decimo octavo, in die beati Stephani pape et martiris. Testes vero huius rei sunt opidani iam dicti, item Iohannes de Colonia, Iohannes Vole, Theodericus Cappelle, Henemannus de Broke, Iohannes Rebbere, Iohannes de Thunen, Godefridus faber de Andopen, Henemannus Raffenberg, Hermannus Lichte de Scedingen, Hermannus Witgerte, Helmicus de Merklinchusen et alii fidedigni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 159, Plica mit den an Pergamentstreifen anhängenden Siegeln beiliegend: 1. Siegel des Konvents (WS 114,9), 2. des Gerhard von Lünen (WS 189,2), 3. des Robert Fernere (im Vierpaß Schild, belegt mit einem Querrechtsbalken, der mit drei Knöpfen besteckt ist), 4. des Hermann von Medebeke (abgebildet in: Familiengeschichtliche Blätter 1923, Sp. 67/68), 5. ab, 6. des Johann von Lünen (im Dreipaß ein Schild, belegt mit einem Balken, der von 2:1 Adlerflügeln begleitet ist.

[1]) Südwestlich von Schwefe.

1486

1318 August 10

Heinrich gen. Wrede schenkt der Kirche von St. Laurentius in Enkhausen[1] eine Rente von zwei Schillingen aus seinen ehemals von Johannes Hufnagel gekauften Gütern zu Hachen.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Henricus dictus Wreyde omnibus presentibus et futuris, ad quorum notitiam presentis litere scriptum pervenerit, salutem in perpetuum. Ne acta temporalia simul labantur cum tempore, scripture memoria solent perhennari. Ego igitur Henricus, cupiens thesaurizare in celestibus, de Christine, mee coniugis legitime mihi dilecte, necnon quatuor filiorum meorum, videlicet Ioannis, Henrici, Antonii et Alberti, ac aliorum meorum heredum consensu ad hoc habito unanimi et concordi contuli ecclesie beati Laurentii martiris in Egynchusen et per presentes me contulisse recognosco in perpetuum reditus duorum solidorum de bonis meis sitis in Hagnen emptis olim per me erga Ioannem dictum Hofnageyl in festo beati Martini episcopi hyemali perpetue persolvendos. Prenumeratorum vero duorum solidorum duodecim denarii cedent in subsidium luminarium et aliorum ornamentorum ecclesie supradicte, residui autem duodecim denarii ad manus plebani, qui fuerit pro tempore, cedent ad mei memoriam et aliorum meorum carorum perpetue faciendam. Si vero prenominata mea bona incendiis aut aliter quomodocunque fuerint devastata, quod absit, et ne ecclesia supradicta in aliquo suorum fructu redituum defraudetur, obligavi cum consensu supradictorum heredum meorum et in presentibus obligo cetera bona mea sita ibidem in Hagnen ad solutionem redituum predictorum. Ut igitur predicta mea donatio perpetua sit et firma et a quovis posterorum meorum heredum maneat inconvulsa, presentem literam super eadem donatione conscriptam meo sigillo proprio sigillatam ipsi ecclesie prefate confero ad robur perpetuum et firmum testimonium premissorum. Hec acta sunt et data anno ab incarnatione Domini M° CCC^mo^ decimo octavo, ipso die beati Laurentii martiris.

Ausf., Perg., Pfarr A Enkhausen (Dep. im A des Generalvikariats der Diözese Paderborn), Siegel zerstört; Druck: Höynck, Geschichte der Pfarreien des Dekanats Arnsberg, S. 266.

[1]) Südlich von Hüsten.

1487

1318 August 11

Godfried gen. Vrobose verzichtet im Streit mit Propst und Konvent zu Oelinghausen wegen des Korns, das von ihm dem Kloster in Verwahrung gegeben und vom Ritter Heinrich von Ense geraubt worden war, auf eine Entschädigung.

Nos Godefridus dictus Vrobose notum facio universis tenore presencium publice protestando, quod, cum olim materia questionis seu dissentionis inter religiosas personas .. prepositum et .. conventum monasterii in Vlinchusen ex una parte et me ex parte altera ratione annone mee apud idem monasterium deposite ac per Henricum de Ense, militem, ibidem violenter rapte et accepte fuerit, ventilata, ego accedente ad hoc consensu et voluntate omnium, quorum interfuit, coram dictis .. preposito et conventu renuntiavi omni iuri, quod mihi in premissis competere videbatur[a], protestans nichilominus in hiis scriptis me vel quemquam he-

redum meorum nullatenus idem monasterium posse inpetere ratione annone memorate. Cuius rei testes sunt Hermannus de Horne, sacerdos, canonicus in Wedinchusen, Conradus de Hustene dictus Keteler et Rodolfus dictus Hauer, pro tunc iudex in Balue, et alii fidedigni. In premissorum notitiam sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XVIII°, in crastino beati Laurencii martiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 216, Siegel ab, Abschrift im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 201; Regest: Wolf Oelinghausen Nr. 224.

[a]) Davor durch Unterpunktieren getilgt „co".

1488

1318 August 11

Vor dem Vizepropst in Soest billigt Hermann gen. von Kakus, Kleriker zu Soest, das Vermächtnis von 4 1/2 Morgen Ackerlandes seiner † Mutter Cunegundis an das Stift in Geseke. Hermann erklärt, er habe diese Äcker nicht an Konrad, den Sohn seiner Schwester, und auch an sonst niemanden verkauft.

Nos viceprepositus Sůsaciensis tenore presentium publice protestamur, quod constitutus propter hoc coram nobis Hermannus dictus de Kako, clericus Sůsaciensis, recognovit et publice est protestatus se habere ratam et gratam legacionem, qua quondam Cunegundis, mater sua, ecclesie beati Cyriaci in Ghesike et conventui ibidem quatuor iugera agrorum et dimidium legasse dicitur, ipsam legationem ore et manibus approbando. Protestabatur eciam, quod dictos agros nec Conrado, filio sororis sue, nec cuiquam de toto mundo ipse Hermannus umquam vendidit in parte vel in toto. Et in horum omnium testimonium sigillum prepositure Sůsaciensis ad causas duximus presentibus apponendo. Actum et datum presentibus honorabilibus viris Dethmaro et Frederico fratribus dictis Make, Conradus de Hustene, Gerhardo de Heringen, canonicis Sůsaciensibus, Ludolfo de Heringen, canonico Coloniensi, Godwino, vicario ecclesie Susaciensis, et aliis pluribus fide dignis, anno Domini M CCC XVIII° in crastino beati Laurencii martiris.

Abschrift des 15. Jahrh., StAM, Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke) Bl. 63v.

1489

1318 August 11

Walburgis gen. vom Teich, Witwe des Konemann gen. von der Brücken, schenkt ihren Töchtern Elisabeth und Godelind, Nonnen in St. Walburgis Soest, und ihrer Tochter Walburgis, Nonne im Kloster Paradies, zehn Morgen Ackerlandes, die sie für sich verwenden oder verkaufen können, damit dann davon das Jahresgedenken der Witwe und ihrer Vorfahren gehalten werde.

Universis ac singulis presentia visuris seu audituris notum esse volumus et constare, quod nos Walburgis dicta de Lacu, relicta quondam Konimanni dicti de Ponte, plures habentes agros per gratiam Dei, de quibus filiabus nostris Elisabet et Godelindi in conventu ecclesie sancte Walburgis divino servitio manicpatis et filie nostre Walburgi in Paradiso existenti similiter collocate decem iugera agrorum donamus et tradimus per presentes libera donatione, ita videlicet, quod dictos agros ad usus suos retinere poterint seu vendere, et si vendiderint, pretium eorundem agrorum ad perpetuum fructum convertent ecclesie sancte Walburgis memorate super eo, ut nostri et progenitorum nostrorum apud Deum perpetua memoria habeatur. Et ista omnia bona prehabita deliberatione fecimus et facimus bona voluntate et pleno consensu filiarum nostrarum Federinis et Hildegundis et ceterorum nostrorum, quorum consensus merito fuerat requirendus. Datum anno Domini millesimo tricentesimo decimo octavo, crastino beati Laurentii martiris sub sigillo prepositure Susatiensis ad causas, quia proprio sigillo caremus.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis) Bl. 68v der 2. Zählung.

1490

1318 August 12

Gerwin gen. Muselere verkauft mit Zustimmung seines Bruders Ditmar und seiner Schwestern Walburgis und Bela sowie mit Erlaubnis des Erenfried gen. Quaterlant seinen Garten bei der Stadt Menden dem Kloster Oelinghausen, wobei der Garten mit einem Zins von zehn Pfennigen und zwei Hühnern belastet ist.

Universis ac singulis presentia visuris seu audituris notum sit, quod ego Gerwinus dictus Muselere cum consensu et expressa voluntate Ditmari dicti Muselere, mei fratris, et Walburgis et Bele, sororum mearum, ac verorum heredum meorum necnon Erenfrido dicto Quaterlant licentiante ortum meum totalem apud oppidum Mendene situm conventui in V̊linchusen vendidi rite ac rationabiliter excepta pensione decem denariorum et duorum pullorum, que singulis annis, cui de iure sortitur, ex dicto orto in Cathedra beati Petri debet erogari. Acta sunt hec presentibus Iohanne de Wiglo, iudice in Mendene, Thilemanno de Hudinchusen, Wicboldo Lanifice, proconsulibus, Thilemanno dicto Wst, Iohanne dicto Stir, Gerhardo de Schede, Henrico dicto Snaf, consulibus ibidem, coram quibus ego Gerwinus predictus una cum predictis meis heredibus, videlicet Ditmaro, Walburge et Bela, me presentibus protestor dictum ortum resignasse nec non Goswino de Rodenberge, famulo, Thilemanno de Parua Balga, Euerhardo, precone in Mendene, Gobelino, sculteto curtis in Mendene, Gerhardo de Vogedinc, Hardemanno Pistore, Arnoldo dicto Kippespan, Gerwino dicto Bolte aliisque quam pluribus probis fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum opidi Mendene presentibus est appensum. Et nos proconsules ac consules oppidi predicti ad petitionem utriusque partis presentibus annexum fore protestamur. Datum sabbato post Laurentii anno Domini M° CCC° decimo octavo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 217, Siegel ab, Rückvermerk (14. Jahrh.): de orto in Mendene, qui pertinet Gertrudi et Iohanni*; Abschrift im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 191; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 225.*

1491

1318 August 16

Heidenreich Wulf von Lüdinghausen teilt den Ratsherren der Stadt Dortmund mit, er wolle mit Blick auf das frühere und hoffentlich wieder zukünftige gute Einvernehmen die Auseinandersetzung, die er mit einigen Dortmunder Bürgern hatte, als beendet ansehen.

Discretis viris et honestis .. consulibus ac universitati civitatis Tremoniensis Heydenricus miles dictus Wůlf dominus de Ludinchusen honoris et obsequii, quantum potest. Honestatem vestram volumus non latere, quod ob speciales favores nobis olim inpensos et, ut speramus, in posterum inpendendos omnem causam dissensionis, quam hucusque contra quosdam vestros concives movimus ratione cuiusdam promissi nobis facti, amore vestri quitam totaliter proclamamus, volentes nichilominus vos et vestros concives omnes pro nostro posse omni dolo excluso in suis actis et agendis, ubicumque possumus, salvo nostro honore efficaciter promovere, dantes vobis has nostras literas nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo. Datum anno Domini M° CCC° XVIII°, in crastino Assumptionis beate Marie virginis.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Siegel des Wulf anhängend, 1945 Urkunde vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 368, Regest: Fahne, Dortmund II,1, Nr. 74, S. 95; Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 526.

1492

1318 August 18 bei der Kortemühle[1]

Der Knappe Gottfried von Rüdenberg erteilt dem Kloster Welver die Erlaubnis, ihren Bauhof nach Osten über den gemeinen Weg hinaus zu erweitern, wobei von den übrigen Äckern des Klosters dafür Ersatz zu leisten ist. Ferner gestattet er dem Kloster, die Bäume an der Nordseite des Klosters einzuzäunen und sie so mit dem Klosterhof zu verbinden. Das Kloster darf am Hundesdick[2] *einen neuen Oberhof anlegen. Gottfried verzichtet auf die Ansprüche auf zwei Kotten am Hundesdick, die Freigut sind, und auf zwei Äcker zu Echtrop*[3]*, erhält dafür einen Kotten zu Klotingen*[4] *und verzichtet dafür auf einen Zins von vier Schillingen, die auf einem Kotten in Einecke*[5] *haften. Das Kloster verzichtet demgegenüber auf einen Anspruch auf 25 Mark aus dem Freigut zu Meyerich*[6]*.*

Nos Godefridus de Rudenberg universis presencia visuris et audituris notificamus presentibus protestantes, quod cum consensu et bona voluntate Gertrudis, uxoris nostre legitime, Alheydis, filie nostre unice, Godefridi, militis, patris nostri, et omnium nostrorum heredum et coheredum nostrorum licentiavimus et licentiamus per presentes, quod claustrum in Weluere potest dilatare curtim suam, que Bv̊hof dicitur, ad australem plagam, ubi via transitur universalis, dummodo de suis[a] agris tantum restituant, quantum ipsi de communi via receperunt. Item licentiavimus in presentibus, quod, si volunt, possunt longas arbores iuxta claustrum ad aquilonem positas, que vulgariter thelgen vocantur, circumfodere et circumsepire, ita quod dicte arbores et curia monialium una fiat curtis. Item licentiavimus et licentiamus per presentes, quod in loco, qui Hundesdich vocatur, possunt edificare unam curiam. Que videlicet curia, si edificabitur, ita libera est et erit ab omni iure seculari, sicut curia maior, que Bv̊hof vocatur. Item protestamur in presentibus litteris, quod pro impetitione duarum casarum in Hundesdich sitis, que vulgariter vrighůt vocabantur, et duorum agrorum in Echtorp sitorum recepimus a predicto claustro unam casam in Clotingen sitam cum agris pertinentibus ad eandem. Et pro iam dicta casa dimisimus sepedicto claustro quatuor solidorum redditus, quos in casa Endike sita habuimus et in possessione habebamus. Preterea ne aliquis error vel rancor inter nos et dictum claustrum iugiter remaneret, sepedictum claustrum de viginti quinque marcis denariorum, quos in bonis in Mederike, vulgariter dictis vriegůth, habere videbantur, nos liberos et libere dimiserunt. Ut autem de premissis nulla de cetero valeat ambiguitas suboriri, nos Godefridus, famulus, et pater noster Godefridus supradicti presentem paginam sigillis nostris fecimus roborari. Actum et datum apud Kothemulen anno Domini millesimo CCC° decimo octavo, feria sexta proxima ante festum beati Bartholomei apostoli, presentibus Arnoldo dicto de Mechlen, Randolfo dicto Haken, Gerlaco de Mederike, Engelberto de Mechlen, Henrico dicto Sprenghen, Theoderico de Lake, Iohanne dicto Heninchus, Antonio de Clotinghen, villico de Biscopinch, Iohanne et Goswino fratribus dictis de Bv̊le, famulis, fratre Conrado dicto Grubere, fratre Hermanno et fratre Adolfo, conversis, et aliis pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 160, Siegel des jüngeren Godfried (WS 227,8) und des älteren Godfried von Rüdenberg (WS 27,7) anhängend; Rückvermerk (15. Jahrh.): op den Bowehoff unde ock op den Rodendiyck*; Druck: SUB II Nr. 573, S. 150.*

[1]) Die dem Kloster Welver gehörende Kortemühle lag westlich von Welver in Illingen am Salzbach (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest II, S. 151, Nr. 18; [2]) in Elfsen am Nordrand des Dorfes, südöstlich von Soest (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest, S. 222, Nr. 23); [3]) östlich von Körbecke; [4]) südöstlich von Welver; [5]) südöstlich von Welver bzw. von Klotingen; [6]) südwestlich von Welver.

1493

1318 September 5

Dietrich Graf von Limburg überläßt seine Ministerialin Christina, die Frau des Bertold gen. Megere, mit ihren Kindern dem Grafen von Berg und erhält dafür Crisselen, die Frau des Johannes gen. Sluc, mit ihren Kindern.

Nos Theodericus comes in Lymborch universis, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, salutem cum noticia veritatis. Notum facimus universis ac presentibus protestamur, quod nos Cristinam, uxorem Bertoldi dicti Megere legitimam, cum pueris suis spectantem ad nos iure ministerialitatis damus et resignamus in manus venerabilis viri domini .. comitis de Monte cum pleno consensu eorundem, ita quod omni iure, quo hactenus apud nos predicta Cristina gavisa fuerit, apud dominum .. comitem de Monte similiter potiatur. Nos vero econverso recipimus Crisselen, uxorem Iohannis dicti Sluc legitimam, cum pueris suis ex resignatione prefati domini .. comitis de Monte, quod ipsa cum pueris suis tali iure, quo antea gaudebat, apud nos deinceps utatur. In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est inpensum anno Domini M° CCC° XVIII°, feria tertia ante festum Nativitatis sancte Marie virginis.

Ausf., Perg., HStAD, Berg Urk. Nr. 107; Siegel des Grafen Dietrich von Limburg (WS 31,9) anhängend; Abschrift in Staatsbibliothek München, Sammlung Redinghoven Bd. 8, Bl. 609; Regest: Limburg-Styrum 2.1 Nr. 248.

1494

1318 September 18

Engelbert Graf von der Mark überläßt der Äbtissin und dem Konvent des Stifts Essen seine Ministerialinnen, die Schwestern Imma und Elisabeth, und erhält dafür deren Ministerialin Alheidis, die Enkelin des Bertram, und deren Tochter.

Nos Engelbertus comes de Marka universis presencia visuris et audituris notum facimus, quod dictam .. Immam et .. Elizabeth, sorores, nostras ministeriales, a iure ministerialitatis, quo nobis fuerant astricti, manumisimus et damus ipsas venerabili domine nostre domine .. abbatisse et conventui ecclesie secularis Assindensis in ministeriales suas per presentes, recipientes nichilominus ab eadem .. Alheydim, filiam filie Ber[-tra]mi, et Gertrudim, eius filiam, suas ministeriales, in nostras ministeriales iusto et debito permutacionis titulo pro eisdem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° decimo octavo, in crastino beati Lamberti episcopi et martiris.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 277, Siegel des Grafen beiliegend; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 117, S. 190.

1495

1318 September 18

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Lippstadt schenkt der Lippstädter Bürger Bernhard gen. Pundere als Schenkung unter Lebenden alle seine Güter innerhalb von Lippstadt und anderswo seiner Tochter Benedicta, Nonne im Zisterzienserinnenkloster Benninghausen, und dem dortigen Kloster.

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos .. iudex et .. consules Lippenses notum facimus et protestamur publice, quod compos mentis sue et corporis ac matura habita deliberatione nichilominus volens consulere saluti anime sue Bernardus, noster concivis, dictus Pundere donavit donatione legitima inter vivos, legavit, supraportavit, assignavit et libere resignavit universa et singula bona sua, quecumque et qualiacumque infra muros nostros Lippenses vel alias ubicumque existentia sive in debitis aut rebus aliis consistentia, ad manus et ad usum perpetuum et pacificum Benedicte, filie sue, claustrali in Benekinchusen ordinis Cystersiensis, et dominabus .. abbatisse totique conventui eiusdem claustri ita spontanea voluntate et perfecte, quod ipse Bernardus in eisdem bonis sive in parte sive in toto nichil iuris volet, poterit aut debebit de cetero vendicare, promittens coram nobis firmiter, quod contra huiusmodi donationem et resignationem non veniet per se vel per alium sive per alios, ingenio sive causa, de iure vel de facto. Unde nos .. consules supradicti sigillum nostrum in omnium premissorum testimonium ac perpetui roboris firmitatem ad petitionem

dicti Bernardi apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Iohanne Gyselberti et Rodolpho de Monasterio, proconsulibus, Henrico de Cleye, Alberto dicto Denteke, Ludolpho de Gyseke, Theoderico dicto Kolehorn, Hermanno de Sancto Trudone, Conrado de Hethus, Gerardo de Cappele, Iohanne de Gyseke, Iohanne Goldekinc, Hermanno de Aspen, Volberto dicto Valsch, Iohanne de Lancgeneken, Machorio Rubeo, Ecberto de Buren, Dethmaro dicto Stotere, Dethmaro Essekinc, Meynardo Pistore, Lamberto dicto Kulinc, Hermanno dicto Greue, Gerwino de Muddinchoue, Henrico de Distede, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum crastino beati Lamberti episcopi anno Domini M° CCC^mo decimo octavo.

Transsumpt in der Urkunde von 1319 Oktober 27; StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 142.

1496

1318 September 20

*Der Dechant der Kirche in Werden teilt als der vom Apostolischen Stuhl delegierte Richter dem Rektor der Kirche in Methler (*Methlar*) und anderen Rektoren mit, Hertlinus von Weystwich und Lambert von Velmede seien, obwohl sie von ihm auf Verlangen der Äbtissin von Essen zum 20. September zitiert wurden, nicht erschienen. Deshalb habe er sie für ungehorsam (*contumaces*) erklärt. Er fordert nun die Rektoren auf, die Genannten zu veranlassen, deswegen und wegen der entstandenen Kosten innerhalb von sieben Tagen nach Erhalt der Mahnung Genugtuung zu leisten. Andernfalls würden sie exkommuniziert. Datum 1318 Sept. 20 (*in vigilia beati Mathei*).*

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 278, vom abhängendem Siegel nur Rest erhalten; am linken Rand unleserlich.

1497

1318 September 21

Vor dem Dechanten des Alten Doms in Münster verzichtet Hermann gen. Schwarte von Brechten zugunsten seines Bruders Dethmar, des Sohnes der Walburgis, auf die zur Kirche in Brechten[1] gehörenden Güter und setzt als Kaution 20 Schillinge ein.

Decanus Veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensis universis presentem paginam visuris ac audituris salutem et cognoscere veritatem. Noverint ergo universi, quod in presencia nostra constitutus .. Hermannus dictus Swarte de Brechten resignavit Dethmaro, filio Walburgis, fratri suo, et eius veris heredibus bona spectantia ad ecclesiam dictam Brechten cum omni iure suo, quod ei in dictis bonis cum suis attinentiis competebat. Pro qua resignatione dictus Dethmarus Hermanno sepedicto certificavit viginti solidos Monasterienses fideiussoria cautione. Acta sunt hec presentibus Rutghero dicto Hase, Henrico, institutore, et Brunone, scriptore, civibus Monasteriensibus, Iohanne Wedempouere et Euerhardo Fabro, colonibus et villicis. In huius rei testimonium presentibus sigillum nostrum proprium est appensum. Datum et actum anno Domini M° CCC° XVIII°, in die Mathei apostoli.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 279, Siegel des Dechanten anhängend.

[1]) Südwestlich von Lünen.

1498

1318 September 24

Vogt und Ratsherren der Stadt Riga erklären, sie hätten vom Streit gehört, in dem der Bischof von Linköpping die Pfarrangehörigen und die deutschen Kaufleute in Wisby bedränge. Diese hätten die Gewohnheit, seit alten Zeiten zwei Pfarrer an der Kirche der Jungfrau Maria statt einem, wie es der Bischof wolle, zu haben. Diesen Brauch bestätigen die Aussteller.

Omnibus hoc scriptum cernentibus .. advocatus et consules civitatis Rigensis salutem in Domino. Ex insinuacione veridica auribus nostris instillavit, quod quedam rancoris, displicencie et dissensionis materia ex parte ecclesie beate Virginis in Wisby noviter sit exorta ex eo, quod episcopus Lincopensis, ut dicitur, parrochianos eiusdem ecclesie et universitatem mercatorum Theutonicorum ad eandem eclesiam pertinencium in eorum antiqua consuetudine de duobus rectoribus in eadem habendis nititur perturbare, volens unicum et singularem esse rectorem et instituere in eadem, cum ab antiquis retroactis temporibus semper in ea duos habuerint rectores, ut recolimus, quod tenore presencium protestamur. In premissorum omnium fidem sigillum nostrum presentibus duximus atergo inprimendum. Datum anno Domini M° CCC° decimo octavo, proxima dominica ante festum beati Michaelis.

Ausf., Perg., Domkirchenarchiv Wisby, Siegel ab, Wiedergabe nach Hildebrand, Svenskt Diplomatarium 3, Nr. 2166, S. 377.

1499

1318 September 29

Vor den Ratsherren zu Werl verkaufen an Abt und Konvent des Zisterzienserklosters Marienfeld folgende (Werler Bürger) Renten: (1.) Hermann gen. Struz eine Mark für ein Kapital von 15 Mark aus seinem Hausplatz und seinem Haus beim Haus des Hermann gen. Bars. (2.) Arnold Meygenris vier Schillinge aus seinem neuen Hausplatz und neuem Haus. (3.) Mechtild von Holthem fünf Schillinge aus zwei Hausplätzen und zwei Häusern beim Melxter Tor für sechs Mark und vier Schillinge. (4.) Conrad gen. Schwarte drei Schillinge aus seinem Hausplatz und seinem Haus beim Rekelinghof für drei Mark und neun Schillinge. (5.) Heinrich gen. Eckhof vier Schillinge aus seinem Hausplatz und seinem Haus bei Hermann gen. Bosen und dem Steintor für fünf Mark.

Nos consules opidi Werlensis universis tam presentibus quam futuris intuentibus presens scriptum cupimus fore notum, quod constituti coram nobis Hermannus dictus Struz et Lutgardis, uxor sua, unanimi consensu et bona voluntate, cum liberos non haberent, recognoverunt se vendidisse honorabilibus viris .. abbati et .. conventui ecclesie in Campo sancte Marie ordinis Cisterciensis Monasteriensis dyocesis unius marce redditus pro quindecim marcis denariorum Susati legalium et bonorum, que pecunia est ipsis integraliter persoluta, iure hereditario ex plena area et domo sua, sita in opido nostro iuxta domum Hermanni dicti Bars, annis singulis in festo Michahelis solvendos et possidendos in perpetuum libere et quiete, hoc adiecto, quod predicti Hermannus et Lutgardis, uxor sua, statuerunt pro se fideiussores Conradum dictum Scenkel, fratrem predicti Hermanni, Gerhardum dictum Melian et Gerewinum dictum Bunthen, fratres, ad prestandum veram et debitam warandyam predictis .. abbati et .. conventui ab omni inpeticione, que ipsis fieri posset de redditibus supradictis. Cum quibus predictus Hermannus dictus Struz pariter iunctis manibus compromisit. Quam warandyam predictus Hermannus et Conradus dictus Scenkel, fratres, infra annum et diem facere promiserunt. Reliqui vero duo, videlicet Gerhardus dictus Melian et Gerewinus dictus Bunthe, fratres predicti, tenebuntur facere, quandocumque fuerint requisiti. (2) Insuper constitutus[a] coram nobis Arnoldus dictus Meygenris cum consensu et bona voluntate Meyctheldis, uxoris sue, Conradi, filii sui, et Elizabet, filie sue, cum plures liberos non haberent, recognovit, se vendidisse predictis .. abbati et .. conventui redditus quatuor sollidorum ex plena nova area et domo nova sua, sita in eadem platea, solvendos in festo Michahelis annis singulis et iure hereditario in perpetuum possidendos libere et quiete. Que pecunia est ipsis integraliter persoluta. (3) Insuper constituta coram nobis Meyctheldis de Holthem cum consensu et bona voluntate Arnoldi, filii sui, Meyctheldis, Bertradis, Elizabet et Iutte, filiarum suarum, cum plures liberos non haberet, recognovit se vendidisse sepedictis .. abbati et .. conventui redditus quinque sollidorum pro sex marcis denariorum predictorum et quatuor sollidis ex duabus areis et domibus suis sitis iuxta portam Melkesteren, in tercia vero area sua, ibidem sita, quam quondam possedit .. dictus Zůthe, nichil habent, solvendos in festo Michahelis annis singu-

lis et iure hereditario libere in perpetuum possidendos. Que pecunia est ipsis integaliter persoluta. (4) Insuper constitutus coram nobis Conradus dictus Zuartte cum consensu et voluntate Cristine, uxoris sue, Rotgeri et Bertoldi, filiorum suorum, necnon Gertrudis, filie sue, cum plures liberos non haberent, recognovit se vendidisse prelibatis .. abbati et conventui redditus trium sollidorum pro tribus marcis et novem sollidis denariorum predicti pagamenti ex plena area et domo sua, sita in opido nostro iuxta curiam dictam Rekelinchof, solvendos in festo Michahelis annis singulis et iure hereditario possidendos, in perpetuum possidendos[b] libere et quiete. Que pecunia est ipsis integraliter persoluta. (5) Insuper constituti coram nobis Henricus dictus Echane et Iutta, uxor sua, unanimi consensu et maturo consilio Gertrudis et Alheydis, filiarum suarum, cum plures liberos non haberent, recognoverunt se vendidisse sepeantedictis .. abbati et conventui redditus quatuor sollidorum pro quinque marcis denariorum predictorum ex plena area et domo sua, sita in opido nostro iuxta domum Hermanni dicti Bosen et portam Lapideam, solvendos in festo Michahelis annis singulis et possidendos in perpetuum libere et quiete. Que pecunia est ipsis integraliter persoluta. Huius rei testes sumus nos Theodericus de Holdinchoue et Hermannus dictus Bars, tunc temporis proconsules, Henricus Prosekese, Bruno dictus Retlike, Rotgerus dictus Passe, Arnoldus dictus Knopeke, Hermannus de Melkesteren, Hermannus dictus Tegge, Conradus dictus Egenbolt, Rotgerus dictus Menriskel, Iohannes dictus Puneyr, Henricus dictus de Stene, Hermannus dictus Wiszage, Gerhardus de Zode, Henricus dictus Kreuet et Gerhardus Carpentarius, tunc temporis consules in Werle, et quam plures alii fide digni. Ut autem hec omnia firma sint et rata et in perpetuum inviolabiliter observentur, nostrum sigillum presentibus est appensum in testimonium omnium predictorum. Datum anno Domini M° CCC° decimo octavo, in die sancti Michahelis.

Zwei Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 472, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1279.

[a]) Irrtümlich wiederholt; [b]) dieses Wort nur in einer der beiden Ausfertigungen.

1500

1318 Oktober 1

Der Knappe Brunsten von Emesbroke gibt dem Konvent in Lippstadt für eine Memorie seiner † Frau von Walegarden eine Rente von zwei Schillingen aus seinem Oberhof Waltrup im Kirchspiel Liesborn in Pfand. Die zum Zeitpunkt der Herbstsynode in Liesborn zu entrichtende Rente ist so lange zu zahlen, bis sie mit zwei Mark abgelöst wird.

Universis presencia visuris et audituris nos Brunstenus de Emesbroke, famulus, notum facimus presentibus recognoscentes, quod nos de consensu et voluntate heredum nostrorum in pignere[a] dedimus et damus in hiis scriptis duorum solidorum redditus de curte nostra dicta Woltorpe sita in parrochia Lesberne singulis annis tempore, quo sacra synodus in dicta parrochia celebratur autumpnalis, conventui in Lippia in memoriam uxoris nostre quondam de Walegarden solvendos, donec ipsos pro duabus marcis Monasteriensium denariorum nos seu heredes nostri duximus redimendos. In cuius rei testimonium sigillum domini Henrici de Buren, canonici Monasteriensis, ad nostram peticionem presentibus est appensum. Et nos Henricus predictus nostrum apposuimus presentibus sigillum ad ipsius Brunsteni peticionem in testimonium premissorum. Datum anno Domini M° CCC^mo XVIII°, ipso die beati Remigii confessoris.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt Urk. Nr. 55, Siegel des Ausstellers (Bild: Schild mit dem Halbkranz von sieben spitzigen Rauten) abhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1280; Lipp. Regesten II Nr. 639.

[a]) In der Vorlage „pingnere".

1501

1318 Oktober 2 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln schärft auf einer Synode zu Bonn den Welt- und Ordensgeistlichen seiner Diözese die von den Päpsten Clemens V., Bonifaz VIII. und Johannes XXII. erlassenen Konstitutionen ein und fügt einige Ergänzungen hinzu:

1. Den Klerikern ist es nicht erlaubt, ohne Grund in bunter oder gestreifter oder an den Seiten aufgeschlitzter Kleidung aufzutreten. Wer gegen dieses Verbot verstößt, verliert für sechs Monate die Einkünfte seiner Pfründe. Wenn er noch keine Pfründe besitzt, aber bereits Priester ist, darf er für die genannte Zeit keine Pfründe erwerben. Ebenso dürfen Kleriker keine bunten oder glänzende Stiefel oder Schnabelschuhe tragen.

2. Jeder Kleriker ist verpflichtet, die Tonsur zu tragen. Er hat diese mindestens siebenmal im Jahr nachzurasieren. Andernfalls wird ihm der Zugang zur Kirche verwehrt. Ein Subdiakon oder Diakon, der ohne Tonsur, aber in geistlichen Gewändern Gottesdienst hält, wird in gleicher Weise suspendiert. Die Absolution behält sich in diesem Falle der Erzbischof vor. Ein Kleriker, der noch nicht geweiht ist, darf ebenfalls nicht gottesdienstliche Handlungen vornehmen, wobei dieser Mißbrauch häufig stattfindet.

3. Klerikern, die sich entgegen dem kanonischen Recht als Pfarrer aufspielen, sollen, damit die Seelsorge in diesen Kirchen nicht beeinträchtigt wird, ihre Pfründen entzogen werden. Stattdessen sollen von den Einkünften gute Vikare bestellt werden. Der Rest der Einkünfte soll an den Erzbischof fallen bzw. wird von den Landdechanten für gute Zwecke verwandt werden.

4. Alle Geistliche an Kathedral-, Kollegiat-, weltlichen oder Ordenskirchen sind verpflichtet, die heiligen Weihen zu empfangen. Andernfalls steht ihnen kein Stimmrecht in den Kapiteln zu. Zumindest muß ein Geistlicher die Subdiakonatsweihe empfangen haben. Diejenigen, die Dignitäten und Ämter innehaben, für die bestimmte Weihen vorgeschrieben sind, müssen diese innerhalb eines Jahres empfangen. Andernfalls verlieren sie bis dahin ihr Stimmrecht in den Kapiteln und müssen auf die Hälfte der Präsenzgelder für die Teilnahme an den Stundengebeten verzichten.

5. Für den Empfang der Subdiakonatsweihe ist die Vollendung des 18. Lebensjahres vorgeschrieben, für das Diakonat das 20. und für die Priesterweihe das 25.

6. Die Beachtung der Konstitution des Papstes Bonifaz VIII. „Super Cathedram", die von Papst Benedikt XI. widerrufen, von Papst Johannes XXII. aber erneuert wurde, wird streng vorgeschrieben. Die Pfarrer dürfen Dominikaner und Minoriten in ihren Kirchen zum Beichtehören nicht zulassen, wenn sie nicht ein Zeugnis des Erzbischofs vorweisen können. Dies soll ihnen aber nur einmal abverlangt werden, wobei aber eine Kopie genommen werden soll. Sie dürfen aber nur solche Absolutionen aussprechen, die auch den Pfarrgeistlichen zustehen.

7. Um Streitigkeiten zwischen den Angehörigen der Bettelorden und den Pfarrern zu vermeiden, ist festgelegt, daß erstere in den Pfarrkirchen nur predigen dürfen, wenn sie dazu von den Pfarrern eingeladen wurden.

8. Von den ihnen zugeflossenen Spenden bei Beerdigungen und von Vermächtnissen haben Angehörige der Bettelorden, auch wenn eine solche Abgabe sonst nicht üblich oder vorgeschrieben ist, den Pfarrern ein Viertel abzugeben.

9. Sie dürfen weder Klerikern noch Laien das Sakrament der Letzten Ölung und der Eucharistie ohne besondere Erlaubnis des jeweiligen Pfarrgeistlichen spenden und niemand von der Exkommunikation, von einer sonstigen Schuld und Strafe oder von einem Verstoß gegen die Provinzial-oder Synodalstatuten freisprechen. Angehörige der Bettelorden, auch nicht die vom Erzbischof anerkannten, dürfen niemandem wegen un-

rechtmäßig erworbenen Gutes die Absolution erteilen und dieses Gut dann für sich einziehen. Die Verfügung über solches Gut steht dem Erzbischof zu. Alle vom Erzbischof zugestandenen Rechte zur Sündenvergebung und die Absolution in bestimmten Fällen werden widerrufen. Solche Rechte stehen sonst nur seinen beiden Generalvikaren zu.

10. Allen Pfarrern, die die Seelsorge ausüben, und allen Pfarrern, die rechtliche Inhaber von Pfarreien sind, verbietet der Erzbischof, Brüdern des Augustinerordens, des Karmeliterordens und aller Bettelorden die Erlaubnis zu erteilen, in ihren Kirchen Beichte zu hören, wenn sie nicht innerhalb der Frist von einem Monat dem Erzbischof ihre Privilegien vorgelegt und nachgewiesen haben, kraft welchem vom Apstolischen Stuhl verliehenen Privileg ihnen ein solches Recht zugestanden wurde, da das allgemeine Kirchenrecht dem entgegensteht.

11. Die vom Papst Clemens V. auf dem Konzil zu Vienne erlassene Konstitution soll beachtet werden.

12. Beginen ist es untersagt, über die Dreifaltigkeit und das Wesen Gottes zu disputieren und ihre Meinung zu verbreiten über Glaubensartikel und kirchliche Sakramente, die dem katholischen Glauben entgegenstehen. Sie dürfen nicht eine besondere Ordenskleidung für Beginen tragen und nicht nach dem Beispiel der Konvente anmaßend Ämter und Konvente einrichten. Niemandem ist es erlaubt, einen Orden zu gründen. Wenn jemand in einer Ordengemeinschaft leben will, hat er sich einem vom Apostolischen Stuhl anerkannten Orden anzuschließen. Die Lebensweise der Beginen ist durch die päpstliche Konstitution verboten. Fromme Frauen dürfen jedoch mit und ohne Keuschheitsgelübde in ihren Häusern ehrhaft zusammen leben und Buße tun und im Geist der Demut Gott dienen.

13. Geldleiher, die Wucher begehen und mit Tricks wie der Umrechnung von Darlehen, der Umwandlung von Kornrenten in Geldrenten und umgekehrt über das Maß Gewinne erzielen, sollen von den Pfarrern als exkommuniziert verkündet werden. Ihnen sollen nicht die Sakramente gespendet werden und sie sollen im Fall eines Todes kein kirchliches Begräbnis erhalten.

In nomine Domini amen. Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis prelatis, capitulis, conventibus ecclesiarum et monasteriorum tam secularium quam religiosorum et prioribus ac cardianis et conventibus Predicatorum, Minorum, Augustinensium et sancte Marie de monte Carmeli ac aliorum ordinum Mendicantium ac locorum plebanis et clericis sue civitatis et dyocesis salutem in Domino sempiternam. Licet a predecessoribus nostris et nobis ipsis infra[a]. Nos igitur urgente nos ad id officium nostri debito errores huiusmodi, quantum possumus, ne nobis valeat negligentia imputari, corrigere cupientes, constitutionem, que incipit „Quoniam quia abiectis vestibus etc", ex libro „De vita et honestate clericorum" inter extravagantes constitutiones domini Clementis pape Quinti collocatam precipimus observari, pauca tamen ex eadem constitutione pro eruditione simplicium exprimendo:

(1) Precipientes, quod quicumque clericus virgata seu partita seu in lateribus scissa veste publice utitur, nisi rationabilis causa subsit, si beneficiatus extiterit, per sex menses a perceptione fructuum beneficiorum, que obtinet, sit ipso facto suspensus, si beneficiatus non fuerit in sacris tamen ordinibus citra sacerdotium constitutus, per idem tempus reddatur omnino inhabilis ad beneficium ecclesiasticum obtinendum. Clerici etiam presertim beneficiati caligiis rubeis aut glaucis seu viridibus et calceis rostratis seu perforatis publice non utantur. Contrarium facientes, si beneficiati fuerint, simili modo per duos menses a perceptione fructuum suorum, que obtinent, sint suspensi. Ceteri non beneficiati in sacris ordinibus tamen constituti sint inhabiles per idem tempus ad beneficium ecclesiasticum obtinendum.

(2) Item statuimus, ut clerici coronas rotundas et tonsuram clericalem ad modum sui status et ordinis competentes habeant et ad minus in anno septies coronam radant et tonsuram reforment, et quanto hii in gradu ceteros antecedunt, sunt maioribus honoribus attollendi. Hii, qui contra honorem status sui faciunt, sunt gravius puniendi. Illos quidem, qui in subdyaconatus et dyaconatus ordinibus constituti absque tonsura

et corona clericali officia divina vestibus sacris induti exercent, ab ingressu ecclesie suspensionis sententiam, quam in eos extunc ut exnunc ferimus, incurrere volumus ipso facto. Quorum absolutionem nobis specialiter reservamus, sub pena suspensionis simili prohibentes, ne quis clericus non in sacris ordinibus constitutus officia ordinum sacrorum sacris indutus vestibus, quod tamen per abusum sepius committitur, presumat aliquatenus exercere.

(3) De clericis vero, qui pro pastoribus ecclesiarum contra instituta canonica se gerunt, ut est dictum, et ut animarum cura propter eorum defectum in ipsis ecclesiis, quarum pastores asserunt, non minus exerceatur, sic duximus ordinandum et hac synodali sententia et decreto statuendum, ut clerici prefati a iure ipsis beneficiis privati seu quibus in eis ex defectu iuris in eisdem non fuit ius ab initio acquisitum, qui nunc sunt et inantea fuerint, fructus beneficiorum eorundem non percipiant nec eos suos faciant nec quavis via eis auctoribus ecclesie ipse, cum in eis ius non habeant, officiatores eorundem instituantur quodque de perceptis redditibus dictorum beneficiorum seu, si de facto inantea percipiant, nobis aut successori nostro reddatur ratio vel illi aut illis, quibus duxerimus committendum. Et ne de cetero propter defectum sustentationis minus sufficientes et illiterate persone ecclesiis ipsis, de quibus supra fit mentio, officiatores seu curam animarum exercentes et deservientes in divinis preficiantur, statuimus et decernimus eas per bonos et sufficientes vicarios per nos aut successores nostros in huiusmodi ecclesiis deputandos fore officiandos, quibus tamen de ipsarum ecclesiarum proventibus ex nostra providentia ministrabitur, de quibus pro statu ipsarum ecclesiarum valeant congrue sustentari, eo, quod de ipsis redditibus residuum fuerit, nostre dispositioni reservato et per locorum christianitatum decanos, quibus hoc presentibus committimus, in usus debitos convertendo. Et quia malitia perversorum, nisi pene coertione refrenetur, non potest per maliciam preteritorum experiencia aboleri, clericos prefatos contra premissa dictos fructus rapientes, ecclesiarum predictarum regimine se ingerentes, et ut ad earundem tytulum fraudulenter se beneficiatos asserentes, cum non sint ad ordines sacros se promoveri facientes et rationem de perceptis redditibus predictis non reddentes, ut est dictum, quos in his scriptis monitione sex mensium a publicatione presentis statuti premissa ab ingressu ecclesie suspendimus, suspensos haberi volumus et teneri.

(4) Item constitutionem sedis Apostolice sub tytulo „De etate et qualitate ad ordinem preficiendorum“ inter extravagantes constitutiones Clementinas collocatam[b] precipimus observari, cuius tenor talis est, ut hii, qui in divinis et cathedralibus vel collegiatis, secularibus et regularibus ecclesiis sunt mancipati [..][c] officiis vel mancipabuntur, ad suscipiendos sacros ordines perpetuis inducantur temporibus. Statuimus, ut nullus de cetero in ecclesiis huiusmodi vocem in capitulo habeat, etiam si hoc sibi ab aliis libere concedatur, nisi saltem in subdyaconatus ordine fuerit constitutus. Illi vero, qui dignitates, personatus, officia vel prebendas, quibus ceteri ordines sunt annexi, pacifice nunc obtinent in eisdem ecclesiis vel obtinuerint in futurum, nisi iusto impedimento cessante, ad huiusmodi ordines se promoveri non fecerint infra annum, extunc, donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in capitulo eorundem habeant ipsisque distributionum, que dantur[c] hiis, qui certis horis interfuerint, pars dimidia subtrahatur, non obstantibus consuetudinibus quibuslibet vel statutis, penis aliis, que contra promoveri ad ordines recusantes statuuntur, de iure nichilominus in suo robore permansuris.

(5) Et similiter constitutionem in eodem tytulo subsequentem precipimus inviolabiliter observari, cuius tenor talis est „Generalem ecclesie observantiam“. Volentes antiquis iuribus in hac parte preferri decernimus, ut, alio non obstante canonico, possit quis libere in decemoctavo ad subdyaconatus, in vigesimo ad dyaconatus, in vicesimo quinto etatis sue anno ad presbiteratus ordines promoveri.

(6) Item constitutionem a felicis recordationis domino Bonifatio papa[d] VIII., que incipit „Super cathedram“ editam et a domino Benedicto papa, successore ipsius, revocatam, nunc vero per sanctissimum patrem dominum Iohannem papam XXII. resumptam et sub tytulo „De sepulturis“ collocatam precipimus ab omnibus observari per locorum plebanos copiam eiusdem recipi infra mensem, statuentes iuxta constitutionem

eandem, ut de cetero nullum Predicatorum vel Minorum ordinum fratrem ad audiende confessionis officium in suis ecclesiis admittant, nisi cum literis testimonialibus nostris, quod secundum constitutionem eandem nobis presentatus per nos admissus sit ad officium memoratum. Volumus tamen, ut iidem fratres non nisi semel tantum literas suas testimoniales sacerdotibus parrochialium ecclesiarum ostendere teneantur ipsisque copia litere sue relicta, facta fideli collatione de ipsorum fratrum litera ad transsumptionem, ut per hoc sacerdotibus appareat, qui fratres missi sint et approbati ad premissa ministeria exequenda. Nec tunc quidem in aliis casibus absolvere possint, quam curatis seu parrochialibus sacerdotibus a iure est concessum.

(7) Item iuxta constitutionem eandem ad contentiones varias, que inter eosdem fratres et locorum plebanos, ut frequentius oriuntur, tollendas precipimus plebanis, ne dictos fratres permittant in suis ecclesiis predicare vel proponere verbum Dei, nisi fratres predicti ab eis invitati fuerint vel vocati, et de eorum beneplacito vel assensu ac petita ab eis licencia et obtenta.

(8) Item fratres ipsi Predicatores et Minores locorum plebanis de obventionibus tam de funeribus quam de quibuscumque, quomodocumque relictis distincte vel indistincte ad quoscumque certos vel declaratos usus, de quibus etiam quarta vel canonica portio exigi vel dari non consuevit vel non debet de iure necnon de datis vel qualitercumque donatis in morte seu in mortis articulo in instrumento donantis vel dantis, de qua decesserit quomodocumque directe vel indirecte, quartam partem largiri integre teneantur.

(9) Preterea iuxta constitutionem sedis Apostolice [inter][e] extravagantes „De privilegiis" collocatam, que incipit „Religiosi" precipimus, ne religiosi ipsis clericis aut laycis sacramentum unctionis extreme vel eucharistie ministrare, non habita super hiis parrochialis presbiteri licentia speciali, et ne excommunicatos a canone vel a statutis provincialibus vel synodalibus aut a pena et a culpa quemquam absolvere presumat, alioquin excommunicationis sententiam in eos per eandem constitutionem latam, a qua non nisi per sedem Apostolicam absolvi possunt, incidant ipso facto. Inhibemus insuper quibuscumque fratribus etiam per nos approbatis, ne de vagis restitutionibus, videlicet de male et illicite acquisitis quemquam in suis confessionibus absolvant, ne talia ad se recipiant aut sub quovis colore sibi attrahant vel usurpant, cum huiusmodi absolutio et illicite acquisitorum dispositio ad nos tamquam ad dyocesanum dinoscitur pertinere. Preterea omnes indulgentias et certos casus in absolutionibus inpendendis quibuscumque religiosis sub quacumque forma verborum concessas a nobis presentibus revocamus, venerabili in Christo patre domino Iohanne, episcopo Scopulensi, et fratre Wilhelmo de Wemis, vicariis nostris in spiritualibus, dumtaxat exceptis.

(10) Item omnibus vobis et singulis plebanis et ecclesiarum rectoribus inhibemus, ne fratres ordinis beati Augustini et sancte Marie de monte Carmeli aut quoscumque alios fratres ordinis Mendicantium permittatis in ecclesiis vestris confessiones audire, nisi nobis infra mensem privilegia sua ostenderint, virtute quorum eis confessionum audiendarum indulgentia a sede Apostolica sit indulta, cum eis id prohibeat ius commune.

(11) Item consitutionem domini Clementis pape V. in concilio Viennensi editam sub tytulo de statu monachorum regularium collocatam, que incipit „Ne in agro dominico etc.", cum constitutione sequenti, que incipit „Attendentes, quod ubi gubernaculum discipline contempnitur", precipimus a monachis ordinis beati Benedicti ac monialibus quibuscumque et canonicabus ecclesiarum secularium inviolabiliter observari.

(12) Item precipimus constitutionem, que incipit „Cum de quibusdam mulieribus Bacginabus vulgariter nuncupatis etc.", sub tytulo „De statu monachorum", collocatam in omnibus suis articulis firmiter observari, ipsis Becginabus iuxta constitutionem ipsam prohibentes, ne de summa trinitate disputent et divina essentia vel opiniones circa fidei articulos, eclesiastica sacramenta, fidei catholice contraria introducant nec de cetero certum ordinem Becginarum portare vel ad instar conventus magistratus et conventus habere presumant, cum nulli liceat ordinem fingere, sed si religiosus esse velit, unum assumere ordinem debet de ordinibus a sede Apostolica approbatis, quodque nullus religiosus de cetero in huiusmodi becginasii status foveat seu ad ipsum statum suscipiendum inducat, cum idem status per constitutionem perpetuo sit prohibitus et de

ecclesia penitus exstirpatus eo, quia diversi errores aliaque plurima animarum pericula parientia mulieres predicte sub quodam securitatis velamine committebant. Alioquin tam mulieres quam fratres predictos menti constitutionis huiusmodi obviantes excommunicationis sententiam in eadem constitutione prolatam incurrere decernimus ipso facto. Sane tamen, quod, si que fuerint mulieres fideles, que promissa continentia vel etiam non promissa honeste in suis conversantur hospiciis, penitentiam agere voluerint, non ut ordinem et statum predictum reprobatum teneant, possint Domino in humilitatis spiritu deservire.

(13) Item statuimus, ut usurarii, sub quacumque specie usuram commiserint, recipiendo aliquid ultra sortem, id est ultra debitum principale, quo quis alteri tenetur, vel per computationem diuturnam aut commutationem mutui, videlicet pecunie ad annonam et econverso vel sub quovis alio colore, per vos plebanos excommunicati nuntientur, cum ipsi a iure communi et per statuta nostra excommunicati existant, nec eis ministretis ecclesiastica sacramenta nec corpora eorum, cum decesserint, tradatis ecclesiastice sepulture. Sed si ante mortem penitere voluerint, cum eis agatis iuxta constitutionem, que incipit „Usurarum voraginem", collocatam libro sexto sub tytulo „De usuris". Actum et publicatum Bunne in sancta synodo nostra, crastino beati Remigii, prioribus quam pluribus, canonicis et clericis ibidem, ut est moris, congregatis, anno Domini M° CCC^mo decimo octavo.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 104a, Rest des Siegels (im Bild 4:3 Rauten) anhängend; Druck: SUB II Nr. 574; Regest: REK IV Nr. 1073.

[a]) Text hier abbrechend; [b]) in der Vorlage „collocata"; [c]) nicht einwandfrei lesbare Stelle; [d]) in der Vorlage „domini Bonifatii pape"; [e]) sinngemäß zu ergänzen.

1502

1318 Oktober 4

Vor den Brüdern Gottfried, Dompropst in Münster, und Wilhelm Graf von Arnsberg verkauft Heinrich von Vrienole dem Propst und dem Konvent des Klosters Rumbeck für sechs Mark eine Rente von sechs Schillingen aus seinem Haus in Freienohl. Wenn das Kloster die Rente weiterverkaufen will, hat Heinrich ein Vorkaufsrecht. Das gleiche gilt für das Kloster, wenn Heinrich sein Haus veräußern will.

Nos Godefridus prepositus Monasteriensis et Wilhelmus comes de Arnsberg, fratres, universis presentes literas visuris seu audituris notum facimus, quod constitutus in nostra presentia Hinricus de Vrienole recognovit se rite et rationabiliter vendidisse domino .. preposito ac .. conventui ecclesie in Rumbike redditus sex solidorum Sůsatiensium denariorum ex domo sua sita in Vrienole cum omnibus suis attinentiis singulis annis in festo beati Martini hyemalis percipiendos ac tollendos pro sex marcis denariorum Susati usualium et bonorum tali conditione, si ipsi dominus .. prepositus ac .. conventus predicti hos redditus predictos in posterum vendere decreverint, tunc primitus exhibebunt eos ipsi Hinrico predicto ac suis heredibus, quorum consensus eciam ad hanc venditionem specialiter accessit, dummodo pro eis tantum precium dare voluerit, quantum alter. Eodem modo ipse Hinricus ac sui heredes se facturos promiserunt, videlicet si domum predictam cum suis appendiciis in posterum vendere decreverint, extunc ipsam ipsis domino .. preposito ac .. conventui predictis sub prescripta conditione primitus exhibebunt. In huius contractus testimonium sigillum nostrum ad preces ipsius Hinrici nostrique consensus testimonium, qui ad premissa eciam accessit, duximus presentibus appendenda. Presentes erant dominus Lůdewicus sacerdos, cappellanus in Rumbike, Iohannes de Ostwich, pastor ecclesie in Aldenberge, clericus noster, Hinricus de Ouerendorp, Betteke dictus Somer, Hinricus Gir, iudex in Arnsberg, Reynerus, notarius noster, et alii fide digni. Datum anno Domini M° CCC° decimo octavo, quarto nonas Octobris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck Urk. Nr. 50, Siegel des Grafen Wilhelm von Arnsberg (am Rand beschädigt, WS 41,2) abhängend; Abschrift des 16. Jahrh. in Msc. I 208 (Kopiar des Klosters Rumbeck), Bl. 20; Regest: WUB VIII Nr. 1282.

1503

1318 Oktober 21

Bischof Adolf von Lüttich, Bruder des Grafen Engelbert von der Mark, billigt dessen Schenkung des Patronatsrechts der Kirchen in Methler und Kurl sowie des Hofes Middendorp[1] und des Kottens Claweshus im Bruch im Kirchspiel Lünen an das Prämonstratenserkloster Cappenberg[2].

Adolfus Dei gracia Leodiensis episcopus universis presentes literas inspecturis salutem in Domino sempiternam. Propter votivas et rationabiles nobilis viri Engelberti comitis de Marka, germani nostri karissimi, supplicationes nobis ex parte sui directas necnon ob specialem, quem circa viros religiosos .. prepositum et .. conventum ecclesie Kapenbergensis Monasteriensis dyocesis, Premonstratensis ordinis, et eorum ecclesiam, in qua non nulla nostrorum corpora progenitorum ecclesiastice sunt tradita sepulture, gerimus et habemus affectum, collationem et donationem ipsis religiosis ac translationem in eos ac eorum ecclesiam de iuribus patronatus ecclesiarum de Metlere et de Curlere Coloniensis dyocesis necnon mansi dicti Middendorp et case dicte Claweshus in den Bruke sitorum in parrochia de Lunen Monasteriensis dyocesis cum universis suis iuribus, attinentiis per ipsum .. comitem, fratrem nostrum predictum, factas omnimodo approbamus, huiusmodi collationi, donationi et translationi seu alienationi nostrum consensum liberum, voluntarium et spontaneum adhibemus, protestantes nos nolle per nos nec per alios predictos religiosos in dominio et possessione, quominus in perpetuum predictis iuribus et manso cum suis pertinentiis pacifice utifrui valeant et quiete, impedire aliqualiter seu turbare. In cuius rei testimonium has literas predictis religiosis nostro sigillo tradimus sigillatas. Datum anno Domini M° CCC° XVIII°, in festo Undecim milium virginum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Cappenberg Urk. Nr. 48, Siegel des Bischofs (stark beschädigt, Bild: sitzender Bischof mit Stab in der Rechten und erhobener Linken, daneben Schild) anhängend; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 45, S. 126; Druck: UB Lünen Nr. 142; Regest: WUB VIII Nr. 1218.

[1]) In der Bauerschaft Alstedde nördlich der Lippe; [2]) vergl. die Urk. von 1318 Februar 1.

1504

1318 Oktober 23

Dompropst Godfried[1] überträgt mit Zustimmung des Domkapitels zu Münster den Zehnten zu Wadersloh, den der Ritter Ludolf von Vechtorp vom Domkapitel zu Lehen getragen hat, dem Abt und Konvent des Benediktinerklosters Liesborn und erhält dafür den Hof zu Kissinghausen in der Pfarrei Herringen, den Andreas Snap vom Kloster zu Lehen hatte und als solches vom Domkapitel nun weiter tragen soll[2].

Nos Godefridus prepositus ecclesie Monasteriensis universis, ad quos presentes litere pervenerint, declaramus publice protestantes per easdem, quod de consensu et voluntate honorabilium virorum dominorum .. decani et .. capituli ecclesie nostre predicte religiosis viris .. abbati et .. conventui monasterii in Lyesbern ordinis sancti Benedicti, Monasteriensis dyocesis, decimam to Wardeslo sitam in parrochia ibidem, quam a nobis et predecessoribus nostris strennuus miles Ludolphus de Vectorpe et progenitores ipsius in feodo tenuerunt, prout ad nos et ad ecclesiam nostram pertinet et pertinuit, cum attinentiis suis universis dedimus, damus et supportamus per presentes ab ipsis et eorum successoribus iure proprietatis perpetuo possidendam, recipientes ab eisdem mansum to Kyssinchusen in parrochia Heringhen, quem Andreas dictus Snap et sui progenitores ab .. abbate in Lyesbern pro tempore existenti in feodo tenuerunt, cum suis iuribus et attinentiis universis iusto permutacionis titulo, quemadmodum situs est et [ad][a] eosdem pertinuit, per nos et ecclesiam nostram iure proprietatis perpetuo possidendum, hac tamen condicione adiecta, quod eundem mansum predictus Andreas et sui heredes, sicut ab .. abbate predicto sic in omni sui forma a nobis et successoribus nostris in feodo recipere teneantur, transferentes nichilominus in .. abbatem et .. conventum predictos, quidquid iuris nobis competebat vel competere potuit in decima memorata. In cuius rei testimonium nostrum sigillum una

cum sigillo ecclesie nostre predicte presens scriptum fecimus roborari. Et nos .. decanus et .. capitulum ecclesie nostre predicte ad maiorem firmitatem nostro et domini .. prepositi predicti sigillis presencia fecimus sigillari. Datum et actum anno Domini M° CCC° decimo octavo, in die beati Seuerini episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn Urk. Nr. 113, Siegel des Dompropsts ab, das des Domkapitels (WS 3,5) anhängend; Abschrift des 15. Jahrh. in Msc. I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn), Bl. 43v, Abschrift des 17. Jahrh., Msc. I 101 (Kopiar des Klosters Liesborn), Bl. 37v und Abschrift des 17. Jahrh., Msc. I 102 (Kopiar des Klosters Liesborn), S. 51; Druck: UB Liesborn Nr. 143 (fehlerhaft); Regest: WUB VIII Nr. 1289.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.
[1]) Gottfried Graf von Arnsberg; [2]) vergl. Gegenurkunde von demselben Tage.

1505

1318 Oktober 23

Abt Florin und der Konvent des Benediktinerklosters Liesborn geben dem Propsten, Dechanten und dem Kapitel des Domkapitels in Münster im Tausch den Hof zu Kissinghausen im Kirchspiel Herringen, den Andreas von Dernen gen. Snap vom Kloster zu Lehen trägt und als solches nun vom Domkapitel weiterhin behalten soll, und erhalten dafür den Zehnten zu Wadersloh.

Nos Florinus Dei patientia abbas monasterii in Lyesbern ordinis sancti Benedicti Monasteriensis dyocesis universis, ad quos presentes litere pervenerint, declaramus publice protestantes per easdem, quod de consensu et voluntate religiosorum virorum .. prioris et .. conventus monasterii nostri predicti honorabilibus viris dominis .. preposito, .. decano et .. capitulo ecclesie Monasteriensis predicte mansum to Kyssinchusen in parrochia Heringen situm, quem Andreas de Dernen dictus Snap et progenitores sui a nobis et predecessoribus nostris hactenus in feodo tenuerunt, prout ad nos et monasterium nostrum pertinet et pertinuit, cum attinentiis suis universis dedimus, damus et supportamus per presentes ab ipsis, eorum successoribus iure proprietatis perpetuo possidendum, recipientes ab eisdem .. preposito, .. decano et .. capitulo decimam to Wardeslo sitam in parrochia ibidem, quam strennuus miles Ludolphus de Vechtorpe et progenitores ipsius a vobis et predecessoribus vestris in feodo tenuerunt, cum suis iuribus et attinentiis universis iusto permutacionis titulo, quem ad modum ad ipsos pertinuit, per nos et monasterium nostrum iure proprietatis perpetuo possidendam, adicientes, quod eundem mansum predictus Andreas et sui heredes, sicut a nobis, sic in omni sui forma a domino .. preposito et successoribus suis in feodo recipere tenebuntur, transferens in dictum .. prepositum et .. capitulum quicquid iuris nobis competebat vel competere potuit in manso prenarrato. In cuius rei testimonium sigillum nostrum cum sigillo .. conventus monasterii iam dicti presentibus duximus apponendum. Et nos .. prior et .. conventus monasterii predicti in argumentum nostri consensus adhibiti ad premissa sigillo .. conventus nostri una cum sigillo domini .. abbatis presens scriptum fecimus roborari. Datum et actum anno Domini M° CCC^mo decimo octavo, in die beati Seuerini episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster Urk. I M Nr. 1, Siegel des Abts (WS 125,12) und des Konvents (WS 104,4) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1290.

1506

1318 Oktober 23

Vor den Ratsherren in Werl verkauft Gottschalk gen. Budde, Bürger zu Werl an Dechant und Kapitel des Stifts (St. Patrokli) Soest aus seinem Haus bzw. dem Hausplatz in der Stadt Werl, die nur mit einem Wortgeld von vier Schillingen belastet sind, eine Rente von drei Schillingen.

Nos consules et scabini opidi in Werle universis presentes literas visuris et audituris notum facimus publice protestando, quod constitutus coram nobis Godescalcus dictus Budde, noster coopidanus, cum con-

sensu Wendelburgis, uxoris sue, Godescalci, sui filii, Haseken, Iůtte, Margarete et Omegundis, filiarum suarum, cum plures liberos ad presens non haberet, recognovit se vendidisse venerabilibus viris dominis, .. decano et capitulo ecclesie Sůsatiensis pro pecunia sibi numerata et tradita ex domo et ex plena area sua in opido nostro sita, de qua nulla pensio seu census solvitur, nisi quatuor solidi areales, trium solidorum redditus, in perpetuum iure hereditario libere et quiete possidendos et quolibet anno in festo Nativitatis Domini in opido Sůsaciensi dictis dominis presentandos. Huius igitur rei testes sunt Theodericus de Holdinchoue et Hermannus Bars, proconsules, Henricus Prosekese, Bruno dictus Retlike, Goswinus Passe, Arnoldus Knopeke, Hermannus de Melkestre, Hermannus Tecke, Cůnradus Egenbolt, Růtgerus Menrikes, Iohannes Punyr, Heinricus de Stene, Hermannus Wisage, Heinricus Cauolt, Gerhardus Carpentarius, Gerhardus de Sode, tunc temporis consules in Werle, et alii quam plures fidedigni. In cuius rei testimonium partibus hinc inde petentibus sigillum opidi nostri presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XVIII°, in die beati Seuerini.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6102 (Kopiar von St. Patrokli Soest) Bl. 61.

1507

1318 Oktober 31

Der ehe- und kinderlose Knappe Wilhelm gen. von Eickenscheid verkauft für 36 Mark dem Kloster Welver sechzehn Morgen Ackerlandes bei Kortemühle[1].

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Noverint igitur tam posteri quam moderni fideles universi, quod ego Wilhelmus dictus de Ekenschede, famulus, de mea propria voluntate non habens uxorem legitimam nec heredes vendidi claustro titulo emptionis sedecim iugera agrorum sitorum iuxta Cotemůlen pro triginta sex marcis usualium denariorum michi ab eodem traditis et assignatis. Qui scilicet agri quondam triginta annis et amplius nomine prebende cum una ametarum mearum dicta Gisla ibidem obligati fuerunt. Quos videlicet agros pro memorata summa pecunie a me venditos in manus .. abbatisse, .. priorisse totiusque conventus resignavi et per presentes resigno perpetuo et hereditarie possidendos. Et renuntio omnibus iuribus, que michi possent et deberent modo aliquo suffragari in eisdem, omnibus etiam exceptionibus et defensionibus iuris et facti canonici et civilis, doli mali, quibus in hiis renuntio, penitus exclusis. In cuius rei testimonium sigillo patris mei Godescalci dicti de Ekenschede, famuli beat memorie, presentem paginam duxi roborandam, quia proprio carui sigillo. Datum anno Domini M° C°C°C° decimo octavo, in vigilia Omnium sanctorum. Acta sunt hec coram .. abbatissa, .. priorissa totoque conventu, domino Hermanno, tunc capellano, fratre Hermanno, fratre Wolmaro, camerario, fratre Adolpho, fratre Arnoldo, fratre Conrado dicto Gruben, conversis, Gerlaco et Heynrico, filio eius, dictis de Medrike, Iohanne dicto de Grumhem, Conrado dicto Groten et Burchardo iuniore dicto[a] de Clotingen, famulis, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum et actum anno Domini et die supradictis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 161, Siegel des Ausstellers (WS 158,8) anhängend.

[a]) In der Vorlage „dictis".

[1]) Die dem Kloster Welver gehörende Kortemühle lag in Illingen westlich von Welver am Salzbach (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest II, S. 151, Nr. 18).

1508

1318 November 1 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln einigt sich wegen seiner Forderungen gegenüber den Bürgern von Recklinghausen mit diesen. Sie hatten zwei Mühlen, und zwar eine Wasser- und eine Windmühle, ohne seine Zustimmung erbeten zu haben, auf seinem Grund errichtet und die Grut, die sie von ihm innehatten, teurer als allgemein üblich (weiter)verkauft. Die Bürger haben ihm nun 400 Mark gezahlt, die er dazu bestimmt hat,

das vom Erzbischof Sifrid an den Grafen von der Mark verpfändete Gericht zu Bochum wieder einzulösen. Der Erzbischof überläßte den Bürgern auf zwölf Jahre die Einkünfte aus den Mühlen und der Grut. Nach Ablauf der zwölf Jahre fällt die Grut an den Erzbischof zurück. Aus den Mühlen steht ihm die Hälfte der Mahlgebühren zu, wobei die Bürger die Mühlen zu unterhalten haben.

Nos .. Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis presentia visuris et audituris notum facimus, quod de impetitione, quam habuimus contra opidanos nostros in Reclinchusen super eo, quod duo molendina, unum aquaticum et aliud dictum wyndemolen, edficaverunt nobis irrequisitis in fundo et dominio nostro Reclinchusen et fermento nostro ibdidem, quod ultra consuetum modum hoc tempore, quo ipsum a nobis habebant, fecerunt pretiosius vendi et dari ementibus ipsum, sunt nobiscum per modum, qui infra sequitur, concordati, videlicet quod dederunt nobis quadringentas marcas denariorum Susatiensium, quas in usus ecclesie nostre, videlicet redemptionem iudicii nostri in Bocheym comiti de Marka per bone memorie .. Syfridum Coloniensem archiepiscopum, predecessorem nostrum, obligati[a], ut illud ad ecclesiam nostram reduceremus, convertimus, dantes eis ob hoc emolimentum, quod de dicto fermento et molendinis eisdem a data presentium litterarum ad duodecim annos rationabiliter provenire poterit, percipiendos et habendos libere et solute. Quibus duodecim annis elapsis dictum fermentum ad nos et ecclesiam libere revertetur, et poterimus nos et ecclesia nostra extunc ipsum tenere et habere absque inpedimento et contradictione opidanorum eorundem, dicta vero molendina sicut exnunc extunc nostra et ecclesie nostre erunt sub hac forma, quod opidani ea deinde perpetuo in suo esse et statu sub eorum expensis tenebunt et procurabunt et moltrum, quod ex eisdem provenerit, nobis pro medietate et ipsis opidanis pro alia medietate cedet nec ipsi nos in hoc inpedient in eodem in aliqua causa nunc suborta vel que in futurum poterit suboriri. Et hec ipsis opidanis sub nostro et capituli Coloniensis sigillis, quam primum dictum capitulum nobis reformatum fuerit, conscribi et sigillari faciemus, volentes cum hoc, ut .. Henricus de Wyckede, miles, officiatus noster ad presens in Reclinchusen, in premissis eos teneat et conservet. Et si infra dictos duodecim annos eundem Henricum a dicto officio deponi contingerit, volumus, ut alius officiatus noster pro tempore ibi existens in introitu sui officii ad observandum hec eadem se dictis opidanis obliget et astringat, omni fraude et dolo in hiis exclusis. In cuius rei testimonium presentes litteras nostro et decani ac subdecani Coloniensis, .. priorum nostrorum, sigillis ipsis opidanis nostris tradimus communitas. Et nos .. Ernestus, Dei gratia decanus et archidyaconus, et Conradus, subdecanus Coloniensis, ad preces reverendi in Christo patris ac domini nostri domini .. Henrici, Coloniensis ecclesie archiepiscopi, promittimus bona fide premissa promovere et servare, sigilla nostra in horum evidenciam hiis litteris apponendo. Nos etiam opidani in Reclinchusen predicti recognoscimus predicta de nostro consensu et rogatu vera et sic acta esse, sigillum nostrum in horum testimonium hiis litteris apponendo. Datum Bunne anno Domini M^{mo} CCC^{mo} decimo octavo, ipsa die Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Vest Recklinghausen Urk. Nr. 5, Siegel ab; Regest: REK IV Nr. 1076.

[a]) In der Vorlage „obligatum".

1509

1318 November 1

Der Knappe Heinrich genannt Scredere verkauft der Äbtissin und dem Konvent des Klosters Kentrop seinen Hof Kostes-Hof[1] mit zwei Kotten in der Bauerschaft Oestrich[2] im Kirchspiel Ahlen.

In nomine Domini amen. Henricus dictus Scredere, famulus, universis, ad quos presentes litere pervenerint, salutem in perpetuum cum notitia veritatis, Notum facimus universis, quod nos unico consilio, consensu et arbitrio Hermanni, patris nostri, Elizabet, avie nostre, Sophie et Mechthildis, patruarum nostrarum, Blidradis et Mechthildis, sororum nostrarum, Cristine, uxoris nostre legitime, et Hermanni, primogeniti

nostri, ac omnium heredum et coheredum nostrorum vendidimus per presentes in Christo devotis abbatisse, priorisse et conventui sanctimonialium in Keyncktorpe extra muros Hammenses mansum nostrum Kůstes-houe, situm in villa Osterwich parrochie Alen, Monasteriensis dyocesis, cum duabus casis ibidem adiacentibus cum suis pertinentibus singulis et universis pro bonis propriis hereditarie et in perpetuum possidendum, tenendum et habendum pro sexaginta et quinque marcis denariorum extunc in Monasterio legalium et bonorum nobis et heredibus nostris traditis, numeratis et solutis. Recognoscimus etiam et nos una cum patre predicto et personis ceteris antedictis, dicte venditionis dictorum bonorum manumissionem et resignationem coram sede nostra libera, liberis et viris honestis quam pluribus infrascriptis presentibus, perfecisse, prout consuetudo exigit, debitam et consuetam. Effestucavimus eciam ibidem quandam inpetitionem mansi Berchem per nos dudum inter ipsos abbatissam et conventum habitam et presentibus effestucamus penitus et cassamus, statuentes nichilominus dicte abbatisse et conventui fideiussores, de nostris bonorum propriorum et dicte venditionis una nobiscum promittentes bona fide veram et dibitam warandiam, videlicet Hermannum de Meruelde iuniorem, militem, Thidericum dictum Harmen, Rutgerum dictum Klot, Rodolphum de Hetvelde, Godscalcum van der Angele et Alberonem Polyngen, famulos, ad premissa. Et nos fideiussores dictis abbatisse et conventui recognoscimus promisisse unita manu et bona fide warandiam hanc premissam. Acta est autem huius venditionis, manumissionis, resignationis et totius premisse effestucationis seu cuiuslibet impeditionis ordinatio presentibus liberis nostris Iohanne de Rynchouen, libero comite nostro, Iohanne dicto de Meghedehove, Levoldo de Kulsinctorpe, Henrico de Schegtorpe, Hermanno de Righove, Wůlphardo, filio eius, Reynecken de Meldinchoven, et Iohanne ibidem de Engelbertyng, Iohanne filio Webelen, in Rameshovele, Wulphardo ibidem, Iohanne Hoykeman, Hermanno dicto Hobelrey, Henrico de Vrylwich et Henrico de Berchoff, qui simul viva et una voce eodem loco et ipso tempore dicta bona nostra propria esse et fuisse plenarie secundum fidem suam fatebantur, presentibus eciam viris honestis Engelberto de Herborn, et Conrado, nato suo, Godfrido et Alexandro dictis Volenspet, Iohanne dicto Klot, Thiderico dicto Harme et Hermanno de Meruelde iuniore, militibus, Wescelo de Galen seniore, Gerhardo de Berstraten, Thiderico dicto Klot, Lubberto de Vorsem, Egidius de Altena, Godscalco de Hesnen, Rutgero de Herborn, Brunone dicto Pil, Godscalco de Vntorpe, God. dicto Kolven, Elrico de Castro, Antonio de Marboldinchusen, Engelberto de Horne, Antonio de Afforde, Brunone de Estene, Themone de Buckeslo, God. de Berge, Richardo, filio eius, Lamberto de Wildershorst, Richardo dicto Voss, Iohanne de Sprinken, Lamberto de Worden, Iohanne de Sueue, Iohanne dicto Sanne, Hugone de Nettherberghe, famulis, Everhardo, sacerdote, Sudero, clerico, cum fratre, Gerhardus, converso, et aliis fidedignis. In horum omnium premissorum robur et testimonium sigillum nobilis viri Engelberti comitis de Marka, Engelberti de Herborn, Iohannis dicti Klot. God. et Alexandri militum predictorum una cum nostro sigillo huic annexo supplicavimus his apponi. Nos vero Engelbertus comes de Marka, Engelbertus et Iohannes, God. et Alexander, milites predicti, cum nobis premissa de facto vera esse constiterimus, ad preces parcium predictarum sigilla nostra hiis apponi fecimus in ratihabitionem omnium premissorum. Datum anno Domini M° CCC° decimo octavo, ipso die Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., A von Boeselager-Heessen VI Fach 13, Siegel 1. des Grafen von der Mark (WS 11,1) mit Rücksiegel (WS 16,4), 2. des Ausstellers (WS 168,1), 3. des Engelbert von Herborn (WS 203,3), 4. des Johannes gen. Kloet (WS 189,7), 5. des Godfried Volenspit (WS 185,1) anhängend, das des Alexander Volenspit (6.) ab; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 203, S. 149; Druck: Kindlinger, Beiträge III S. 319, Nr. 120; Druck (Auszug): WUB VIII Nr. 1293.

[1]) Unter diesem Namen später nicht nachweisbar. Das Kloster Kentrop hatte im 17. Jahrhundert im Kirchspiel Ahlen keinen Hof mehr; [2]) Bauerschaft südwestlich von Ahlen.

1510

1318 November 8

Bischof Ludwig von Münster bezeugt, daß vor dem von ihm beauftragtem Ritter Hermann von Merveldt Heinrich gen. Scredere von Ahlen dem Kloster Kentrop den Kostes-Hof im Sprengel Osterwick[1] verkauft und aufgelassen habe.

Nos Lodewicus Dei gratia Monasteriensis episcopus[a] universis presentia visuris et audituris notum facimus, quod constitutus coram Hermanno de Mereuelde, milite, cui in hac parte commisimus vices nostras, Henricus dictus Scredere de Alen una cum Cristina, uxore sua, Hermanno, filio eorundem coniugum, Hermanno dicto Scredere, patre eiusdem Henrici, Mechthelde et Sophia, sororibus dicti Hermanni, patris eiusdem Henrici, Bliderade et Mechthelde, sororibus dicti Henrici, recognovit se .. abbatisse et conventui ecclesie in Keynctorpe mansum dictum Kostes houe, situm in parrochia Osterwyc, cum omnibus suis attinentiis et iuribus rite et rationabiliter vendidisse, ipsum mansum ibidem una cum Elisabet, avia ipsius, nec non patre et aliis sibi[b] coniunctis personis prenarratis ad usus et manus dicte ecclesie libere resignando, renuncians cum dictis personis omni iuri, quod sibi aut suis heredibus quibuscumque in huiusmodi manso competit seu competere posset quomodolibet in futurum. In cuius rei testimonium ad petitionem dicti Henrici ex certa scientia premissorum sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum et actum presentibus Godefrido de Hesnen, milite, Rodolpho de Hetuelde, iudice nostro in Alen, Ludolpho de Alen, Conrado de Mechlen, Wernhero de Alen, Alberto de Polinghen, Ludolpho de Wysch, iudice nostro in Sendenhorst, Engelberto dicto Bitter, Wescelo et Brunone de Quernhem, fratribus, Themone dicto Golegrope, Gerhardo de Foro, Hermanno dicto Tylscat, Wernhero dicto Wynman, Iohanne dicto Gremme nec non .. iudice et consulibus opidi nostri in Sendenhorst, ac pluribus aliis fidedignis, anno Domini M° CCC° decimo octavo in octava Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop Urk. Nr. 32b, Siegel des Bischofs (beschädigt, WS 45,3) abhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): Kottes hove*; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 49, S. 245; Regest: WUB VIII Nr. 1295.*

[a]) Wort über der Zeile eingefügt"; [b]) desgl.

[1]) Nicht, wie üblich, mit Pfarrei zu übersetzen, sondern mit der Grundbedeutung „Sprengel", hier Bauerschaft: Oestrich im Kirchspiel Ahlen (vergl. Urkunde von 1318 November 1).

1511

1318 November 10

Engelbert Graf von der Mark überläßt nach Beratung mit seinen Ministerialen und Getreuen seine Ministerialen Gosta, die Ehefrau des Hermann von Altendorf, und deren Kinder Wenemar und Christina der Äbtissin zu Essen und erhält dafür die Ministerialen Gertrud, die Witwe des Godekin gen. Hane von Wikkede, und ihre Kinder Everhard und Meinrich.

Universis in perpetuum presentes literas visuris et audituris nos Engelbertus Dei gracia comes de Marka salutem cum noticia veritatis. Notum facimus, quod communicato ministerialium ac fidelium nostrorum consilio Gostam, uxorem legitimam Hermanni de Aldendorpe, nec non Wenemarum et Christinam, ipsius Hermanni et Goste coniugum liberos et heredes legitimos, nostros ministeriales, a iure et obnoxietate ministerii, quibus nobis astricti fuerant, manumittimus et absolvimus per presentes, dantes eosdem nobili ac reverende domine abbatisse secularis ecclesie Asindensis in ministeriales et recipientes ab eadem domina abbatissa in nostros ministeriales Gertrudem, relictam quondam Godekini dicti Hane de Wickede, nec non Everhardum et Menricum, ipsius Godekini quondam et Gertrudis coniugum liberos, et heredes legitimos permutacionis titulo pro eisdem. In cuius rei manumissionis et permutacionis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° decimo octavo, in vigilia beati Martini episcopi.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 280, Siegel ab; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 117, S. 156.

1512

1318 November 11

Vor den Ratsherren der Stadt Werl verkaufen die Brüder Ludwig und Ludolf gen. Lore mit ihrer Mutter Dederadis und ihrer Schwester Cunegundis an Abt und Konvent des Zisterzienserklosters Marienfeld eine Rente von sechs Schillingen und die Traufe aus einem Haus und einem Hausplatz beim Oberhof Holdinghof und Steintor für ein Kapital von acht Mark.

Nos consules opidi Werlensis universis tam presentibus quam futuris intuentibus presens scriptum cupimus fore notum publice protestando, quod constituti coram nobis Ludewicus et Ludolphus cum honesta matrona Dederade, matre sua, et Cunegunde, sorore sua, dicti Lore unanimi consensu et .. omnium heredum suorum bona voluntate recognoverunt se vendidisse honorabilibus viris .. abbati et conventui ecclesie in Campo sancte Marie ordinis Cisterciensis Monasteriensis dyocesis redditus sex solidorum et stillicidium, quod vulgariter dicitur druppenval, longitudinis quadraginta sex pedum et latitudinis unius pedis et dimidii ex plena domo et area sua sita iuxta curiam Holdinchof et Portam lapideam pro octo marcis denariorum Susatiensium. Que pecunia est ipsis integraliter numerata, ita videlicet, quod singulis annis in festo Michahelis .. ipsis predicti redditus in perpetuum persolventur tali condicione, quod predicti Ludewicus et Ludolphus statuerunt pro se fideiussores Theodericum de Holdinchoue et Emelricum dictum Wale ad prestandum veram et debitam warandiam predictis honorabilibus viris .. abbati et .. conventui ab omni inpetitione, que ipsis fieri posset, de omnibus supradictis. Huius rei nos Theodericus de Holdinchoue et Hermannus dictus Bars, tunc temporis proconsules, testes sumus, Hinricus dictus Prosekese Bruno dictus Retlike, Goswinus dictus Passe, Arnoldus dictus Knopeke, Hermannus de Melkesteren, Hermannus dictus Tegge, Hermannus dictus Wiszage, Conradus dictus Egenbolt, Růtgerus dictus Menrikes, Iohannes dictus Punir, Henricus de Stene, Henricus dictus Kreuet, Gerhardus de Zode et Gerhardus Carpentarius et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° decimo octavo, in die beati Martini.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 473, Siegel der Stadt Werl (gut erhalten, WS 71,5) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1297.

1513

1318 November 18

Vor den Ratsherren der Stadt Recklinghausen verkauft Rutger gen. Poppinghausen den Beginen im großen Haus beim Graben einen Acker am Rumberg in der Feldmark der Stadt Recklinghausen in der Größe von 1 1/2 Scheffelsaat.

Universis litteras presentes inspecturis et audituris nos consules opidi Rekelinchusen, nomine Conradus de Hillen, Everhardus de Westerhem, Růtgerus de Polshem, Gerhardus de Durstene, Ludolphus de Alta Domo, Lambertus de Sickelinc, Thelemannus, filius Gude, Everhardus Faber, Gerhardus dictus Leyger, Gerhardus, filius Frederunis in Domo Lapidea, Iohannes de Bachem, Herbordus dictus Hoyuet, Arnoldus dictus Scleychte et Hinricus Fermentarius, notum facimus publice protestando, quod in nostra presentia constitutus Růtgerus de Poppinchusen de maturo suorum amicorum consilio ac de pleno consensu omnium heredum suorum vendidit rite et iusto titulo venditionis universis puellis commorantibus in magna domo Bagginarum sitam apud fossam in opido Rekelinchusen quendam agrum situm in campis eiusdem opidi in loco dicto in lingua vulgari Rumbergh, capientem in semine unum modium cum dimidio siliginis mensure Rekelinchusen

usitate iure hereditario et perpetuo possidendam. Et hunc agrum sic venditum ibidem coram nobis idem Růtgerus de Poppinchusen, Bela, eius uxor, Gertrudis, Aleydis, Hermannus, Lubertus, Iohannes et Greta, pueri coniugum iam dictorum, omnes tunc temporis nati tam masculi quam femelle, voluntarie absque quavis cohertione effestucando resignarunt predictis puellis commorantibus in eadem magna domo Bagginarum iure perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium hanc litteram presentem super premissis confectam sigillo opidanorum de Rekelinchusen ad preces partis utriusque fecimus roborari. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo octavo, in octava beati Martini hyemalis.

Ausf., Perg., Vestisches A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III 782 (Beginen Recklinghausen), Siegel der Stadt anhängend.

1514

1318 November 18

Vor dem Soester Vizepropst Hermann gen. von Lippia erklärt der Soester Bürger Radolf gen. von Vrowendorp, er beziehe vom Kloster Oelinghausen auf Lebenszeit eine Rente von drei Malt Roggen, drei Malt Gerste und zwei Malt Hafer. Diese Rente falle somit nach seinem Tode an das Kloster zurück. Sein Nachlaß, der nach seinem Tode im Soester Gästehaus des Propstes und des Konvents vorgefunden wird, geht ebenfalls ans Kloster. Dafür soll zweimal im Jahr sein Jahresgedenken gehalten werden. Dabei sind jeweils 20 Schillinge zu verteilen.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Hermannus dictus de Lippia, viceprepositus Sůsatiensis, notum facimus et publice protestamur, quod coram nobis et testibus infrascriptis constitutus Radolphus dictus de Vrowendorp, opidanus Susatiensis, publice recognovit et protestatus fuit, quod, cum ipse ex monasterio sanctimonialium in O^vlinchusen singulis annis ad vite sue tempora trium maltorum siliginis, trium maltorum ordei et duorum maltorum avene redditus haberet, quos .. prepositus et conventus monasterii predicti quolibet festo beati Martini hyemalis sibi tenentur in opido Susatiensi ministrare, quod huiusmodi redditus ad nullos heredes ipsius Radolphi, si quos habet vel forsan eum habere contigerit, devolventur. Sed post discessum eiusdem ipsi redditus ad monasterium predictum integraliter revertentur. Adiecit quoque idem Radolphus, quod quocumque tempore anni per vocationem Dei ipsum mori continget, quod persone dicti monasterii sibi aut heredibus suis nichil amplius de dictis redditibus solvere teneantur et quod quecumque bona, cuiuscumque conditionis ea fuerint ipsum contingentia, que post obitum suum in hospitio .. prepositi et .. conventus predictorum continget inveniri, quod illa libera donatione contulerit monasterio supradicto et quod propter hec et alia beneficia, que dominus Radolphus monasterio prefato sepius inpendit, desideret, quod post obitum suum perpetua sua memoria bis in anno sollempniter peragi et in qualibet memoria conventus ibidem in consolatione viginti solidorum debeat procurari. Unde quia nos hec omnia dictum Radolphum audivimus recognoscentem et protestantem, ad preces eiusdem sigillum prepositure Susatiensis in testimonium premissorum duximus presentibus apponendum. Actum et datum anno Domini M° CCC° decimo octavo, in octava Martini, presentibus honorabili viro domino Theoderico, scolastico ecclesie Susatiensis, Alberto ibidem vicario, Godescalco de Palsole, magistro consulum Susatiensium, Ruperto dicto Fernere, opidano ibidem, et aliis fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 218, Siegel des Vizepropsts (im Bild: Heiligenkopf) abhängend; Rückvemerke 1. (14. Jahrh.) de Radolpho de Vrowendorp, *2. (18. Jahrh.):* nihil est; *Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 226.*

1515

1318 November 18

Vor dem Vizepropst zu Soest, Hermann gen. von der Lippe, erklärt in der Kirche von St. Patrokli der Soester Bürger Radolph gen. von Vrowendorp, er habe vom Kloster Oelinghausen für einen Zins von sechs Schillingen einen Garten gepachtet, gelegen zwischen dem Ulrichstor und dem Grandwegtor. An diesem habe er kein anderes Recht als das einer Pachtung, und auch seine Erben könnten kein anderes Recht beanspruchen.

Nos Hermannus dictus de Lyppia, viceprepositus Sosatiensis, presentibus literis protestamur, quod constitutus coram nobis in ecclesia sancti Patrocli Radolphus dictus de Vrowendorp, opidanus Sosatiensis, recognovit publice, quod ipse quendam ortum, situm inter portas opidi Sosatiensis dictas Oluerikes et Grantweges, a .. preposito et conventu monasterii in O^{v}linchusen non aliquo iure, sed tantummodo sub locacione annuatim pro sex solidis haberet. Unde, ne sui heredes in posterum sibi in dicto orto aliquid iuris possint vendicare preter locacionem supradictam, petivit idem Radolphus, ut in huiusmodi recognicionis sue testimonium pro veritate nostrum sigillum presentibus apponere dignaremur. Nos igitur precibus suis inclinati, presentibus nostrum duximus sigillum apponendum. Actum et datum anno Domini M° CCC° XVIII°, in octava beati Martini hyemalis, presentibus honorabilibus viris dominis Gerhardo de Heringen et Iohanne Snap, canonicis Sosaciensibus, et fratre Dethmaro, converso in Olinchusen, et aliis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 219, Siegel des Vizepropstes (beschädigt, im Bild: Kopf eines Heiligen) abhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 227.

1516

1318 November 18

Hermann gen. von der Lippe, Vizepropst zu Soest, beglaubigt die ihm vorgelegte Urkunde des Abts Philipp von Deutz über die Sterbfälle der Eigenhörigen des an das Kloster Oelinghausen verpachteten Oberhofes Kirchlinde[1] vom 29. Sept. 1244[2].

Nos Hermannus dictus de Lyppia, viceprepositus Sosatiensis, sub sigillo prepositure Sosatiensis ad causas presentibus appenso protestamur, quod anno Domini M° CCC° decimo octavo, in octava beati Martini hyemalis literas infrascriptas sub sigillis domini Philippi bone memorie abbatis quondam Tuitiensis et ecclesie eiusdem Tuitiensis vidimus et eas de verbo ad verbum coram nobis fecimus recitari: Philippus Dei gratia abbas Tuitiensis omnibus Christifidelibus pacem et veritatem diligere. Noverint universi, quod homines curtis nostre in Lynne, quam a nobis ecclesia in Olinchusen possidet, ius tale optinebunt, ut cum ipsos mori contigerit, ecclesia in Olinchusen nullam de frumento recipiat in hereditate porcionem, si eiusdem fuerint iuris et condicionis. Si vero vir vel mulier familie curtis nostre contraxerint matrimonium cum talibus, qui de iure ipsorum non fuerint, et eos decedere contigerit, conventus iam sepefate ecclesie ius suum plene vendicabit tam in frumento quam in aliis, que ad ius, quod dicitur ervedele, cognoscuntur pertinere. Ut autem hoc a nullo possit infirmari, sigillo nostro et ecclesie presens scriptum fecimus communiri. Datum anno Domini M° CC° XLIIII°, in festo sancti Michaelis.

Ausf., Perg. StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 219a, Siegel des Vizepropsts (im Bild: Kopf eines Heiligen) abhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): de familia in Linne*; Abschrift des 18. Jahrh. im Kopiar (Msc. VII 5727) S. 118; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 228.*

[1]) Südlich der Oelinghäuser Heide; [2]) vergl. WUB VII Nr. 573.

1517

1318 November 22

Vor den Ratsherren zu Lippstadt verkauft der Lippstädter Bürger Rotger gen. Pipere eine Rente von sechs Schillingen aus dem von ihm bewohnten Hause und der Hausstätte an Alheid, die Witwe des Lippstädter Bürgers Arnold gen. Reye, und ihren Sohn Johannes.

Universis presentem literam visuris vel audituris nos consules Lippenses notum facimus publice protestando, quod constitutus coram nobis Rotgerus, noster concivis, dictus Pipere recognovit se habito consensu uxoris sue ac omnium heredum suorum redditus sex solidorum denariorum apud nos usualium ac bonorum tollendos singulis annis duobus terminis, videlicet dimidiam partem quovis Pasce[a], aliam vero dimidietatem quolibet festo Michaelis ex domo sua et area cum omni iure, prout situata est, quam ad presens inhabitat, Alheidi, relicte quondam Arnoldi dicti Reye, nostre concivi, Iohanni, eius filio, ac eorum heredibus pro quadam certa pecunie quantitate numerata et soluta rite et rationabiliter vendidisse hereditarie ac perpetualiter possidendos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad petitionem dictorum Rotgeri suorumque heredum apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Iohanne Giselberti, Rodolfo de Monasterio, tunc proconsulibus, Hinrico de Cleye, Alberto dicto Denceke, Ludolfo et Iohanne dictis de Geseke etc. et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini M° CCC decimo octavo, feria quarta ante diem beate Katherine virginis.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. VII 6123 (Kopiar der Augustinereremiten Lippstadt), S. 45; Regest auf S. 134.

[a]) Davor durch Unterpunktieren getilgt „Michaelis".

1518

1318 November 25 Werl

Vor den Ratsherren der Stadt Werl verkaufen die Geschwister Heinrich, Christina und Lutgardis, die Kinder des † Bruno gen. Herr Gise von Werl, dem Thilemann von Bredenbeck für 30 Mark Renten von drei Malt Korn aus ihren Gütern zu Budberg.

Nos consules opidi Werlensis universis presencia visuris publice protestando cupimus fore notum, quod constituti coram nobis Henricus, Cristina et Lutgardis, liberi et veri heredes quondam Brůnonis dicti heren Gisen de Werle, unanimi consensu et bona voluntate recognoverunt se vendidisse Thilemanno de Bredenbecke et suis veris heredibus, quibus ipse assignaverit, tria malta annone, videlicet unum maltum siliginis, unum maltum ordei et unum maltum avene, pro triginta marcis denariorum Sůsati legalium ex bonis suis sitis in Bůtberg titulo bonorum propriorum, que vulgariter dicitur dorslachtich egen, in perpetuum possidenda, tali condicione addita, quod predicta sibi infra duo miliaria a Werle sub propriis expensis et vectura idem Thilemanno debent presentare, ubicumque sibi placet, hoc insuper subnotato, quod predicti Henricus, Cristina et Lutgardis predicta tria malta annone reemere poterunt a festo Nativitatis Domini per duos annos sibi invicem continue subsequentes. Que tamen reemptio non erit, nisi, predictis duobus annis prius totaliter evolutis, predicta annona sibi integraliter persoluta. Insuper predicta reempcio debet esse post predictum tempus infra [Nativitatem][a] Domini et Circumcisionem eiusdem pro pecunia antedicta. Insuper predicti coheredes statuerunt pro se fideiussores Gobelinum dictum Vrobosen, Heynemannum de Vorstenberge, Henricum dictum Rost et Wilhelmum de Borbene ad prestandam veram et debitam warandiam, pro qua iunctis manibus compromiserunt tam de solucione predicte annone quam eciam de impeticione possessionis bonorum predictorum sub hac forma, quod, quandocumque predicti fideiussores moniti fuerint tam pro impeticione bonorum predictorum quam pro insufficienti solucione predicte annone, extunc predicti fideiussores in opido nostro unum hospicium, quod ipsis predictis Thilemannus ostenderit, intrabunt inde nullatenus exituri, nisi sibi

sit de omnibus satisfactum. Quibus eciam est adiectum, quod si predicti coheredes predicta bona sua in Butberg vendere voluerint, extunc debent sepedicto Thilemanno pro tanta pecunia ad vendendum exhibere, pro quanta alii dare possunt. Que bona, si sepe antedictus Thilemannus tunc acceptare noluerit, predicti coheredes poterunt predicta bona vendere ad placitum suum, dummodo predicta vendicio sit sibi publicata. Insuper talis condicio est apposita, quod si sepedicti coheredes predicta tria malta annone tempore prenotato reemere neglexerint, predictus Thilemannus debet ea iure hereditario, sicut eidem sunt manumissa et resignata, in perpetuum possidere. Huius rei testes predicti fideiussores et Wilhelmus de U°flen, bone nacionis famuli, et nos Theodericus de Holdinchove et Hermannus dictus Bars, tunc temporis proconsules in Werle, Henricus Prosekese, Henricus dictus Krevet, Conradus Egenbolt, Gerhardus de Sode, Arnoldus Knopeke, Bruno Retlike, Goswinus dictus Pasce, Hermannus de Melkesteren, Hermannus dictus Tegge, Rotgerus dictus Menrikes, Iohannes Punir, Henricus de Stene, Hermannus dictus Weszage et Gerhardus Carpentarius, tunc temporis consules in Werle, pariter contestamur, presentibus quam pluribus aliis fidedignis. Ut autem hec omnia et singula supradicta firma sint et rata et inviolabiliter observentur, ad peticionem omnium predictorum nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum et actum in opido nostro Werle anno Domini M° CCC° XVIII°, in die beate virginis et martiris Katerine.

Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 174.

[a]) Getilgt „tempus"; die entstandene Lücke nicht ausgefüllt.

1519

1318 Dezember 6

Vor Bürgermeistern und Ratsherren zu Werl verkauft der Knappe von Halth dem Kloster Wedinghausen für neun Mark und vier Schillinge sein Haus (in Werl) vor dem Friedhof.

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris .. nos proconsules ac consules Werlenses notum esse desideramus presentibus firmiter protestantes, quod discretus famulus Halth nomine, filius quondam dicti Halth pie memorie, vendidit ex bona voluntate et consensu omnium heredum et coheredum suorum .. domino preposito et conventui ecclesie in Wedinchusen pro novem marcis et quatuor solidis legalium denariorum eidem numeratis et assignatis domum sitam ante cimiterium cum omnibus sibi attinenciis iure hereditario ac perpetuo possidendam. Quapropter, quia hec venditio rite et rationabiliter coram nobis est facta et, ne aliqua cavillatio de premissis oriatur, sigillum universitatis nostre presentibus duximus apponendum ad petitionem utrarumque partium tam ementium quam vendentium in testimonium firmum omnium premissorum. Acta enim sunt hec anno Domini M° CCC° XVIII°, in die beati Nycholai episcopi, presentibus discretis viris et honestis domino Lamberto, plebano in Werle, Ecberto et Ludolfi, sociis suis, sacerdotibus, fratre Henemanno, provisore ibidem, converso, Theoderico de Hollinchove, Hermanno Bars, proconsulibus, Conrado Egenbold, Henrico Prosekesen, Henrico Kreveth, Iohanne Punyr, Henrico de Stene, Rutgero Menrikes, Rutgero Passen, Brunone Rethliken, Gerhardo de Puteo, Hermanno Wysagen, Arnoldo Knopeken, Hermanno Tegghen, Euerhardo Carpentario, Hermanno Melkesterman, consulibus, Iohanne, filio Thome, et aliis pluribus fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 105, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend, Rückvermerk (Ende 14. Jahrh.): de domo ante cimiterium in Werle dicti Halt*; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 121v und Msc. I 209, Bl. 248v.*

1520

1318 Dezember 7 Windsor

König Eduard (II.) von England bestätigt den deutschen Kaufleuten die von seinem Großvater Heinrich und seinem Vater Eduard (I.) verliehenen Privilegien.

Edwardus Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus salutem. Sciatis, quod cum celebris memorie H. quondam rex Anglie, avus noster, per litteras suas patentes concessit mercatoribus regni Alemanie, illis scilicet, qui habent domum in civitate London, que Gildehalla Teutonicorum vulgariter nuncupatur, quod eos universos et singulos manuteneret et servaret per totum regnum suum in omnibus eisdem libertatibus et liberis consuetudinibus, quibus ipsi suis et progenitorum suorum temporibus usi fuerunt et gavisi, ipsos, quod extra huiusmodi libertates et liberas consuetudines non traheret nec trahi permitteret quoquomodo. Ac bone memorie dominus Edwardus quondam rex Anglie, genitor noster, predictis mercatoribus gratiam illam continuans, voluisset ipsos mercatores manutenere et servare in omnibus eisdem libertatibus et liberis consuetudinibus, quibus ipsi suis et progenitorum temporibus usi fuerunt, concedendo eis, quod ipsos extra huiusmodi libertates et liberas consuetudines non traheret, nec quantum in ipso fuit, trahi permitteret ullo modo. Nosque postmodum pro eo, quod dicte littere ipsius patris nostri de heredibus suis non facerent mentionem, propter quod ad premissa dictis mercatoribus observanda non tenebamur, de speciali gratia nostra concessimus eisdem mercatoribus pro nobis et heredibus nostris, quod ipsi mercatores et eorum successores domum predictam habituri in omnibus eisdem libertatibus et liberis consuetudinibus, quibus ipsi nostris et progenitorum nostrorum temporibus usi sunt, manuteantur in perpetuum, prout in litteris nostris patentibus eisdem mercatoribus inde confectis plenius continetur. Nos volentes prefatis mercatoribus gratiam facere ampliorem per finem, quem fecerunt nobiscum, concessimus eis pro nobis et heredibus, quod ipsi et eorum successores predictam domum habituri in perpetuum infra regnum et potestatem nostram has habeant libertates videlicet, quod ipsi et eorum bona seu mercimonia infra idem regnum pro aliquo debito, de quo fideiussores aut principales debitores non extiterint, nec pro aliqua transgressione facta per alios quam per ipsos non arrestentur nec graventur et quod nos et heredes nostri super ipsos aut eorum bona seu mercimonia custumam novam non ponemus, salvis nobis et heredibus nostris antiquis prisis nostris, quodque ipsi per totum regnum nostrum de bonis et mercemoniis suis de pontagio, panagio et muragio in perpetuum sint quieti, ita tamen, quod aliquem, qui de gilda eorum aule predicte non existat, nec eis bona seu mercimonia de gilda sua esse advocent ullo modo. Qua re volumus, quod ipsi mercatores et eorum successores infra regnum et potestatem nostram libertates predictas habeant in perpetuum, ita tamen, quod aliquem, qui de gilda ipsorum non existat, nec eius bona seu mercimonia de gilda sua advocent, sicut predictum est, hiis testibus: W. venerabili patre Cantuarianensi archiepiscopo, totius Anglie primate, I., Elienensi episcopo, thesaurario nostro, Bartholo de Gadelegmer, Hughone Daudeles iuniore, Wilhelmo de Monte acuto, senescallo hospitii nostri, Radone de Vorges, Iohanne de Westen iuniore et aliis. Datum per manum nostram apud Wyndesore, septimo die Decembris, anno regni nostri undecimo.

Wiedergabe nach Fahne, Dortmund II,1, Nr. 75, S. 96; Abschrift des 17. Jahrh. in Stadt A Soest, A 1343, Bl. 18v.

1521

1318 Dezember 18 Avignon

Papst Johannes (XXII.) beauftragt den Abt zu Namur, den Dechanten von St. Adalbert in Aachen und den Cantor des Stifts in Tongern, den Streit zwischen Heinrich von Gennep und Sifrid von Rennenberg, beides Domkanoniker in Köln, um das Patronatsrecht der Pfarrkirche in Herten zu entscheiden.

Iohannes servus servorum Dei .. abbati secularis Namurcensis et .. decano sancti Adalberti extra muros Aquensis ac .. cantori Tungrensis Leodiensis ecclesiarum salutem et Apostolicam benecictionem. Sua nobis Henricus de Genepe, canonicus Coloniensis, petitione monstravit, quod licet ipse ad vacantem parrochialem ecclesiam de Hertene Coloniensis diocesis a veris eiusdem ecclesie patronis .. officiali archidiaconi Coloniensis, ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine institutio rectorum in ecclesiis consistentibus in archidiaconatu suo Coloniensi, in quo ecclesia predicta consistit, pertinet, habenti super instituendis rectoribus in eisdem ecclesiis, dum vacant, specialem ab eodem archidiacono potestatem, fuisset canonice presentatus, tamen Syfrido de Rennenberg, canonico Coloniensi, asserente se ab aliis, quos mendaciter asserebat eiusdem ecclesie veros fuisse patronos, ad eandem ecclesiam eidem officiali fuisse canonice presentatum, ortaque inter Henricum et Sifridum predictos occasione presentationum huiusmodi coram eodem officiali, ad quem simili consuetudine huiusmodi causarum cognitio pertinet, materia questionis, dictus Syfridus, postquam aliquamdiu in causa huiusmodi coram eodem officiali processum fuerat ex quodam sufficienti confecto gravamine sibi ab officiali predicto, ut dicebat, illato, ad venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Coloniensem vocem appellationis emisit dictumque Henricum fecit in huiusmodi appellationis causa coram .. scolastico ecclesie Bunnensis dicte diocesis, cui dictus archiepiscopus dictam appellationis causam audiendam commisit[a] et fine debito terminandam, ad iudicium evocari. Prefatus vero Henricus ex eo sentiens a dicto scolastico indebite se gravari, quod ipsum ad locum non tutum, ad quem propter capitales inimicitias, quas habebat, absque persone et rerum suarum periculo accedere non audebat, citans eundem, alium sibi contra iusticiam denegabat assignare securum, humiliter requisitus, ad sedem Apostolicam appellavit. Quocirca discretioni vestre de utriusque partis procuratorum assensu per Apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione postposita decernatis, facientes, quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Auioni XV kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno tertio.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 3/ 925, Bleibulle anhängend; Druck: Sauerland, Vat. Regesten I Nr. 507, S. 240; Regest: REK IV Nr. 1081.

[a]) Es fehlt ein Kürzungsstrich.

1522

1318 Dezember 21

Die Äbtissin Walburgis und der Konvent des Zisterzienserinnenklosters Welver erklären, der Ritter Israhel gen. von Crampe habe für sein, seiner Frau Berta und seiner Eltern Seelenheil vom Knappen Wilhelm gen. von Eickenscheid 16 Morgen Ackerlandes für das Kellneramt des Klosters für 36 Mark gekauft. Der Bruder[1] Adolf oder der jeweilige Bebauer der Äcker habe zu Lebzeiten des Ritters 32 Scheffel Korn zu liefern. Von diesem Korn sind zwei Malt an Alheid, die Tochter des Ritters, Nonne zu Welver, zu entrichten. Von den restlichen acht Scheffeln ist die Memorie der Freunde des Ritters zu halten. Nach dem Tode des Ritters sollen die Einkünfte an das Kellneramt des Klosters fallen, wofür dann das Jahresgedenken für den Ritter und seine Freunde zu begehen ist.

Nos soror Walburgis dicta abbatissa totusque conventus sanctimonialium in Weluere ordinis Cysterciensis omnibus presencia visuris et audituris notum esse volumus et publice protestamur, quod dominus Israhel dictus Crampe, miles, ob remedium anime sue, uxoris sue domine Berte beate memorie et parentum suorum, Bernhardi videlicet et Mechtildis, emit erga Wilhelmum dictum de Ekenschede, famulum, ad officium cellerarie nostre sedecim iugera agrorum pro triginta sex marcis Susatensium denariorum, tali videlicet conditione, quod de predictis agris frater Adolphus vel qui pro tempore eos coluerit triginta duos modios Susatien-

sis[a] mensure pro dimidia parte siliginis et pro dimidia parte ordei in festo beati Martini singulis annis ad tempus vite militis supradicti debet ministrare. Duo vero moltia de annona prelibata filie sue Alheydi, nostre commoniali, in festo iam dicto ex parte memorati militis debent presentari. De reliquis octo modiis memoria amicorum suorum defunctorum, secundum quod Alheydis tunc disposuerit, quolibet anno in conventu nostro sollempniter peragi debet, contradictione qualibet non obstante. Postquam autem sepe dictus miles viam universe carnis fuerit ingressus, prefati redditus ad officium et usum cellerarie nostre perpetuo integraliter convertentur. Et deinceps anniversarius eiusdem militis suorumque amicorum divisim et non coniunctim quovis anno apud nos iugiter debet celebrari, hoc etiam adiecto, quod iam dicta Alheydis, filia antedicti militis, quamdiu vivit, redditus superius memoratos una cum celleraria nostra sub regimine et potestate habebunt, faciendo de eisdem quicquid ad communem usum conventus exspectat. Cum vero ipsa de medio sublata fuerit, de cetero celleraria, que tunc temporis extiterit, sic de premissis faciat, ne eam coram Deo conscientia lesa condempnet. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° C°C°C° XVIII°, ipso die beati Thome apostoli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 162, Siegel ab; Druck: Vest. Zeitschrift 57, 1955, S. 102.

[a]) Radiert und von späterer Hand dadür eingetragen „Susatiensis".
[1]) Konverse des Klosters Welver.

1523

1319

Beim Versuch der Dominikaner, sich erneut in Dortmund niederzulassen, machen die aufgebrachten Bürger das gerade erst errichtete Bethaus dem Erdboden gleich und treiben die Brüder aus der Stadt.

Fratres Praedicatores Tremoniam sunt reversi et ad aedificandum conventum consensum diocoesani, archiepiscopi scilicet Coloniensis, habuerunt, venientes autem, introductoribus a sede Apostolica eis ad hoc deputatis, scilicet pastore in Boynen, decano christianitatis Tremoniensis et pastore in Wattenschee, quibus de mandato Apostolico causa erat commissa, bullam papalem in domo consulum publicari procuraverunt. Mox convocati cives feria quarta in hebdomada[a] sanctum oratorium denuo erectum penitus coerterunt, ut etiam fundamenti vestigium vix remaneret, fratres autem extra civitatem usque ad leprosorium nunc confuribiliter deduxerunt. Tunc frater Iohannes de Lippia, prior Mindensis et vicarius generalis[b] per Westualiam, vir magnae scientiae et devotus, flexis genibus cum aliis fratribus coram tota multitudine Deo gratias agentes pro eo, quod digni erant pro nomine Ihesu contumeliam pati. Itaque fratres tam enormiter iniuriati contra oppidanos litem in curia movebant et pendebat causa in lite Romae plus quam undecim annis. Processus vero et finis causae patet ex literis et instrumento desuper confecto et in deposito fratrum reservatis.

Notiz des 17. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 571, Bl. 2-3 (fast gleichlautend Ms. boruss. fol. 572, Bl. 10v und Ms. boruss. 574, fol. 126); Druck: Dortmunder UB II,2 Nr. 360.

[a]) In Ms. boruss fol. 574: „ante diem Pasche"; [b]) desgl. „vicarius provincialis".

1524

1319

Notiz über die Niederreißung des Oratoriums der Dominikaner in Dortmund und die Vertreibung der Brüder aus der Stadt.

Hetten die burger tho Dortmunde das erbawete oratorium der Predigernordensmonchen gantz dahle gerissen und ruinert, auch die heren patres zur stadt hinausgewiesen, daruber ein elfjähriger prozess tho Rhome gefuhret wurde; die acta sein noch bei deren heren Predigerorden zu finden.

Notiz des 17. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 573, Bl. 47; vergl. Druck: Detmer Mulher, S. 6 und Seibertz, Quellen I S. 329.

1525

1319

Renten aus den Höfen Hidding[1] und Beneking[2] bei Dortmund.

Ein brieff up Hiddinck, Benekinck und II kotten und dann noch II morgen sprechende, sub sigillo senatus Tremoniensis. 1319.

Archivregest, Stadt A Dortmund, Renten des Heilig Geist-Hospitals (die betreffenden Urkunden nicht überliefert), Wiedergabe nach Dortmunder Beiträge 20, 1911, S. 211 und 220.

[1]) In Brackel; [2]) desgl.

1526

1319 Januar 6

Friedrich von Dortmund[1] schenkt den Ratsherren zu Dortmund das Eigentumsrecht an einer Rente von 30 Pfennigen aus einem Garten bei Hoevel[2].

Universis presentes litteras visuris et audituris innotescat, quod ego Fredericus de Tremonia dedi liberaliter et contuli discretis viris dominis consulibus Tremoniensibus intuitu favoris et amicitie ius proprietatis, quod egendom dicitur, in triginta denariorum redditibus in quodam orto iuxta Houele sitis, quem olim .. dictus Meyenberg, civis Tremoniensis, a me tenuerat iure feodali. In cuius rei testimonium sigillum meum ex certa scientia mea presentibus litteris est appensum. Actum et datum in Epiphanya Domini anno eiusdem M° CCC° decimo nono.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 150a, Siegel des Ausstellers anhängend; Druck: Fahne, Dortmund 2,1 Nr. 77, S. 98; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 528, S. 224.

[1]) Auch von Lindenhorst; [2]) bei der Hoevelpforte.

1527

1319 Januar 12

Vor den Ratsherren in Werl verkauft Hermann gen. Boze, Bürger zu Werl, dem Prämonstratenserinnenkloster Oelinghausen eine Rente von vier Schillingen aus seinem Haus und der Hausstätte beim Steintor.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens pervenerit scriptum, tam presentibus quam futuris .. nos consules opidi Werlensis cupimus esse notum publice protestando, quod constitutus coram nobis Hermannus dictus Boze, noster coopidanus, cum consensu Ode, uxoris sue, et Herbordi, filii sui, cum plures liberos non haberet, recognovit se vendidisse venerabilibus domino .. preposito, .. priorisse .. totique conventui ecclesie in Ollinchusen ordinis Premonstratensis Coloniensis diocesis quatuor solidorum redditus ex domo et area sua sita iuxta Lapideam portam in oppido nostro perpetue possidendos et solvendos in festo Michahelis annis singulis pro pecunia ipsi Hermanno integraliter tradita et soluta. Que eciam domus et area non solvant aliam pensionem nisi quatuor solidos supradictos. Huius rei testes sunt Theodericus de Holdinchoue et Hermannus Bars, tunc temporis proconsules, Henricus Prosekese, Bruno dictus Retlike, Goswinus Pasce, Arnoldus dictus Knopeke, Hermannus de Melkestere, Hermannus dictus Tegge, Conradus dictus Egenbolt, Rotgerus dictus Menrikes, Iohannes Puneir, Henricus de Stene, Henricus dictus Kreuet, Hermannus dictus Wiszage, Gerhardus de Sode, Gerhardus Carpentarius, tunc temporis consules in Werle, Iohannes dictus Scolere, Euerhardus dictus Scuinintholt, Fredericus dictus Turike et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimo-

nium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° decimo[a] nono, feria sexta post Ephiphaniam[b] Domini.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 220, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): de quatuor solidis in Werle; ex illis dabuntur duo solidi Alheidi et Clementie Fernerinc; *Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 143.*

[a]) Das „e" über der Zeile eingefügt; [b]) das erste „i" korrigiert.

1528

1319 Januar 26

Die Äbtissin W. und der Konvent des Klosters Welver verkaufen dem Bruder Wolmar, Kämmerer des Klosters, für 40 Mark, die für die Kleidung bestimmt sind, eine Kornrente von sechs Maltern aus dem dem Kloster gehörenden Oberhof Berksen[1] im Kirchspiel Dinker.

Universis Christi fidelibus hanc litteram visuris et audituris nos soror W. dicta, abbatissa in Weluere, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noveritis igitur tam posteri quam moderni, quod nos de communi consensu et voluntate totius conventus et conversorum vendidimus fratri Wolmaro, qui tunc temporis camerarius fuit ibidem, sex maltra, videlicet unum maltrum tritici, duo maltra ordei, tria maltra avene de curia nostra, qui dicitur Berchusen, sita in in parrochia Dinchere, pro quadraginta duobus marcis legalium denariorum ad subsidium vestimentorum. Si quando vero conventus hanc pecuniam [camerario reddiderit][a], emere debet kamere sex maltra de aliis bonis et sic recipere potest ista. Datum et actum anno Domini M° CCC° XIX, in crastino Coversionis sancti Pauli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 164, Siegel ab.

[a]) Der unvollständige Text wohl durch diese Einfügung zu ergänzen.
[1]) Im nördlichen Teil der Gemeinde Nateln, nordwestlich von Soest (Schoppmann, Flurnamen Soest, S. 69, Nr. 7).

1529

1319 Februar 4 Langschede

Engelbert Graf von der Mark nimmt als Schiedsrichter im Streit des Johannes gen. Meyering und seines Sohnes Engelbert mit den Brüdern des Deutschen Ordens von St. Georg in Münster um das Eigentumsrecht an dem Hof Feldhaus bei Senden und den Hof Hellen bei Billerbeck und dessen Zehnten den Verzicht der ersteren auf ihre Ansprüche entgegen.

Nos .. Engelbertus comes de Marka universis presencia visuris et audituris notum facimus presentibus publice protestantes, quod constituti in nostra [presentia][a] Iohannes dictus Meyerinch et .. Engelbertus, eius filius, qui causam questionis et impeticionis super proprietate mansi dicti ton Velthus, siti iuxta Sendene, et mansi dicti Hellen iuxta Bylrebeke et eius decime contra .. fratres domus Theuthonice sancti Georgii in Monasterio movebant in nos arbitrantes ex parte utraque et recognescentes se et eorum .. heredes in dictis bonis nichil iuris habere similiter resignaverunt de eisdem simpliciter et de plano. Premissa enim dictis partibus observaturis arbitrator dicimus et pronunciamus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum, quod ad preces dictorum Iohannis et Engelberti apponi fecimus, presentibus literis duximus appendendum. Datum et actum ante pontem Lancgenschede in presentia multorum militum et vasallorum atque fidedignorum anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, dominica post Purificationem beate virginis gloriose.

Ausf., Perg., StAM, St. Georg Münster Urk. Nr. 45, kleines Siegel des Grafen von der Mark (restauriert, WS 16,4) abhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1308.

[a]) Wohl irrtümlich ausgelassen.

1530

1319 Februar 5

Vor dem Rat der Stadt Soest erklärt der Soester Bürger Johannes de Kywe, er besitze zwei Morgen Akkerlandes bei der Brummecke[1], die einst dem alten Hospital gehörten und die er sich angeeignet habe. In Zukunft wolle er von diesem Land dem alten Hospital[2] jährlich eine Mark entrichten.

Nos Godscalcus de Palsode Brunoque dictus Make, proconsules, et ceteri .. consules in Susato notum facimus singulis ac universis publice protestantes, quod discretus vir, videlicet Iohannes de Kywe, noster coopidanus, coram nobis constitutus manifeste recognovit se habere et intromisisse de duobus iugeribus terre arabilis, sitis apud Brumbeke, que fuerant veteris hospitalis apud nos existentis, de cetero iure hereditario posssidendis et habendis tali modo et condicione, quod idem Iohannes et sui heredes singulis annis duobus terminis unam marcam denariorum Sûsati legalium de ipsis duobus iugeribus veteri hospitali predicto solvere tenebuntur expedite, videlicet sex solidos in festo Pasche et alios sex solidos in festo beati Mychaelis. In cuius pecunie solucione, si predicti Iohannes aut sui heredes aliquo anno remissi fuerint parte vel in toto, huiusmodi defectus, qualis vel quantus fuerit, restaurum provisores vel persone ipsius hospitalis querere licite poterunt in agris memoratis. In quibus, si defectum passi fuerint, hunc Iohannes et sui heredes predicti debebunt adimplere condicione aliqua non obstante. In cuius rei testimonium sigillum nostri opidi una cum sigillo ipsius Iohannis presentibus est appensum. Actum presentibus proconsulibus predictis nec non Iohanne de Monte, Theoderico Cappellen, Arthuro de Euersberg, Hillegero de Heruordia, Syfrido super Piscinam, Arnoldo Schotten, Seghenando de Pugno, Iohanne de Puteo, Iohanne Eppinc, Iohanne Schotten, Hermanno Cubec, Arnoldo Wenken et ceteris tunc temporis consulibus in Sosato. Datum anno Domini M° CCC^mo XIX°, ipso die beate Agathe virginis ac martiris.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 8469, Siegel ab; Regest: von Klocke, Soester Wohlfahrtsanstalten, Hohes Hospital Nr. 39.

[1]) Im westlichen Teil der Soester Feldmark, Grenzgraben zwischen den Gemeinden Soest und Hattrop (Schoppmann, Flurnamen S. 301, Nr. 42); [2]) Hohes Hospital.

1531

1319 Februar 10

Vor dem Richter, den Bürgermeistern und den Ratsherren zu Warendorf verzichten Hartger von Sost, Bürger zu Warendorf, und sein Schwager Meynbold auf die Äcker Hartgershuir. *Gleichzeitig wird der Streit zwischen Propst und Konvent des Kloster St. Walburgis Soest mit Hartger beigelegt.*

.. Omnibus in perpetuum presentes litteras visuris sive audituris nos .. iudex, magistri burgensium aliique .. consules Warendorpenses salutem et infrascriptorum intelligere veritatem. Tenore igitur literarum presencium recognoscimus publice protestando, quod in nostra constituti presencia Hartgerus dictus van Sost, noster oppidanus, et Meynboldus, sororius seu svagherus ipsius, necnon Hartgerus, Arnoldus, Walburgis, liberi eiusdem Hartgeri, accedente ad hoc consensu omnium eorum coheredum agros, Hartgershûir nuncupatos, voluntarie ac animo beningno resingnarunt, renunciantes nichilominus voce et manu omni iuri et impetitioni, etiam cuiuscumque ipsis in agris memoratis competiit aut competere videbatur, hoc modo et forma adiectis, quod Hartgerus, Meynboldus, item Hartgerus, Arnoldus, quemadmodum superius sunt expressi, coram nobis coniunctis manibus promiserunt sive spoponderunt Arnoldum, fratrem Hartgeri tacti primarie, debere resignationem et renunciationem in dictis agris modo et forma prius tactis, dum ipsum ad partes istas pervenire contigerit, adimplere. Insuper discordiam et dissentionem habitam inter honestas personas dominum .. prepositum et .. conventum monasterii sancti Walburgis extra muros Suzacienses parte ex una et inter Hartgerum et alios, quorum nomina sunt expressa, parte ex altera fore in zůnam et compositionem amicabi-

lem ordinatam seu redactam. In cuius rei robur et testimonium firmitatis perpetue ob instancias precum partium utrarumque premissarum sigillum nostri oppidi duximus presentibus apponendum. Actum et datum presentibus Luberto de Sunderen, tunc temporis iudice, Iohanne Lambrachtinc, Luberto Rencinc, magistris burgensium, Hinrico Sellekinc, Hinrico Lambrachtinc, Hinrico Brederck et aliis pluribus fide dignis, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, ipso die Scolastice virginis.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 67, Siegel der Stadt Warendorf (WS 83,3) anhängend, Rückvermerk (17. Jahrh.): cessat; *Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 70v der 2. Zählung; Regest: WUB VIII Nr. 1309.*

1532

1319 Februar 19

Richter, Schöffen und Ratsherren in Dortmund, die verpflichtet sind, von den an die † Brüder und Dortmunder Bürger Bertram und Johannes Sudermann verkauften Renten in Höhe von acht Mark dem Inhaber des St. Peter und St. Paul- Altars in der St. Reinoldi-Kirche jährlich drei Mark zu entrichten, legen fest, daß der betreffende Priester diese Rente persönlich aus dem Pelzerhaus am Markt erheben soll.

Nos iudex, scabini ac consules Tremonienses recognoscimus tenore presentium aperte protestantes, quod tenemur et obligati sumus honesto viro ministro altaris beatorum apostolorum Petri et Pauli in ecclesia sancti Reynoldi, qui pro tempore fuerit, in annuis redditibus trium marcarum denariorum Tremonie dativorum de illis octo marcarum redditibus, quos olim Bertrammo et Iohanni fratribus dictis Suderman, civibus nostris bone memorie, dinoscimur vendidisse. Sed quia annua obligatio presentationis huiusmodi reddituum nobis esset et fieret annis singulis quam plurimum tediosa, assignavimus et tenore presencium assignamus et deputamus eidem dictos trium marcarum redditus propter certitudinem in domo pellificum in foro nostro sita, ut tollat eos personaliter et recipiat ex ea bis in anno, hoc est in crastino Nativitatis Domini et in crastino Nativitatis beati Iohannis Baptiste tali condicione, quod nos defectum, si quem in dicta domo vel redditibus quocunque casu idem sacerdos pateretur, de nostra tabula suppleamus, adiecto etiam, quod, cum casus se obtulerit, prefatos redditus cum aliis redditibus equipollentibus ad usus civitatis quitare et reemere valeamus in omni modo et forma, prout in literis vendicionis nostre supradicte plenarie continetur. In cuius rei testimonium sigillum civitatis ex certa scientia nostra et mandato presentibus literis est appensum. Datum XI kalendas Marcii anno Domini 1319.

Eintragung im Jahre 1945 vernichteten Bürgerbuch (liber civium)*, Stadt A Dortmund, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 370, S. 255; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 529, S. 225.*

1533

1319 Februar 23 Avignon

Papst Johannes (XXII.) nimmt auf die Klage der Minoriten die Mitglieder des Dritten Ordens des hl. Franziskus, genannt de Penitencia, gegen die Bedrückungen einiger Prälaten und Pfarrer, besonders in Deutschland, in seinen Schutz und erklärt ausdrücklich, daß die vom Papst Clemens (V.) auf dem Konzil von Vienne erlassene Konstitution gegen die Beginen nicht für sie gilt.

Iohannes episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis, patriarchis, archiepiscopis, et episcopis ac dilectis filiis electis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris aliisque prelatis et rectoribus ecclesiarum salutem et Apostolicam benedictionem. Et si Apostolice sedis auctoritas tueri debeat, que apud ipsam meruerunt approbationis presidio communiri, ad curam tamen dicte Sedis specialius pertinere dinoscitur, ut religionis, per quam ad divini nominis laudem tenditur et salus fidelium imparatur, status per Sedem approbatus tandem inviolabiliter perseveret, reliogionem huiusmodi approbatam manute-

nere favorabiliter ac efficaciter defensare, ita quod impugnationis cuiuslibet cessante turbine persone religionis eiusdem liberis clarisque mentibus vacare valeant divinis beneplacitis exequendis. Sane dilecti filii .. minister et fratres ordinis Minorum nuper in nostra et fratrum nostrorum presentia fecere proponi, quod licet Tertius ordo fratrum et sororum, qui Continentes seu de Penitentia nuncupantur, a beato Francisco institutus, a Sede prefata iam dudum approbatus ac confirmatus ac etiam communitus diversis privilegiis extitisset dictique fratres et sorores ipsius Tercii ordinis sub cura et doctrina eorundem fratrum Minorum iuxta tenorem ordinationis a pie memorie Nicolao papa Quarto, predecessore nostro, super hoc facte vixerint et vivant in observantia regule Tercii ordinis antedicte, nonnulli tamen prelati et rectores ecclesiarum civitatum et diocesium diversarum, presertim in Alamanie partibus constituti constitutionem, per quam felicis recordationis Clemens papa V., predecessor noster, quarundam mulierum, que vulgariter nuncupabantur Begnine, que non profitebantur aliquam regulam approbatam, statum ex causis rationabilibus in constitutione ipsa expressis in concilio Viennensi per eum celebrato perpetuo prohibuit ac illum ab ecclesia Dei penitus abolevit, ad dictos fratres et sorores de Penitentia perperam extendere innitentes eiusdem constitutionis pretextu eosdem fratres et sorores de Penitentia ad dimittendum habitum et statum huiusmodi regule ipsorum per excommunicationis et interdicti sentencias aliasque penas indebite conati sunt et conantur iugiter coartare in ipsos fratres et sorores de Penitencia pro eo, quod in hiis non paruerunt eisdem, sicut nec etiam debuerunt de facto, excommunicationum preferendo sentencias aliaque diversa ipsis gravamina inferendo. Pretendunt quoque iidem prelati et rectores minus veraciter dictos fratres et sorores Minores ex eo fauttores existere personarum dampnatarum, per constitutionem eandem, quia eisdem fratribus et sororibus de Penitentia communicant et eos recipiunt ad divina. Et propter hoc ipsos fratres Minores per constitutionem eandem excommunicationis sentenciam incurrisse illos excommunicatos denuntiant et sententiam ipsam aggravant contra eos, civitates et loca, in quibus dicti fratres Minores inhabitant, ecclesiastico interdicto supponunt ac eis elemosinas et alia vite subsidia subtrahunt et ab aliis subtrahi faciunt ipsosque alias multipliciter gravant, appellationibus eciam pro parte dictorum fratrum et sororum de Penitencia et fratrum Minorum ad dictam Sedem interiectis propter ea vilipensis. Quare pro parte dictorum ministri et fratrum nobis extitit humiliter supplicatum, ut providere in hac parte de celeri et oportuno remedio dignaremur. Cum itaque constitutio supradicta ad ipsos fratres et sorores Tercii ordinis minime se extendat, universitati[a] vestre de fratrum nostrorum predictorum concilio per Apostolica scripta mandamus, quatenus memoratos fratres et sorores de Tercio ordine prelibato vel fratres Minores seu quosvis alios occasione premissa nullatenus molestetis nec permittatis ab aliis quomodolibet molestari, nisi contingeret per sedem Apostolicam aliud ordinari. Et ne super hiis secus faciatis, vobis districtius inhibemus. Nos enim, quicquid a prelatis et rectoribus supradictis vel quibuslibet aliis contra prelibatos fratres et sorores ipsius Tercii ordinis vel aliquos eorundem seu contra fratres Minores aut alios huiusmodi pretextu attemptatum forsan est hactenus vel a vobis seu quibusvis aliis contigerit attemptari, exnunc nullius omnino decernimus existere firmitatis, dictosque fratres Minores in admittendo ad divina ipso fratres et sorores Tercii ordinis et communicando eis, ut prefertur, prelibate constitucioni minime derogasse. Datum Auinioni VII kalendas Marcii, pontificatus nostri anno tercio.

Transsumpt in der Urkunde von 1319 Mai 20, StAM, Minoriten Soest Nr. 27.

[a]) In der Vorlage „universati".

1534

1319 Februar 28

Erzbischof Heinrich von Köln bestätigt für das Prämonstratenserinnenkloster Cappel unter Inserierung der betreffenden Urkunde[1] den Verkauf der Mühle unterhalb von Lippstadt an das Kloster.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, dilectis sibi in Christo preposito, priorisse et conventui monasterii in Cappelle Premonstratensis ordinis

nostre diocesis salutem in Domino sempiternam. Cum vos molendinum situm in inferiori ripa fluminis Lippie extra muros oppidi Lippensis iusto emptionis titulo et bona fide iam per triginta annos et amplius possederitis pacifice et quiete, prout tenor litere nobis exhibite expressit, et nobis supplicaveritis, ut dictum molendinum cum suis attinentiis universis, prout ipsum emistis et rite ac iuste possedistis, ex certa nostra scientia dignaremur auctoritate nostra ordinaria confirmare, nos igitur solerti inquisitione prehabita de meritis facti et de sigillis et contractu venditionis memoratis ex nostra certa scientia tenorem eiusdem litere presenti nostre confirmationi de verbo ad verbum inseri iussimus ad certitudinem presentium et memoriam futurorum, que talis est:

folgt Urkunde von 1288 Februar 21.

Quapropter cum omnium, quorum intererat, liqueat plenius consensus ex inspectione literarum prenarrati tenoris sigillatarum sigillis eorum, quibus asscribuntur, prout prima facie apparet, huiusmodi venditionem predicti molendini vobis factam ac attinentiarum ipsius necnon proprietatis eiusdem auctoritate nostra ordinaria, prout rite facta est, vobis et monasterio predicto in Dei nomine presentibus confirmamus, inhibentes omni homini, cuiuscumque conditionis, status aut preeminentie extiterit, sub pena excommunicationis late sententie in hiis scriptis, ne vobis preposito et conventui Cappell predictis super molendino prefato eiusque attinentiis aut proprietate quomodolibet opponat aut vos molestare presumat in ipso quovis etiam quesito colore per se vel per alios publice vel occulte, auxilio, consilio vel favore, nisi inceptis desistat, dampno, si quod intulerit, soluto, dum fuerit requisitus. In huiusmodi rei testimonium et stabilitatem perpetuam huic scripto nostrum sigillum duximus apponendum. Datum anno Domini M CCC nono decimo, quarta feria proxima post dominicam, qua cantatur Invocavit me.

Abschrift des 15. Jahrh., beglaubigt durch den Notar Conrad Konekinck, Papier, StA Detmold, Urkunden D, Sect. VIII Nr. 1,2; Regest: REK IV Nr. 1091; Lipp. Regesten II Nr. 641.

[1]) WUB IV Nr. 1981.

1535

1319 März 9

Der Dechant der Kirche in Kaiserswerth teilt als vom Apostolischen Stuhl bestellter Richter den Pfarrern in Kamen und Methler mit, er habe schon vor einiger Zeit auf Antrag der Äbtissin und des Kapitels des Stifts Essen den Lambert von Velmede wegen Widersetzlichkeit exkommuniziert. Da dieser sich dadurch nicht beeindruckt zeigt, beauftragt er zur Verschärfung die Pfarrer, die Exkommunikation an Sonn- und Festtagen in ihren Kirchen zu verkündigen.

.. Decanus ecclesie Werdinensis iudex unicus a sede Apostolica delegatus viris discretis in Kamen et in Metlar ecclesiarum .. plebanis vel eorum vices gerentibus salutem in Domino. Cum nos iam dudum Lambertum de Velmede excommunicaverimus pro contumacia ad instantiam venerabilis domine .. abbatisse et capituli ecclesie Asindensis nec curet absolvi, sententiam excommunicationis huiusmodi in ipsum aggravandam, vobis et cuilibet vestrum auctoritate predicta mandantes, quod, prout requisiti fueritis, dictum Lambertum singulis diebus dominicis et festivis campanis pulsatis et candelis accensis excommunicatum nuncietis et omnibus evitandum. Reddite literas sigillatas. Datum anno Domini M° CCC^mo XIX, feria sexta ante dominicam Oculi.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 281, Siegel ab.

1536

1319 März 19 Erwitte

Vor dem Propst zu Cappel, den Rittern Renfrid gen. Stenule und Loif von Lipperode und dem Knappen Heinrich von Binolen gen. Pape, Droste des Grafen Wilhelm von Arnsberg, sowie vor Gerhard gen. Rinche, Richter zu Erwitte, leistet der Knappe Everhard Hagemann in die Hand des Drosten zugunsten des Propstes und des Konvents des Klosters Rumbeck auf den Oberhof Steinhof im Kirchspiel Erwitte Verzicht[1].

In nomine Domini amen. Cum mors horrenda universaliter unicuique hominum sit accidens inevitabile et ipsius hominis subiectum corrumpat, congruum est et providencia exigit, ut acta hominum, que in tempore fiunt, ne in errorem seu oblivionem deducantur, scripturarum ac testium robore confirmentur. Nos igitur .. prepositus monasterii Cappellensis, Reynfridus dictus Stenhule et dictus Lofh de Lipperode, milites, et Hinricus de Binolen famulus dictus Pape, dapifer nobilis viri domini Wilhelmi comitis de Arnesberg, notum facimus universis presentem litteram visuris vel audituris, quod constitutus coram nobis et coram Gerhardo dicto de Rinche, tunc temporis iudice in Eruete, Euerhardus dictus Hagheman, famulus, bona deliberacione prehabita ex plena voluntate et unanimi consensu uxoris sue Aleheydis et omnium heredum suorum, videlicet Ludolfi, Euerhardi, filiorum suorum, Alheydis et Ziradis, filiarum suarum, cum plures liberos non haberet, nec non omnium posterorum suorum et coheredum ratihabicione renunciavit et effestucavit una cum heredibus suis predictis rite et rationabiliter, simpliciter et absolute omni iuri, quod sibi aut suis heredibus conpeciit seu suis posterioribus competere posset quomodolibet in futurum, in curti dicta Stenhof, sita in parrochia Eruete, prout iacet in fronde et cespite, pratis, pascuis, nemoribus cum suis appendiciis et proventibus universis in manus Henrici, dapiferi predicti domini .. comitis de Arnesbergh, ad manus et usus prepositi et conventus monasterii in Rumbeke iure hereditario possidendam pacifice et quiete pro quadam summa pecunie sibi et suis heredibus numerata integraliter et soluta coram dicto iudice de Eruete cum sollempnitatibus et sentenciis debitis et consuetis. Ut igitur hec premissa inconvulsa maneant et illesa et a nullo in posterum infringantur, presentem litteram scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine una cum sigillo predicti Euerhardi ad peticionem utrarumque parcium roborari in evidens testimonium premissorum. Actum in Eruete presentibus prescriptis et subscriptis, Henrico, plebano in Eruete, Conrado dicto Wigant, quondam iudice in Lippia, Iohanne dicto Ketten, iudice in Coten, Theoderico de Volmestene, Thome de Wirenchusen, Wilhelmo dicto Partenoys, Henrico dicto Wredren, Godefrido dicto de Eruete, Wilhelmo et Iohanne, conversis in Rumbeke, Hermanno de Binole, Ecberto, Ambrosio et Conrado fratribus de Zobirinchusen dicto Luce, Iohanne dicto Huffe, Gherlaco de Hůtkehem, Arnoldo Coruo, Theoderico de Ziborgh et Hermanno dicto Brewe, famulis, et aliis quam pluribus fide dignis, anno Domini M° CCC° nonodecimo, quarto decimo kalendas Aprilis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck Urk. Nr. 51, Siegel 1. des Eberhard von Hagen (WS 219,13), 2. des Propstes von Cappel (oblong, Bild: Mariä Verkündigung), 3. des Renfrid von Schorlemer (Stenule), (WS 226,14), 4. des Lof von Herevelde (WS 241,5) und 5. des Heinrich von Binolen (WS 196,11) anhängend; Abschrift des 16. Jahrh. in Msc. I 208 (Kopiar des Klosters Rumbeck), Bl. 11; Rückvermerk (15. Jahrh.): Steynhoiff in Erffte*; Druck: UB Volmerstein Nr. 296.*

[1]) Vergl. Urkunde von 1319 Mai 9.

1537

1319 März 26

Der Ritter Bernhard Crampe vergleicht sich mit dem Kloster Flaesheim, indem er auf alle Ansprüche auf die seitens des Klosters von dem † Knappen Dietrich von Aplerbeck angekauften Güter in Stevermür[1] *verzichtet*[2].

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris nos Bernardus Crampe, miles, et Lysa, uxor nostra, nec non Engelbertus et Bernardus, filii nostri legitimi, ceterique coheredes nostri notum esse volumus presentibus publice recognoscentes, quod omnem dissencionem, quam habere videbamur contra .. magistram et .. conventum in Vlarshem occasione cuiuscumque et precipue racione bonorum in Steuernemude, que comparaverant erga Th. de Apelderenbeke, famulum pie memorie, sopitam recognoscimus esse per presen[cia] et ordinatam, quod ex instructu virorum discretorum nos omnino nihili iuris in eisdem bonis habebamus nec habemus. Testes huiusmodi recognicionis sunt hii: Conradus, Godefridus et Ludolfus de Rechede, item Lambertus de Scuterslo et Conradus de Bukkesuorde, famuli, et quam plures alii fide digni. In cuius rei munimen sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in crastino Annunciacionis beate virginis anno Domini M° CCC° XIX°.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III 77 (Flaesheim), Siegel des Ausstellers (beschädigt, WS 175,1) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1319.

[1]) Bei Haltern; [2]) vergl. Urkunde von 1307 Juli 27.

1538

1319 März 28 zwischen Hamm und Ahlen

Bischof Ludwig von Münster, Engelbert Graf von der Mark, Roprecht Graf von Virneburg, Marschall (des Herzogtums) Westfalen, Gottfried Graf von Sayn und Otto Graf von Tecklenburg legen ihre kriegerischen Auseinandersetzungen bei und schließen ein Bündnis. Alle Befestigungen, die von den streitenden Parteien während der Fehde und nach der schriftlichen Vereinbarung zwischen Bischof Ludwig und Graf Engelbert errichtet wurden, sollen beseitigt werden. Wenn sich einer der Bündnispartner dagegen sperrt, werden die anderen zusammenkommen, um die Befestigung niederzulegen. Um einen Krieg zwischen ihnen und ihren Leuten zu vermeiden, benennt jeder je zwei Ritter als Sühneleute. Wenn der Friede von einem der Herren oder seinen Untertanen gebrochen wird, wollen dann die acht Sühneleute der anderen Herren in Ahlen zusammenkommen, um einen Vergleich herbeizuführen. Wenn das nicht gelingt, sollen sie innerhalb von 14 Tagen ein Urteil fällen. Auf dieselbe Weise sollen auch Streitigkeiten zwischen ihnen und ihren Untertanen beigelegt werden. Wenn die acht Sühnleute sich auf einen Rechtspruch nicht einigen können, sollen Ropert von Virneburg und Graf Godfried von Sayn Oberschiedsrichter sein. Wenn auch sie keine Einigung herbeiführen können, sollen sie innerhalb eines Monats ein endgültiges Urteil fällen. Jeder Herr soll seine Untertanen insoweit in seiner Gewalt haben, daß sie sich vor ihm verantworten. Tun sie das nicht, wird der Herr ihr Feind sein und dem Kläger helfen, zu seinem Recht zu kommen. Wenn jemand einen Raub begeht oder einen sonstigen Schaden anrichtet und dann in ein anderes Land flieht, soll der Geschädigte ihn mit seinen Freunden verfolgen dürfen. Sie dürfen dann in den jeweiligen Plätzen unbehelligt übernachten. Treffen sie auf Leute, die Untaten verübt haben, soll der Herr den Klägern nach Gewohnheit des Landes zu ihrem Recht verhelfen. Dies soll auch geschehen, wenn jemand aus einem Lande in dem Lande eines anderen Herrn Schäden anrichtet und raubt und wenn der betreffende Herr dies anzeigt und die Verfolgung aufnimmt. Wenn dies innerhalb von 14 Tagen nach der Anzeige geschieht, soll der Herr (aus dem geschädigten Land) den Klägern über den Übeltäter Recht zusprechen nach den Gewohnheiten des eigenen Landes. Kein Herr soll in seinem Lande zulassen, daß jemand einen Einwohner aus einem der anderen Länder mit Arrest belegen läßt, es sei denn, daß ihm dies gerichtlich zugesprochen wurde oder es handele sich um Eigenhörige. Keiner der Herren soll Befestigungn näher an der Grenze bauen, als daß bis zum heutigen Tag schon der Fall ist. Jeder der Herren soll den anderen nicht in seinen Rechten beeinträchtigen. Die fünf Herren verpflichten sich, keinem anderen Herrn gegen einen von ihnen zu dienen, wobei jeder von ihnen gewisse Ausnahmen benennt. Wenn einer der fünf Herren gegen das Bündnis verstößt, sollen die anderen vier seine Feinde sein.

Wir .. Lodewich van der ghenade Godes en byscop des stichtes van Můnstere, greve Engelbracht van der Marke, greve Robrat van Verneborg, en marscalc to Westualen, greve Godeuort van Zeynen unde greve Otto van Tekeneborg don kundich allen, die dessen bref sen unde horen lesen, daz wir alles des crighes unde alle der twist, die tuschen uns bis up dessen dach sin gheweset, et si van papen oder von legen ůpghekomen sin, ghenceliche, lipliche unde vrentliche vor sont, also dat, waz ghetimmeret ist ůf beyder zit in desseme orloghe unde noch den breve, de wir byscop Lodewich unde greve Engelbracht, de dar voreghenomet sin, ghegeven hatten tzo Alen, brechen sal unser itlicher unvortrecket. Wer och, daz dat sich da weder ieman in unsen landen weren wolde, de timmerinche en vurde tzo brechen unde vorsturet, dar sole wir samentliche vore vallen mit unser cost, mallich nach siner macht unde sunder arghelist, nicht dan tzo komene, de timmerinche en sin tzo brochen vullenkomeliche unde altomale. Vorbazme, daz wir umme ghemeyne nůt unser lande unde unser lude uns tzosamene vorbunden hebben bi unsen trůwen an eydes stat, also daz unser nin des anderen vigent sal werden, de wyle daz wi leven unde umme daz keynerhande crig oder twist under uns unde ouch under unsen luden allenthalven můghen ůpwassen, so heft unser iclicher under uns heren twene ritter ghekoren tho soneluden. Also were, daz ghebrochen wurde under uns heren oder unser aller underdanen, an weme ghebrochen dan were, de solt it vorkundighen der vir heren ritteren. So solden die achte rittere die twiachtigen besceyden eynen dach in to Alen. Alda sůlen die achte rittere dan vorhoren unde vorclaren ir beyder recht. Were dan, dat se uns oder deselven crighaftighen lude nicht vorminnen en můchten, so solden se uns oder deselven lude scheyden nach rechte van den daghe, dat se ingheriden sint tzo Alen binnen virtinnachten. Also sal men ouch scheyden allerhande dinc unde crig, de under uns unde unsen underdanen iutto ghewassen ist. Wir byscop Lodewich van Můnstere benomen tzo unsen sonluten heren Alue van Batenhorst unde heren Bernharde van Dodorpe. Wir greve van der Marke benomen heren Engelbrachte van Herbornen unde heren Godeuorde Volenspite. Wir greve van Verneborg benomen heren Vrederike van Sassendorpe unde heren Diderike van dem Honrode. Wir greve van Tekeneborg benomen heren Hughen van Hornen unde heren Ludolue Haken mit sullinc underscheyde, wer, daz ir eyn von dodes weghene afghinghe oder van rechter unmůte nicht an die stat komen en můchte, dat sin here eynen anderen ritter setten můghe an sine stat, dye deselven ghewalt hebbe mit den anderen. Ghesche och, dat die achte rittere nicht endrechtich wurden an eynen rechte to seghene oder eyn recht nicht seghen kunden, so solen greve Robracht van Verneborg unde greve Godeuort van Zeynen twe overman sin unde to en inriden to Alen, wanne se ghemanent werden. Kunnen se dan de crighachtigen nicht scheyden noch minnen, so solen se van den daghe binnen eyner mant en saghen en enthatft recht bi eren eren unde bi eren eyden. Ouch sal itlich here sich mechtighen siner underdanen unde der ghenen, de under eme sittent, also dar her recht muce gheven unde nemen oder her sal sin vigent sin unde behelplich dem clegheren also langhe, bit den clegheren recht gesche. Wer ouch, daz ghyman mit rouve oder de scaden dede, vlughe ut unsers eynes lande in des anderen heren lant, dem mughen nach volghen des heren vront oder dem, de scade gheschen ist, in des ghenes lant, dar he in vluhet, unde mughen darinne benachten in alle sinen vesten unde alle sinen sloten umbekummeret unde umbebesazt. Unde komen se solke undedighe lute an, so sal de herre de cleghere richten nach rechte unde nach ghewontheeyt sines landes. Ghesche ouch, daz ieman uzer unser eynes lande scaden oder gherouf ghetan hette in des anderen heren lande, also daz de herre vorkundighet unde vorvolghet hat bi dem heren uz des lande, daz gheschen ist. Wert de scade oder de rouf dan nicht wederdan binnen virtin nachten nach der vorkundunghe, so sal her richten de cleghere ober den man, de daz ghetan hebbet, nach rechte oder nach ghewunetheyt sines landes. Vortmer so hebbe wi vorlovet in unser vorbintnisse, daz unser keyne staden sal binnen sinen lande, daz ieman den anderen ut des anderen heren lande besetzen sole, se en sin dan rechtsculdighen oder rechtsculdighe eyghene lute. Vortmer so en sal unser keyn dem anderen naher bowen, dan hute ghebowet ist ůp dessen dach. Unde unser itlich sal den anderen latzen bezitten in sinen olden rechte ungheenghet unde umbedrunghen van allen stucken. Hir en boven hebbe wi vif heren, die voreghenanten, uns ouch also vorbunden, daz unser keyn ůp den anderen keynen herren denen sal, sunder die .. byscop unde der greve van der Marke, de vorghenom-

den, scheydent uz beyde den ertebyscop van Colne, greven .. Adolue van den Berghe, heren Symone den heren van der Lyppe, also weder welkeren derselve ercebyscop, greve .. Adolf oder Symon de herre van der Lyppe orloghen wolde, bode de recht unde wolte recht gheven, so solde io der andere stille sizzen. Ouch sceydet uz deselve byscop van Munstere den iunghen greven Reynolde van Ghelren dit neste iar, also daz her eme mughe helpen, sin lant weren, unde anders nicht mer. Vorbazme sceydet uz der vorghenomde greve van der Marke den ersamen vorsten hertoghen Vrederichen van Osterriche, de sich vor eynen ghekorenen kuninc helt tzo Almanien. Ouch sceydet uz de vorghenomde greve .. Otte van Tekeneborg den vorghesprochenen greven van Ghelren unde sine omen greven .. Vrederike unde greve Otten van Retbergthe. Vorbazme scheydet uz deselve byscop van Munstere greve Diderike von Cleue. Also ist, dat der greve van der Marke den byscop led gheweldich sines rechtes, so sal her stille sitzen. Wer aber her sines rechtes nicht gheweldich, so mach her dem greven van Cleue lantwere helpen don, ober ir beyder lant, des byscopes van Munstere unde des greven van der Marke, sal io bliven unbeworren. Darenboven wer, daz unser keyn under uns vif heren, de dar en boven benomet sin, keyne der stucke, de in dessen breve ghescriven sint, die wir an trowen an eydes stat ghelovent hant unde gheloven in dessen keghenwordighen breve, vorbreche, so solen de anderen vif[1] heren sine viende sin. Unde ůp daz, daz alle desse dinc unde stucke unghebrochen unde stede bliven, die wir ghelovet hebben an trowen an eydes stat, vast unde ghenceliche tzo haldene, so hebbe wir unser unser inghesighele an dessen keghenwordighen bref ghehanghen tzo eyn orkunde unde eyne betzoghinghe alle der stucke, de dar vore ghescriven stant. Desse bref wort ghegheven unde gheschach ůp dem daghe tusschen deme Hamme unde Alen, do man zalte noch Godes gheburt dusent iar drehundert iar in deme nighentenden iare des nesten gudensdaghes vor Palmen.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster Urk. III Bb Nr. 10, die fünf Siegel (nach Beschädigung restauriert, sonst gut erhalten) anhängend: 1. des Bischofs Ludwig von Münster (WS 45,3) 2. des Grafen von der Mark (Reitersiegel, WS 11,1) mit Rücksiegel (WS 16,4), 3. des Grafen Ropert von Virneburg (Reitersiegel) 4. des Grafen Godfried von Sayn (doppelgeschwänzter Löwe, Legende: S. GOFRIDI DE SENE NEPOT(IS) LANG(RAVII) HASS(IE) *und 5. des Grafen Otto von Tecklenburg (WS 20,7) mit Rücksiegel (WS 20,8); Abschrift des 16. Jahrh., in der Sammlung Kindlinger, StAM, Msc. II 204 B, S. 44; Druck: Niesert, Beiträge II Nr. 92, S. 272, WUB VIII Nr. 1320; Regest: REK IV Nr. 1099.*

[1]) Es müßte heißen „vier".

1539

1319 März 31

Vor den Ratsherren zu Werl verpfändet Heynemann Berdinch dem Johannes Menman für sechs Mark auf fünf Jahre drei Morgen Landes auf dem Feld über Nortlanenwangen.

Nos consules opidi Werlensis universis, ad quos presens scriptum pervenerit, tam presentibus quam futuris publice cupimus esse notum, quod constitutus coram nobis Heynemannus Berdinch cum consensu et voluntate Hillegundis, uxoris sue, Heymanni, Gobelini ac omnium aliorum liberorum suorum recognovit se vendidisse Iohanni Menman et suis veris heredibus tria iugera campi sita super Nortlanenwangen pro sex marcis denariorum Susati legalium et bonorum a festo Michaelis proximi nunc venturi ad quinque annos sibi invicem continue subsequentes libere possidenda. Quibus revolutis predictus Heynemannus et sui heredes poterunt predicta tria iugera reemere pro pecunia antedicta. Sin autem tempore predicto non reemerint, predictus Iohannes possidebit ea in perpetuum libere et quiete sub tali condicione, quod predictus Heymannus et sui veri heredes possunt reemere predicta tria iugera annis singulis et diebus singulis, cum sibi placuerit, pro pecunia antedicta. Hoc est eciam adiecta, quod si predictus Iohannes infimaverit predicta iugera, tunc possidebit ea durante suo fimo sub hac forma, quod si dictus Heynemannus et sui heredes ea reemerint ipso fimo durante, predictus Iohannes tenebitur sibi solvere tria maldra dure annone pro pensione annuali, quous-

que tempus sui fimi sit completum. Insuper predictus Iohannes et sui heredes predictis Heynemanno et suis veris heredibus in recognicionem curtis Berdinc tres denarios pro pensione, que paych dicitur, solvere tenebuntur. Huius rei testes sunt Henricus dictus Prosekese, Henricus dictus Kouolt, tunc temporis proconsules in Werle, Hermannus dictus Bars, Arnoldus dictus Knepick, Henricus Scinintholt, Iohannes dictus Punir, Iohannes dictus Mas, Conradus dictus Notlike, Theodericus dictus Cruse, Gerhardus Carpentarius, Hermannus dictus Tegge, Henricus dictus Madde, tunc temporis consules in Werle, et quam plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad peticionem Heynemanni et omnium heredum suorum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° decimo nono, in vigilia Palmarum.

Abschrift vom Ende des 14. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Rep. und Hs. 2 (Kopiar von St. Kunibert) Bl. 46v.

1540

1319 [Ende März][1] Ahlen

Auf Ersuchen des Grafen Engelbert von der Mark weist Edelherr Simon zur Lippe mit den anderen Anwesenden als Recht: Wenn jemand bei einem Angriff eines Räubers auf sein Gut bei der Verteidigung diesen ohne Absicht ums Leben bringt, braucht von ihm der Tod des Betreffenden nicht gesühnt zu werden[2].

Nos Engelbertus comes de Marka universis presentia visuris cupimus esse notum, quod constituti in civitate Alensi una cum nobilibus viris domino Symone de Lippia, de Waldecghe, de Seyna et de Tekeneburg, comitibus, necnon et multis aliis tam militibus quam militaribus in sententia publice requisivimus, quod, si aliquos bona aliena rapientes a patientibus iniuriam vel rapinam per modum defensionis casu occumbere contigerit, an vindicta de hoc debeat aliqua comitari? Super qua questione predictus Symon nobilis dominus de Lippia cum predictis comitibus ac aliis quam pluribus viris prudentibus et fide dignis tam militibus quam famulis sagaci deliberatione prehabita simpliciter sentendiando diffinivit taliter occumbentes esse nullatenus vindicandos. Quam sententiam ab omnibus approbatam appensione sigilli nostri ... protestamur.

Ausf., Perg, Schloß A Cappenberg Urk. Nr. 192, Siegel ab, Urkunde in stark beschädigtem Zustand; Druck: Kindlinger, Sammlung merkwürdiger Nachrichten und Urkunden, S. 130; WUB VIII Nr. 1303, WUB IX Nr. 1768.

[1]) Die Datierung ergibt sich aus dem aus anderen Quellen bekannten Zeitpunkt der Zusammenkunft der genannten Grafen und Ritter in Ahlen; [2]) Bei allen drei aufgeführten Drucken wird „vindicta" als „Blutrache" interpretiert. Diese ist aber hier nicht gemeint. Tatsächlich handelt sich um eine Regelung für die Notwehr, bei der eine Buße in der Form eines Wergeldes entfallen sollte.

1541

1319 April 3

Der Komtur und der Konvent der Brüder des Deutschen Ordens in Welheim, dem das Patronatsrecht über die St. Salvator-Kirche in Duisburg zusteht, sowie der Priester und Ordensbruder Arnold, Pfarrer dieser Kirche, treffen mit Adam genannt Gelreman, der einen Altar in dem in der betreffenden Pfarrei gelegenen Hospital gestiftet hat[1], folgende Vereinbarungen: Das Vorschlagsrecht für die Übertragung des Altars an einen geeigneten Priester besitzt Adam bzw. sein ihm nächststehender Erbe. Den Altar überträgt der Pfarrer der Pfarrkirche, nachdem der betreffende Priester eidlich zugesichert hat, daß er die Rechte der Pfarrkirche nicht beeinträchtigen wird. Wenn das Vorschlagsrecht bei einer Vakanz nicht innerhalb einer Frist von 40 Tagen wahrgenommen wird, geht es an den Pfarrer über, was dann auch für die Zukunft gilt. Der Inhaber des Altars hat ein Viertel der von den betreffenden Pfarrangehörigen anfallenden Vermächtnisse und sämtliche Opfergaben des Altars an den Pfarrer ohne Abzug abzuführen. Der Pfarrer wird den im Hospital lebenden Armen und Kranken die Sakramente spenden. Die im Hopspital Verstorbenen sollen auf dem Friedhof der Pfarrei oder an einem sonstigen frommen Ort, den sie sich in ihrer letzten Willenserklärung ausgesucht haben, beer-

digt werden. Wenn es dem Pfarrer nicht gelegen kommt, daß ein Ordensangehöriger oder sonstwer (im Hopital) predigt, kann der Pfarrer durch den Glöckner die Anweisung übermitteln lassen, dies zu unterlassen. Im Hospital soll kein Weihwasser geweiht werden und keine Schatztruhe vorhanden sein. Unter diesen Bedingungen stimmen der Komtur, der Konvent und der Pfarrer zu, daß im Hospital täglich die Messe gefeiert wird, wobei der Zeitpunkt der Meßfeier der Mutterkirche nicht abträglich sein darf.

Nos commendator et conventus fratrum Theutonicorum beate Marie domus in Welhem, ad quos ius patronatus ecclesie sancti Saluatoris in Dusborg pertinere dinoscitur et pertinet, ac Arnoldus, sacerdos eiusdem professionis predicte ecclesie investitus atque pastor, notum esse volumus presentium inspectoribus, cum Adam dictus Gelreman ob salutem et remedium anime sue et animarum parentum, uxoris et Lodewici, predecessorum suorum, in hospitali in parrochia ecclesie predicte sito altare pro pauperibus ibidem colligendis et fovendis fundaret et dotaret, inter nos ex una parte et ipsum Adam ex altera super fundatione dicti altaris extitit concordatum et ordinatum, quod sacerdotis super eodem altare celebrantis ad ipsum Adam sive ad proximiorem heredem, qui fuerit, presentatio spectare debebit. Cui sacerdoti ydoneo presentato investitus dicte ecclesie, pro tempore qui fuerit, altare[a] liberaliter conferet, ab eodem sacerdote super iuribus et libertate atque fidelitate sepedicte ecclesie faciendis prius prestito iuramento, hoc adiecto, si post vacationem dicti altaris per resignationem sive mortem sacerdos ydoneus infra quadraginta dies proximos presentatus non fuerit, sepedictus investitus predicto altari de ydoneo sacerdote poterit providere, cuiuscumque contradictione non obstante, et de presentatione sacerdotis et collatione altaris, ut est prescriptum, in perpetuum consimiliter se habebit. Item sacerdos quartam partem de parrochyanis dicte ecclesie legatorum plebano memorate ecclesie cum universis oblationibus super idem altare oblatis absque aliqua diminutione dare debet. Item pauperibus et infirmis in dicto hospitali constitutis a dicto plebano ecclesiastica debent ministrari sacramenta et in cymiterio eiusdem ecclesie sive in aliis locis piis, ubi elegerint in ultima voluntate, dicti hospitalis[b] defuncti sepeliri debent et humari. Item cum dicto plebano fuerit inportunum, per quemcumque religiosum seu quemquam alium non proponetur ad plurimum Dei verbum. Quod si fieret et plebanus per suum campanarium, quod proponens verbum Dei desisteret, demandaret, extunc proponens benivole cessare debet et cessabit indilate. Item aqua non benedicetur ibidem nec gazophilacium ibidem esse debet. Premissis conditionibus habitis consensum adhibuimus et adhibemus, quod missarum sollempnia in dicto hospitali diebus singulis celebrentur, hoc adiecto, quod hora, que ecclesie matrici plus congruit, habeatur et illa hora, que in detrimentum ecclesie matrici non videatur evidenter[c] redundare. In quorum omnium testimonium sigillum nostri conventus una cum sigillo ecclesie sancti Saluatoris predicte hiis litteris est appensum. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo nono, feria tertia post festum Palmarum.

Ausf., Perg., Stadt A Duisburg Urk. Nr. 2/14, Siegel ab; Druck: UB Duisburg I Nr. 199.

[a]) Wort über der Zeile nachgetragen; [b]) in der Vorlage „hospitali"; [c]) in der Vorlage „evidentur".

[1]) Vergl. UB Duisburg I Nr. 208.

1542

1319 April 24

Der Ritter Gerhard von Wittene läßt dem Kölner Erzbischof Heinrich als Eigengut seine beiden Höfe in Asseln[1], geheißen Keydinchus, *und zu Nordlünern[2] auf. Der Erzbischof hatte nämlich für sein Seelenheil dem Zisterzienserinnenkloster Fröndenberg das Eigentumsrecht am Zehnten zu Stockum[3] geschenkt, nachdem Gerhard den Zehnten, den er vom Erzbischof zu Lehen trug, dem Kloster verkauft hatte[4]. Gerhard empfängt darauf die beiden Höfe vom Erzbischof zu Lehen.*

Noverint omnes tam posteri quam presentes, quod nos Gerhardus de Wittene, miles, de pleno consensu Elene, nostre uxoris legitime, heredum nostrorum Hermanni, Wilhelmi, Gerhardi Bernhardi et Greyte, filie nostre, damus, supportamus et resignamus nostrum liberum et purum allodium, videlicet domum in villa

Asselen sitam, dictam Keydinchus, solventem nobis decem maltra annone in pensione annua, et domum sitam in Nortluneren, solventem octo maltra, venerabili domino nostro archiepiscopo Coloniensi, domino Hinrico et sue ecclesie Coloniensi pro eo, quia idem venerabilis dominus noster Hinricus archiepiscopus proprietatem decime site in villa Stochem ob salutem anime sue dedit conventui et ecclesie in Vrendeberg ordinis Cysterciensis dyocesis Coloniensis. Quam decimam nos Gerhardus de Wittene, miles, et nostri heredes predicti vendidimus de gratia et consensu ipsius domini .. archiepiscopi Coloniensis, a quo tenuimus ipsam decimam in Stochem, recipientes nos Gerhardus de Wittenne, miles, et nostri heredes ab ipso venerabili domino nostro Hinrico archiepiscopo Coloniensi dictas duas domus in Aslen et in Nortluneren sitas nomine pheodi loco dictorum aliorum bonorum eo iure, quo tenuimus decimam in Stochem ab eodem, ne ecclesia Coloniensis per nos defraudetur. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo una cum sigillis honestorum virorum Goswini dicti Reyp, gogravii in Vnha, ac sigillo consulum opidi in Vnha petivimus roborari. Et nos Goswinus, gogravius, et Heynemannus dictus Deydelinchouen, magister consulum in Vnha, de consensu omnium consulum presens scriptum ad peticionem dicti Gerhardi de Wittene, militis, et suorum heredum sigillis nostris duximus roborandum in testimonium premissorum. Facta est autem hec resignacio in civitate Vnha anno Domini M° CCC^mo X°nono, crastino beati Georgii martiris. Presentes erant Theodericus de Vorste, miles, Rutgherus de Gladbecke, iudex in Vnha, universi consules in Vnha et alii quam plures.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. 1/929; Siegel des Gerhard von Wittene und der Stadt Unna anhängend; Regest: REK IV Nr. 1101.

[1]) Östlich von Dortmund; [2]) nordöstlich von Unna; [3]) östlich von Unna; [4]) an das Kloster Fröndenberg: vergl. Urkunde von 1319 Juli 8.

1543

1319 April 24

Godfried von Hoevel, Domherr zu Münster und Archidiakon zu Lünen, und die Pfarrangehörigen zu Lünen, die die Schlösser zum Öl der Jungfrau Maria und den übrigen Reliquien mit Gewalt erbrochen und die Reliquien in ihre Verwahrung gebracht haben, einigen sich in ihrem Streit in der Weise, daß die ausgesprochenen Exkommunikationen und das Interdikt wieder aufgehoben und die Reliquien an einem sicheren Ort verwahrt werden sollen, zu dem der Pfarrer den einen, und zwei Pfarrangehörige den anderen Schlüssel haben werden.

Universis presencia visuris et audituris nos Godefridus de Houele, canonicus ecclesie Monasteriensis et .. archidiaconus in Lunen declaramus publice protestantes, quod, cum olim inter[a] nos ex una et .. parrochianos parrochie in Lunen ex parte altera discordia quedam fuisset suborta super eo, quod ab ipsis parrochialibus quibusdam seris confractis violenter oleum beate Marie virginis cum aliis reliquiis ibidem collocatis fuisset ablatum et per eosdem pro suo libito reservatum, unde ex officio nostro per excommunicationum et interdicti sententias, utpote pro offensa manifesta contra ipsos, sicut de iure potuimus, processimus, ne per ipsos attemptata omnino remanerent inpunita, tandem post multos tractatus habitos inter nos et parrochianos nostros predictos amicabilis compositio sententiis omnibus primitus relaxatis extitit inter cetera ordinata, quod .. plebanus, qui pro tempore fuerit, una cum duobus de parrochianis, viris ydoneis, in uno loco honesto ad hoc specialiter deputato oleum cum reliquiis predictis claudant et reservant[b], ita tamen, quod unam clavem .. plebanus et aliam duo de parrochianis predictis teneant, claudant, aperiant, cum necesse fuerit, et conservent[c]. Quod omnibus, quorum interest vel interesse poterit, sigilli nostri appensione in evidens testimonium premissorum declaramus. Datum anno Domini M° CCC° decimo nono, in crastino beati Georgii martiris.

Ausf., Perg., StAM, Fürstbistum Münster, Urk. Nr. 366, Siegel des Ausstellers (im oberen Teil abgebrochen und restauriert, sonst gut erhalten, im Bild: Paulus mit dem Schwert zwischen den Schilden der von Hoe-

vel – vergl. WS 196,8 – darunter als Beter der Siegler) anhängend; Druck: UB Lünen Nr. 143, S. 132; Regest: WUB VIII Nr. 1329.

[a]) Davor gestrichen „quandam"; [b]) irrtümlich für „reservent" [c]) hier korrigiert aus zunächst „conservant".

1544

1319 April 26 Avignon

Papst Johannes (XXII.) beauftragt die Erzbischöfe von Köln und Trier und den Bischof von Straßburg, die Angehörigen des Dominikanerordens vor Übergriffen und Bedrängnissen zu schützen. Bei dieser Aufgabe sollen keine früheren Verordnungen entgegenstehen[1].

Iohannes episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Coloniensi et Treuerensi archiepiscopis, ac episcopo Argentinensi salutem et Apostolicam benedictionem. .. Dilectos filios magistrum et fratres ordinis Predicatorum, qui in decore sancte religionis virtutum Domino militantes et cruciferentes cum vitiis et concupiscentiis carnem suam ad divine maiestatis obsequia trahunt, alios in exemplum infra pietatis Apostolice ubera complectentes, dignum esse conspicimus eos congruis presidiis communiri, ut eo devotius quo quietius pacis famulentur auctori. Cum itaque, sicut ex parte dictorum magistri et fratrum fuit propositum, coram nobis ipsi a nonullis, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, diversis et gravibus iacturis, iniuriis et violentiis in diversis mundi partibus extra regnum Francie affligantur, nos eorundem magistri et fratrum providere quieti et malignorum conatibus obviare volentes, fraternitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus extra dictum regnum vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et iudices, eisdem magistro et fratribus efficaciter defensionis presidio assistentes non permittatis eos a predictis vel a quibuscumque aliis indebite molestari vel eisdem dampna, violentias, iniurias vel molestias irrogari, facturi eisdem magistro et fratribus, cum ab eisdem vel procuratore aut procuratoribus eorum fueritis requisiti de predictis et aliis personis quibuslibet, de quibuscumque molestiis, violentiis, iniuriis atque dampnis presentibus et futuris in illis, videlicet que iudicialem requirit indaginem summarie et de plano sive strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas ipsorum exegerit iusticie complementum, molestatores, presumptores et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis vel condicionis extiterint, etiam si pontificali prefulgeant dignitate, quandocumque et quotienscumque expedierit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus felicis recordationis .. Bonifatii pape VIII, predecessoris nostri, [constitutionibus][a], in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et dyocesim, nisi intercederet exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue dyocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices et conservatores a Sede deputati predicta extra civitatem et dyocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere aut alii vel aliis vices suas committere sive aliquos ultra unam dietam a fine dyocesis eorundem trahere presumant seu quid de aliis quam de manifestis iniuriis et violentiis et aliis, que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint, et in id procuratores adiectis conservatores se nullatenus intromittant. Et tam de duabus dietis in consilio generali, dummodo ultra terciam vel quartam dietam aliquis extra suam civitatem et dyocesim auctoritate presencium ad iudicium non trahatur, quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aut aliis editis, que vestre possint in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu, si aliquibus coniunctim vel divisim a sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi vel interdici seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, ordinibus et nominibus propriis mentionem vel qualibet alia indulgentia dicte Sedis generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam vestre iurisdictionis

explicatio, in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiuscumque toto tenorem de verbo ad verbum in nostris literis habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus et Apostolica auctoritate decernimus, quod quibus vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimneto canonico impeditus, quidque a data presencium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris perpetua potestas et iurisdictio ac tributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus ceptis et non ceptis presentibus et futuris ex predictis procedere ac si predicta omnia et singula coram nobis cepta fuissent et iurisdictio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus per citationem vel modum alium perpetuata legitimum exstitisset, constitutione predicta super conservatoribus qualibet alia in contrarium edita non obstante. Datum Auinioni VI. kalendes Maii, pontificatus nostri anno tercio.

Transsumpt in der Urkunde des Kölner Erzbischofs Engelbert von 1365, StAM, Dominikaner Soest Urk. Nr. 1; Regest: REK IV Nr. 1102.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.

[l]) In der Haupturkunde wird auf Hilfeersuchen seitens der Häuser in Soest, Dortmund und Wesel darauf hingewiesen.

1545

1319 April 28

Der Knappe Wessel von Erwitte übeträgt vor seinem Freigrafen zu Benninghausen unter der Linde zu seinem Seelenheil das Eigentumsrecht an zwei Höfen in Stirpe[1] der Priorin und dem Konvent zu Oelinghausen. Diese beiden Höfe hatte er einst dem Ropert Fernere und Gottschalk von Palsode, beides Bürger zu Soest, verkauft[2] und damit den Albert, den Sohn des Ropert belehnt[3].

Ego Wescelus dictus de Eruete, famulus, notum facio singulis ac universis in hiis scriptis publice protestando, quod coram Iohanne, vrigravio meo, residente Benekinchusen[a] sub tylia in libera sede sua, constitutus presentibus et consentientibus Rodolfo et Renfrido, filiis meis, ac omnibus aliis veris heredibus meis, quorum consensus ad huiusmodi de iure fuerat requirendus et habendus, proprietatem duorum mansorum sitorum Stederdorpe, quos mansos olim discretis viris Roperto Fernere[b] et Godscalco de Palsode, opidanis in Sosato, et eorum veris heredibus rationabiliter vendidi et Alberto, filio dicti Roperti, contuli iure feodali, ob salutem anime mee dedi et confero per presentes .. domine priorisse et toti conventui seu ecclesie in Olinchusen perpetuis temporibus pacifice tenendam et habendam. Quam proprietatem ad usus dicte ecclesie in Olinchusen seu .. conventus ad manus domini Rotcheri, qui tunc temporis ibidem prepositus fuit, ego cum meis heredibus predictis coram ipsa libera sede resignavi libere et expresse, renuncians omnibus exceptionibus iuris et facti, que mihi et meis heredibus predictis contra hanc donacionem in posterum possent quomodolibet suffragari. Feci etiam ibidem precaveri iustis sentenciis ibidem per liberos homines presentes, quorum nomina subscripta continentur, pronunciatis et monstratis. Ex quo ego sanus mente et corpore largam possessionem bonorum meorum tenens, hanc donacionem feci omnibus servandis observatis, quod a nullo meorum .. successorum de iure frustrari possit, sed sit perpetuo rata et stabiliter observanda. In quorum omnium robur et testimonium pro me et meis heredibus sigillum meum duxi presentibus apponendum. Actum presentibus vrigravio predicto necnon Iohanne Bertram, Henrico, eius fratre, Esselino de Ebbinchusen, Iohanne dicto Volmer, Iohanne de Volkelinchůsen, Lubberto de Ebbinchusen, Euerhardo Stelinc, Godscalco de Berenbroke, Henrico Honporte, liberis hominibus, domino Hermanno de Volmotstene, milite, Brunone dicto Make, Roperto Fernere, Godscalco de Palsode, Hermanno de Medebeke, Conrado de Meninchusen, Iohanne Bouendenherde, Hillegero de Heruordia, Hermanno de Gesike et quibusdam aliis ad hoc rogatis et electis, ut in posterum, si necesse fuit, possint testari super premissis vel aliquo premissorum et testimonium perhibere veritati. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo nono, sabbato proximo ante festum beatorum apostolorum Phylippi et Iacobi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 221, Siegel des Ausstellers in grünem Wachs (WS 184,5) anhängend; Rückvermerk (18. Jahrh.): dieses guht ist vertauscht für ein guht zu Westereneyden, Johan Meylichs guht genandt; *Regest: UB Volmerstein Nr. 299a, S. 721.*

[a]) Ein „in" fehlt vor dem Ortsnamen; [b]) in der Vorlage „Ferne".

[1]) Nordwestlich von Erwitte; [2]) d.h. das „dominium utile" bzw. das Nutzungsrecht an den Höfen; [3]) vergl. Urkunde von 1310 März 8.

1546

1319 Mai 1

Die drei Brüder Engelbert, Gerard und Hugo von der Horst[1] teilen ihr väterliches Erbe.

In Godes namen amen. Wi Engelbrecht, Gerad unde Huge de brodere van der Hŏrst doit kundich apenbar alle den, de die brif anseit unde horet, dat wi umbetwunge, umbedrogen und umbegangen mit unsen vrigen wilkore und willen mid rade und willen unser mage und al unser vrinde under uns ein delinge hebbet gedan unde gemaket van unsen erve und van unsen vaderliken gode, also dat ich Engelbrecht sal behalden erflic dat hůs to der Hůrst und den hof aldar mit der bowinge, de mole, den teinden to Busche, den Hof to Mekelenbeke, dat hus to Closterberge, dat marscalc amit van Essinde, den Slangenberg, dat winwas, dat hoywas to Sůtheym, de man des huses, de erven siit, einlopen lude und de vischerye to Wedelenberge und in me Hake, und all goit, dat hir nicht genomet is sunder der ander bruder del.

Vort me sal Gerad behalden erflic de hof to Vorneholte sunder dat Sutholt, dat de Hurst heben sal, ever dat hus to Berge, dat hus to Werne, dat hus to den Velde, den hof to den Bŏle, dat hus to Stele over de becke und de hove to Molensypen.

Vort me sal Huge hebben to sinen dele erflic den hof to Hinsele, dat hus up me Rode in dem Mŏddensceyde up me holte, den teinden to Hengestbeke und to Holthusen, dat hus uppen Berge, dat goit to der Matena, dat hus to Steyngraven, dat goit to Hinsele, mit luden over Rure mit luden, de in den goden beseten siit.

Boven desse stucke Gerad und Huge sollen hebben twe woningen to der Hŏrst erflic up dem hus, doch willic ir nicht en kunde endrechtich wesen mit Engelbrechte, deme sal Engelbrecht geven hundert march of tein march geldes in sime gode erflic bis also lange, dat he ime geve hundert march of ir mage dat goit duchte, de dissen brif besegelt hebbet. Ever of he, Engelbrecht, dat hus to der Hurst verkopen wolde, so sal he dat sinen broderen verkopen umme drehundert march, den koningesturnoys vore vere penninge to telne. Ever gevele dat hus an iuncvrowen, so solden de brodere geven vere hundert march, den turnos vor vere penninge, vor dat hus und vor de mole, vor de bowinge, vor den teinden to Busche und Closterberg und twe vischerye und man. Ever de genade van dem hove to Ekensceyde sal Engelbrecht behalden. Dar to solen sii one vorderen und helpen.

Vort me Gerard und Huge itlich sal einen wechter halden van oren woningen. Och en solt sii nenen stratrŏf up dat hus bringen.

Hir enboven were dat sake, dat wi dre brodere dem greven van der Marke dat burchlein solden weder keren, so sold ich, Engelbrecht, talen vifftich march und mine brodere beide och also vele.

Hir enboven sol wi alle drei geven unser sustere Metten unser [it]lich[a] viftich march to beradene und andere stucke to oren behove van haldene und van cledinge, dat sole wi alle gelike doin. Ever geve Engelbrecht Gerarde hundert march, of he van me hus vore, so solde he behalden de hove to Molensypen. Hir boven Gerard und Huge en solt niit verkopen eme anderen ire woningen up me hus.

Unde up dat nein dem anderen disse delinge hirna breke und dat sii vast und stede sii, so hebbe wi samene gelavet unsen magen und gesekert in trowen und na gesworen up den hilegen, stede to haldene und

vast, und hebbe wi unse inghesegel an diessen brif gehangen und bid und hebbet gebeden heren Lambrechte van Sceydingen, heren Wenemare van Rechede, heren Wenemare van Aldendorpe, riddere, Diderike van der Holtoye und Vrederike Duker, unse mage, dat si dissen brif och mit uns hebbet mit ire ingesegelen besegelt, unde wi dre vorgenůmede riddere, Dideric und Vrederich umme bede der drier brodere Engelbrecht, Gerardis und Hugen hebbe wi unse ingesegele mit iren ingesegelen an dissen brif gehangen to tuge und to warheyde. Disse brif is gegeven up sunte Walburge dag in deme iare, dat men scrivet van Godes geburde dusent drehundert iar und negenteyn.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 116 S. 5-7, mit Siegelzeichnungen (von der Horst: drei - 2:1- Pferdeprammen; Druck: Kindlinger, Hörigkeit S. 366.

[a]) Wohl sinngemäß zu ergänzen.
[1]) Horst an der Ruhr zwischen Hattingen und Essen.

1547

1319 Mai 4

Vor Heidenreich, Cantor des Stifts (St. Patrokli) Soest, als dem vom Apostolischen Stuhl in diesem Streitfall bestellten Richter einigen sich der Ritter Friedrich von Sassendorp mit Dechant und Kapitel des Stifts Meschede über die rückständigen bzw. zukünftig aus dem Oberhof Sassendorf dem Stift zu entrichtenden Geld- und Kornabgaben.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Heydenricus, cantor ecclesie Susaciensis, iudex in hac parte a sede Apostolica deputatus, notum facimus et publice protestamur, quod, cum honorabiles viri domini .. decanus et .. capitulum ecclesie Meschedensis strennuum militem Fredericum de Sassendorp super quibusdam pecuniariis et aliis pensionibus diversi generis, diversisque terminis per circulum anni de curte in Sassendorp apud Sůsatum sita dicte ecclesie Meschedensi et personis ibidem solvi consuetis traxissent in causam coram nobis, dicte tandem partes propter commodum tam presens quam futurum in nostra et aliorum fidedignorum presentia constituti, mediantibus amicis eorum utrobique tali mado concordabant, quod ipse miles et sui heredes pro omnibus pensionibus in quacumque specie seu genere extiterunt, quas ecclesie Meschedensi et personis ibidem retroactis temporibus solvere consueverunt dominis .. decano et .. capitulo predictis exnunc inantea dabunt quolibet anno in festo Michaelis archangeli triginta tres solidos talis monete, que ab antiquo dicte ecclesie de prefata curte solvebatur, necnon duo malta siliginis mensure in Susato usualis, in festo vero quolibet Purificationis beate Marie dabunt eisdem triginta tres solidos et decem et octo modios tritici eiusdem mensure temporibus affuturis. Per huiusmodi quoque pecunie, siliginis et tritici dacionem dictus miles et sui heredes ab omnibus aliis pensionibus, quas antea de dicta curte personis et canonicis dicte ecclesie solvebant, penitus in perpetuum erunt absoluti, salvis tamen ante omnia venerabili viro domino .. preposito ecclesie Meschedensis pensionibus sibi suisque successoribus de ipsa curte persovendis. Et in huius rei testimonium dicti .. decanus et .. capitulum ac Fredericus et sui heredes in premissa consentientes hanc literam petiverunt nostro sigillo communiri, sigilla sua eciam apponentes in perpetuam firmitatem premissorum . Que omnia nos .. decanus et .. capitulum egoque Fredericus et mei heredes vera esse profitemur sigilla nostra presentibus apponendo. Actum et datum anno Domini M° CCC° decimo nono, crastino Inventionis sancte crucis, presentibus domino Iohanne Snap, canonico Susatensi, Alberto, ibidem vicario, Theoderico de Honrode, milite, ac Frederico de Meldrike, famulo, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 46, Siegel ab; Regest: Wolf, Meschede Nr. 46.

1548

1319 Mai 9

Graf Wilhelm von Arnsberg verkauft für 71 Mark dem Propst, der Priorin und dem Konvent des Klosters Rumbeck seinen Oberhof Steinhof[1] im Kirchspiel Erwitte. Diesen Hof hatte einst Everhard gen. Hagemann von ihm zu Lehen[2].

Nos Wilhelmus comes de Arnsberg presentium protestatione recognoscimus ac in perpetuum profitemur nos de consensu pleno ac voluntate bona domine Beatricis, conthoralis nostre, Godefridi, primogeniti nostri, Wilhelmi, Conradi, Mechtheldis et Alheydis, heredum nostrorum, ceterorumque, quorum consensus extitit requirendus, vendidisse rite et rationabiliter domino .. preposito, priorisse ac .. conventui ecclesie in Rumbike curtem nostram dictam Stenhof, sitam in parrochia Eruete, quam Euerhardus dictus Hageman quondam a nobis tenebat in feodo, a quo ipsam iusto emptionis titulo comparavimus, cum proprietate eiusdem a nobis dependente et universis agris suis cultis et non cultis, pratis, pascuis, nemoribus et plane universis appendiciis ac iuribus ipsius pro septuaginta et una marcis denariorum Susati usualium et bonorum perpetuis temporibus possidendam. Volentes eis facere debitam warandiam de ea loco et tempore oportunis; ut autem contractus predicte vendicionis per nos debito modo consummatus perpetuam, sicut decet, optineat firmitatem, dedimus eis presentes literas nostras sigilli nostri maioris munimine roboratas. Presentes erant dominus Godefridus nobilis de Růdenberg, dominus Gobelinus, sacerdos, cappellanus noster, Hermannus de Molendino, miles, Henricus Pape de Binole, Wilhelmus, filius suus, Euerhardus dictus Vridach, Wichardus de Enze, Iohannes de Molendino, Theodericus de Aflen, Hermannus de Weslare, Henricus dictus Gir, Reynerus, notarius noster, et alii fide digni. Datum anno Domini M° CCC^mo^ decimo nono, septimo ydus Maii.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck Urk. Nr. 52, Siegel des Grafen von Arnsberg (WS 41,2) abhängend (an weißen Hanffäden); Abschrift des 16. Jahrh. in Msc. I 208 (Kopiar des Klosters Rumbeck), Bl. 12v.

[1]) Vergl. Herberhold, Erwitte, S. 227; [2]) vergl. Urkunde von 1319 März 19.

1549

1319 Mai 14

Dem Edelherrn Bertold von Büren und dem Junggrafen Bertold von Wewelsburg als den Lehnsherren lassen die Ritter Goswin von Soest und Hermann gen. Wulf mit Zustimmung des Ritters Renfried von Friedhardskirchen ihren Anspruch auf eine Belehnung mit einem Platz zum Salzsieden in Westernkotten gegen eine Zahlung von zwei Mark auf, worauf die Edelherren das Eigentumsrecht an dem Salzplatz dem Propst und Konvent des Klosters Cappel übertragen.

Universis presentia visuris nos nobiles Bertoldus dominus in Buren et Bertoldus domicellus de Wivelsborch salutem et rei geste cognoscere veritatem. Noverint igitur universi et tenore presentium protestamur, quod, cum Goswinus de Sosato et Hermannus dictus Wlff, milites, ad voluntatem Reymfridi de Vredehardeskerken, militis, ius homagii de quadam area salis, que vulgariter dicitur kotstede, a nobis dependente, quam quedam vidua Regenhardesda nomine tenet pro duarum marcarum pensione in Westernkothen, ad manus nostras libere resignassent, ob favorem religionis et propter Deum dicte aree proprietatem de consensu heredum nostrorum personis religiosis preposito et conventui de Cappele possidendam in perpetuum libere et absolute contulimus et conferimus in hiis scriptis, resignantes dictis preposito et conventui omne ius, quod nobis et heredibus nostris coniunctim vel divisim exinde posset in posterum provenire. Huius rei testes et heredes sunt Walramus et Bertoldus domini de Buren antedicti, nostri filii, quorum sigilla una cum sigillis nostris presentibus duximus apponendum. Actum et datum in crastino sancti Servatii episcopi anno Domini M° CCC° XIX.

Abschrift des 17. Jahrh., StA Detmold, Ortsakten: Lippstadt F. Sect. II Nr. 7, Bl. 17.

1550

1319 Mai 17

Vor dem Richter und den Ratsherren der Stadt Werl entscheiden im Streit zwischen Propst und Konvent zu Cappenberg mit Johann gen. Bolten die angenommenen Schiedsrichter, Hermann von Plettenberg der Ältere und Everhard von Meiningsen seitens des Klosters sowie Heinrich gen. Prosekese und Conrad gen. Notlike seitens des Bolten, daß Bolten gegen eine Abfindung von sieben Mark auf den Boltenhof in Ostick[1], den Bolten und seine Angehörigen einst bebaut hatten, verzichten soll. Das Kloster verzeiht dagegen die verübten Gewalttätigkeiten.

Nos iudex et consules opidi Werlensis universis presentia visuris recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod, cum dissentio et litis materia inter religiosos viros prepositum et conventum monasterii Capenbergensis Premonstratensis ordinis Monasteriensis dyocesis ex una parte et Iohannem dictum Bolten, suam uxorem eorundemque liberos verteretur, dicta causa dissentionis in discretos viros et strennuos milites, videlicet Hermannum de Plettenbracht seniorem et Euerhardum de Meninchusen ex parte dictorum prepositi et conventus nostrosque concives Hinricum dictum Prosekesen et Conradum dictum Notlike ex parte adversa tamquam in arbitros seu amicabiles compositores extitit compromissa. Qui arbitri seu compositores amicabiles dicto arbitrio in se assumpto pronuntiationem fecerunt coram nobis in figura iudicii concordie et compositionis mutue dictarum parcium in hunc modum, ita videlicet, quod dictus Iohannes adiuncta sibi manu uxoris sue Margarete et liberorum suorum Hermanni, Wendelmodis, Gerbergis, Elyzabet et Margarete, pro septem marcis Monasteriensium legalium denariorum sibi plene per dictum prepositum solutorum renuntiaret simpliciter et de plano ad manus dictorum prepositi et conventus omni iuri, quod sibi, sue uxori et liberis eorundem in domo dicta Boltenhus, sita in Ostwic, et suis attinentiis quibuscumque, quam iidem olim coluerant, competebat ad presens seu eisdem competere poterit in futurum, dictus vero prepositus suo et conventus sui nomine offensam sibi et suis hominibus per eundem Iohannem illatam ipsi simpliciter condonaret, nullam vindictam ex premissis exnunc et deinceps quesiturus. Nos igitur compromissionibus et pronuntiationibus arbitrorum talibus assistentes premisso pleno et approbato consensu parcium presens scriptum sigillo nostrorum opidanorum ad petitionem partis utriusque in pacis robur et firmitatem fecimus communiri. Testes sunt Hinricus Prosekese, Hinricus Kauolt, Iohannes Domas, Iohannes Pollyr, Hinricus Madde, Conradus Notlike, Hermannus Barse, Arnoldus Knopeke, Hinricus Suintholt, Hermannus Recke, Gerhardus Carpentarius, Thoedericus Cruse, Wilhelmus Vorstenberg, dominus Hermannus de Plettenbrath senior et Euerhardus de Meninchusen et Hartleuus dictus Pil et alii quam plures. Datum anno Domini M° C°C°C° XIX°, in Ascensione Domini.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg Urk. Nr. 195, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1333

[1]) Wüstung bei Kamen.

1551

1319 Mai 18 Godesberg

*Erzbischof Heinrich von Köln bestellt die Ritter Heinrich gen. Gogreve von Herford (*Gogravium de Hervorde*) und dessen Sohn Reiner für sechs Jahre zu seinen und der Kölner Kirche Amtsleuten in Herford, dessen Gogericht die Vorgänger des Erzbischofs einst gekauft hatten. Nach Ablauf der sechs Jahre wird der Erzbischof die beiden Ritter nicht eher aus dem Amt entlassen, bevor er ihnen nicht die 150 Mark in Soest gängiger Pfennige (*marcas denariorum pro tempore Susati usualium*) zurückgezahlt hat, die sie für ihn und zum Nutzen der Kölner Kirche ausgelegt haben.*

Abschrift in StAM, Msc. II 72 (Sammlung Kindlinger), Bl. 90; Druck: WUB IX Nr. 1786; Regest: REK IV Nr. 1110.

1552

1319 Mai 20

Der Offizial der Kölner Curie transsumiert die Urkunde von 1319 Februar 23.

Universis presentes literas visuris et audituris .. officialis curie Coloniensis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis nos litteras sanctissimi patris domini Iohannis pape vicesimo secundi non cancellatas nec in aliqua sua parte viciatas sub veris filo, stilo et bulla vidisse et legisse, prout prima facie apparebant in hec verba:

folgt Bulle des Papstes Johannes XXII. von 1319 Februar 23.

In cuius rei testimonium sigillum officialitatis curie nostre Coloniensis predicte presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, die dominica proxima ante festum Pentecostes.

Ausf., Perg., StAM, Minoriten Soest Urk. Nr. 27, Siegel des Offizials anhängend; Abschrift um 1500, Msc. I 217 (Kopiar der Minoriten Soest), Bl. 66; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 40, S. 52.

1553

1319 Mai 25

Vor den Rittern Franco von Wattenscheid und Wenemar von Grimberg verkauft unter ihrer Vermittlung Wichmodis, die Witwe des Everhard von Winthrode, ihren Oberhof Windrath[1] an Lyse von Bartbegge und deren Sohn Johannes. Wenn Wichmodis nicht zu ihrem Verzicht stehen will, wollen die beiden Ritter ihn gemäß der Weisung der Landesherren vollziehen.

Universis audituris presentia et visuris Franco de Wattenschede ac Wenemarus de Grintberghe, milites, salutem cum notitia veritatis. Notum facimus, quod mediantibus nobis et presentibus Wichmodis, relicta quondam Euerhardi de Winthrode, ac ipsius heredes legitimi curtem sive ius, quod in curte in Winthrode ipsis competebat, cum consensu fratrum patris ac matris ac omnium amicorum suorum Lyse de Bartbecge ac Iohanni, filio suo, integraliter vendiderunt perpetuo libere possidendas. Si vero hiis dicti Wichmodis ac sui heredes fidem adhibere noluerint, verificabimus secundum quod nobis a dominis terre fuerit diffinitum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo nono, ipso die Vrbani pape.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Rellinghausen Urk. Nr. 12, Siegel ab.

[1]) Windrath östlich von Neviges.

1554

1319 Juni 3

*Ruprecht Graf von Virneburg (*Roppreyt greve van Virnenburch*) und seine Frau Agnes versetzen für 3368 1/2 Mark dem Edelherrn Godevart von Sayn (*Godeuarda van Seyne*) die Burg Nieder-Wied (*Nederin Wede*) mit Burgmannen, Dienstleuten und aller dazugehörenden Herrschaft. Dies geschieht für die Schuld, die Erzbischof Heinrich von Köln und Graf Ruprecht seinetwegen wegen des Hauses Volmarstein (*Volmunsteyn*) schuldig waren. Godevart von Sayn erkennt an, daß er mit dem genannten Pfande für die Schuld wegen Volmarsteins bezahlt sei, so daß Brief und Siegel, die er wegen dieser Schuld vom Erzbischof hatte, hinfällig sind. Gegeben 1319 Juni 3 (*dusint iahr druhundirt iar unde noyntzin, dis sundaygis vor sente Bonifacius dayge*).*

Ausf., Perg., Fürstliches Wiedsches A Neuwied Urk. 57-4-2 Nr. 1, Siegel ab; Druck, Fischer, Geschlechtsregister Nr. 99, S. 113; Regest: REK IV Nr. 1113; UB Volmerstein Nr. 297, S. 112.

1555

1319 Juni 13 Münster

Der Ritter Hermann von Lüdinghausen der Ältere verspricht mit seinen Söhnen, dem Ritter Hermann und Bernhard, dem Abt Wilhelm des Klosters Werden zur Aufhebung der über ihn verhängten Exkommunikation die geschuldeten Summen zu zahlen. Bürgen sind u.a. die Ritter Gottfried gen. Volenspeth und Rutger gen. Voß von Aplerbeck. Die Schuldner wie die Bürgen geloben, sich bei einem weiteren Verzug zum Einlager in die Stadt Dortmund zu begeben.

Universis Christi fidelibus presencia visuris et audituris .. ego Hermannus miles senior de Ludinchusen una cum Hermanno milite ac Bernardo, filiis et heredibus meis legitimis, notum facio presentibus protestando, quod, dum ex parte honorabilis viri .. domini .. abbatis ecclesie Werdinensis essem cum mea familia a communione hominum per excommunicationis sententiam pluribus annis exclusus et ammotus pro violenta detencione pensionum et reddituum, videlicet triginta trium marcarum cum quatuor solidis, quas .. domino meo .. Wilhelmo, abbati ecclesie predicte septem annis meo iuditio, .. domini mei autem predicti iuditio octo annis nunc transactis minus iuste solvere distuli et neglexi, licet ex debito sibi tamquam meo domino predictam summam singulis annis in festo Martini debuissem, tandem nostrorum amicorum consilio mediante ordinacio composicionis intervenit, quod fide data ad manus .. domini Iohannis, .. prepositi ecclesie Werdinensis predicte, Werneri, portarii, .. Iohannis de Ortheyde, dominorum in ecclesia supradicta, Hinrici de Hardenbergen ac .. Adolphi, clerici domini mei, .. abbatis predicti, promisi et tenore presentium una cum filiis et heredibus meis supradictis ac fideiussoribus infra scriptis, videlicet domino .. Bernardo van den Ahusen, .. domino Ansuino de Geymen, .. Hermanno de Geymen, Engelberto de Geymen, .. Hermanno de Monasterio, .. Hermanno dicto Wolf, .. Hedenrico dicto Wolf, .. Sandero et .. Gotfrido dictis Volenspeythe, .. Rutgero dicto Wos de Apeldurbeyke, .. Lamberto dicto de Houel, .. Wescelo de Leymbeyke, .. Thilemanno de Hagenbeyke, .. Girhardo de Wederden, militibus, et Iohanne de Durringen, famulo, firmiter promitto .. ipsique fideiussores .. predicti nichilominus coniunctis manibus fide data promittunt et in solidum pro me se obligarunt et presentibus se obligant, quod quinquaginta marce Monasteriensium aut Sosatiensium denariorum per me vel heredes meos .. domino meo .. abbati predicto aut suo successori in octava beati .. Martini proxime nunc instanti ad civitatem Tremoniensem sub meo periculo presententur, quarum decem et septem marce quatuor solidis minus mihi sunt defalcandi de summa, quam .. domino meo .. abbati annis transactis solvere neglexi. Residuum autem de quinquaginta marcis, ut triginta tres marce cum quatuor solidis ad annuam pensionem, quam de bonis meis ab antiquo et adhuc solvere teneor, conputetur. Et sic secundum huiusmodi defalcacionem et conputacionem faciendam singulis annis subsequentibus quinquaginta marcas supradicte monete, viginti videlicet in festo Penthecostes et triginta in octavis .. Martini domino meo .. Wilhelmo .. abbati vel suo successori una cum meis heredibus et fideiussoribus supradictis dolis et fraudibus exclusis fide data me obligo in Tremonia soluturum, quousque neglecte pensiones et detente .. domino meo .. Wilhelmo .. abbati vel suo successori secundum bonam conputacionem integraliter persolventur. Nam si pluribus aut paucioribus annis quam octo pensionem meam, videlicet triginta tres marcas cum quatuor solidis, .. domino meo solvere neglexi loco et tempore, cum sibi placuerit, inter .. ipsum et me terminabitur in amicicia vel in iure, hac autem condicione adiecta, quod, si aliquo anno vel termino supradictis in solucione predicte pecunie negligens fuerim vel remissus, civitatem Tremoniensem monitus cum meis heredibus et fideiussoribus supradictis intrabo inde nullatenus recessurus, quin prius .. domino meo de sua pecunia sit satisfactum. Sin autem aliquis de fideiussoribus ab hoc seculo migrare contingeret, monitus infra mensem eque bonum in locum defuncti substituere promitto. Quod si non fecerim, fideiussores supradicti moniti post mensem, infra quem substituendus est alter fideiussor, intrabunt civitatem predictam ad iacendum, donec alter eque bonus substitutus in locum sit defuncti. Insuper est adiectum, quod, si ego vel aliquis de conpromissoribus vel meis fideiussoribus supradictis inpedimento rationabili, legitimo inpeditus et evidenti in persona propria civitatem

Tremoniensem intrare non posset ad iacendum, similem sibi poterit subrogare. Ut hec rata permaneant et inconvulsa, ego .. Hermannus senior et .. Hermannus iunior milites de Ludinchusen supradicti nomine nostro ac nostrorum fideiussorum supradictorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Et .. nos fideiussores predicti sigillis predictorum contenti stare volumus in premissis. Datum et actum Monasterio in maiori .. ecclesia iuxta chorum anno Domini M° CCC^mo decimonono, feria quarta ante festum Viti martiris, presentibus istis .. domino Lubberto, decano ecclesie maioris in Monasterio, .. domino Theoderico dicto Reymen, .. preposito in Aldenzelen, .. domino Mauritio, decano ecclesie Assindensis, .. domino Ludolpho, canonico ecclesie Monasteriensis predicte, ac .. Gerhardo, layco, fratre suo dicto de Langen et aliis pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Werden Urk. Nr. 134, Siegel des Hermann von Lüdinghausen senior (beschädigt, WS 183,7) mit Rücksiegel (WS 219,1) und seines Sohnes Hermann (gut erhalten, im Bild: im 5mal geteilten Siegelfeld gekrönter Löwe mit gespaltenem Schwanz) anhängend; Druck: WUB VIII Nr. 1340.

1556

1319 Juni 19

Die Brüder Stephan und Gerard von Hoerde erkären alle Streitigkeiten mit den Ratsherren und Bürgern der Stadt Dortmund für beigelegt.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Stephanus et Gerardus fratres dicti de Hůrde notum fieri volumus et tenore earundem publice protestamur, quod omnes controversie, impetitiones et discordie usque in datum presentium orte, mote et habite inter discretos viros consules et universos cives Tremonienses ex una parte et inter nos et nobis adherentes ex alia de quibuscumque bonis, personis et causis parvis et magnis, oblitis et non oblitis, infra muros Tremonienses et extra ex ordinatione et interventu honestorum virorum domini Gerardi de Wittene, militis, et Iohannis de Dorinc, famuli, totaliter composite sunt et sopite. Nam ipsis causis omnibus, ut dictum est, pusillis et magnis, qualitercumque contra eos et infra muros eorum existentes et extra, motis et obiectis simpliciter et ex toto renunciavimus et tenore presentium perpetuo renunciamus. Actum de consensu et voluntate heredum et liberorum nostrorum, videlicet Bate, uxoris mei Stephani, Iohannis, Heylewigis, Sophye et Hilburgis, puerorum meorum, item de consensu et ratihabitione liberorum mei Gerardi, videlicet Alberti, Gerardi, Heylewigis et Mette, in quorum omnium testimonium et firmitatem perpetuam sigilla nostra una cum sigillo honorabilis viri Iohannis de Dorinc, compositoris supradicti, presentibus literis sunt appensa. Datum in die beatorum Gervasii et Prothasii martirum anno Domini 1319.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 152, Siegel der beiden Brüder von Hoerde (Bild: fünfspeichiges Rad) und des von Dorinc (WS 147,4) anhängend; Urkunde 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 371, S. 256; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 530, S. 225; Fahne, Dortmund 2,1 Nr. 81, S. 105.

1557

1319 Juni 23

Der Knappe Gerhard von Leithe verkauft dem Ritter Lambert von Hoevel die Hälfte von zwei Höfen in Volenholthusen *und zu Holsen[1] in der Pfarrei Bockum mit der dazugehörenden Vogtei und dem Patronat der Kirche in Bockum.*

Universis presentes literas visuris et audituris nos Gerhardus de Lethene, famulus, declaramus publice protestantes per easdem, quod de consensu unanimi et voluntate honorabilis matrone domine Gertrudis, relicte quondam Themonis de Hesne, militis, nec non Dredradis, uxoris nostre legitime, dicte Gertrudis filie, et

Everhardi, Theoderici, Sophie, Gertrudis, heredum et coheredum nostrorum strenuo militi Lamberto de Houele, Demodi, uxori eius, et heredibus coniugum eorundem rite et racionabiliter vendidimus et vendimus in hiis scriptis duorum mansorum medietatem sitorum in parrochia Bůchem, videlicet mansum Heleburgis to Volenholthusen et mansum Iohannis Soneman to Holthusen, cum medietatibus advocacie et iure patronatus mansorum et ecclesie in Bůchem preditorum cum iuribus et attinenciis suis universis, quemadmodum ad dominam Gertrudis, ad nos et heredes nostros hactenus pertinuerunt. Iusto vendicionis titulo supportamus per presentes ab ipso Lamberto et heredibus suis perpetuo possidendas pro certa pecunie quantitate nobis ab ipso integre numerata, tradita et soluta, transferentes in Lambertum, militem predictum, et heredes ipsius omne ius, quod nos competit vel competere posset in mansis, advocatia et iure patronatus et earum medietate qualibet et qualicumque. Ut autem dicta vendicio rata permaneat et inconvulsqa, presentes literas honorabilis viri domini Theoderici de Lethene senioris, militis, nostri patrui, sigillo fecimus roborari. Et nos Theodericus, miles predictus, ad peticionem nostri consanguinei, Gerhardi predicti, suo et nostro sigillis in testimonium premissorum et ex certa nostra sciencia presens scriptum fecimus sigillari. Datum anno Domini millesimo tricentesimo decimo nono, in vigilia beati Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen Urk. Nr. I 7a, Siegel ab; Zweitausfertigung im A Westerholt-Gysenberg (bei Herten), danach Regest in WUB VIII Nr. 1342.

[1]) Bauerschaft westlich von Bockum.

1558

1319 Juni 23 Avignon

Papst Johannes XXII. beauftragt die Dechanten von Hildesheim, von St. Johann Osnabrück und von Soest in der Kölner Diözese, als Konservatoren das Zisterzienserklosters Marienfeld in der Diözese Münster gegen die Übergriffe weltlicher Kräfte in der Form von Besteuerungen und Auferlegung von Beherbungspflichten bei Gerichttagen sowie andere Bedrängnisse zu schützen.

Zwei Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 479, an der einen Urkunde Bleibulle anhängend; Druck: WUB VIII Nr. 1344; Regest: Hoogeweg, Urkunden des Bistums Hildesheim, Teil 4 Nr. 476, Anm. auf S. 263 (zum Druck der Parallelurkunde für das Kloster Marienrode) und Gustav Schmidt, Päbstliche Urkunden und Regesten Nr. 56, S. 114 (mit abweichender Zuordnung).

1559

1319 Juni 24

Propst, Dechant und Kapitel zu Meschede stimmen dem Verkauf eines Hofes in Klieve[1] zu. Diesen Hof, den die Brüder Wilhelm und Hermann von Völlinghausen vom Stift zu Erbpachtrecht besaßen, haben die beiden Brüder an Propst und Konvent des Klosters Oelinghausen verkauft. Für ihr Seelenheil übertragen die Aussteller dem Kloster Oelinghausen das Eigentumsrecht an dem Hof und behalten sich nur eine Rente von sechs Schillingen vor.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris nos .. prepositus, .. decanus et .. capitulum ecclesie Meschedensis notum facimus et publice protestamur, quod, cum Wilhelmus et Hermannus fratres dicti Volcherinchůsen quendam mansum in villa Cliue situm a nobis et ecclesia nostra predicta iure emphiteotico sive pensionali tenuerint, dicti quoque .. fratres ipsum mansum cum singulis suis attinenciis hiis diebus vendiderint religiosis personis domino .. preposito, .. conventui ac monasterio in Olinchusen, nos matura deliberatione prehabita et utilitate ecclesie nostre in hoc diligenter pensata ob remedium et salutem animarum nostrarum dictam venditionem, sicut rationabiliter facta est, ratificando approbamus et eidem nostrum consensum presentibus impertimur, transferentes nichilominus per presentes dictum mansum cum

universis ipsius attinentiis ad dominium dictorum .. conventus ac monasterii, nichil in eo amplius iuris reservantes quam pensionem sex solidorum nobis de eodem manso debitam ab antiquo et in festo Conversionis sancti Pauli annis singulis persolvendam. In cuius rei perpetuam firmitatem presens scriptum nostris sigillis duximus roborandum. Datum anno Domini M° CCC° decimo nono, in Nativitate beati Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 222, Siegel des Propstes Johannes von Arnsberg (nach Beschädigung restauriert, sonst gut erhalten, WS 134,12) anhängend, das zweite Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 245; desgl. Abschrift des 18. Jahrh., in Altertumsverein Paderborn, Akte 110; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 231.

[1]) Westlich von Erwitte.

1560

1319 Juni 30

Propst Bertold, Äbtissin Walburgis und der Konvent des Klosters Welver, denen der Hammer Bürger Johannes Langhals und dessen Frau Margareta 50 Mark geschenkt haben, verpflichten sich, durch einen anzustellenden Kaplan am Altar des Apostels Johannes täglich Seelenmessen für alle verstorbenen Christgläubigen, die Wohltäter und ihre Angehörigen lesen zu lassen. Der Kaplan soll an der Tafel des Propstes versorgt werden, wofür der Propst aus dem Zehnten des Klosters zu Meyerich[1] eine Rente von fünf Mark erhält.

In nomine Domini amen. Nos Bertoldus, Dei gratia prepositus, Walburgis, abbatissa, Alheydis, priorissa, Elizabet, subpriorissa, totusque .. conventus sororum et conversorum ecclesie de Weluere Cysterciensis ordinis, Coloniensis dyocesis notum facimus universis, quod Iohannes dictus Lanchals, civis Hammensis, et Margareta, uxor sua legitima, ob spem premiorum celestium quinquaginta marcas denariorum Susati legalium nobis et nostre ecclesie tradiderunt. Pro qua pecunia in nostros usus communes conversa pro desideriis dictorum coniugum nos et successores nostros in perpetuum obligamus, quod abhinc frequenter perpetuis temporibus ex parte memoratorum coniugum capellanum habebimus, qui mensam prepositi nostri pro tempore existentis habebit et officiabit altare beati Iohannis apostoli in ecclesia nostra. In quo capellanus idem diebus singulis missam pro omnibus fidelibus defunctis et sabbatis de beata Maria, sicut devotius poterit, celebrabit. Si vero festum aliquod magnum inciderit, tunc capellanus huiusmodi de sancto tali sive de festo, si voluerit, missam complebit, dummodo numquam in cunctis talibus missis collectam de defunctis et memoriam dictorum coniugum, heredum ac progenitorum suorum negligat vel obmittat. Et ut prepositus noster, qui pro tempore fuerit, ad expensas circa capellanum huiusmodi habendas sufficiat, idem prepositus noster ex decima nostra in Medrike quinque marcarum reditus tollet singulis annis in perpetuum pro dictarum subsidiis[a] expensarum. Et hec omnia et singula fide data promisimus observare sigilla nostra apponendo[b] presentibus literis in noticiam veritatis, reverendum in Christo patrem ac dominum nostrum dominum Gotfridum, abbatem de Campo, humiliter deprecantes, ut factum nostrum approbet et confirmet ac in signum sue confirmacionis sigillum suum sigillis nostris, que sunt appensa, presentibus apponat in robur evidens premissorum. Et nos Dei patiencia Gotfridus abbas de Campo nos consensisse premissis recognoscimus et in recognicionis huius memoriale perpetuum sigillo nostro presencia communimus. Datum et actum in die Commemoracionis sancti Pauli apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 165, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage „subsidais"; [b]) Pergament hier beschädigt.

[1]) Südwestlich von Welver.

1561

1319 Juni 30 Hattingen

Der Knappe Sigebodo von Brüggenei verkauft für 60 1/2 Mark der Äbtissin und dem Konvent des Klosters Gevelsberg das Eigentumsrecht an den Gütern Kraefting, Scheven und Pöting[1].

In nomine sancte et individue trinitatis. Universis Christi fidelibus presentem paginam visuris salutem et in perpetuum veritatem cognoscere descriptorum. Quoniam humane dignitas condicionis mortalitatis interitu cito evanescit, idcirco scripture testimonio omnia labilia sunt firmanda, ne lapsu temporis in oblivionem deveniant vel per maliciam perversorum acta mortalium a memoria excludantur. Ad noticiam itaque tam presencium quam futurorum volumus pervenire et tenore presentium protestamur, quod ego Sigebodo de Brugkenhoie, armiger, libero arbitrio et bona voluntate uxoris mee Petronille et filiorum meorum Wenemari, Theoderici et Hermanni nec non et aliorum heredum meorum universorum vendidimus et vendimus iusto vendicionis titulo religiosis dominabus abbatisse et conventui monasterii in Geuelsbergh certa pecunia, scilicet pro sexaginta marcis et dimidia legalium denariorum omne ius proprietatis et omnem proprietatem trium bonorum in Creuetynck et in Scheuene et in Poetinck, quam hactenus habuimus in eisdem, in agris, areis, nemoribus, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, emergenciis vero et accidenciis[a] vel in quibuscumque rebus consistant ad dicta bona pertinencia. Renunciamus et effestucamus ore, manu, calamo omni iuri, quod nobis et nostris posteris competebat seu in posterum quocumque modo competere videbitur, nihil iuris in predictis reservatis. Transferimus et transfundimus omne ius et proprietates in predictum monasterium nec modum inveniemus neque aliqualiter attemptabimus de ulla inpeticione in prememoratis bonis uncquam faciendo, sed perpetuo pacifice et quiete prefata bona totaliter habebunt et possidebunt, pro ut nos eadem bona habuisse et possedisse dinoscimur, dolo itaque et fraude in omnibus exclusis. Ne autem super hoc facto aliqua in posterum oriri possit calumnia, presentem literam, que rei geste seriem loquitur, ad peticionem nostram sigillis honestorum virorum domini Bernardi de Wittene et domini Henrici dicti Dukere, militum, fecimus roborari. Actum Hatnege aput pontem Weyle in libera strata in loco terminali[b], qui vulgo dicitur maylstadt, coram Siberto, libero comite. Testes enim huius vere renunciacionis et effestucacionis sunt dominus Hinricus dictus Dukere, dominus Iohannes de Crawinckele, milites, Sibertus, liber comes de Aldenboichemm, Wenemarus, Cesarius, Theodericus, Gerlacus, fratres mei, armigeri, Euerhardus de Geythe, Conradus et Conradus de Vrilinchuyssen, Theodericus de Vrilinchuyssen, Goschalcus de Ouerberch, Hinricus, Theodericus de Werne, Iohannes de Albrechtinchuyssen, hi omnes scabini et libertini, Lambertus de Deyffhuyssen, Lodowicus de Scherenberch et alii plures fide digni. Datum anno Domini M° CCC° decimo nono, in crastino beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. VII 6106 (Kopiar des Klosters Gevelsberg), Nr. 47, S. 53, Überschriften: Hir na volgent dat kerspel Sprochouell etc. *und* Tom ersten, wo dey egendoem der gudere Creuetinck, Scheuen unde Potinck gekocht is*; Ausf. im Heimatmuseum Schwelm, ehemals A der Kath. Pfarrei Schwelm; Druck: Urkunden und Regesten zur Genealogie derer von Scheven, 1903, Nr. 40, S. 12; Regest: Aders, A Gevelsberg Nr. 60.*

[a]) In der Vorlage „occidenciis"; [b]) Notizen wollen das paläographisch einwandfreie „terminali" in „criminali" verbessert sehen.

[1]) Von den drei Gütern ist nur Scheven nach dem Ortsverzeichnis für den Reg. Bez. Arnsberg von 1819 als Wohnplatz in der Bauerschaft Haßlinghausen nachgewiesen. Nach der Kartenskizze 2 (Urkunden Scheven) lagen die beiden anderen Güter unter den aufgeführten Namen daneben zwischen Haßlinghausen und Sprockhövel.

1562

1319 Juli 3

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren der Stadt Werl erklärt Hermann gen. Gudeking, dem Kloster St. Walburgis vor Soest stehe aus seinem Hause in Werl eine Rente von zwei Schillingen zu. Diese

Rente habe vorher der Priester Thomas von Tegelgademe besessen, nachdem ihm vom Abt Florin zu Liesborn (zum Ankauf) das entsprechende Geld gegeben worden war. Der Priester habe, wie dieser versichert, die Rente dem Kloster St. Walburgis verkauft, damit dort sein Jahresgedächtnis gehalten werde.

Universis presentes literas visuris et audituris nos .. proconsules et .. consules opidi in Werle notum facimus et publice protestamur, quod in nostra constitutus presencia Hermannus dictus Gudekinc, noster coopidanus, publice recognovit .. prepositum, .. priorissam et conventum monasterii sancti Walburgis extra muros Sosacienses habere redditus annuos et perpetuos duorum solidorum ex domo et area sua in nostro opido sita, sicut eos habuit ex eadem domo dominus Thomas de Tegelgademe, presbiter, qui ipsos pro conpotenti pecunia sibi per religiosum virum dominum Florinum, abbatem in Lysbern, soluta et tradita ad habendam suam perpetuam in dicto monasterio sancte Walburgis memoriam se dictis .. preposito, .. priorisse et conventui coram nobis recognovit vendidisse, ita quod prefatus Hermannus et sui in dicta domo successores singulis annis in festo Michaelis prefatis emptoribus ministrabunt redditus antedictos. In cuius rei testimonium sigillum opidi nostri duximus presentibus literis apponendum. Datum anno Domini M° CCC° decimo nono, crastino Processi et Martiniani martirum.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 68, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Abschrift des 18. Jahrh., in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest), Bl. 73 der 2. Zählung; Teildruck: WUB VIII Nr. 1346.

1563

1319 Juli 8 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln überläßt der Äbtissin und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Fröndenberg das Eigentumsrecht am Zehnten im Dorf Stockum[1] bei Unna, den der Ritter Gerhard von Witten ihnen verkauft hat und den dieser von der Kölner Kirche zu Lehen trug. Zum Ausgleich überträgt der Ritter dem Erzbischof und der Kölner Kirche zwei Höfe, die sein Eigengut sind, den Hof Keidinchus[2] *in Asseln, der zehn Malt Korn als Rente bringt, und einen Hof in Nordlünern[3], der acht Malt Korn einträgt. Der Erzbischof belehnt den Gerhard mit den beiden Höfen, so daß dieser Vasall der Kölner Kirche bleibt.*

Nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, notum facimus, quod, cum Gerhardus de Wittene, miles, noster fidelis, decimam sitam in villa Stochem iuxta Vnna vendidit abbatisse et conventui monasterii in Vrendeberge ordinis Cisterciensis iuxta Mendene nostre dyocesis nobis supplicarit, ut, cum eandem decimam ipse et progenitores sui a nobis et predecessoribus nostris et ecclesia Coloniensi in feodo tenuerint, nos proprietatem seu directum dominium dicte decime ad nos et ad ecclesiam nostram Coloniensem exspectans ipsis abbatisse et conventui donare dignaremur, nos attendentes pium fore ecclesiarum et monasteriorum et specialiter in adeo stricto ordine Cisterciensi sanctimonialium divino cultui mancipatarum necessitatibus providere nec ob hoc tamen iura ecclesie nostre diminuere, proprietatem decime eiusdem abbatisse et conventui predictis, ut pro nostra et predeccessorum nostrorum salute apud Deum orationum suarum in vita et in morte nos reddendo participes iugiter intercedant, donamus et in eas transferimus perpetuo per presentes, pro ecclesie nostre indempnitate in hac parte recipientes viceversa ab eodem Gerhardo et Helena, uxore sua legitima, de heredum suorum, videlicet Hermanni, Wilhelmi, Gerhardi, Bernhardi ac Grete, filie ipsorum, expresso consensu coniuncta manu nobis et ecclesie nostre pure et simpliciter supportantium duas domos suas, unam dictam Keydinchůs in villa Aslen decem malta annone et aliam in Nortlunheren octo malta annone quolibet anno pro pensione ipsi Gerhardo et suis heredibus solventes, sitas. Que quidem domus purum ipsius Gerhardi et suorum heredum allodium hactenus exstiterunt, sic quod eedem domus cum agris, pascuis et universis ad easdem pertinentibus de cetero ecclesie nostre purum sint allodium loco proprietatis et vice concambii decime memorate, prout in literis dicti Gerhardi, uxoris sue et heredum suorum predictorum, ipsius Gerhardi nec non Goswini dicti Rep, go-

gravii, et consulum in Vnna sigillis sigillatis et nobis et ecclesie nostre super hoc traditis hec plenius continentur. Proprietatem itaque duarum domorum predictarum nobis sic supportatam eidem Gerhardi reconcessimus iure feodali a nobis et ecclesia nostra tenendam perpetuo, quodque ipse et heredes de dictis duabus domibus nostri et ecclesie nostre vasalli seu fideles, prout prius de ipsa decima de Stochem fuerunt, perpetuo remaneant, prefata decima apud easdem abbatissam et conventum libere et solute ammodo remanente. In cuius rei testimonium eisdem abbatisse et conventui presentes nostras literas dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum et datum Bunne anno Domini M° CCC^mo decimo nono[a], in die beati Kyliani martiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 91b, Siegel ab; Regest: REK IV Nr. 1119.

[a]) In der Vorlage nur „no".

[1]) Östlich von Unna bei Hemmerde; [2]) später als kurkölnisches Lehen nicht nachweisbar, vielleicht identisch mit Henrick to Keynck (Schatzbuch der Grafschaft Mark von 1486, S. 23); [3]) nordöstlich von Unna.

1564

1319 Juli 9

Die Eheleute Engelbert und Elisabeth von der Horst[1] verkaufen dem Pelegrin von Aldendorp als Eigengut die Zehntlöse zu Windrath[2] und die eigenhörige Ehefrau des Egbert von Niedermassen mit ihren Kindern.

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, nos Engelbertus et Elysabeth coniuges dicti de Horst cupimus fore notum tenore presentium publice protestando, quod nos de consensu et bona voluntate Cristine, filie nostre legittime, aliorumque heredum nostrorum quorumcumque decimam nostram, que tentlose dicitur, in Wintrode cum omnibus iuribus et pertinentiis suis pro bonis propriis, liberis et pleni dominii nec non uxorem Egberti de Nedermassen omnesque et filios et filias uxoris prefate nobis iure proprietatis et conditione servili attinentes et adstrictos vendidimus et vendimus per presentes Pelegrino de Aldendorpe suisque heredibus iure hereditario perpetuo possidendam et possidendos pro XXXI marcis Susatiensium denariorum bonorum et legalium nobis per eundem Pelegrinum traditorum et solutorum in pecunia numerata ...[a] prout ius et terre nostre consuetudo de bonis propriis, liberis et pleni dominii ... faciendam dictaverit. In cuius rei testimonium sigillis Theoderici de Holtoye et mei Engelberti predicti presentem literam fecimus communiri. Et ego Theodericus predictus sigillum ad preces dictorum coniugum eorumque filie et heredum huic scripto apposui in testimonium premissorum. Actum et datum anno Domini M° CCC° XIX°, in crastino sanctorum martirum Kiliani et sociorum eius, presentibus discretis viris Arnoldo de Hetterscede, Gerhardo et Hugone fratribus dictis de Horst, Henrico dicto de Lune et Adulpho de Aldendorpe aliisque testibus quampluribus ad premissa vocatis et rogatis.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 116, S. 54-55; mit Siegelzeichnung (Siegelbild des von der Horst und des Dietrich von Holtoye identisch: drei -2:1- Pferdeprammen).

[a]) Diese Stelle von Kindlinger nicht abgeschrieben, dafür die Worte „Verzicht, Bürgschaft, warandia".

[1]) Horst an der Ruhr südöstlich von Essen-Steele; 2) östlich von Neviges im Kreise Mettmann.

1565

13[19][1] Juli 9

Dietrich Graf von Limburg und sein Vetter, Herr Dietrich von Limburg, verkünden im Streit zwischen den Schwestern Belen und Fige, den Töchtern des Grafen Herbord von Dortmund, und den Brüdern Konrad und Arnold, Söhne der Tochter des Grafen Herbord, auf der einen Seite sowie Ritter Hermann von Lindenhorst und seinem Sohn Konrad auf der anderen Seite das Urteil, das die Ritter und Knappen des Landes gewiesen haben und wonach die Grafschaft und Herrschaft Dortmund an die ersteren fallen sollen[2].

Wi Diderich greve to Lymborch ende her Diderich van Lymborg, unses omes sone, dûin grûitten heragtighen heren, den borgermester ende den raed van Dorpmunde ende alle die ghene, die diesen breif [su]llen sien of horen lesen mit cûntscap der warede. Eine tviinghe es gevallen van der grascap ende der alingher herscap van Dorpmunde tuischen iuncvrowen Belen ende iuncvrowen Figen, or suster, greve Herbordes kinder van Dorpmunde, ende Conrade ende Arnolde, sinen brûder, doegther kinder des selven greven Herbordes van Dorpmunde, van einer side, ende heren Herman van Lindenhorst, den ridder, ende Conrade, sinen sone, van der ander side. Deis sint die vorghenomede iuncvrowen, Conrat ende Arnolt, or neven, bleven an uns, Diderich greve to Lymborg ende an her Diderich van Lymborg, unses omes sone. Ende her Herman van Lindenhorst, die ridder, ende Conrat, sin sone vorghenomet, sin deis bleiven an den cummeldure van der Horst ende an Godeke van Regchede, enen cnape, dat wi vere vorghenomet ein reigth seggen solden tuischen den vorghesprokenen iuncvrowen ende oren neven Conrade ende Arnolde ende heren Hermane van Lindenhorst, den ridder, ende Conrat, sinen sone, van der grascap ende der alingher herscap van Dorpmunde. An segghe wi Diderich greve to Lymborch ende her Diderich van Lymborg, unses omes sone, ein reigth, dat uns die heren riddere ende cnapen vamme lande ghewiset hebben: Sint dat her Herman van Lindenhorst, die ridder, ein verdelet brûder [is] van der grascap ende van der alingher herscap van Dorpmunde, ende her Herbord, sin brûder, die greve was to Dorpmunde, ende sin sone her Conrad heilden die grascap ende die alinghe herscap van Dorpmunde van coninc Rodolf, van coninc Adolf ende van coninc Albreigth, ende greve Herbort van Dorpmunde stairf in der alingher herscap van Dorpmunde unbispreke van ummande ende ervede die grascap ende [die] alinghe herscap van Dorpmunde unbispreke sinen kinderen, die selve herscap vorghenomet untfeinc her Conrad, greve Herbordes sone, van keyser Heinrich ende starf in der alingher herscap van Dorpmunde unbispreke van ummande ende ervede die vorsprokene grascap ende die alinghe herscap van Dorpmunde iuncvrowen Belen ende iuncvrowen Figen, siner susteren, Conrade ende Arnolde, siner susterkinder[en], die geborne deinstlude sin, na der grascap ende nader alingher herscap van Dorpmunde ende regthe volger sin, so segghe wi Diderich greve to Lymborg ende her Diderich van Lymborg, unses omes sone, dat iuncvrowe Bele ende iuncvrowe Fige, or suster, Conrad ende Arnolt, or susterkinder, die grascap ende die alinghe herscap van Dorpmunde met regthe hebben sollen, ende anders niman. Ende wellen comen dais segghens van deseme regthe, dat wi ghewiset hebben in desen breifve, war uns ghewiset wert, dat wis to regthe vorcomen sollen ende gheven dit selve reigth heraigtighen heren, den borgermeistern ende deme rade van Dorpmunde bescreven in desen breifve. In orcunde aller dinghe, die vorghescreven sin in desen breifve, so hebbe wi Diderich greve to Lymborch desen breif ghesegelt met unsen segelle. Ende want wi Diderich van Lymborch, ridder, sone greve Iohannes sone van Lymborch, unsen segel nigth bi uns hebben, so betughe wi under heren Diderikes segel des greve van Lymborch, unses leven neven, alle dinc wair to sine, die vorsproken sin in desen breifve. Dese breifv is ghegheven in den iaren unses heren 13[19], des neisten saterdaghes na des aightendaghes sente Peters ende sente Paulus der apostolen.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 152b, Siegel ab, Urkunde 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 272, S. 184 (unter dem Datum 1300); Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 531, S. 272.

[1]) Die im Dortmunder UB I Nr. 272 unter dem Jahre 1300 abgedruckte Urkunde gehört tatsächlich in den Zusammenhang mit den Erbstreitigkeiten um 1319 (vergl. Dortmunder Beiträge 14, 1905, S. 100 ff.); [2]) vergl. die abweichende Entscheidung in der Urkunde von 1319 Juli 17.

1566

1319 Juli 10

Vor den Ratsherren der Stadt Werl verkauft Thomas von Arnsberg für 14 1/2 Mark dem Propst und dem Konvent des KLosters Welver eine Rente von einer Mark aus seinem Haus und der Hausstätte.

Nos consules opidi Werlensis universis presentia visuris seu audituris cupimus esse notum publice protestando, quod constitutus coram nobis Thomas de Arenesberghe cum consensu et bona voluntate Margarete, uxoris sue, necnon .. omnium liberorum et verorum heredum suorum recognovit se vendidisse honorabili viro .. domino preposito totique .. conventui in Weluere Coloniensis diocesis redditus unius marce ex domo et area sua sita in medio inter domum Gerhardi dicti Kuke et Iohannis dicti Scolere pro marcis quatuordecim et dimidia, que pecunia est ipsis integraliter persoluta, in perpetuum annis singulis in festo beati Martini persolvendos et possidendos libere et quiete, hoc adiecto, quod dicta domus et area nullam aliam solvit pensionem, nisi unum denarium arialem. Huius rei testes sunt Henricus dictus Prosekese, Henricus dictus Kouolt, tunc temporis proconsules, Henricus Scuinintholt, Hermannus dictus Bars, Arnoldus dictus Knopicke, Iohannes dictus Punir, Conradus dictus Notlicke, Iohannes dictus Mas, Theodericus dictus Cruse, Gerhardus Carpentarius, Hermannus dictus Tegge, Henricus dictus Madde, tunc temporis consules in Werle, et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° decimo nono, in die Septem fratrum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 166, Siegel der Stadt Werl (beschädigt, WS 71,5) anhängend; Druck: SUB II Nr. 575.

1567

1319 Juli 12 Avignon

Papst Johannes (XXII.) beauftragt die Erzbischöfe von Köln und Magdeburg und den Bischof von Utrecht, den Meister und die Brüder vom Deutschen Orden des Hopspitals in Jerusalem gegen die Entfremdung und Inbesitznahme ihrer Güter zu schützen, wobei bei der Durchführung ihrer Aufgabe Konstitutionen des Papstes Bonifaz VIII. nicht entgegenstehen sollen.

Iohannes episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Coloniensi et Magdeburgensi archiepiscopis ac episcopo Traiectensi salutem et Apostolicam benedictionem. Et si quibuslibet religiosis personis et locis ex iniuncto nobis servitutis officio assistere defensionis presidio teneamur, illis tamen specialius et efficacius adesse nos convenit, qui sedi Apostolice immediate subiecti non habent preter Romanum pontificem alium defensorem. Sane dilectorum filiorum, magistri et fratrum hospitalis sancte Marie Theutonicorum Iherosolimitani ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentium questionem percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi, abbates et alii clerici ecclesiastice persone tam religiose quam seculares necnon comites et barones, nobiles, milites, universitates et alie seculares civitatum et diocesium ac parcium vicinarum, in quibus dictum hospitale necnon et alia loca et membra eidem hospitali pleno iure immediate subiecta ad eandem Sedem dumtaxat spectantia consistere dinoscuntur, occuparunt et occupari fecerunt ecclesias, grangias, obediencias, castra, casalia, terras, vineas, possessiones, census, redditus et proventus, iura, iurisdictiones et nonnulla alia bona mobilia et immobilia ad dictum hospitale et alia prelibata eius membra spectantia seu eadem detinentibus prestant auxilium et favorem. Nonnulli etiam civitatum et diocesium ac parcium predictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, dictis magistro et fratribus dicti hospitalis in ecclesiis, grangiis, castris, casalibus, terris, iurisdictionibus, iuribus, bonis et rebus aliis ad hospitale predictum spectantibus multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas. Quare dicti magister et fratres nobis humiliter supplicarunt, ut, cum valde difficile reddatur eisdem et aliis membris suis pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recursum, providere eis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus occupationes, detentiones, presumptiones, molestationes et iniuriationes huiusmodi illo volentes eis remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, fraternitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus presentes estis conservatores et iudices, magistro, fratribus et membris predictis efficaciter defensionis presidio assistentes non permittatis eosdem super hiis et quibuscumque aliis

bonis et iuribus ad ipsos spectantibus ab eisdem et quibuscumque aliis indebite molestari vel sibi gravamina seu dampna vel iniurias irrogari, facturi ipsis, cum ab eis vel eorum aliquo seu procuratore vel procuratoribus eorundem vel alicuius eorum fueritis requisiti de predictis et aliis personis quibuslibet super restitutione ecclesiarum, grangiarum, castrorum, casalium, terrarum, possessionum, iurisdictionum, iurium et bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque proventuum et aliorum quorumcumque bonorum necnon quibuslibet iniuriis et molestiis atque dampnis presentibus et futuris. In illis videlicet, que iudicialem requirunt indaginem, de plano sive in strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas ipsorum exegerit iusticie complimentum, occupatores seu detentores, molestatores, presumptatores et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque status, ordinis vel condicionis, etiam si archiepiscopalis vel episcopalis dignitatis extiterint, quandocumque et quocienscumque expedierit, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si presens fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus constitutionibus felicis recordationis pape Bonifacii VIII., predecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim, nisi in certis exceptionibus et casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur seu ne iudices et conservatores a Sede deputati predicta extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere seu alli seu aliis vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahi presumant, seu quid de aliis quam de manifestis iniuriis et violentiis, que iudicialem indaginem exigunt, penis in eis, si secus egerunt, et in id procuratores adiectis conservatores se nullatenus intromittant, et tam duabus dietis in concilio generali, dummodo ultra terciam vel quartam dietam aliquis extra suam civitatem et diocesim auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandum, aut aliis editis, que nostre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquibus coniunctim vel divisim a predicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari seu extra vel ultra ad certa loca ad iudicium evocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, ordinibus et nominibus propriis mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam nostre iurisdictionis explicacio valeat quomodolibet impediri et de qua cuiuscumque toto tenore de verbo ad verbum nostris literis habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus et auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchooatum, quatinus idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque a data presentium sit vobis et universis vestrum in premissis omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, ut pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent, et iurisdictio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citationem vel per modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitutione predicta super conservationibus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Datum Auinioni IIII. ydus Iulii, pontificatus nostri anno tercio.

Transsumpt in StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 276 (inseriert in der Urkunde des Kölner Erzbischofs Dietrich von 1442 November 24, im Archiv des Stifts St. Patrokli aufgrund einer Subdelegation).

1568

1319 Juli 13

Engelbert Graf von der Mark einigt sich im Streit mit den Brüdern des Hospitalordens von Jerusalem[1], indem er den Brüdern das Patronatsrecht der Kirche in Walsum überläßt. Die Brüder sind damit einverstanden, daß die Pfarre in Walsum geteilt wird und Burg und Stadt Holten[2] einschließlich des Oberhofes to der Schuren *und des Oberhofs* Mattar *eine eigene Pfarre bilden. Der Graf schenkt den Brüdern die Güter* Bodenbome *im Kirchspiel Beeck. Dafür haben die Brüder der Seelen der Einwohner der Herrschaft Holten, der des*

Grafen und seiner Eltern zu gedenken. Außerdem schenkt der Graf den Brüdern den Zehnten von dem von ihnen von Emund gen. Puntenere abgekauften Hof, auf dem sich jetzt die Kommende befindet. Die Brüder haben für das Ewige Licht in der (neuen) Pfarrkirche zu sorgen und dürfen innerhalb der Herrschaft Holten weitere Güter nur mit Zustimmung des Grafen erwerben.

Nos Engelbertus comes de Marka universis, ad quorum noticiam tenor presencium pervenerit, cupimus esse notum, quod controversia iam dudum versata inter nos heredesque nostros ex una parte et ordinem fratrum sacre domus hospitalis Ierosolametane ex altera super possessione ecclesie parrochialis in Walshem et iure patronatus eiusdem taliter est sopita, videlicet quod dictus ordo in perpetua, libera, pacifica et quieta possessione eorundem resideat sub tali forma, quod quemcumque sacerdotem ordinis predicti sive magister ordinis ipsius sive commendator in Walshem, quicumque pro tempore prefuerint, nobis vel nostris successoribus exhibuerint suis litteris, ipsum ad eandem ecclesiam, quocienscumque vacaverit, admittemus archidiacono loci per nos pro investitura eiusdem presentandum. Quem neque nos nec aliquis successorum nostrorum refutare possumus vel debemus, quin immo, si talium aliquid attemptatum fuerit, nichilominus dictus sacerdos per suos fratres poterit suo investitori presentari. Ipsi quoque fratres et ordo divisionem ecclesie in Walshem in duas ecclesias parrochiales, quarum altera sit in castro et opido Holte, quantum in eis est fieri, pacientur, ita quod universa predia cum suis edibus sita sub territorio castri et opidi Holte ac predium dictum to der Schuren et curia in Mattar ab ecclesia Walshem nunc divisa ad ecclesiam in Holte pertinebunt. Nos mero consensu nobis adhibito coniugis nostre Mechtildis et liberorum nostrorum dicto ordini et ecclesie in Walshem damus et conferimus bona dicta to dem Bodenbome sita in parrochia Beke cum omnibus attinentiis et iuribus suis perpetuo possidenda, quatinus animarum dominii de Holte, nostre et parentum nostrorum iugiter in suis oracionibus recordentur. Item decimam mansi, quem olim dictus ordo ab Emundo dicto Puntenere emerat, in cuius area mansio fratrum in Walshem nunc sita est, predicto ordini conferimus iure perpetuo; et ipsi in dicta ecclesia lampadem vel aliud luminare perpetuo ardens procurabunt. Preterea dicti fratres predia ad dominium Holte pertinencia deinceps non ement, nisi nostro seu successorum nostrorum prius consensu requisito et obtentu. In cuius rei testimonium et robur perpetuum premissorum nos .. comes predictus una cum coniuge nostra predicta sigilla nostra presentibus fecimus appendi. Actum et datum in die beate Margarete anno Domini M° CCC° decimo nono.

Ausf., Perg., HStAD, Kommende Herrenstrunden Urk. Nr. 50, Reitersiegel des Grafen Engelbert von der Mark (stark abgebrochen, restauriert) mit Rücksiegel anhängend, das 2. Siegel ab.

[1]) Johanniterkommende Walsum, deren Besitz im 17. Jahrh. an die Kommende Herrrenstrunden (Bergisch Gladbach) fiel; [2]) zwischen Walsum und Sterkrade.

1569

1319 Juli 16 Tecklenburg

Otto Graf von Tecklenburg und von Dale verkauft dem Kloster Flaesheim die Vogtei über und das Eigentumsrecht an dem Hof in Roden, genannt Osterhus[1], in der Pfarrei Selm bei Botzlar[2].

Nos Otto comes de Thekeneborch et de Dhale universis presentia visuris vel audituris volumus esse notum publice profitendo, quod nos de consensu et voluntate Conegundis, nostre uxoris, ac omnium nostrorum coheredum vendidimus conventui in Vlarshem Coloniensis diocesis advocatiam et proprietatem domus in Roden, que et alio nomine Osterhus dicitur, site in parrochia Selhem prope Boslar, pro quadam pecunia nobis tradita hereditarie in perpetuum possidendam. Quam quidem advocatiam seu proprietatem nec non omne ius, quod ad dictam domum in Roden habere dinoscebamur, predicto conventui in Vlarshem manumisimus et resignavimus ac per presentem resignamus, promittentes sepedicto conventui in Vlarshem plenam et iustam warandiam facere, prout iuris est in terra. Acta sunt hec in castro Thekeneborch, presentibus castellanis nostris ibidem Hugoni de Horne, Alexandro de Langen, Ludolfo Haken, Henrico van der Strikketh,

Swedero de Munstere, Hermanno de Bramesch, militibus, et aliis quam pluribus fide dignis assumptis in testimonium premissorum. In cuius rei munimen tam nostrum quam nostre coniugis predicte sigilla presentibus sunt appensa. Datum in crastino Divisionis apostolorum anno Domini M°CCC° decimo nono.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III 78 (Flaesheim), Siegel des Grafen (WS 20,7) anhängend, das seiner Frau ab; Regest: WUB VIII Nr. 1349.

[1]) In der Bauerschaft Ternsche (vergl. Schwieters, westl. Lüdinghausen S. 414, Nr. 11); 2) vergl. Urkunde von 1313 Juni 23.

1570

1319 Juli 17

Heinrich von Rechede, Ordensritter zu Horst, und der Knappe Godeke von Rechede sprechen in einem Schiedsspruch die Graf- und Herrschaft Dortmund dem Hermann von Dortmund, dem Sohn des Grafen Herbord von Dortmund, als der Schwertseite zu und seinen Nichten, den geistlichen Schwestern Belen und Fyen, ab[1].

In Godes namen amen. Wi broder Henrich van Rechede, en Godes ritter to der Horst, ende Godeke van Rechede, en knape, groten de erachtigen lůde, de borgermestere ende den rad van Dorpmunde ende alle, de desen brief sen ende lesen horet, mit kuntschap der warheyt. Witzent, dat van der ansprake, de is op de graschap ende de alingen herschap van Dorpmunde, dar her Conrat, de greve to Dorpmunde was, inne sat, van heren Hermannes wegene van Dorpmunde, ens riddrs, greven Herbordes broder, de greve was to Dorpmunde, ende Conrades, sines sones, van ener side, ende twen gesteliken iuncvrowen, Belen ende Fyen, des vornomeden greven Conrades sustere, Conrade ende Arnolde, twe brodere, ende ere andere sustere ende brodere, des selven greven Conrades suster kinder, van der ander side to uns is gegan van des vornomeden heren Hermans wegene, ende Conrades sines sones, ende van der ander partye wegene is gegan to den edelen lůden, heren Dideric den greven to Limbůrg, ende heren Dideric van Limborg, den ritter, enes rechten to ervarene ende to secgene van der vorsprokenen graschap ende der alingen herschap van Dorpmunde, we se to rechte behalden sole. Nů secge wi vorgenomeden broder Henrich ende Godeke van Rechede en recht, alse wi geleret sin twischen Wisere ende Rin van wisen lůden, heren, ritteren ende knapen aldus: Wante her Herman van Dorpmunde, greven Herbordes broder, de greve was to Dorpmunde, en enweldich echte ende recht ende unverdelet broder is van der vryen graschap ende der alingen herschap sines rechten vederliken erves binnen Dorpmunde ende buten, war dat et gelegen is, ende he nu op de stat en quam, dar he op de vorsprokenen vryen graschap ende herschap vortichnusse dede, efte dar af verdelet worde, de he van deme rike entfancgen hevet, ende des levenden tůch hevet ende licgende orkunde van dem rike, och wante de stortincge ende de stervincge der vryen graschap ende der herschap, dar her Herman nicht af verscheden en is, ende sin rechte vederlike erve is, de van dode greven Conrades, heren Hermans broder, son greven Herbordes, geschet is, op den selven heren Hermanne van rechte als oppe de swert side gevallen is ende nicht opp de iuncvrowen Belen ende Fyen efte oppe greven Conrades suster kinder storten en mochte, wante vrowen efte iuncvrowen van vryer graschap nicht weten solen efte ne mogen. Och wante de selven iuncvrowen Bele ende Fye over manige iare bi greven Conrades tiden, eres broder, in gestliken orden beraden sint ende van der herschap van Dorpmunde verdelt mit liftůchten, dar se noch inne sittent, mit rade heren Hermannes, eres vader broder, wante dat wal cůndich is, dat greve Herbort ende her Conrad, sin son, nicht mit der graschap ende herschap en daden noch van rechte don en mochten, it en were mit willen ende verhencnůsse heren Hermans ende Conrades ende Arnoldes moder, greve Conrades suster, beraden ende verscheden wart van der graschap van Dorpmunde, alse se van rechte solde mit eme brutschatte, hir umbe secge wi vorsprokene broder Henric ende Godeke van Rechede, dat Herman van Dorpmunde de graschap ende de alingen herschap van Dorpmunde en vry menlic len is des rikes ende is en swert, schilt ende bannir, dar umbe so wise wi de spindelside mit rechte af ende swertside mit rechte an. Och wante her Herman en vry geboren denstman is des rikes ende

de andre partye to dem rike geweslet is, des rechtes, dat wi hir wisen ende secgen, welle wi broder Henric ende Goderde vullenkommen, war dat uns gewiset wert ende op allen steden, dar wis van rechte vulcomen solen, na der sone, de vore gedegedinget is, ende antwordet dit recht den eraftigen lůden, borgermesteren ende dem rade van Dorpmunde, mit unsen ingesegelen besgelt in orcunde der warheyt desses gesprokenen rechtes. Dese bref is gegeven na Godes gebort M° CCC° XIX°, des dincsedages na der Delincge der apostele.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 153, die Siegel des Heinrich und des Godeke von Rechede anhängend, Urkunde 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 372, S. 256; Fahne, Dortmund I Nr. 79, S. 99.

[1]) Vergl. den widersprechenden Schiedsspruch von 1319 Juli 9.

1571

1319 Juli 22

Wilhelm Graf von Arnsberg schlichtet mit seinen Freunden einen Streit zwischen dem Kloster Oelinghausen und Gervasius von Neheim über Güter zu Holzen[1], indem Gervasius nach Belehrung vollständig auf seine Ansprüche verzichtet.

Nos Wilhelmus nobilis comes de Arnsberg notum facimus universis tenore presencium publice protestando, quod cum inter religiosas personas .. prepositum et conventum monasterii in Olinchusen ex parte una et Geruasium de Neyhem ex parte altera super bonis in Holthusen cum universis suis attinenciis lis et discordia fuisset quamplurimum agitata, tandem idem Geruasius plenius instructus de iure per nos et nostros amicos cessavit nichilominus ab inpetitione, quam fecit super bonis ac eorum attinenciis memoratis, renuncians coram nobis plane et expresse omni iuri, quod sibi et suis heredibus omnibus competebat et perpetuo competere posset in eisdem. Protestatus etiam fuit idem Geruasius coram subscriptis manifeste, quod heredibus suis predictis in sepedictis bonis nichil iuris competeret aut per viam aliquam competere posset in futurum. Quod, ut nullius malicia immutari seu revocari valeat vel infringi, presens scriptum ad petitionem utriusque partis sigillo nostro decrevimus roborandum. Huius rei testes sunt dominus Godefridus, prepositus maioris ecclesie Monasteriensis, Godefridus domicellus de Arnsberg, dominus Godefridus de Růdenberg, nobiles, dominus Hunoldus de Plettenbraght, Hynricus de Binole dictus Pape, Hinricus Vrede, Theodericus de Bentkampe, Vichardus et Henricus de Ense, fratres, Iohannes et Lambertus fratres de Patberg, Godefridus dictus Vrobose, Hermannus Dobbere, Euerhardus Hake de Andopen, Hermannus de Blydinctorpe, Bernhardus de Lare et alii quam plures viri fide digni. Datum anno Domini M° CCC° X°IX°, in festo beate Marie Magdalene.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 223, vom Siegel nur ein Bruchstück (erkennbar der Arnsberger Adler, WS 41,2) anhängend; Abschrift des 14. Jahrh., Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 260; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 232.

[1]) Holzen vorm Lüer westlich von Oelinghausen.

1572

1319 Juli 25

Der Ritter Dietrich Vrydach und sein Sohn Everhard überlassen dem Grafen Wilhelm von Arnsberg ihren Eigenhörigen Albert von Halingen[1], den Bruder des Wikbold, und erhalten dafür im Tausch den Tilmann, den Sohn des Raven von Langschede[2].

Nos Theodericus miles et Euerhardus filius noster Vrydach universis presentes litteras visuris seu audituris notum facimus, quod nos dedimus et in hiis scriptis damus Wilhelmo nobili viro comiti de Arnsberg

Albertum de Halingen, fratrem Wicboldi, nobis pleno iure attinentem, recipientes ab eo per modum concambii Tilmannum, filium dicti Rauen de Langenschede, eodem iure, quo sibi attinebat, harum nostrarum testimonio litterarum datarum sub sigillo nostro anno Domini M CCC^mo decimo nono, ipso die beati Iacobi.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109a (Kopiar der Grafen von Arnsberg) Bl. 32v; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii VII, Bl. 65.

[1]) Südwestlich von Fröndenberg; [2]) westlich von Fröndenberg.

1573

1319 Juli 28

Erzbischof Heinrich von Köln teilt den Pfarrern zu Kirchderne und Brechten mit, er habe auf Bitten der Ratsherren und der Bürger zu Dortmund zugestimmt, daß von der Kirche von St. Reinoldi der Stephansaltar in eine zu erbauende neue, zwischen dem Westtor und der Reinoldikirche gelegene Kirche überführt werde und daß der Rektor des Altars den Gottesdienst in der neuen Kirche übernehme. Er habe den Propst von St. Severin in Köln und den Chorbischof Konrad beauftragt, die Abgrenzung der neuen Pfarrei festzulegen und hinsichtlich der finanziellen Ausstattung das Nötige zu veranlassen. Diese hätten aber den Auftrag nicht erledigt. Wie Johannes, der Pfarrer von St. Reinoldi, berichtet habe, sei die neue Kirche durch die Bürger gebaut worden, wodurch die Rechte der Mutterkirche verletzt und ihr ein großer Schaden entstanden sei. Der Erzbischof habe daher Herbord, Pfarrer von St. Marien, und Gerard, Pfarrer von St. Nicolai, aufgefordert, ihn darüber schriftlich zu informieren. Den Adressaten trägt er nun auf, die neue Kirche aufzusuchen und zu verhindern, daß dort Gottesdienst gefeiert werde, die Toten begraben und die Sakramente gespendet würden. Auch der Rektor der Schüler habe sich des Unterrichts zu enthalten. Die Gläubigen der neuen Pfarrei seien vorerst an die Mutterkirche zurückzuverweisen.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, dilectis in Christo in Derne et in Breghtene ecclesiarum rectoribus salutem in Domino. Cum alias ad supplicationem discretorum virorum consulum ac eciam opidanorum Tremoniensium propter multitudinem populi ac eciam diffusam parrochiam ecclesie beati Reynoldi predicti parrochiani ecclesie eiusdem ad ipsam ecclesiam pro divinis audiendis diebus ad hoc statutis convenire nequeunt, indulserimus, ut inter portam occidentalem et ipsam ecclesiam sancti Reynoldi ecclesiam novam possent construere et procurare consecrari pro ea parte parrochianorum, que plus distat ab ecclesia memorata quodque is, qui altare beati Sthephani tunc in ipsa ecclesia beati Reynoldi officiavit, ipso altari translato in eandem ecclesiam de novo edificandam ipsam officiaret in omni eo iure, quo tunc officiavit ipsum altare in ecclesia supradicta, et commiserimus dilectis in Christo Heydenrico, preposito ecclesie sancti Seuerini, et Conrado, choriepiscopo Coloniensium ecclesiarum, ut circa distinctionem parrochie et dotationem ecclesie nove, salvo iure matricis ecclesie beati Reynoldi, et de dote competenti ipsi ecclesie construendi provideretur, ordinarent vice nostra, qui, prout ad nostram pervenit noticiam, ad providendum de commissis huiusmodi ad opidum Tremoniense se transferre minime curaverint et, prout ex insinuatione dilecti in Christo Iohannis, pastoris ecclesie sancti Reynoldi predicti, nobis innotuit, virtute indulti huiusmodi ipsi consules et opidani predicti novam ecclesiam construxerunt et quod per structuram huiusmodi dicta matrix ecclesia sancti Reynoldi in suis iuribus et redditibus non modicum leditur et gravatur contra ius commune et tenorem indulti huiusmodi supradicti. Propter que indempnitati prefate ecclesie matricis cavere ac animarum periculis, que ex premissis possent verisimiliter provenire, volentes, commisimus et mandavimus dilectis in Christo Herbordo, sancte Marie, et Gerardo, sancti Nicolai ecclesiarum Tremoniensium rectoribus, ut de premissis omnibus inquirerent diligentius veritatem et ea, que invenirent, nobis sub eorum sigillis rescriberent interclusa, prout hec et alia in instrumentis super hoc confectis plenius continetur. Verum cum ex rescriptione commissariorum huiusmodi et depositione testium receptorum in forma iuris ab eisdem ipsam matricem ecclesiam esse lesam pateat evidenter[a], vobis et cuilibet ve-

strum, qui requisiti fueritis, firmiter precipiendo mandamus, quatenus ad novam ecclesiam antedictam accedentes inhibeatis .. rectori eiusdem et quibuscumque aliis, quibus et nos presentibus inhibemus, ne in eadem nova ecclesia divina officia celebrare presumant nec defunctis ecclesiasticam sepulturam nec vivis ecclesiastica sacramenta ministrent, sed omnino ab officiatione eiusdem nove ecclesie desistant, parrochianis, qui ad dictam novam ecclesiam acesserant, iniungentes, ut ad matricem ecclesiam redeant audituri ibidem divina officia sicut prius, inhibentes nichilominus rectori scolarum dicte nove ecclesie, cui et nos similiter presentibus inhibemus, ne ibidem de regimine scolarum huiusmodi de cetero se intromittat. Contrarium facientes, quos nos decem dierum monitione legitima premissa in hiis scriptis excommunicamus, excommunicatos per universos ecclesiarum rectores precipimus nunciari, quousque de dicta nova ecclesia, quod canonicum fuerit, ordinetur et aliud a nobis receperint in mandatis. In hiis exequendis alter alterum non exspectet. Et quid in premissis vos aut alter vestrum fecerit, nobis vestris literis hiis transfixis rescribatis. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, sabbato post diem beati Iacobi apostoli.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Mariengraden Urk. Nr. 55, Rest des Siegels des Erzbischofs anhängend, mit den drei Transfixen von 1319 Oktober 3, 1322 März 14 und 1332 März 17; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 533, S. 225; Regest: REK IV Nr. 1122; Mitt. Stadt A Köln 57, Nr. 55.

[a]) Dahinter Streichung eines Wortes.

1574

1319 Juli 29

Die Äbtissin Demudis und der Konvent des Klosters Gevelsberg erklären, sie hätten von den Dortmunder Bürgern, den Brüdern Gerwin und Albert von Schnidewint, 7 1/2 Mark erhalten. Mit diesem Geld hätten sie eine Rente von sechs Schillingen aus Gütern zu Scheven bei Sprockhoevel gekauft. Dafür soll am 12. November die Memorie der beiden Brüder und derer, die sie angeben, gehalten werden. Von der Rente sollen die jeweilige Äbtissin und der Priester je drei Pfennigen, jede Nonne einen Pfennig beziehen. Drei Pfennige sind für die Beleuchtung vorgesehen. Mit dem Rest sollen die Präbenden der Nonnen verbessert werden.

Nos Demůdis abbatissa totusque conventus monasterii in Gyuelberg notum facimus universis presentes litteras visuris et audituris, quod recepimus septem marcas cum dimidia bonorum denariorum Tremonie usualium a Gerwino et Alberto fratribus dictis Snydewint, civibus Tremoniensibus, cum quibus comparavimus annuos redditus sex solidorum ex bonis dictis Scheuene sitis in parrochia Sporchouele, qui singulis annis perpetuo in festo beati Martini nobis dabuntur. Et extunc in die sancti Kuniberti memoria dictorum fratrum et pro quibus ipsi desiderant vigiliis, missis et orationibus, tamquam starent super terram adhuc humandi, a nobis sollempniter et communiter in perpetuum peragetur. Supradicta quoque pecunia inter nos annuatim dividetur in hunc modum, quod domina abbatissa, que pro tempore fuerit, recipiet tres denarios, sacerdos apud nos similiter tres denarios et quelibet monialium accipiet unum denarium. Tres vero denarii dabuntur pro cera ad luminaria, de quibus domina custos providebit. Cum residuis autem denariis prebendam nostram seu conredum emendare debebimus illo die. In cuius rei testimonium presentes litteras dictis fratribus tradidimus sigilli nostri munimine firmiter roboratas. Actum et datum dominica proxima post festum sancti Iacobi apostoli anno Domini M° CCC^mo decimo nono.

Ausf., Perg., Stadt A Schwelm, Siegel ab, durch Feuchtigkeit stark gelitten; Fotografie in StAM, Kloster Gevelsberg Urk. Nr. 27a; Druck: Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 534, S. 228; Urkunden und Regesten Scheven Nr. 41, S. 14 (damaliger Lagerort: A der Kath. Pfarre Schwelm); Regest: Aders, A Gevelsberg Nr. 61.

1575

1319 August 1 Avignon

Papst Johannes (XXII.) erlaubt den Dominikanern, sich in der Stadt Dortmund niederzulassen. Von dort wurden sie vertrieben, weil sie zwar die Erlaubnis des weltlichen Herrn, nicht aber die Legitimation des für diesen Ort zuständigen Bischofs vorweisen konnten. Der Papst trägt dem Kölner Erzbischof auf, die Dominikaner vor Belästigungen durch den örtlichen Pfarrer oder durch andere zu schützen.

Iohannes episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis universis fratribus ordinis Predicatorum provincie Saxonie salutem in Domino et Apostolicam benedictionem. Oblata nobis ex parte vestra peticio continebat, quod nos olim venerabili fratri nostro Berengario, archiepiscopo Compostellano, tunc magistro generali vestri ordinis, auctoritate Apostolica per nostras certi tenoris litteras duximus indulgendum, ut in quibusvis partibus iuxta sue discretionis arbitrium viginti loca dumtaxat ad opus eiusdem ordinis de novo posset recipere, constitucione felicis recordacionis Bonifacii pape VIII., predecessoris nostri, super locis a religiosis ordinis Mendicantium absque licencia dicte Sedis de novo non recipiendis edita non obstante, et quod adhuc non est dictus numerus adimpletus. Quare nobis humiliter supplicastis, ut villa, que Tromonia vulgariter noncupatur, Coloniensis diocesis, cedat in unum locum numeri prelibati, et quod in eadem villa possitis habere conventum fratrum ordinis supradicti, qui perpetuo inibi famulentur Domino. Nos itaque ad ordinem ipsum immense gerentes caritatis affectum et cupientes cultum divi nominis adaugeri, vobis, ut in predicta villa possitis locum habere et quod huiusmodi locus eiusdem ville cedat in unum locum numeri supradicti, non obstantibus constitucione predicta seu quod olim per .. plebanum plebis seu ecclesie dicte ville de Tremonia, in qua alias recipiendi locum de novo eadem constitucione non obstante vobis alias a sede Apostolica fore dicitur concessa facultas, dummodo ad id loci diocesani et domini temporalis accederet assensus, exinde pro eo expulsi fuistis, quod de assensu dicti diocesani per patentes litteras vel publicum instrumentum fidem facere nequivistis, licet de assensu temporalis domini per patentes litteras docere possitis, et quavis ipsius plebani et cuiuslibet alterius contradictione, auctoritate vobis presencium liberam concedimus potestatem. Nulli hominum ergo liceat, nostre concessionis .... Datum Auinioni kalendis Augusti, anno pontificatus nostri tercio. In e(odem) m(andato) venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Coloniensi salutem (in Domino et Apostolicam benedictionem). Oblata ex parte dilectorum filiorum[a] ... concedimus potestatem. Quocirca fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatinus predictos fratres non permittas super hoc a dicto plebano vel quibusvis aliis indebite molestari, molestatores et contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus a sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras dicte Sedis non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de mandato huiusmodi mentionem. Datum ut supra.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 529, S. 252 (nach: Reg. Avin. 11, Bl. 212, Reg. 69, Bl. 388 Nr. 1233); Regest: REK IV Nr. 1123.

[a]) Wie oben.

1576

1319 August 7 Schmallenberg[1]

Die Brüder Ludolf und Gobelin, Söhne des Hunold von Varenbert[2]*, Knappen, bestätigen in Schmallenberg einen Vertrag*[3]*.*

Sciendum, quod anno Domini M° CCC° nonodecimo, in vigilia Ciriaci martiris, nos Ludolfus et Gobelinus, fratres, filii Hunoldi de Varenbrach, famuli, in oppido Smalenburg ratificavimus et ratafecimus omnia et singula in litera, cui presens affigitur cedula, contenta. Presentes fuerunt Iohannes de Wormbike, opidanus in Smalenburg, Hermannus dictus Kerl de Salbike, Godescalcus de Odinghen, Hermannus Kulinc,

Hartleuus Betteke de Ouerendorp, Tepele et Gobele Můrte, famuli domini Th. Rump, militis, et alii quam plures fide digni. Et hec premissa sigillo domini Theoderici Rump, militis, petivimus sigillari.

Transfix an der Urkunde von 1317 August 15, A von Spee zu Ahausen Urk. Nr. 3, Siegel des Rump an der Haupturkunde; Druck: Inventar Ahausen S. 3, Nr. 3; Regest: INA Borken S. 119.

[1]) Wenn St. Ciriacus in der vasten gemeint wäre, käme als Datum auch der 15. März in Betracht; [2]) ein Zweig der Familie Rump saß auf dem Adelssitz Varenbert oder auch Valbert in Oedingen; [3]) es handelt sich um den Verkauf von Gütern in Fretter durch Rump.

1577

1319 August 7

Der Knappe Berhard von Hervelde verschreibt seinem Schwiegersohn, dem Knappen Ludolf gen. Span, als Brautschatz eine Rente von fünf Mark und 30 Schillingen aus den Höfen Gentrup[1] und Wirxel[2].

Noverint universi, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, quod Bernhardus dictus de Heruelde, famulus, cum consensu .. uxoris et heredum suorum quinque marcarum redditus tollendos seu percipiendos singulis annis de duabus domibus, scilicet Gedinctorpe et Wederincselen, Ludolfo dicto Span, famulo, genero suo, et suis iustis heredibus pignore posuit pro quinquaginta marcis denariorum legalium et bonorum sibi ratione pecunie matrimonialis, que brutscath dicitur, assignatis. Quarum quidem quinque marcarum triginta solidi solventur in festo beati Mychaelis et XXX[a] in festo beate Walburgis virginis. Ad hoc posuit sibi fideiussores, videlicet Detmarum dictum Reytberg et dictum Loyf, Brunonem Hundertmarc, Hermannum de Lyppia, milites, et Hermannum dictum Huddic, famulum, iunctis manibus et fide data promittentes, si dicti redditus suis temporibus de prefatis bonis dati non fuerint, quod ipsi super hoc requisiti, quocienscumque necesse fuerit, dicto Ludolfo, eius uxori aut heredibus de huiusmodi redditibus satisfacient in parata pecunia vel pignoribus saltim, quibus suam pecuniam accipere sane possit. Quam vero pecuniam vel pignora in civitate Bekemensi sibi presentabunt. Igitur, quandocumque Bernhardus predictus vel sui heredes prenominato Ludolfo vel suis heredibus quinquaginta marcas dederint in redempcionem dictorum reddituum, extunc memorati redditus ad usum et manus libere et absolute revertentur eorundem. Premissis autem astiterunt Hermannus, presbiter commorans in Telghet, Ecbertus de Beke, Iohannes Snetberg, Iohannes de Horst, Euerhardus Span, famuli, et alii quamplures fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum ipsius Bernhardi de Heruelde presenti littere una cum sigillis dictorum fideiussorum est appensum. Et nos fideiussores supranominati recognoscimus nostra sigilla in evidentiam et firmitatem nostre fideiussionis secundum tenorem litterarum presentibus appendisse. Datum et actum anno Domini M° CCC° XIX°, feria tertia ante festum beate Laurentii martiris.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg Urk. Nr. 196, Siegel ab.

[1]) Im Kirchspiel Liesborn, Bauerschaft Göttingen, später im Besitz des Klosters Liesborn (Müller, Liesborn S. 153); [2]) Kirchspiel Wadersloh, Bauerschaft Ackfeld (Müller, Liesborn S. 181).

1578

1319 August 11 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln bekundet, er habe das Kanonissenstift in Meschede in ein Kanonikerstift umgewandelt. Zur Zeit der Kanonissinnen seien aber so viele Güter durch Nachlässigkeit dem Stift entfremdet worden, daß jetzt die Kanoniker kaum ihr Auskommen finden könnten. Daher inkorporiert er der Dechanei des Stifts das Landdekanat[1] und die Pfarrkirche in Hellefeld, der Scholasterie die Pfarrkirche in Calle, der Cantorei die Pfarrkirche in Hellefeld und der Thesaurarie die Pfarrkirche in Eslohe. Dechant, Scholaster, Cantor und Thesaurar können bei einer Vakanz der Pfarrkirchen für diese dem zuständigen Archidiakon[2] einen Kandidaten präsentieren, der mindenstens 25 Jahre alt ist und innerhalb einer Jahresfrist zum Priesterstand gelangen kann. Der betreffende Pfarrer hat in seiner Pfarrei Residenz zu halten. Wenn das nicht einge-

halten wird, fällt das Vorschlagsrecht an den Erzbischof. Der Dechant des Stifts soll die Einkünfte des Landdekanats genießen. Dafür fällt das, was er bisher aus den gemeinsamen Einkünften bezogen hat, an das Kapitel. Die Pfarrei in Hellefeld hat jährlich an das Kapitel drei Mark zu entrichten, die Pfarrei in Calle an den Scholaster drei Mark, die Pfarrei in Remblinghausen an den Cantor zwei Mark und die Pfarrei in Eslohe an den Thesaurar vier Mark. Wenn ein zu diesen Pfarrkirchen gehörender Hof zu vergeben ist, steht dieses Recht den vier Dignitäten zu. Die übrigen Einkünfte der Pfarrei gehören aber den Pfarrern, damit sie ihren Verpflichtungen nachkommen können. Die Einkünfte, die die Dignitäten aufgrund ihres Amts bisher aus dem gemeinsamen Aufkommen des Stifts bezogen haben, entfallen künftig bzw. werden von ihren Einkünften abgezogen. Die anderen Pfarrkirchen wie in Horn, Mellrich, Reiste und Eversberg, bei denen früher die Äbtissin das Patronatsrecht besaß, verbleiben dem Propst des Stifts. Das Amt des Thesaurars, dem die Sorge für die Reliquien, die Ornamente und die Beleuchtung der Kirche obliegt, wird vom Kapitel vergeben. Es darf nur ein Kanoniker erhalten, der Diakon ist. Dieser hat ständig Residenz zu halten. Die Vikare der Marktkirche und der Stiftskirche müssen Priester sein, haben Residenz zu halten und am Stundengebet nachts und am Tage teilzunehmen. Wenn sie das nicht tun und nach einer Mahnung nicht innerhalb einer Frist von sechs Wochen zur Residenz zurückkehren und ihre Pflichten erfüllen, verlieren sie ihre Pfründen und werden durch andere ersetzt.

Datum per copiam. In nomine sancte et individue trinitatis amen. Henricus Dei gratia sancte Coloniensis archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis Christi fidelibus presentia visuris eternam in Domino caritatem. Inter alia, que nos angit cura pastoralis, id sedulo in mente nostra revolvimus, qualiter piis locis, maxime adhuc ex sue mutationis novitate non multum provectis, ut subsistant et auctore Domini felicia recipiant incrementa, quantum nobis ab alto permittitur, subveniamus remediis oportunis. Dudum siquidem in ecclesia Meschedensi statu canonicarum, que in eadem erant, ex causis certis, licitis et honestis in canonicorum statum per nos de capituli nostri Coloniensis consensu mutato, canonici, qui postmodum in eadem ecclesia instituti fuerunt et adhuc sunt, studuerunt et student per continuam beneficiatorum eiusdem ecclesie residenciam in divino cultu Domino deservire. Sed quia tempore canonicarum dicte ecclesie ex earum, quod dolenter referimus, negligencia bona ipsius ecclesie adeo fuerunt distracta, occupata et alienata, quod canonici eisdem substituti earundem canonicarum negligencie iacturam adhuc sencientes non possint de fructibus inventis inibi, nisi subveniatur eisdem, commode sustentari. Nos affectantes, ut id, quod per nos in hac parte factum est, subsistat ad laudem Dei, considerantes, quod conveniencius eorum in hac parte necessitatibus providere non possumus, quam ut de aliqua parte reddituum aliquarum ecclesiarum, quarum tamen presentatio ab eadem ecclesia Meschedensi dependet, non autem, ut ob hoc cura animarum negligatur, in ipsis provideamus eisdem, ut eo valeant commodius subsistere inceptis. Eapropter decanatum christianitatis Meschedensis et ecclesias parrochiales, videlicet ipsum decanatum christianitatis et ecclesiam in Heleuelde decanatui, in Calle scolastrie, in Remelinchusen cantorie et in Essleue thesaurarie dicte ecclesie Meschedensi pro ipsius ecclesie emendacione et defectuum eiusdem suppletione incorporamus seu annectimus per presentes sub hac forma, scilicet quod decanus, scolasticus, cantor et thesaurarius, qui pro tempore in ipsa ecclesia Meschedensi fuerint, dum exnunc et quociens in perpetuum eedem ecclesie vacaverint, quilibet ad ecclesiam sue dignitati vel officio, ut premittitur, incorporatam seu annexam loci archidiacono presentent personas, qui vicesimum quintum annum etatis sue attigerint[a] et infra annum a tempore regiminis ecclesie, de qua investiti per ipsum archidiaconum fuerint, cessante inpedimento legitimo, in presbiteros ordinentur. Et ut diligentius gregis sibi crediti curam gerere possint, personaliter resideant in eisdem, alias quod contra premissa actum fuerit, sit[b] irritum ipso iure et ecclesie illius, circa cuius personam rectoris hec non fuerint observata, collatio ea vice ad nos et successores nostros devolvatur. Verum ut dicte ecclesie Meschedensi ex incorporatione seu annexione ecclesiarum predictarum accrescat fructus, consideratis facultatibus et redditibus ecclesiarum earundem ordinamus et statuimus, ut decanus nunc ecclesie Meschedensis et pro tempore existens decanatum christianitatis predictum, quem ipsi decanatui ecclesie predicte annectimus, ammodo ha-

beat atque regat in iure suo et bonis consuetudinibus in hoc hactenus observatis, redditus et obventiones ab eodem derivantes percipiendo pro emendacione decanatus sui Meschedensis, ceteris redditibus, quos hucusque de bonis communibus ecclesie Meschedensis pro decanatu suo habere consueverat, remanentibus exnunc inantea apud capitulum Meschedensis ecclesie supradicte. Cui eciam capitulo de ecclesia in Heleuelde tres marce, de ecclesia in Calle tres marce scolastico, de ecclesia in Remelinchusen due marce cantori, de ecclesia vero in Esleue thesaurario quatuor marce per rectores in eisdem singulariter existenstes annis singulis persolvantur. Et si quandocumque aliqui mansi ad ipsas ecclesias spectantes ad firmam seu pro pensione fuerint exponendi, hoc fiet per decanum, scolasticum, cantorem et thesaurarium singillatim in ecclesiis cuilibet eorum deputatis, ceteris redditibus quibuscumque ecclesiarum earundem cum emergenciis et legatis pro tempore evenientibus in eisdem rectoribus institutis in ipsis plene et integraliter remanentibus libere et solute, ut animarum cura exerceatur diligenter per eosdem et deserviatur laudabiliter in divinis et hospitalitatem congruam valeant exhibere et satisfacere de decimis subventionibus Apostolice sedis, legatorum eiusdem, nostris, sucessorum nostrorum, archidiaconi loci, decani synodalis et aliorum superiorum, in quibuscumque negociis eisdem ecclesiis pro tempore inponantur. In quibus prefatis superioribus omnibus et nobis per huiusmodi incorporacionem seu annexionem nolumus in aliquo derogari, sed per ipsos rectores earundem ecclesiarum onera subportanda satisfieri de eisdem, sicut ante hanc incorporacionem per alios clericos ipsis ecclesiis deservientes consuevit fieri et debebat de consuetudine vel de iure. Nam sic annexionem prefatam ecclesiarum earundem disponimus, ut iura sua inviolata superioribus singulis conserventur. Preterea et ut huiusmodi ecclesiarum annexio ecclesie Meschedensi proficiat in communi, ordinamus et statuimus, ut postquam prefati scolasticus, cantor et thesaurarius redditus dictarum ecclesiarum ex prefata incorporacione fuerint assecuti, redditus alios, quos de omnibus bonis ecclesie racione dignitatum seu officiorum suorum percipere consueverunt, eo ipso sint quiti nec ulterius eis dentur, sed defalcentur eorum cuilibet proportionaliter et pro rata, quantum percipiunt, de redditibus supradictis, ut ex incorporacione ecclesiarum earundem et que sic defalcata fuerint, cedant ad communes usus ecclesie Meschedensis supradicte, ut, quo minus defectu sustentacionis gravantur, eo quietius valeant intendere officio divinorum, cum iure divino et humano omne beneficium sit propter officium institutum. Alias vero ecclesias, videlicet Horne, Meldrike, Reyste et in Euersberg, in quibus olim abbatissa Meschedensis habuit, dum vacaverint, ius presentandi, preposito Meschedensi, qui pro tempore fuerit, deputamus, ut presentet ad easdem seu conferat, prout hoc de iure fuerit faciendum, personis ydoneis et presbiteris seu qui infra annum valeant in presbiteros ordinari. Alias tam conferens quam, quibus collate fuerint, penam canonis incidant contra negligenciam talium iam prolati. Iniungimus eciam ipso preposito, ut in predictarum ecclesiarum collacione personarum seu clericorum ecclesie Meschedensis honorem respiciat et profectum, quia ob hoc ordinacione priori non obstante, ut iura ecclesie defendere conveniencius possit, sibi addicimus antedicta. Preterea ordinamus, cum ex officio thesaurarie predicte per continuam residenciam per thesaurarium pro tempore existentem sit custodia reliquiarum et ornamentorum et illuminacio ecclesie fideliter facienda, ut, dum deinceps idem officium per capitulum commune, ad cuius collacionem pertinet et pertinere volumus, fuerit conferendum, non nisi canonico dicte Meschedensis ecclesie actu dyacono et continuam in ipsa ecclesia facienti residenciam conferatur. Eodem modo ordinamus, quod forensis ecclesie et vicarii dicte Meschedensis ecclesie nunc et pro tempore existentes in ipsa ecclesia sint actu presbiteri et personalem ac continuam ibidem residenciam faciant, ut singulis horis nocturnis et diurnis, sicut ad hoc tenentur et ad hoc eos teneri volumus, in eadem ecclesia valeant interesse. Alias, si moniti post sex septimanas ad eandem residentiam et ad deserviendum sua beneficia non redierint, amoventur ab[c] eisdem et alii in locum eorum sobrogentur, qui velint et possint beneficia eadem, prout onus eorundem requisierit, deservire. In quorum omnium testimonium et perpetuam firmitatem presentes literas ex hiis conscribi nostrique sigilli appensione fecimus communiri. Actum et datum Bunne anno Domini M° trecentesimo decimo nono, in crastino beati Laurencii martiris.

Gleichzeitige Abschrift, StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 47, Sekretsiegel des Erzbischofs (stark beschädigt) anhängend; Abschrift ***des 16. Jahr. in StAM, Msc. VII 5759 (Kopiar des Stifts Meschede), Bl. 3; Transsumpt in der Urkunde des Papstes Urban VI. von 1386; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii III, Bl. 274v-277; Regest: REK IV Nr. 1127.***

[a]) In der Vorlage attingerint (etwas verkleckst); [b]) bei „sit" eine überflüssige er-Kürzung stehend; [c]) durch Unterpunktieren davor getilgt „de".

[1]) Die Bestimmungen über die Zuweisung des Landdekanats an den Dechanten des Stifts fehlen in der Urkunde von 1319 August 19.

1579

1319 August 14

Abt Ropert von Corvey belehnt Konrad, den Sohn des Emund von Geseke, mit den Gütern, die seine Rechtsvorgänger bzw. Vorfahren besessen haben.

Nos Ropertus Dei gratia Corbyensis ecclesie abbas in hiis scriptis recognoscimus et protestamur, quod Conrado, filio Emundi de Gesica, dedimus iure pheodali et ministerialium bona, que a nobis sui antecessores eodem iure tenuerunt sive progenitores, volens ei, ubicumque requisiti fuerimus, solidam facere warandiam de bonis antedictis, prout nostro et nostre ecclesie ministeriali debebimus et tenemur. Et in huius rei signum et testimonium sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto. Datum in vigilia Assumptionis beate virginis anno Domini M° CCC° XIX°.

Ausf., Perg., A von Bocholtz zur Hinnenburg, Störmede Urk. Nr. 64, Siegel des Ausstellers (WS 124,8) abhängend (wieder angenäht).

1580

1319 August 15 Herfordbridge

König Eduard (II.) befiehlt den Sheriffs von London, die aufgrund eines Seeraubs an Wilhelm Wideslade beschlagnahmten Güter von Kaufleuten bzw. Untertanen des Grafen von Hennegau, Holland und Seeland und von Kaufleuten aus den Städten Köln, Dortmund, Recklinghausen, Lübeck, Osnabrück, Greifswald, Soest und Hamburg wieder freizugeben, da sein Befehl sich nicht auf die Kaufleute der Deutschen Hanse beziehe.

Rex vicecomitibus London. salutem. Cum nuper ad prosecutionem Willemi de Widdeslade, civis et mercatoris nostri Londonensis, nobis suggerentis ipsum quedam bona et mercimonia sua de auerio ponderis ad valenciam trescentarum librarum, videlicet quinque balas amigdalarum ad valenciam duodecim librarum et decem solidorum, et tria dolia, que continebant duo milia quadringentas quatuorviginti et octo libras zucri in pane ad valenciam centum quinquaginta et quinque librarum[a] et decem solidorum, ac crocum ad valenciam decem et novem librarum et duodecim solidorum et sex denariorum, necnon quibibes ad valenciam decem et septem librarum et octo solidorum, et eciam duas balas piperis ad valenciam decem et septem librarum et quindecim solidorum et sex denariorum, necnon unam balam brasii ad valenciam decem et septem librarum, tresdecim solidorum et sex denariorum et calves gariophili ad valenciam triginta et unius librarum et septem solidorum, ac eciam maces ad valenciam viginti et octo librarum et quatuor solidorum, in quadam navi Laurencii Pollesone de Brabanc apud Lescus in Flandria posuisse usque in Angliam ad commodum suum inde faciendum ducenda, et quosdam malefactores tam de parte Hanonie, Holandie et Selandie quam de villis Colonie, Dortmund, Rikelynghous, Lubik, Osenbrugg, Menstre, Grippeswold, Sussalt et Hamburgh ac aliunde de partibus Alemannie marinarios in dicta nave existentes in costera maris prope Wyntrington in comitatu Norf armata potencia insultasse et bona et mercimonia predicta ab hominibus predicti mercatoris nostri in dicta navi tunc existentibus abstulisse et secum eisdem bonis et mercimoniis, quo voluerunt, transtulisse,

bona et mercimonia illa eidem mercatori nostro totaliter adhuc detinendo in ipsius mercatoris nostri dampnum non modicum et status sui depressionem manifestam. Pro eo, quod comes Holandie et Selandie per se ac burgimagistri, scabini, consules et ballivi de dictis villis Colonie, Dortmund, Rikelinghous, Lubyk, Osenbrugg, Menstre, Grippeswold, Sussalt et Hamburgh, quos per litteras nostras separatim rogavimus speciales, ut dicto mercatori nostro de bonis et mercimoniis suis predictis sic ablatis et sibi detentis debitum iusticie complementum ac de dampnis, que sustinuit ea occasione, emendas racionabiles fieri facerent. Nichil inde ad rogatus nostros facere curaverunt, set eidem mercatori nostro super hoc defuerunt omnino in iusticia exhibenda, sicut maior et communitas civitatis nostre Londonensis per litteras suas patentes communi sigillo suo signatas nobis significarunt. Vobis precepimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum tam de potestate dicti comitis quam hominum et mercatorum dictarum villarum Colonie, Dortmundie, Rikelynghous, Lubyk, Osenbrugg, Menstre, Grippeswold, Sussalt et Hamburgh, que infra eandem civitatem inveniri contigerit, usque ad summam dictarum trescentarum librarum ac eciam dampnorum suorum predictorum legitime taxandorum arestari faceretis. Pretextu[b] cuius mandati nostri bona et mercimonia ad valenciam sexaginta et decem librarum super Hermannum le Skippere, mercatorem Alemannie, arrestata prefato Willelmo in partem satisfactionis trescentarum librarum predictarum fecimus liberari. Ac licet postmodum volentes prefato mercatori nostro super recuperacionem residui dictarum trescentarum librarum ac centum librarum, ad que[c] dampna, que prefatus Willemus sustinuit in hac parte, estimantur, subvenire, vobis precepimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum tam de potestate dicti comitis quam hominum et mercatorum dictarum villarum Colonie, Dortmund, Rikelynghous, Lubyk, Osenbrugg, Menstre, Grippeswold, Sussalt et Hamburgh, que infra ballivam vestram inveniri contigerit, usque ad summam ducentarum et triginta librarum, que adhuc restant levande de dictis trescentis libris, necnon et dictarum centum librarum pro dictis dampnis estimatarum, ut est dictum, sine dilatione arestari et salvo custodiri faceretis, quousque prefato Willelmo de predictis trescentis et triginta libris ad plenum fuisset satisfactum vel aliud a nobis super hoc haberetis in mandatis. Sustencionis tamen nostre non extitit nec exsistit, quod vos pretextu eiusdem mandati nostri bona et mercimonia mercatorum aliquorum de hansa Alemannie infra regnum nostrum faceretis aliqualiter arestari. Nos igitur, nolentes, quod mercatores de hansa predicta, quorum bona et mercimonia nuper in civitate predicta inventa pretextu dicti mandati nostri arestari fecistis, ut accepimus, indebite pregraventur. Vobis precipimus, quod bona et mercimonia mercatorum de hansa predicta, si que in civitate predicta pretextu mandati nostri predicti fecistis arestari, et sine dilatione dearestari et mercatoribus de hansa predicta, quorum sunt, liberari faciatis, bona et mercimonia mercatorum eorundem nullatenus arestando occasione supradicta, donec aliud a nobis super hoc habueritis in mandatis. Teste rege, apud Herefordebrigg XV. die Augusti.

Eintragung, Public Record Office London, Rot. lit. claus. 13. Edw. II. 18; Wiedergabe nach UB Lübeck 2,2 (Nachträge) Nr. 1053; Regest: Hans. UB II Nr. 341, S. 142.

[a]) In der Vorlage „libras"; [b]) in der Vorlage „protextu"; [c]) in der Vorlage „qua".

1581

1319 August 19 Bonn

Der Kölner Erzbischof Heinrich inkorporiert dem Stift Meschede, da dort die Kanoniker nach der Umwandlung des Stifts kaum ihren Unterhalt finden können, einige Kirchen, bei denen das Stift das Präsentationsrecht besitzt, und zwar dem Dekanat die Kirche in Hellefeld, der Scholasterie die Kirche in Calle, der Cantorie die Kirche in Remblinghausen und der Thesaurarie die Kirche in Eslohe. Die Dignitäre haben bei einer Vakanz dem zuständigen Archidiakon einen geeigneten Kandidaten zu präsentieren, der Residenz zu halten hat. Sie erhalten aus den jeweiligen Pfarreien folgende Geldrenten: der Dechant drei Mark, der Scholaster drei Mark, der Cantor zwei und der Thesaurar vier Mark, weil dieser für die Beleuchtung zu sorgen

hat. Die übrigen Einkünfte der Pfarreien sollen den Pfarrern verbleiben, damit sie die Seelsorge angemessen ausüben und die Pflichten der Gastfreundschaft gegenüber ihren Oberen erfüllen können. Dafür haben sie aber keinen Anteil an den allgemeinen Stiftseinkünften. Mit den betreffenden Einkünften sind die Schulden abzutragen. Die anderen Kirchen wie Horn, Mellrich, Meschede, Reiste und Eversberg, bei denen die frühere Äbtissin das Präsentationsrecht hatte, stehen wie dieser dem Propst des Stiftes zu.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie episcopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis Christi fidelibus presentia visuris eternam in Domino caritatem. Inter alia, qua nos angit cura pastoralis, id sedulo in mente nostra revolvimus, qualiter piis locis maxime adhuc ex sue mutacionis novitate non multum provectis, ut subsistant et auctore Domino felicia recipiant incrementa, quantum nobis ab alto permittitur, subveniamus remediis oportunis. Dudum siquidem in ecclesia Meschedensi statu canonicarum, que in eadem erant, ex causis certis, licitis et honestis in canonicorum statum per nos de capituli nostri Coloniensis consensu mutato, canonici, qui postmodum in eadem ecclesia instituti fuerint et adhuc sunt, studuerunt et student per continuam beneficiatorum eiusdem ecclesie residentiam in divino cultu Domino deservire . Sed quia tempore canonicarum dicte ecclesie ex earum, quod dolenter referimus, negligentia bona ipsius ecclesie adeo fuerunt distracta, occupata et alienata, quod canonici eisdem substituti, earundem canonicarum negligencie iacturam adhuc sentientes non possint de redditibus inventis inibi, nisi subveniatur eisdem, commode sustentari. Nos affectantes, ut id, quod per nos in hac parte factum est, subsistat, ad laudem Dei considerantes, quod convenientius eorum in hac parte necessitatibus providere non possumus, quam ut de aliqua parte reddituum aliquarum ecclesiarum, quarum tamen presentacio ab eadem ecclesia Meschedensi dependet, non autem ut ob hoc cura animarum negligatur, in ipsis provideamus eisdem, ut eo valeant comodius subsistere in inceptis. Eapropter ecclesias infrascriptas, videlicet ecclesiam in Heleuelde decanatui, in Calle scolastrie, in Remelinchusen cantorie et in Esleue thesaurarie dicte ecclesie Meschedensis pro ipsius ecclesie emendacione et defectuum eiusdem suppletione de capituli nostri Coloniensis consensu incorporamus seu annectimus per presentes sub hac forma, scilicet quod .. decanus, .. scolasticus, .. cantor et .. thesaurarius, qui pro tempore in ipsa ecclesia Meschedensi fuerint, dum exnunc et quociens imperpetuum eedem ecclesie vacaverint, quilibet ad ecclesiam sue dignitati seu officio, ut premittitur, incorporatam seu annexam loci archidyacono presentent personas, que vicesimum quintum annum etatis sue attigerint et infra annum a tempore regiminis ecclesie, de qua investiti per ipsum archidyaconum fuerunt, cessante impedimento legitimo in presbiteros ordinentur. Et ut diligentius gregis sibi crediti curam gerere possint, personaliter resideant in eisdem. Alias, que contra premissa actum fuerit, sit irritum ipso iure et ecclesie illius, circa cuius rectoris personam hec non fuerint observata, collacio ea vice ad nos et successores nostros devolvatur. Verum ut dicte ecclesie Meschedensi ex incorporatione seu annectione ecclesiarum predictarum accrescat fructus, consideratis facultatibus et redditibus ecclesiarum earundem ordinamus et statuimus, ut de dicta ecclesia in Heleuelde tres marce decano, de ecclesia in Calle tres marce scolastico, de ecclesia Remelinchusen due marce cantori, de ecclesia vero in Esleue thesaurario, cui incumbit officium ecclesie illuminandi, quatuor marce per rectores in eisdem singulariter existentes annis singulis persolvantur, ceteris redditibus quibuscumque ecclesiarum earundem cum emergentiis et legatis pro tempore evenientibus in eisdem rectoribus institutis in ipsis plene et integraliter remanentibus libere et solute, ut animarum cura exerceatur diligenter per eosdem et deserviatur laudabiliter in divinis et hospitalitatem congruam valeant exhibere et satisfacere de decimis procurationibus, subventionibus Apostolice sedis, legatorum eiusdem, nostris, successorum nostrorum, archidyaconi loci, decani synodalis et aliorum superiorum, in quibuscumque negociis eisdem ecclesiis pro tempore imponantur. In quibus prefatis superioribus omnibus et nobis per huiusmodi incorporacionem seu annectionem nolumus in aliquo derogari, sed per ipsos rectores earundem ecclesiarum onera supportando satisfieri de eisdem, sicut ante hanc incorporacionem per alios clericos ipsis ecclesiis deservientes consuevit fieri et debebat de consuetudine vel de iure. Nam sic annectionem prefatam ecclesiarum earundem disponimus, ut tamen iura sua inviolata superioribus singulis conserventur. Preterea et ut huiusmodi ec-

clesiarum annectio ecclesie Meschedensi proficiat in communi, ordinamus et statuimus, ut postquam prefati .. decanus, .. scolasticus, .. cantor et .. thesaurarius redditus dictarum ecclesiarum ex prefata incorporacione fuerint assecuti, redditus alios, quos de communibus bonis ecclesie ratione dignitatum seu officiorum suorum percipere consueverint, eo ipso sint quiti nec ulterius eis dentur. Sed defalcentur eorum quilibet proportionaliter pro rata, quantum percipiunt de redditibus supradictis ex incorporacione ecclesiarum earundem. Et que sic defalcata fuerint, cedant ad communes usus ecclesie Meschedensis supradicte. Ut quo minus defectu sustentacionis gravantur, eo quietius valeant intendere officio divinorum, cum iure divino et humano omne beneficium sit propter officium institutum. Alias vero ecclesias, videlicet Hornen, Melderike, Meschede, Reyste et in Euersperge, in quibus olim .. abbatissa Meschedensis habuit, dum vacaverint, ius presentandi, .. preposito Meschedensi, qui pro tempore fuerit, deputamus, ut presentet ad easdem seu eas conferat, prout hec de iure fuerit faciendum, personis ydoneis et presbiteris seu qui infra annum valeant in presbiteros ordinari. Alias tam conferens quam quibus collate fuerint, penam canonis incidant contra negligentiam talium iam prolati. Iniungimus etiam ipsi .. preposito, ut in predictarum ecclesiarum collacione personarum seu clericorum ecclesie Meschedensis honorem respiciat et profectum, quia ob hec, ordinacione priori non obstante, ut iura ecclesie defendere convenientius possit, sibi adicimus antedicta. In quorum omnium testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras ex hiis conscribi, nostri ac capituli nostri Coloniensis sigillorum appensione fecimus communiri. Et nos .. decanus et .. capitulum ecclesie Coloniensis predicte sigillum ecclesie nostre ob ipsius ecclesie Meschedensis necessitatem nobis expositam duximus in premissorum testimonium presentibus apponendum. Actum et datum Bunne anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, dominica post Assumptionem beate Marie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 48, Siegel des Erzbischofs von Köln (Siegel der Erzbischöfe von Köln 20,3) an grün-roten Seidenfäden anhängend; Druck: SUB II Nr. 576, Regest: REK IV Nr. 1130; Wolf, Meschede Nr. 48.

1582

1319 August 19

Erzbischof Heinrich von Köln bestätigt den von einigen Erzbischöfen und Bischöfen dem Stift Meschede gewährten Ablaß.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis Christi fidelibus presentia visuris salutem et cognoscere veritatem. Indulgentias venerabilium patrum dominorum archiepiscoporum et episcoporum concessas ecclesie Meschedensi nostre dyocesis, quibus presens sedula est transfixa, prout rite et rationabiliter concesse sunt, ratas et gratas habentes, ipsis nostrum consensum tamquam loci dyocesanus presentibus adhibemus, dantes has nostras literas in testimonium super eo. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, dominica post Assumptionem beate Marie virginis.

Transfix an der Urkunde von Dezember 1316, StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 42, Mittelstück des großen Siegels des Erzbischofs anhängend, Regest: REK IV Nr. 1131.

1583

1319 August 22

Erzbischof Heinrich von Köln teilt dem Dechanten und dem Kapitel des Stifts Meschede mit: Bei der Neuordnung des Stifts durch den Erzbischof sei das Recht zur Vergabe der Präbenden dem Propst Johannes übertragen worden. Nach dessen Tode sei das Vergaberecht an das Kapitel gefallen. Da der neue Propst Walram zur Abwehr der Angriffe der Widersacher ein Mittel haben müsse, um sich Personen zu verpflichten,

habe das Kapitel dem Propst Walram für zehn Jahre bzw. bis zu dessen Tode das Vergaberecht überlassen. Aufgrund der vom Scholaster Franco vorgetragenen Bitte bestätigt der Erzbischof diese Vereinbarung.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, decano et capitulo ecclesie Meschedensis sue dyocesis salutem in Domino. Exhibita nobis per Franconem, ecclesie vestre scolasticum et procuratorem vestrum specialiter constitutum, vestra petitio continebat, quod, cum propter novitatem mutacionis ecclesie vestre olim per nos facte in ordinatione nostra inter bone memorie Iohannem, prepositum vestrum, et vos conscriptam eidem Iohanni collationem prebendarum, que diebus suis vacaverint, dederimus, ut eo magis circa dicte ecclesie status conservationem intentus esset. Et quamquam nunc ipso mortuo virtute ordinationis eiusdem collatio huiusmodi ad vos videatur devoluta, vos tamen considerantes dilecto in Christo Walramo, nunc ecclesie vestre .. preposito, multa pro diversorum insultibus reprimendis incumbere, qualiter ecclesiam vestram in statu per nos ordinato teneat et conservet, et pro hiis adimplendis per maxime in huiusmodi primitivo ecclesie vestre statu indigeat specialibus gratiis, ut se valeat aliis reddere graciosum, honorem Dei et ecclesie vestre pacem ac profectum attendentes, salva tamen ex post facto in omnibus et per omnia ordinatione vestra primitiva inter vos ordinastis, ut ipse Walramus .. prepositus vester a die confirmationis sue in prepositum Meschedensem per nos facte ad decem annos continuos collationem prebendarum ecclesie vestre medio tempore vacantium habeat libere et solute, supplicantes nobis per dictum scolasticum et per literas vestras, ut id, quod per vos in hac parte factum est, ratificare dignaremur. Supplicationibus igitur vestris ex causis supradictis inclinati ordinationem prefatam approbamus et eidem nostram auctoritatem presentibus inpartimur, sic tamen, quod non nisi personis habilibus et ydoneis secundum formam ordinationis primitive easdem prebendas conferat, ut ecclesia vestra ministris debitis non fraudetur, supradictis autem decem annis elapsis vel, quod absit, ipso Walramo preposito tempore medio decedente vel cedente, volumus iuxta ordinationem primitivam huiusmodi gratia ipsi Walramo per nos facta non obstante, collationem prebendarum apud vos perpetuo remanere nec in eadem collatione ipsi Walramo preposito vel eius successoribus ultra premissa quidquam iuris competere vel acquiri. Immo si a quoquam contrarium presumptum fuerit, decernimus eo ipso irritum et inane, cum, quod ad gratiam conceditur, non deceat in consequentiam trahi in preiudicium aliorum. Ceterum si prefato Walramo preposito diebus suis vel ad tempus in contributione aliqua facienda eidem ad supportandum onera officiatorum ab olim infeodatorum ab ecclesia Meschedensi et alia, que olim abbatissa facere incumbebant, ne contra vos regressum habeant, feceritis id, ne in hoc contra ordinationem primitivam facere videamini. Cum temporalis subventio ordinationi perpetue preiudicare non debeat, vestre industrie et providencie duximus reliquendum, ut pensato statu ecclesie vestre presenti propter novitatem mutationis ipsius id, quod pro honore et statu eiusdem faciendum videritis, faciatis previa ratione. In cuius rei testimonium atque robur presentes literas sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum anno Domini millesimo tricentesimo decimo nono, in octava Assumptionis beate Marie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede Urk. Nr. 50, Siegel des Erzbischofs (Siegel der Erzbischöfe von Köln 20,3); Abschrift des 18. Jahrh., Msc. VII 5758 (Kopiar des Stifts Meschede, angelegt von Bockskopf), Bl. 24v; Druck: SUB II Nr. 577 (mit falschem Datum); Wigands Archiv VII Nr. 24; Regest: REK IV Nr. 1132; Wolf Meschede Nr. 50.

1584

1319 August 22

Friedrich von Borbein, der Ansprüche auf gewisse Äcker in Büderich erhoben hatte, die sein verstorbener Oheim väterlicherseits in seiner Todesstunde dem Kloster Wedinghausen geschenkt hatte, verzichtet auf alle Forderungen und verspricht, daß auch sein Bruder Daniel diesen Verzicht anerkennen werde.

Omnibus hanc litteram visuris ac audituris ego Fredericus de Borbeyn recognosco et publice protestor me inpetuisse bona quedam in Bůderike sita, que patruus meus Euerhardus bone memorie in morte sua pro remedio anime sue ecclesie in Wedinchusen iure perpetuo liberaliter contulit et absolute, putans me aliquod ius in eisdem bonis posse vendicare vel optinere. Litigio vero inter ecclesiam de Wedinchusen et me sic pendente tandem ego Fredericus a viris fidedignis et honestis instructus cessavi ab inpetitione bonorum predictorum et resignavi in manus domini prepositi et sui conventus, ut et ipsi cum bonis predictis possint per omnia suam ordinare voluntatem. Insuper promisi bona fide Danielem, fratrem meum, hoc ratum et gratum habiturum. Nam patre meo vivente idem frater meus bona predicta resignaverat ad premissa omnia plenum consensum adhibendo, quia nullum ius videbamur habere in premissis. Et quia sigillo proprio careo, sigillum domini Hermanni de Plettenbragth ad petitionem meam presentibus est appensum. Presentes fuerunt Lambertus, plebanus in Werle, Ecbertus et Ludolphus, sacerdotes et cappellani ibidem, Iohannes Smelinc, Everhardus de Meninchůsen, milites, Wilhelmus de Vflen, Hermannus Borgholte, Wilhelmus de Borben[a] et alii quam plures viri fidedigni et honesti. Datum anno Domini M° CCC° nonodecimo, in octava Assumptionis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 106, Siegel des von Plettenberg (Bild: gespaltener Schild) abhängend; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 103v; Regest in Msc. VII 5705 und in StA Wolfenbüttel, Sammlung Overham V, S. 158.

[a]) Name über der Zeile eingefügt.

1585

1319 August 23 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln bestätigt dem Propst und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Welver den Besitz des vom Knappen Wilhelm von Eickenscheid angekauften Zehnten vom Oberhof in Meyerich und von 16 Morgen Ackerlandes bei der Kortemühle[1]. Dafür soll im Kloster das Jahresgedächtnis des Erzbischofs gehalten werden[2].

Heinricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, dilectis in Christo .. abbatisse et conventui monasterii in Weluere ordinis Cysterciensis nostre dyocesis salutem in Domino sempiternam. Ecclesias ac alia pia loca tanto benignius favore prosequimur gracioso, quanto propensius ex hoc honor Dei attenditur ac salus et devocio Christifidelium augmentatur. Sane ex parte vestra nobis extitit humiliter supplicatum, quod, cum Wilhelmus de Eckenschede, famulus, vobis et monasterio vestro predicto iusto vendicionis tytulo decimam curtis sue in Medericke et sedecim agrorum iugera situm apud Cathenmulen vendiderit et transtulerit in conventum et monasterium supradictos, quatenus vendicionem huiusmodi dignaremur vobis auctoritate nostra ordinaria confirmare, nos igitur vestris supplicationibus in hac parte favorabiliter inclinati et ut apud vos et vestrum monasterium in futurum nostra memoria specialis recolatur, easdem decimas et iugera, prout iacent et quemadmodum in vos et vestrum monasterium per eandem venditionem rite sint translata, vobis et vestro monasterio in perpetuum possidenda cum omnibus eorum iuribus et proprietatibus concedimus et auctoritate ordinaria confirmamus ac presenti patrocinio communimus. Dantes vobis et vestro monasterio super eo has literas nostri sigilli munimine roboratas. Datum Gudensberg in vigilia beati Bartholomei apostoli anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 166a, Siegel ab; Regest: REK IV Nr. 1133.

[1]) Kortemühle im Dorf Welver (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest S. 46, Nr. 44); 2) vergl. Urk. von 1317 April 22.

1586

1319 September 11

Benannte Bürger (zu Dortmund) bürgen für den Brief des Ekkehard von Saley nach Greifswald.

Anno Domini 1311, feria tertia post Nativitatem beate Marie isti fideiusserunt pro patente litera versus Gripeswolde missa pro Ecgehardo de Saley Segenandus de Hokerde, Henricus de Ekelinchoven, Lambertus de Holte et Bertrammus tor Bilen.

*Eintragung im 1945 vernichteten Bürgerbuch, Stadt A Dortmund (*liber civium*), Wiedergabe nach dem Druck in Dortmunder UB I Nr. 374, S. 259.*

1587

1319 September 17

Dem Offizial des Kölner Hofes wird durch den Prokurator von Dechant und Kapitel des Stifts Mariengraden in Köln eine Klageschrift gegen die Witwe Walburgis gen. Eppintz, Bürgerin zu Soest, vorgelegt. Diese sei verpflichtet, für die Güter zu Brockhausen[1] dem Stift jährlich zu Jacobi[2] 25 Schillinge zu entrichten. Bei Versäumen der Frist sei die doppelte Summe fällig. Die Witwe habe nicht nur den Termin überschritten, sondern auch den Zins um drei Schillinge gekürzt. Auf die Ladung des Offizials sei die Witwe nicht erschienen. Ihr Prokurator habe vielmehr (an einem anderen Gericht) Berufung eingelegt. Der Offizial verurteilt die Witwe, den Zins in Höhe von 25 Schillingen zu zahlen.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris officialis Coloniensis salutem in Domino cum noticia veritatis. Noveritis, quod, cum honorabiles viri .. decanus et capitulum ecclesie beate Marie ad gradus Coloniensis Walburgim, relictam dicti Eppintz, opidani Susatiensis, coram nobis auctoritate ordinaria traxissent in causam, libellum suum eidem ediderunt in hunc modum: Coram vobis domino .. officiali curie Coloniensis dicit et proponit procurator honorabilium virorum .. decani et capituli ecclesie sancte Marie ad gradus Coloniensis nomine procuratorio pro eisdem contra Walburgim, relictam quondam dicti Eppintz de Susato, quod, cum ipsa rea teneatur singulis annis dictis decano et capitulo solvere viginti quinque solidos denariorum monete Coloniensis in festo beati Iacobi apostoli de bonis in Brůchusen, que tenet ab eisdem sub censu viginti quinque solidorum predictorum sub talibus conditionibus et penis, quod, si in Assumptione beate Marie virginis subsequente dictum festum beati Iacobi dictus census solutus non fuerit nec depositus apud decanum Susaciensem, dicta rea tenebitur nomine pene in aliis viginti quinque solidis dicte monete Coloniensis una cum censu principali predicto, prout observatum est ab antiquo a predecessoribus partium predictarum, secundum quod in quodam instrumento super hoc confecto sigillato sigillo opidi Susatiensis plenius continetur, dictaque rea anno proximo preterrito non solvendo dictum censum in festo beati Iacobi vel in festo Assumptionis preterriti anni inciderit in penam viginti quinque solidorum Coloniensium denariorum. Et nichilominus tribus solidis eiusdem monete minus solverit de dicto censu longe post terminos antedictos et de huiusmodi pena et de dictis tribus solidis satisfacere contradicat predictis decano et capitulo minus iuste sepius requisita, petit idem procurator nomine, quo supra, cum vobis constiterit de premissis, quantum debet ad intentionem suam fundandam sibi et dominis suis predictis prefatam ream per vestram sententiam diffinitivam condempnari in dictis viginti solidis et quinque nomine pene et in tribus solidis ratione defectus dicti census et per eandem sententiam declarari et decerni ipsam ream predictam penam incidisse et ad solutionem earundem pecuniarum censura, qua convenit, cogi et compelli ex causis et rationibus andedictis. Super quibus vis et officium vestrum, domine iudex, implorat dictus procurator maxime, cum dicta rea premissa coram probis confessa sit esse vera. Hec dicit et petit salvo sibi iuris beneficio per omnia et salvis expensis factis et faciendis in lite et extra et protestatur faciendas, protestans sibi valere ea, que placuerit de premissis ac si plura non dixisset. Et si plus probaverit, plus habeat, si vero minus, minus et ceterum. Lite

itaque super dicto libello coram nobis a procuratoribus parcium hinc inde legitime contestata, iurato de calumpnia, posito et responso et tandem ipsa relicta legitime vocata coram nobis personaliter ad certos diem et horam, ut super positionibus negatis et, ad quas minus sufficienter responsum erat per suum procuratorem, cum ipsi relicte de veritate ipsius cause plus constare posset et deberet quam suo procuratori et ipsa iustior et legalior in causa sua et in proprio facto presumeretur quam eius procurator. Quia dicta relicta prefatis die et hora coram nobis minime comparuit, sed Bertramus Couerna, ipsius .. relicte procurator, per frivolam appellationem a iudicio nostro recessit, nos ad petitionem procuratoris dictorum .. decani et capituli in dicta causa duximus procedendum dictamque relictam in persona procuratoris sui et ipsum procuratorem iudicavimus contumaces et ipsorum contumacia non obstante positionibus et responsionibus ad easdem in dicta causa habitis rite publicatis testibusque dictorum .. decani et capituli et aliis probationibus in forma iuris receptis et examinatis et eorum dictis in scriptis redactis et publicatis et demum concluso in causa memorata omnibusque rite peractis in contumaciam dicte relicte et eius procuratoris, prefato procuratore dictorum .. decani et capituli coram nobis comparente et sentenciam diffinitivam per nos ferri cum instantia postulante, nos pro tribunali sedentes, Dei nomine invocato, non obstante contumacia vel absentia dicte relicte et eius procuratoris et eius et eorum absentiam divina replente presentia, de iuris peritorum consilio secundum ea, que vidimus, cognovimus et audivimus, dictam ream in persona sui procuratoris prefatis .. decano et capitulo per hanc nostram diffinitivam sentenciam in viginti octo solidis denariorum Coloniensium ac in expensis litis in hiis scriptis condempnamus, taxatione earundem expensarum nobis reservata. In cuius rei testimonium sigillum officialitis curie nostre presentibus est appensum. Actum, sentenciatum et pronunciatum anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, feria secunda post Exaltionem sancte crucis.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Mariengraden Urk. Nr. 2/56, Rest des Siegels des Offizials anhängend; Regest: UB Mariengraden Nr. 56.

[1]) Nördlich von Soest; [2]) 25. Juli.

1588

1319 September 16 Godesberg

*Erzbischof Heinrich von Köln trägt dem Propst des Stifts zu Lippstadt auf, sich persönlich zum Kloster Cappel zu begeben, dort die Mißbräuche abzustellen und die Nonnen zur strengen Befolgung der Regel sowie zu Zucht und Ordnung anzuhalten. Gegen Widerspenstige soll er mit kirchlichen Strafen vorgehen. Datum Godesberg (*Gudensberg*) 1319 September 16 (*dominica post Exaltationem sancte crucis*).*

Angebliche Ausf. im Bestand „Kloster Cappel", jedoch weder im StA Detmold noch im StAM nachzuweisen, Wiedergabe nach Lipp. Regesten II Nr. 647, S. 88; Regest: REK IV Nr. 1138.

1589

1319 September 18

Der Ritter Dietrich gen. von Honrode belehnt den Soester Bürger Hermann unter den Isenacke[1] mit ungefähr zwei Morgen Landes auf dem Temmenkamp[2], wobei er den Nießbrauch an dem Land dessen Schwestern Hillegundis und Hadewigis zuweist. Dieses Land hatte vorher Johannes von Uffeln zu Lehen. In gleicher Weise belehnt der Ritter den Bruder des Hermann, Gerlach, mit zwei Morgen Landes.

Nos Theodericus dictus de Honrode, miles, notum facimus, singulis ac universis in hiis scriptis publice protestantes, quod duo iugera terre arabilis vel si quo est amplius, sita inter agros dictos Themmencamph, que quondam Iohannes de Vflen de manu nostro in feodo tenuit, ad preces Conegundis, relicte dicte Iohannis, ac eius filiarum, scilicet Alheydis et Marswidis, que ipsa iugera ad manus nostras, sicut receperant, resignavere, contulimus et conferimus per presentes Hermanno, opidano Sosaciensi, commoranti under den Yse-

nacke, tytulo feodali perpetuis temporibus possidenda, sororibusque dicti Hermanni, videlicet Hillegundi et Hadewigi, conferimus usufructum in eisdem agris. Insuper conferimus Gerlaco, fratri prefati Hermanni, prenarrata duo iugera vel si quo habent amplius iure feodi absoluti. Et ne in posterum alicuius versucia huiusmodi nostrum factum quocumque modo calumniari queat, dedimus eis has literas nostro sigillo roboratas in testimonium premissorum. Actum presentibus Theoderico apud Fratres, Erenfrido de Bredenole, milite, Rotchero Platenmeckere, Syfrido Schotten, Iohanne Iudica, Conrado, fratre Wicheri, et aliis multis loco vasallorum rogatis et electis. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo nono, feria tercia post Exaltacionem sancte crucis.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 3918; Siegel des Ausstellers (beschädigt) abhängend.

[1]) Im südlichen Teil des Stadtkerns (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest S. 294, Nr. 79 und Karte); [2]) nördlich des Stadtkerns von Soest (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest S. 319, Nr. 250): auch Teinenkamp Teinenbach sowie curtis zum Themencampe.

1590

1319 September 21

Der Ritter Bernhard gen. Bitter tritt mit neun Gepanzerten und neun Knechten für ein Jahr auf eigene Kosten und Gefahr in den Dienst der Stadt Dortmund gegen alle Feinde der Stadt, besonders aber gegen den Ritter Hermann Sli und den Knappen Hermann von Wederden.

Pateat universis et singulis presentes literas visuris et audituris, quod ego Bernardus dictus Bitter, miles, obligatus sum et confederatus data fide mea et prestito iuramento ad infrascripta discretis viris consulibus et universis civibus Tremoniensibus ad auxiliandum et assistendum ipsis cum novem toracibus mihi adiunctis et totidem famulis a data presentium ad unius anni circulum contra omnes et singulos nunc ipsorum inimicos et quos infra dictum terminum ipsos impugnare contigerit et specialiter contra Hermannum Sli, militem, Hermannum de Wederden, famulum, et omnes eorum in hac parte complices presentes vel futuros non solum ad unum annum, sed quanto tempore ipsa discordia duraverit et que ex illa poterit suboriri sub meis periculis et expensis. Nam si aliquod dampnum incurrerem in personis vel in rebus, hoc mihi vel mee familie dicti cives in nullo restaurabunt, conditionibus hiis adiectis, si caperem aliquos cum meis, dictis civibus non presentibus, extunc ipsi cives habebunt medietatem exactionum de captivis. Sed quantitas exactionum erit ad consulum voluntatem. Exactionem etiam, que dinctal dicuntur, ipsis mediatim attinebunt. Sed civibus presentibus, quidquid in expeditione captum fuerit, erit in consulum potestate. Item qualecumque dampnum me facere contingeret illis, qui non essent civium inimici, de hoc ego cum meis respondebo. Etiam dicti cives de emulis meis, si quos specialiter habui vel habuero, se non intromittent nec obligati sunt ad aliquam dampnorum refusionem ipsis faciendam. Insuper quandocumque dictis consulibus et civibus convenerit compositio, illam, qualiscumque fuerit, cum mihi adiunctis promitto sustinere. Preterea, si finitis omibus discordiis aliqui de familia mea vellent ipsos cives super aliquibus inculpare, quod tamen esse non debet, de illis ego promitto respondere. Item contra venerabiles in Christo patres dominum episcopum Coloniensem, episcopum Monasteriensem et nobilem virum comitem de Marka dictis civibus non assistam. Attamen, si alique discordie inter ipsos surrexerint, ipsorum civium melius, ubi potero, promovebo. Insuper, si ego, quod absit, medio tempore discordie discederem, extunc Engelbertus de Mechelin, filius sororis mee, et Engelbertus Bitter, filius fratris mei, vices meas in predictis plenarie supplebunt modis omnibus et condicionibus supradictis, prout hoc data fide et prestitis iuramentis promiserunt. In quorum omnium testimonium sigillum meum ex certa scientia mea presentibus literis est appensum. Actum et datum die Mathei apostoli, anno Domini 1319.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 154, Siegel des Ausstellers (Im Bild: drei Vögel im dreieckigen Schild) anhängend; Urkunde 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 375, S. 259; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 536, S. 231; REK IV Nr. 1139.

1591

1319 September 22

Der Ritter Hermann von Lindenhorst und sein Sohn Konrad versprechen den Dortmunder Bürgern, ihre Rechte an der Grafschaft Dortmund nicht an Fremde zu veräußern, sondern, wenn die Stecken abgewiesen sind, diese Rechte nur an ihre rechtmäßigen Erben oder an den Rat der Stadt gelangen zu lassen, wie es der Vertrag über den Verkauf enthält, den der † Graf Konrad von Dortmund, der Oheim mütterlicherseits des Ritters, mit dem Rat der Stadt abgeschlossen hat. Die Aussteller wollen die 150 Mark abtragen, die ihnen bzw. in ihren Namen der † Gräfin Katharina von Dortmund vom Rat gegeben wurden, sowie die 132 Mark, die Graf Konrad erhalten hat.

Nos Hermannus de Lindenhorst, miles, et Conradus, filius noster, notum fieri volumus universis tenore presentium publice protestantes, quod de consensu et expressa voluntate omnium verorum heredum nostrorum promisimus et nos obligavimus discretis viris consulibus et universis civibus Tremoniensibus ad infrascripta et assecuravimus data fide prestitis iuramentis, quod omne ius, quod habere videmur et de iure consequi poterimus in comitia Tremoniensi infra muros et extra, in manus extraneas vendere vel quocumque modo alienare non debemus in parte vel in toto, coniunctim vel divisim, sed in manibus verorum heredum nostrorum perpetuis temporibus derelinquere vel in manibus consulum predictorum tali forma, cum dictos Stecken et ipsis adherentes, qui in literis compositionum nominati sunt, de dicta comicia per viam iuris vel amicicie amoverimus et separaverimus, nobis in ipsa comicia permanentibus, extunc contractus venditionis, quem fecerat cum eisdem consulibus de dicta comicia quondam nobilis Conradus comes Tremoniensis, avunculus noster pie memorie, ratus et firmus in omni modo suo et forma, prout tunc inter ipsos ab utraque parte condictum fuerat, permanebit, volentes extunc ipsis, ut promisimus, defalcare seu decomputare in eodem centum et quinquaginta marcas nobis concessas et nobili domine Katherine quondam comitisse Tremoniensi ex parte nostra ab ipsis presentatas et numeratas et insuper 132 marcas dicto comiti super eundem contractum ab eisdem datas et solutas. Insuper omnia pacta et federa dictis consulibus et civibus a nostris parentibus et antecessoribus promissa quondam et descripta ipsis et eorum posteris cum nostris heredibus et successoribus promisimus inviolabiliter observare. Acta sunt hec et promissa in ambitu Fratrum Minorum. Presentes erant honorabiles viri Bernardus Bitter, miles, Emundus, plebanus in Olflen, Monasteriensis dyocesis, Bertramus Mucenere de Mengede, Aroldus de Ruddinchusen iunior; item presentes erant isti de consulibus et civibus Tremoniensibus, discreti viri et domini Henricus de Wickede, Gerardus de Breden, N. de Ponte, Conradus Cleppinc et alii quam plures. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus literis sunt appensa. Datum anno Domini 1319, in crastino beati Mathei apostoli.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 155, Siegel des Hermann von Lindenhorst (WS 39,6, vergl. auch Dortmunder Beiträge 14, Siegeltafel Nr. 5) und seines Sohnes (Dortmunder Beiträge 14, Siegeltafel Nr. 6) anhängend; Urkunde 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: UB Dortmund I Nr. 376, S. 260; Fahne UB Dortmund 2.1. Nr. 78, S. 98 (unter dem falschen Datum Februar 24); Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 537.

1592

1319 September 25

Der Ritter Bernhard gen. Wulf verspricht mit seinen Söhnen Heinrich und Heidenreich und seinem Bruder, dem Ritter Hermann Wulf, den von ihnen getätigten Verkauf der ihnen gehörenden Hälfte des Oberhofs Vinning[1] an die Äbtissin Jutta und ihrem Konvent in Fröndenberg nicht anfechten zu wollen und Währschaft zu leisten.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Bernhardus dictus Wolf, miles, et Henricus ac Heydenricus, eius filii, ac omnes nostri coheredes notum facimus et publice protestamur, quod, cum nos vendiderimus domini Iůtte, abbatisse in Vrendeberg, et conventui suo nec non monasterio in Vrendeberg una cum domino Hermanno Wolf, milite, fratre nostri Bernhardi predicti, curtem in Vyendink cum suis pertinentiis, que nobis pro dimidietate iure hereditario pertinebat, nos propter hoc constanter promittimus, quod huiusmodi vendicionem nos et nostri heredes in perpetuum non violabimus et dicto monasterio de ipsa curte debitam prestabimus warandiam. Et in huius rei testimonium nos Bernhardus pro nobis et nostris filiis ac heredibus has literas nostro duximus sigillo roborandas. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo nono, feria tercia ante Cosme et Damiani martirum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 92, Siegel ab.

[1]) Hof in Hemmerde bei Unna, im 18. Jahrh.: Schulte Winck (vergl. Timm, Ortschaften Mark S. 111).

1593

1319 September 26

Der Knappe Bertold von Freckenhorst beschwört gegenüber den Ratsherren von Soest, über die Ziele der Heerfahrt, an der er teilgenommen habe, in unklarem gewesen zu sein. Er verspricht, zukünftig, außer unter dem Banner seines Herrn, gegen die Bürger von Soest keine feindlichen Handlungen vornehmen zu wollen, und erreicht somit eine Aussöhnung mit diesen.

Notandum, quod Bertoldus de Vrekenhorst, famulus, feria quarta ante diem beati Mychaelis anno Domini M° CCC^mo XIX° veniens super domum .. consulum in Sosato, fecit compositionem cum .. consulibus antedictis in hunc modum: primum iuravit tactis sacrosanctis, quod ignorabat reysam illam, in qua fuit, factam fore super seu contra cives de Sosato. Secundo iuravit se nil preter XI solidos de illa reysa percepisse, quos integraliter reddidit. Tercio iuravit ad sacrosanctum, quod nunquam de cetero quid sinistri seu mali, quod dicitur vůndenest, contra civitatem et cives Sosatienses attemptabit nec ulla dampna faciet, nisi forte fuerit[a] sub vexillo, quod dicitur banir, domini sui, cuius est castrensis. Et hiis conditionibus predictis consummata est compositio antedicta et idem Bertoldus in pristinam suam pacem restitutus. Actum presentibus discretis viris Brunone Make et Iohanne de Lůnen, proconsulibus, Conrado Svelinc, Werenbragte, Werenhero Rufo, Arnoldo Scotten, Hillegero de Heruordia, Iohanne de Lůnen, Henrico de Hammone, Henrico Arthuri, Godescalco van den Dome, Hermanno Cubec, Iohanne Schotten, Bolike van der Winden, Marquardo van den Lon, Iohanne de Honsele et ceteris consulibusin Sosato.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 2773, unbesiegelt, angenäht an die Urkunde von 1318 Juni 16, auch auf der Rückseite beschrieben.

[a]) Über der Zeile nachgetragen.

1594

1319 September 27

Priorin und Konvent des Klosters zum Paradiese verkaufen der Stadt Kallenhardt ihren Oberhof Binchusen[1], wobei die Bürger aus dem Hof die übliche Pacht von 15 Schillingen und acht Pfennigen jährlich zu entrichten haben.

Universis et singulis nos priorissa totusque conventus monialium in Paradiso notum facimus in hiis scriptis, quod pro centum et septuaginta marcis pecunie Susati usitatis, de quibus nobis est satisfactum, vendidimus et praesentibus vendimus honestis viris proconsulibus, consulibus ac universitati in Calehard curtem nostram in Biynchusen cum omnibus suis attinentiis et appenditiis perpetuo et hereditarie possidendam et habendam libere, pacifice et quiete. Attamen antedicti proconsules, consules ac universitas solvent annuatim

ex dicta curte pactualem et consuetum censum quindecim solidorum et octo denariorum iure debentibus annuis debitis et consuetis. Et in huiusmodi praestamus et praestabimus ipsis warandiam eo modo, quo superius et inferius in his partibus praestari solet penitus sine dolo. In quorum testimonium sigilla nostra priorisse et conventus praesentibus duximus apponenda. Actum praesentibus domino Godfrido de Meschede, officiato in Ruden, Iohanne Drosten, Iohanne Stocken, Wernero de Lunen, Rubberto, famulo nostro, fratre Iohanno, conversis in Paradiso, Hermanno de Ervet(en) ac aliis fidedignis, anno Domini M° CCC° X^imo^ nono, ipso die Cosme et Damiani martyrum. Beglaubigung durch den Notar Philipp Rahmmen.

Abschrift des 17. Jahrh., A von Fürstenberg-Körtlinghausen, Urk. A Nr. 3.

[1]) Wüstung bei Kallenhardt.

1595

1319 September 28

Der Knappe Gerhard von Hoerde gibt dem Grafen Dietrich von Limburg im Tausch das Lütke Haus in Hoerde, eine Wiese zu Aldinghoven[1], Markenanteile in der Mark Benninghofen[2] und eine Hufe zu Benninghofen und erhält dafür den Hof Bückinck[3].

Omnibus hanc litteram visuris et audituris ego Gerhardus de Hurda, famulus, salutem cum noticia veritatis. Noveritis me cum consensu et voluntate Alberti, Gerhardi, Heylwygis et Megchildis, heredum meorum, domum meam dictam Lutteke huys, sitam in Hurda, et pratum unum, situm in Aldynchoven, et geware lignorum in der mark Beninchoven et unum mansum situm in Beninchoven cum omnibus suis pertinentiis nobili viro domino Theoderico comiti in Lymborch in concambio dedisse pro domo dicta Byckynch, sita in Appelderbike cum suis pertinentiis, conditione tali, quod ipse Th. dominus comes in Lymborch necnon heredes sui omne ius, quod habebant in bonis Bekynch, hoc in perpetuum in bonis optinebunt supradictis. In cuius testimonium sigillum meum presentibus duxi apponendum. Actum et datum in vigilia beati Michaelis anno Domini M° CCC° XIX°.

Eintragung im Limburger Lehnskopiar von 1520, Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A Rheda, Bl. 41v-42; Regest: Limburg-Styrum II,1, S. 136, Nr. 250.

[1]) Wüstung bei Hoerde (auf dem Gelände die spätere Bundesgartenschau); [2]) Bauerschaft im Kirchspiel Wellinghofen (südlich von Hoerde); [3]) vergl. Timm, Kataster S. 67, Nr. 1142.

1596

1319 Oktober 1

Die Äbtissin Jutta und der Konvent zu Fröndenberg erklären, die dem Kloster verbundene Schwester Mechtild habe eine Rente von einem Malt und drei Scheffeln Korn für 20 Mark und acht Schillinge aus dem Hofe Becking in Aplerbeck für sich erworben. Den Hof hatte Gerhard von Hoerde dem Kloster verkauft. Nach dem Tode der Mechtild soll die Rente ihrer Schwester Margarete, Konverse im Kloster, zukommen. Nach dem Tode der beiden Schwestern wird die Rente an den Konvent bzw. an die Küsterin für Beleuchtung fallen. Dafür ist das Jahresgedächtnis der Mechtild vom Konvent zu halten.

Universis presentia visuris et audituris nos soror Iutta dicta, abbatissa, totusque conventus monasterii in[a] Vrondeberg notum fieri volumus tenore presentium publice protestando, quod soror Methildis, familiaris ecclesie nostre, maltum unum ac tres mensuras, que dicuntur scheppele, siliginis et ordei cum proventibus quibuscumque tercie partis pro viginti marcis et VIII solidis Sosatiensis monete integraliter traditis et solutis iusto emptionis titulo ad usus vite sue comparavit. Quam pensionem in annuales reditus quolibet anno in die beati Martini recipiet de bonis dictis Beckinc in villa Appelderbeke iacentibus, que Gerhardus de Hůrde vendidit ecclesie nostre, dans litteris super eo confectis. Prefatos vero reditus annone predicta Methildis donatione libera tradidit et assignavit sorori Margarete, converse ecclesie nostre, post obitum suum recipiendi,

quoad vixerit. Cum igitur utreque persone obierint, pro memoria perpetua ipsius Methildis habenda in nostro cenobio prenominatos reditus conventus habebit libere possidendo et in usus cedet custodis ad luminaria ecclesie in honore gloriose virginis, ita ut in anniversario eiusdem conventui nostro servicium persolvatur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° decimo nono, Remigii.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 93, Siegel der Ausstellerin (spitzoval, Bild der Äbtissin, in der Rechten den Krummstab, in der Linken ein Buch) abhängend.

a) In der Vorlage „im".

1597

1319 Oktober 3

Die Pfarrer von (Kirch-)Derne und Brechten teilen dem Kölner Erzbischof Heinrich mit, sie hätten seinen Auftrag am 3. Oktober ausgeführt.

Reverendo in Christo patri ac domino domino Henrico, ecclesie Coloniensis archiepiscopo, in Derne et in Brechtene ecclesiarum .. plebani reverenciam in mandatis. Noveritis domine, quod mandatum vestrum nobis directum, cui presens cedula est transfixa, feria quarta post festum Remigii in omni sui forma sumus fideliter executi, quod sub sigillis nostris presentibus appensis protestamur. Datum feria quarta predicta anno Domini M° CCC^mo^ decimo nono.

Transfix zur Urkunde von 1319 Juli 28, Hist. A der Stadt Köln, Mariengraden Urk. Nr. 1/55, Siegel der beiden Aussteller (beschädigt) abhängend; Regest: Mitt. Stadt A Köln 57, S. 29; REK IV Nr. 1140.

1598

1319 Oktober 4

Vor Heinrich gen. Schröder, Gerichtsherr des Freistuhls zu Sendenhorst, dem Freigrafen und den betreffenden Freien verzichtet der Ritter Godfried gen. Volenspit erneut gegen eine Abfindung von drei Mark auf das Eigentumsrecht an der Hälfte des Hofes D.[1], das er vor längerer Zeit bereits dem † Warmundus, Pfarrer der Kirche von Altahlen, zugunsten des Propstes und Konventes in Cappenberg verkauft hatte.

Viro strenuo et honesto Henrico dicto Scrodere, domino iudicarie sedis in Sindenhorst, que vulgariter vryestol dicitur, nec non et comiti et liberis ad dictam sedem pertinentibus Gotfrydus dictus Volenspit, miles, salutem et rei cognoscere veritatem. Cum nos et frater noster bone memorie Theodericus quondam vendidimus pro quinque marcis ius proprietatis cuiusdam dimidii mansi, qui Danyelinchoue vulgariter nuncupatur, Warmundo, plebano quondam veteris ecclesie in Alen, ad usus virorum religiosorum .. prepositi et .. conventus in Capenberg et in aliis literis nostris, ut meminimus, pure et absolute resignaverimus, dictis .. preposito et .. conventui omne ius, quod nos et heredes nostri in dicto proprietatis iure potuissemus nunc vel in posterum habuisse, ad petitionem tamen dictorum .. prepositi et .. conventus, acceptis propter hoc tribus marcis ex habundanti et ut de consuetudine fieri solet, etiam in figura iudicii vestri dictum ius proprietatis resignamus, nos et uxor nostra Petronilla. Item filii nostri Theodericus et Hermannus tempore venditionis geniti nec non et Gotfridus, Elisabet, Petronilla, Cristina et Theodericus, filius fratris nostri, et heredes nostri, qui adhuc geniti non fuerint, per presentes, si quod iuris nobis nunc vel in posterum vendicare in dicta proprietate possemus, rogantes, quatenus sepedictos .. prepositum et conventum de dicta proprietate investiatis, stabilientes eis secundum vestros actus legitimos et consuetos. Datum anno Domini M° CCC° XIX°, in crastino duorum Ewaldorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Cappenberg Urk. Nr. 49, Siegel des Volenspit (WS 185,1) anhängend; Rückvermerk (15. Jahrh.): Danilinckhoue, *(17. Jahrh.):* zu Alen; *Abschrift in Msc. II 45, S. 198; Druck: Kindlinger, Beiträge III S. 330, Nr. 123; Regest: WUB VIII Nr. 1368.*

[1]) Später unter diesem Namen nicht mehr als Cappenberger Besitz nachweisbar.

1599

1319 um Oktober 4

Aufgrund der Bevölkerungsvermehrung wird in Dortmund von der St. Reinoldipfarre eine St. Petripfarre abgepfarrt und zwischen Reinoldikirche und Westtor eine neue Kirche gebaut.

Cum civium numerus paulatim cresceret, novam parrochiam S. Petro dedicatam de novo erigi et intra templum S. Reinoldi et portam occidentalem construere coeperunt.

Notiz des 17. Jahrh. in Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 572, Bl. 10v und Ms. boruss. fol. 573 (Dortmunder Chronik des Detmar Mulher), Bl. 47 (deutsch) und Msc. boruss. fol. 574 (Dortmunder Chronik des Johannes Nederhoff), Bl. 215; vergl. Fahne, Dortmund I S. 41 und Seibertz, Quellen I S. 329).

1600

1319 Oktober 9

Heidenreich, Guardian der Minoriten in Dortmund, und Gerard, Pfarrer von St. Nikolai in Dortmund, beglaubigen die inserierte Urkunde des Dechanten Wirich und des Kapitels des Stifts Mariengraden in Köln von 1317 September 22.

Universis presentes litteras visuris et audituris frater Heydenricus, gardianus fratrum Minorum in Tremonia, et Gerardus, plebanus ecclesie sancti Nikolai ibidem salutem cum noticia veritatis. Literas honorabilium virorum et dominorum Wirici, decani, totiusque capituli ecclesie beate Marie ad gradus Coloniensis non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas vidimus in hec verba:

folgt Urkunde vom Jahre 1317 September 22

In cuius visionis testimonium sigilla nostra presentibus literis sunt appensa. Datum per nos die beati Dyonisii anno Domini M° CCC° X°IX°.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Mariengraden Urk. Nr. 1/57, Siegel des Guardians anhängend.

1601

1319 Oktober 14

Heinrich, Christina und Lutgardis, die Kinder des † Bruno gen. Gisen, verkaufen an Propst und Konvent des Prämonstratenserinnenklosters Oelinghausen ihre Güter mit dem Eigentumsrecht zu Budberg.

Nos Henricus, Cristina et Lutgardis, nati quondam Brůnonis dicti Gisen, notum facimus universis tenore presencium publice protestando, quod nos consensu unanimi amicorum nostrorum, quorum interfuit voluntate, diligenti eciam deliberacione prehabita, religiosis personis .. preposito et .. conventui monasterii in Ůlinchusen Premonstratensis ordinis Coloniensis dyocesis bona nostra in Butberg cum proprietate ac attinenciis eorundem, videlicet pratis, pascuis, aquis, nemoribus, viis, inviis ac aliis ipsorum utilitatibus universis vendidimus pro octoginta tribus marcis legalium denariorum numerate pecunie penitus et solute, resignantes ac transferentes dicta bona coram Hinrico dicto Rocgen, vrigravio nobilis viri domini Engelberti comitis de Marka, eodem pro tunc sedi libere comitatus in Holthem presidente, in manus domini Rutgeri, prepositi, et .. conventus monasterii in Ůlinchusen predictorum, per eosdem perpetuis temporibus possidenda, renunciando plane omnibus excepsionibus iuris vel facti, que nobis seu nostris heredibus, si quos nos in posterum habere

contigerit aut presenter habemus, possent quomodolibet suffragari. Promisimus eciam memoratis .. preposito et conventui de bonis predictis ac proprietate eorundem facere warandiam, prout de bonis propriis de iure fuerit facienda, obligantes pro nobis, ne defectus aliquis cadat in premissis, fideiussores infrascriptos, videlicet Godefridum dictum Vrobosen, Theodericum de Uflen, Anthonium de Berdinch, Henricum de Vorstenberg et Hermannum de Wermingen, qui ad manus sepedicti .. prepositi nec non Godescalci de Palsode, civis Sůsaciensis, ad usus conventus monasterii predicti promiserunt fide prestita manuali in hunc modum, quod videlicet si defectus aliquis fuerit de premissis nostrique fideiussores iam dicti moniti fuerint, iidem Sůsatum intrabunt, inde minime exituri, nisi briga seu omnis materia questionis eidem monasterio mota racione bonorum eorundem vel proprietatis predicte fuerit nichilominus disbrigata. Cuius rei testes sunt fideiussores prenotati, insuper Hinricus, vrigravius antedictus, Henricus dictus Pape de Binole, Steneke de Ostberg, Ludewicus de Berenbruke, Anthonius de Muldesberen, Hermannus de Binole, Lambertus de Holthem, Tůno de Nehem, Henricus Bredensprinch, preco vrigravie, et item alias huic interfuerunt contractui Iohannes dictus Slepere, Henricus de Berdinch, Thilemannus dictus Hemmener, Thilemannus de Bredenbeke et alii quam plures fidedigni. Et quia sigillis propriis caruimus, presens scriptum ad maiorem firmitatem premissorum sigillis opidi Werlensis, in cuius districtu predicta bona consistunt, nec non Bernhardi dicti W°lf, militis, et Godefridi dicti Vrobosen, cognatorum nostrorum, petivimus insignari. Nosque iam dicti ad peticiones Henrici, Cristine et Lutgardis predictorum, ne hoc factum cuiusquam malicia immutari valeat aut infringi, sigilla nostra presentibus decrevimus apponenda. Superscriptionem huius dictionis Vrobosen approbantes. Datum anno Domini M° CCC° XIX°, dominica proxima post festum Gereonis et Victoris.

Abschrift des 14. Jahrh., Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348), S. 173.

1602

1319 Oktober 19

Benannte Bürger (zu Dortmund) bürgen für den Brief des Gerard Schulte nach Skeninge[1].

Anno Domini 1319 in crastino beati Luce isti fideiusserunt pro patente litera in Schelincgen transmissa Gerardus Schulte, Statius de Greverode, domina de Solincgen et Ar(noldus), filius de Hiddinchusen.

*Eintragung im 1945 vernichteten Bürgerbuch, Stadt A Dortmund (*liber civium*), Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder UB I Nr. 378, S. 264 bzw. Erg. Bd. S. 310.*

[1]) Schweden, Oestergötland.

1603

1319 Oktober 21

Goswin von Rodenberg bekundet, zwischen dem Kloster Oelinghausen und Godfried auf der Heide habe ein Streit bestanden, weil das Kloster bzw. seine Sachwalter, wie Godfried angab, unberechtigter Weise die Nachlassenschaft seiner verstorbenen Eltern in Besitz genommen hätten. Der Propst behauptete dagegen, Godfried habe in Anwesenheit des Grafen Ludwig von Arnsberg darauf verzichtet, die Angelegenheit weiter rechtlich zu verfolgen. Gegen Empfang von vier Mark verzichtet nun Godfried auf seine Forderungen, wobei jedoch der Propst die von Godfried verlangte Zahlung einer weiteren halben Mark ablehnt.

Ego Gozwinus de Rodenberg notum facio universis tenore presencium publice protestando, quod, cum inter .. prepositum et .. conventum monasterii in Vlinchusen ex una et Godfridum dictum op der Heyde ex parte altera eo, quod idem monasterium sive provisores eiusdem hereditatem patris et uxoris dicti Go. defunctorum, sicut asseruit, accepissent minus iuste ac eciam super aliis lis et dissencio fuisset quamplurimum ventilata, dicto .. preposito dicente, quod idem God. olim in presencia domini Ludewici comitis de Arnsberg constitutus renunciaverit omnibus exceptionibus seu inpetitionibus causarum inter ipsum et idem

monasterium pro tunc pendencium quarumcumque non motarum seu motarum, ad quod probandum per testes satis idoneos, videlicet per Iohannem Slepere dictum, Henricum Papen, Theodericum de Aflen et Rodolfum dictum Haueren se constanter obtulit .. prepositus memoratus. Et dictis partibus sic iuxta montem Rodenberg, ubi presens eram cum aliis infrascriptis, hanc causam moventibus, prefatus G. per amicos suos convenienter instructus et inductus renunciavit denuo plane et expresse omni iuri impeticionis causarum quarumcumque, quod sibi vel suis heredibus contra dictum monasterium posset quomodolibet suffragari secundum formam renuntiationis superius memorate. Pro qua se quatuor marcas legalium denariorum recepisse recognovit numerate pecunie penitus et solute, pretendens adhuc ultra sortem predictam dimidiam marcam se a dicto monasterio propter causam prenominatam habiturum, quod prepositus sepedictus per suos sufficienter expeditus minime recognovit. Huic renunciacioni seu facto presentes erant Iohannes de Wiglo, Godefridus de Lenderinchusen, Th., filius suus, Lambertus de Hemstede, Arnoldus Kalf, Godefridus, filius suus, Thelmannus dictus Heremener, Hermannus de Binole, Henricus de Biluerinchusen, Rodolfus Hauere, Godefridus, villicus de Mendene, Hermannus Faber de Bechem, Godefridus Vaselkamere, Fredericus de Bertinclo et alii plures fidedigni. Et ego, ne successu temporis aliquid innovetur de premissis, ad peticiones parcium predictarum sigillum meum duximus presentibus apponendum. Datum in die Undecim milium virginum anno Domini M° CCC° XVIIII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 224; nur Rest des Siegels des Ausstellers abhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 233.

1604

1319 Oktober 27

Edelherr Simon zur Lippe beglaubigt die inserierte Urkunde von 1318 September 18 und verspricht, die Schenkung der Ratsherren zu Lippstadt an das Kloster Benninghausen zu schützen.

Symon nobilis vir dominus de Lippia universis et singulis, quibus presentes litere exhibite fuerint, affectum et cognoscere veritatem. Noveritis nos literas dilectorum nobis .. consulum Lippensium vero stilo conscriptas et in nulla parte vitiatas ac eorum sigillo sigillatas vidisse in hec verba:

folgt Urkunde von 1318 September 18

Viso igitur et considerato donationem premissam tam rationabilem fore iustam et salubrem nos pro nobis et successoribus nostris ob salutem anime nostre nostrorumque predecessorum promisimus dictis .. abbatisse et conventui et in hiis scriptis firmiter promittimus, quod ab omnibus inpugnatione sive inpetitione, que eis occasione huiusmodi donationis a quacumque persona fieri possent, ipsas constanter et fideliter, quantumcumque possumus, defendemus. Unde quicquid eidem donationi in contrarium attemptatum fuerit, id tamquam nobis factum volumus reputare. Et in omnium premissorum testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum in vigilia beatorum Symonis et Iude apostolorum, anno Domini M° CCC^mo decimo nono.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 142, Siegel des Ausstellers (Abbildung: Lipp. Regesten, Tafel 18) anhängend.

1605

1319 Oktober 28

Vor den Ratsherren der Stadt Recklinghausen verspricht Guda, die Witwe des Amelung gen. von Bachem, mit ihren Kindern die Zahlung einer Geldrente aus ihren Gütern Lensing zu Backum[1] an die Beginen beim Graben in Recklinghausen. Diese Rente hatte Johannes, ehemals Pfarrer zu Hamm[2] und Bossendorf, den Beginen vermacht.

Universis hanc litteram presentem inspecturis et audituris nos consules opidi Rekelinchusen, nomine Růtgerus de Polshem, Gerhardus de Důrstene, Růtgerus de Alta Domo, Iohannes de Hamme, Iacobus de Via Lapidea, Thelemannus, filius Gude, Lambertus de Sickelinc, Gerhardus, filius Frederunis in Domo Lapidea, Everhardus Faber, Lambertus Iuvenis Decanus, Rutgerus de Bachem et Bernhardus dictus Stůt, notum facimus publice protestando, quod ad nostram presentiam venientes Guda, relicta quondam Amelungi dicti de Bachem, Iohannes, Conradus, Amelungus, eius filii, Guda et Elysabet, eius filie, bona sua voluntate promiserunt dare et solvere ex bonis eorum dictis Lensinc, sitis Bachem, et ex omnibus bonorum iam dictorum attinentiis quatuor solidos denariorum in opido Rekelinchusen usualium et dativorum Bagginabus seu puellis commorantibus in domo Bagginarum apud fossam iuxta domum dictam in Theutonico Tho der Furt seu Wrt, iure perpetuo et pensionali annis singulis in crastino beati Martini hyemalis; nam dominus Iohannes, in Hamme et Busnippe quondam plebanus, in suo testamento eisdem Bagginabus sive puellis legasse ex prefatis bonis Lensinc pro sue anime remedio antedictos quatuor solidos dicebatur. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem ad preces utriusque partis hanc litteram presentem super premissis confectam sigillo opidanorum Rekelinchusen fecimus communiri. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo nono, in die Symonis et Iude apostolorum beatorum.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III 783 (Beginen Recklinghausen), Siegel ab.

[1]) Bauerschaft nordwestlich von Herten; [2]) südlich von Haltern.

1606

1319 Oktober 28

Vor den Ratsherren der Stadt Recklinghausen verspricht Guda, die Witwe des Amelung gen. von Bachem, die Zahlung einer Geldrente aus ihren Gütern Lensing zu Backum an die Beginen des Hauses Stovern in Recklinghausen. Diese Rente hatte Johannes, ehemals Pfarrer in Hamm und Bossendorf, den Beginen vermacht[1].

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III 784 (Beginen zu Recklinghausen), Siegel ab.

[1]) Text identisch mit der vorhergehenden Urkunde vom selben Tage mit Ausnahme des Empfängers der Rente.

1607

1319 Oktober 31 Braunschweig

Der Provinzialprior des Predigerordens in Sachsen und die Prioren von Magdeburg, Bremen, Hildesheim, Lübeck, Halberstadt, Soest und Hamburg bekunden die zwischen dem Prior und dem Konvent des Ordens in Braunschweig und dem Klerus und dem Rat der Stadt Braunschweig getroffene Vereinbarung über die Niederlassung des Ordens in Braunschweig. Datum 1319 Oktober 31 (in vigilia Omnium sanctorum).

Ausf., Perg., StA Wolfenbüttel, St. Blasii Urk. Nr. 212; Regest: Hoogeweg, UB Hochstift Hildesheim IV Nr. 486, S. 268.

1608

1319 November 2

Wilhelm von Hosterwick[1] verzichtet vor dem Gericht zu Castrop gegenüber der Äbtissin und dem Konvent des Klosters Sterkrade auf die von ihm erhobenen Ansprüche auf gewisse beim Oberhof Vosnacken[2] gelegene Äcker, die sein † Vater bzw. eine gewisse Ida dem Kloster verkauft hatten.

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, ego Wilhelmus de Hosterwick cupio esse notum testimonium perhibens in hiis scriptis, quod cum[a] ego occasione quorundam[b] agrorum prope curiam Vusnake iacentium, de Lobriet dictorum, quos bone memorie pater meus rationabiliter et legitime vendiderat venerabilibus .. abbatisse videlicet et conventui in Sterkenrode, insuper et occasione cuiusdam alterius agri eciam ibidem iacentis, ab alia quadam nomine Ida similiter iuste et racionabiliter venditi prefatis sanctimonialibus, cuius videlicet agri proprietas et dominium a iam dicto bone memorie patre meo dependebat, inpeterem et vexarem easdem sanctimoniales laboribus et expensis, volens me in premissis ius habere super huiusmodi causa, ammonitus et correctus sum a viris honestis et discretis de supradicta venditione et emptione consciis, quod tam ego quam mei coheredes in premissis agris nichil iuris penitus habeamus nec simus habituri. Unde ipsorum usus consilio omne ius, quod in premissis agris mihi competere potuisset, coram iudicio in Castorp liberaliter resignavi, Hermanno dicto Beldink tunc iudicio presidente. Ego vero predictus Wilhelmus, cum sigillum proprium non haberem, rogavi virum honestum dominum Ernestum militem dictum de Menkede, ut sigillum suum cedule presenti appenderet ad robur premissorum per me aut aliquem meorum in posterum nullatenus infringendum. Huius rei testes sunt, qui affuerunt ad hoc rogati, Swederus dictus de Ekelo, Rutgerus de Dunkelen, Bernardus cognatus eius de Dunkelen, Bernardus, filius domini Arnoldi militis de Dunkelen, Antonius de Dunkelen, Cesarius de Gisenberge, Gerlacus van der Langwat, Hermannus, scultetus de Castorp, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M° CCC° nono decimo, sequenti die Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Sterkrade Urk. Nr. 18, Siegel des Wilhelm gen. von Hosterwick (vergl. 1357 Brun de Osterwich, WS 263,14) anhängend.

[a]) Über der Zeile eingefügt; [b]) in der Vorlage „qurumdam".

[1]) Wohl wie „Osterwick" = Oestrich bei Castrop; [2]) in Castrop aufgegangen.

1609

1319 November 5

Erzbischof Heinrich von Köln schließt für die Leute zwischen Wipper und Weser einen Landfrieden mit dem Bischof Ludwig von Münster, dem Bischof Engelbert von Osnabrück und den Städten Münster, Osnabrück, Soest und Dortmund:

1. Jeder Herr und jede Stadt soll bei ihren Rechten verbleiben.

2. Keiner soll jemanden mit Straßenräuberei, Raub und Brand verfolgen. Jeder hat vielmehr sein Recht vor dem Gericht seines Landesherrn zu suchen.

3.Niemandem soll man in einem im Gebiet des Landfriedens befindlichen Schloß Geleit geben. Jeder reise vielmehr auf eigene Verantwortung, ohne dafür zu zahlen.

4. Damit der Landfrieden gesichert wird, verpflichtet sich der Kölner Erzbischof Heinrich mit der Stadt Soest und seinem Lande, 45 Mann zu Pferde auf eigene Kosten zu unterhalten. In gleicher Weise wollen dies Bischof Ludwig mit der Stadt Münster und seinem Lande mit 30 Mann mit Pferden tun, desgleichen Bischof Engelbert von Osnabrück mit der Stadt Osnabrück mit 15 Mann und Pferden und die Stadt Dortmund mit fünf Mann und Pferden. Jeder hat diese Leute auf eigenes Risiko zu unterhalten. Wenn es erforderlich wird, diese Zahl zu vermehren, sollen diejenigen, die dazu deputiert sind, die Befugnis haben, die Vermehrung zu bewirken.

5. Wenn jemand einen Bruch des Friedens anzeigt, sollen alle diejenigen der Anzeige folgen, die von ihr erfahren haben, soweit sie es vermögen. Dabei sollen sie aber keine Gewalt anwenden gegen die Landesherren und ihr Gericht. Wenn jemand gegen den Friedensbrecher eine Fehde beginnen will, hat der Landfrieden ihm dazu behilflich zu sein. Wenn der Landfriede gebrochen wird, ohne daß ein Waffengeschrei erhoben wird

und eine direkte Verfolgung geschieht, soll man den Friedensbrecher mit einer Frist von 14 Tagen unter dem Friedenssiegel auffordern, das Vergehen zu sühnen. Wenn ein (Landes-)Herr oder ein Mann einen Friedensbrecher beherbergt, soll der ebenso schuldig sein wie der Täter selber.

6. Herren und Städte sollen von Friedensbrechern kein Geld oder einen Dienst annehmen, wenn diese ergriffen werden. Sie haben die Täter vielmehr nach Friedensrecht zu richten.

7. Wenn diejenigen, die den Frieden im Namen der Herren und der Städte beschützen sollen, und diejenigen, die dazu deputiert sind, daß die Ladungen erfolgen, irgendeinen Schaden draußen oder drinnen erleiden, so soll ihnen dieser ersetzt werden.

8. Der Landfrieden soll ein gemeinsames Siegel haben. Das soll zuerst die Stadt Soest im Namen ihres Landesherrn einen Monat verwahren, danach die Stadt Münster die gleiche Zeit im Namen des Bischofs Ludwig und danach die Stadt Osnabrück namens des Bischofs Engelbert sowie danach die Stadt Dortmund in eigenem Namen. Danach soll das Recht zur Siegelverwahrung weiter umgehen. Wer das Siegel verwahrt, soll die Befugnis haben, die dem Frieden Unterstehenden zu laden und Gerichtstage anzusetzen.

9. Die zur Wahrung des Friedens Deputierten bzw. Geschworenen haben die Macht, mit Rat der Landesherren und der Städte, im Interesse dieses Friedens Leute in den Dienst zu nehmen.

10. Der Landfriede soll beginnen am Sonntag vor Martini des Jahres 1319 und danach vom Christtag an drei Jahre dauern.

11. Da der Kölner Erzbischof nicht ständig in Westfalen anwesend sein kann, bevollmächtigt er seinen Neffen, den Grafen Ropert von Virneburg, den Marschall von Westfalen. Er soll mit Rat der Stadt Soest und der Stadt Dortmund die Macht haben, im Herzogtum Westfalen diesseits der Lippe über Friedbrecher zu richten.

12. Bischof Ludwig von Münster soll in seinem Herzogtum und im Stift Osnabrück mit Rat des Bischofs von Osnabrück, der Stadt Osnabrück und der Stadt Münster die gleiche Macht haben wie der Graf von Virneburg.

13. Was vor dem Stichtag an Raub und Brandstiftung geschehen ist, soll den Landfrieden nichts angehen und er soll nicht darüber richten.

14. Wenn Graf Ropert von Virneburg sein Amt aufgibt oder sonstwie ausscheidet, soll sein Nachfolger die gleiche Befugnis haben.

15. Wenn die Deputierten sich in einer Frage nicht einigen können, soll nach Mehrheit der Stimmen gehandelt werden.

16. Wenn einer der Vertragspartner eine Klage vor diejenigen vorbringt, denen die Wahrung des Landfriedens anbefohlen ist, sollen diese über die Klage ohne Anwesenheit des Klägers beraten.

17. Wenn einer der Vertragspartner oder jemand von denen, die sich dem Landfrieden anschließen, vertragswidrig handelt und deswegen von den Deputierten angesprochen wird und wenn er dann Gegenvorstellungen vorbringt, soll er sich nach dem Spruch der Mehrheit richten.

Wi Henrik van Godes genaden en archibiscop van Kolne dot kundich allen den, de dissen bref seyt unde horet lesen, dat wi vor dat beste unses landes to Westfalen, unser man unde unser denstman unde alle der gener, de dar inne wonachtig sint van der Wippere bet an de Wesere, sin overkomen eines gemeynen lantvredes mit den eraftigen heren biscop Lodewige van Monstere, biscop Engelbrachte van Osenbrugge, mit der stat van Monstere, mit der stat van Osenbrugge unde mit er tvier gemeynen stichten, mit unser stat Sost unde mit der stat van Dortmunde, den selven vrede to holdene sunder alle erge list in allen voreworden, alse hir na gescreven steit.

(1) Also dat wi vorgesprokenen heren unde en iewlic stat bi erme rechte unde bi erre alden wonafricheit bliven.

(2) Vortmer so wille wi, dat nin man de strate nog ninigen man ofte sin gut mit rove, mit brande ofte mit ieniger hande gewolt an verdigen sole, hene do dat mit gerichte, ane dat, dat iewelik here deyt sinen luden, de eme to bewarene stat.

(3) Ok wille wi, dat men ninigen manne in de slot, de in dissen vrede horet, sal geleyde geven, sunder mallik kome unde vare oppe sin recht, ane van geldes wegene.

(4) Vortmer oppe dat disse vrede stede, vast unde unverbroken blive, so verbinde wi vorgenomede Henrik en archebiscop van Colne uns, dat wi vif unde vertigh man mid orsen mit unser stat van Sost unde mit unseme lande solen holten unde becostigen oppe unseme aventure to beschermene den vorgesprokenen vrede. Vortmer sal becostigen de vorsprokene biscop Lodewig van Monstere mit siner stat van Monstere unde mit sine ganzen stichte to dissen vorsprokenen vrede dertich man mit orsen. Vortmer sal biscop Engelbracht van Osenbrugge mit siner stat van Osenbrugge unde mit sine stichte becostigen viftin man mit orsen. Ok sal de stat van Dortmunde bocostigen vif man mit orsen . Dit sal mallik don oppe sine aventure. Were ok, dat es noth were, disse vorgenomeden volgere to merrene, des solen macht hebben de gene, de to dissen vrede gesvoren hebbet unde dar to gesath sint.

(5) Were ok, dat en screy ume broke des vorgenomden vredes gesche, dem schreye solen volgen alle de gene, de den horet unde vernemet, also verre, alse dorren vor lives noth. Unde dar en solen se nicht ane breken weder de heren noch weder er gerichte. Wolde aver dar enboven se iman veden, des solde de lantvrede en behulpelik sin. Were ok, dat desse vornomde vrede verbroken worde, dar nin volgen ofte nin wapenscrey to hant na gesche, so solde den gene, de den vrede broken hedden, verboden to vertennachten under des vredes ingesegele, den broke to beterne na des vredes rechte. Were oc dan, dat ienig here ofte man disse vredebrekere husede oder hovede, de were also sculdich, als de hant dedige man.

(6) Vortmer en solen nine heren ofte stede gelt oder denest nemen van vredebrekeren, of se begrepen werdet. Mer se solen richten na des vredes rechte.

(7) Were ok, dat de gene, de den vreden waren solen van der heren wegene unde ok der stede unde de dar to gesvoren hebbet, dat de vorbodet worden van des vredes wegene, schege dan ienig schade ut oder to hus, dar sal men to don na vredes rechte.

(8) Vortmer sal de vrede en meyne ingesgel hebben. Dat solen de van Sost erst waren ene mant van eres heren wegene, des archibiscop Hinrikes van Colne, unde erre stat van Sost unde des gemeinen stichtes, de in dissen vrede horet. Dar na de stat van Monstere ene mant van eres heren biscop Lodewiges wegene unde eres selven unde des gemeynen stichtes wegene. Dar na de stat van Osenbrugge van eres heren biscop Engelbrachtes wegene unde eres selves unde des gemeynen stichtes wegene. Dar na de stat van Dortmunde enen mant van erre stat wegene. Unde aldus sal dit ingesgel ume gan under dissen veir steden, de wile dat disse vrede waret. Ok bi wiliker stat dat ingesgel is, de sal magt hebben to verbodene de gene, de to den vreden horet, unde dage to leghene, war se wenet, dat it nutlic si.

(9) Vortmer de gene, de gesat werdet, den vrede to warene und dar gesvoren hebbt, de solen macht heben na rade der heren unde der ver stede, de to dem vrede horent, to untfande in dissen vrede, de den vrede nutlic sint.

(10) Vortmer so sal disse vrede anstan des nesten sunnendages vor sunte Mertins dage, do man talde van Godes gebort dusent iar drihundert iar in dem negentinden iare unde sal waren van des hilgen Karstesdage dar na over drie iar.

(11) Vortmer sint wi vorgenomde archibiscop Hinric van Colne in Westfalenlande to allen tiden nicht wesen mogen, so bevele wi deme edelen manne greven Rotbrachte van Virneborg, unseme neven, unde un-

seme marschalke van Westfalen unse gewolt, den vornomden vrede van unser wegene to hodene, to sverene unde to holdene gelik wis, als wi dat selven don solden, also dat he en hodere and en beschermere si be dissit de Lippe des vredes in unseme hertogrike. Unde wi vorgenomde greve Rotbragt van Virneborg, en marschalk in Westfalenlande, bekennet, dat wi uns underwunden hebbent, dissen lantvrede to warene unde dar to gesvoren hebbet, als an dissen bref gescreven is. Oc sole wi greve Rotbragt van Virneborg macht heben to richtene in unses heren hertochrike, wat sik belopt van vredebrokes wegene na rade der stat van Sost unde der stat van Dortmunde mit minne ofte mit rechte mit willen des clegeres. Unde dat sal geschen binnen vertin dagen. Were ok dat, dat wi des nicht en vermochten, so sole wi dat vervolgen na des vredes rechte.

(12) Vortmer so sal de vorgenomde biscop Lodewich van Monstere de selve gewolt unde macht, de wi greve Rotbragt van Virneborg hebbent in deme hertochrike unses heren, des archibiscopes Hinrikes van Kolne, hebben in sime hertochrike unde in deme stichte van Osenbrugge na rade des biscopes van Osenbrugge, siner stat van Osenbrugge unde der stat van Monstere.

(13) Vortmer wat er disseme dage to rove ofte to brande komen is, des en sal de lantvrede nicht to richtene heben ofte to donde.

(14) Vortmer bekenne wi archibiscop Hinrik van Colne, were dat unse neve greve Rotbragt van Virneborg, unse marschalc, unse amet up geve oder uns avegenge mit dode ofte mit anderen saken, wene wi dan settet in sine stat, de sal dat selve don unde sal de selve macht heben to disseme vrede, de he hadde in unsem hertochrike.

(15) Vortmer were, dat de gene, de wi vorgenomden heren und wi ver stede to dissen vrede gesath hebbet unde den gesvoren hebbet, ener volge ofte enes rechtes nicht overkomen kunden, war die meste meine to velle, dat solde vorgan in allen dingen.

(16) Vortmer were, dat inich here van dissen vorgenomden heren oder disser stede, de hir bescreven sin, ene clage brochte vor de gene, den de vrede bevolen is, de solen ere clage don unde gan emphor unde laten sic de anderen beraden ume de clage.

(17) Vortmer were ienich man van allen den genen, de nu in disseme vrede sint ofte hir na herinkomen mogen, de anders dede dan also, alse diese vorgenomde vrede bescriven is, unde dar ume angesproken worde van den genen, de dissen vrede gesvoren hebbent to bewarene, wolde he dar icht wederspreken, des solde he naer wesen to overgande na seggene der mesten menie, alse hir vorgesproken is, dan he es sik were to unseghene.

Vortmer wi bischop Lodwig van Monstere unde wi biscop Engebragt van Osenbrugge sveret unde lovet alle disse vore gesprokenen stucke ande dinc vast unde stede to holdene, darum hebbe to enen orkunde dissen bref besegelet mit unsen ingesegelen, de ingesegelt oc is mit ingesegelen der eraftigen heren des archibiscops van Kolne unde des greven Rotbrachtes van Virneborg unde der stede von Monstere, Osenbrughe, Sost unde Dortmunde. Disse bref is gegeven des manendages vor sunte Mertines dage in dem iare von Godes borth, dat hir vor besriven ist.

Abschrift des 15. Jahrh. im StA Osnabrück, Dep. (Stadt A Osnabrück) 3a1 II C Nr. 353; Druck: MGH, Constitutiones V, S. 443, Nr. 555, WUB VIII Nr. 1374, Dortmunder UB I Nr. 377, S. 261.

1610

1319 November 11

Der Knappe Engelbert von der Horst[1] verkauft mit dem Recht des Wiederkaufs innerhalb der nächsten drei Jahre für 36 Mark dem Essener Bürger Heinrich gen. Vischere den Zehnten von einem Hof zu Buschede *an der Ruhr und von drei Morgen Landes in der* Gardebeke.

Universis audituris presentia et visuris ego Engelbertus de Horst, famulus, salutem et rei geste cognoscere veritatem. Hinc notum facio tenore presentium publice protestando, quod ego voluntate et consensu mee uxoris legitime ac ceterorum heredum meorum omnium vendidi et assignavi Henrico dicto Vischere ac sue uxori necnon iustis suis heredibus aliis, Assindensibus opidanis, pro triginta et sex marcis Brabantinensium denariorum michi ab eodem numeratis, traditis et integraliter persolutis decimas tam minorem quam maiorem, que mihi et meis heredibus competunt omni anno ex quadam domo in Buschede sita iuxta Ruram apud domum cuiusdam quondam vidue Bertradis ibidem commorantis, et decimam de tribus iurnalibus, sitis in der Gardebeke, sibi et suis iustis heredibus perpetuo possidendas, sub pactis tamen hiis et conditionibus infrascriptis, quod ego Engelbertus seu mei heredes infra spatium trium annorum post meam venditionem omni anno beati Petri ad cathedram reemere possimus dictas decimas pro triginta sex marcis, ita quod quatuor denarii unum grossum regalem valeant Thuronensem, vel quod [si][a] ego seu mei heredes dictas decimas reemere non possemus nec vellemus in termino ad reemendum eas nobis deputato, mox ego cum meis fideiussoribus, videlicet Gerhardo et Hugone, fratribus meis, Růtghero de Hetterschede, Seghewino de Gerschede et Růtghero de Middelwich, qui mecum eidem Henrico et suis heredibus coniunctis manibus fide prestita corporali promiserunt, intrabimus opidum Asindense ad iacendum ibidem per sex septimanas continuas. Quibus elapsis ego et omnes mei heredes inmediate faciemus resignationem dicto Henrico Vischere et suis heredibus de decimis omnibus antedictis, in quo loco seu coram quibus dominis ad resignandum dicta bona ab ipsis Henrico et suis heredibus predictis fuerimus requisiti. Preterea, si aliquotiens unum de dictis meis fideiussoribus debitum humane conditionis solvere contigerit, mox ego vel mei heredes, si requisiti fuerimus, alium equivalentem loco defuncti subrogabimus fideiussorem. In quorum omnium testimonium tradidi sepedicto Henrico et suis heredibus hanc presentem literam meo sigillo proprio roboratam. Et ad firmitatem et notitiam predictorum pleniorem sigillis honestorum virorum, videlicet domini Lamberti dicti Schedinghen, militis, mei consanguinei, et .. consulum opidi Asnidensis eandem petii communiri. Et nos Lambertus de Schedingen, miles predictus, nostrum sigillum necnon nos consules Asnidenses nostri opidi sigillum ad petitionem Engelberti de Horst et fideiussorum suorum predictorum in testimonium premissorum duximus apponenda. Datum anno Domini M° CCC° XIX°, ipso die Martini hyemalis, presentibus hiis Růtghero de Vehoue, sculteto, Arnoldo dicto Rike, Wernero Peghe, Henrico vp dem Grauen, Iohanne dicto Vischere, Henrico Winre, Henrico de Wattenschede, Iohanne Karlekint, Iohanne Kranghen, Henrico de Indagine, Henrico Gernegrot, Henrico Pywe et Adolpho in der Hůrne, consulibus opidi Asindensis, item presentibus Arnoldo de Hetterscede, Goswino de Hatneghe, Wenemaro de Letene et aliis quam pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., HStAD; Stift Rellinghausen Urk. Nr. 14, Siegel des Knappen Engelbert von der Horst (Bild: drei Pferdeprammen 2:1) anhängend, die beiden anderen Siegel ab.

[1]) Horst ander Ruhr, südlich von Steele bzw. ruhrabwärts von Hattingen.

1611

1319 November 12

Vor dem Rat der Stadt Soest verschreibt Dietrich Goldschmidt, Stifter eines Hospitals[1] und einer dazugehörenden Kapelle, dem Pfarrer der Wiesenkirche in Soest eine Rente zur Anerkennung der Rechte der Mutterkirche und als Entschädigung für die Errichtung weiterer Altäre.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Bruno dictus Make et Iohannes dictus de Lůnen, proconsules, et totum consilium opidi Sosaciensis notum facimus et publice protestamur, quod, cum Theodericus Aurifaber, noster concivis, pio motus affectu pro remedio anime sue ad sustentacionem infirmorum et pauperum hospitale quoddam infra parrochiam sancte Marie de pratis construxerit et ibidem quandam capellam suis laboribus et expensis erexerit, in qua divina officia cottidie in uno tantummodo altari celebranda sunt, nisi in posterum dominus Fredericus, nunc pastor dicte ecclesie, et sui successores plebani ibidem pro

tempore existentes plura altaria in ipsa capella duxerint admittenda, prefatus Theodericus propter hoc volens matrici ecclesie debitam reverenciam exhibere, ne dicta capella videatur in posterum in preiudicium ipsius constructa fore et erecta, contulit de nostro consilio et assensu prefate ecclesie sancte Marie in pratis perpetuos redditus sex solidorum, quos pastor predictus et sui successores in sui iuris recognicionem de domo Iohannis dicti de Clotingen, nostri concivis, annuatim recipient temporibus affuturis, ita sane, quod, cum exactio sive collecta, que vulgariter scoth dicitur, in nostro opido dabitur, de ipsis redditibus detur sicut de aliis sex solidorum redditibus erit danda, eo eciam dicte ecclesie salvo, quod infirmi et pauperes et alii homines dictum hospitale inhabitantes teneantur ad iura parrochialia, et quod de ipsa ecclesia eis ministrentur ecclesiastica sacramenta. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem ad preces dictorum domini Frederici et Theoderici sigillum opidi nostri presentibus est appensum. Actum presentibus nobis .. proconsulibus predictis nec non Conrado Swelink, Wernero Rufo, Werenberto, Hildegero de Heruorde, Henrico de Hammone, Iohanne de Lunen, Arnoldo Scotten, Iohanne de Honsele, Bolekino de Winda, Radolpho de Lůnen, Hermanno Cubic, consulibus, et toto nostro consilio Sosaciensi. Datum anno Domini M° CCC° XIX, feria secunda post festum beati Martini hyemalis.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 7462; Siegel der Stadt (in der Mitte durchgebrochen) anhängend; Druck: SUB II Nr. 528; von Klocke, Soester Wohlfahrtsanstalten, Großer Mariengarten Nr. 4, S. 6.

[1]) Großer Mariengarten.

1612

1319 November 12

Konrad, Propst des Klosters in Scheda, empfängt Alheydis, die Tochter des Volmar von Vigendinch, mit ihrem Sohn Friedrich, Eigenhörige des dem Kloster Oelinghausen gehörenden Oberhofes Kirchlinde, für den Schedaer Oberhof Frohnhausen[2] und überläßt dafür im Einvernehmen mit dem Oelinghauser Propst Rotger dem Kloster Oelinghausen für dessen Oberhof Kirchlinde die Eigenhörige Alheidis, die Tochter des Albert von Hövringhausen[3].

Nos Conradus ecclesie Scheydensis Dei gratia prepositus universis presencia visuris protestamur cum testimonio veritatis, quod recepimus Alheydim cum Frederico, puero suo, filiam Volmari de Vigendich, a iure familie curtis in Kericlinne ecclesie in Holinchusen pertinentis in ius curtis nostre Vronhusen ad domini Rotgheri, venerabilis viri prepositi ibidem, et nostri concordacionem, Alheydim, filiam Alberti de Houerinchusen, in ius curtis Kericlinne dicte ad manus ecclesie Holinchusensis consensu .. dominorum nostrorum prehabito reddentes sub concambio personarum. Ad cuius protestacionem ac firmitatem sigillum nostre prelature presentibus est annexum. Datum in crastino beati Martini hyemalis anno Domini millesimo tricentesimo decimonono.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 225; Siegel des Propstes (Bild: der Propst stehend, in der Rechten ein Buch, in der Linken ein Schwert) abhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 234.

[1]) Südwestlich von Oelinghausen; [2]) östlich von Fröndenberg; [3]) südlich von Garbeck bzw. Balve?

1613

1319 November 27

Vor dem Grafen Wilhelm von Arnsberg verkaufen Reiner, Notar des Grafen, und sein Bruder Hermann von Remelinchusen, Kellner des Grafen, dem Propst Godefried von Padberg und dem Konvent des Klosters Neuküstelberg einen Hof zu Ober-Allagen.

Nos Wilhelmus comes de Arnsberg universis presentes litteras visuris seu audituris notum facimus, quod constituti in nostra presentia Reynerus, notarius noster, et Hermannus, frater suus de Remelinchusen,

cellerarius noster, recognoverunt se de consensu pleno et voluntate bona Alheydis, matris, Gobelini et Theoderici, fratrum, Alheydis et Beatricis, sororum, nec non omnium heredum eorum, quorum consensus exstitit requirendus, rite et racionabiliter vendidisse honorabili viro domino Godefrido de Patberg, preposito ecclesie Noui Küstelberg ac .. conventui eiusdem mansum eorum situm in Overen Anlagen cum universis iuribus ac appendiciis ipsius secundum omnem sui usum nec non eius comparate dependente ab ipso Theoderico, fratre eorum, pretio pro viginti et octo marcis denariorum Susaciensium comparatis titulo perpetue possidendum. Recognoverunt nichilominus se facere velle ipsis domino preposito ac .. conventui predictis de hoc manso debitam warandiam loco et tempore oportunis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius ad preces predictorum fratrum presentibus est appensum. Presentes erant Hermannus dictus Kerl, Hermannus de Nehem, Hermannus dictus Spirinc, Conradus de Binole, Hunoldus de Matenbike, Helmicus de Lare et alii fide digni. Datum anno Domini M° CCC^mo decimo nono, feria tercia ante diem beati Andree.

Abschrift vom Anfang des 19. Jahrh., A des Altertumsvereins Paderborn, Akte 110, Nr. 21; Regest: Führer, Medebach Nr. 140, S. 29.

1614

1319 Dezember 6

Wilhelm von Holte und seine Frau Katherina übertragen ihre Rechte an ihren Äckern in Opherdicke[1] dem Konvent des Klosters Fröndenberg, der dafür ihre Memorie und die ihrer verstorbenen Eltern zu halten hat.

In nomine et individue trinitatis amen. Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum visuris et audituris nos .. Wilhelmus de Holte et Katherina, eius uxor, notum esse cupimus, quod omne ius, quod habemus seu habere dinoscimur in agris nostris, sitis in loco dicto V̊pheyricke, tradimus et in hiis scriptis conferimus ecclesie et conventui de Vrindeberg pro animabus parentum nostrorum defunctorum et nostrorum, ut pro hiis singulis annis nostrorum eorumque memoria celebrior et devotior habeatur. In cuius traditionis et facti nostri fidem et testimonium presens scriptum dicte ecclesie et conventui tradidimus sigilli nostri munimine consignatum. Datum anno Domini M^mo CCC^mo decimo nono, die beati Nycolai episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 94, Siegel ab; Rückvermerk (16. Jahrh.): item eyn malt karns ueth den Nasthoeuen tho Halincken[1].

[1]) Südwestlich von Unna bei Holzwickede; [2]) vergl. Oberschelp-Richtering, Schatzungsregister von 1536: Thonnis in den Noisthoefen (zu Halingen bei Menden).

1615

1319 Dezember 13

Die Brüder Nicolaus und Johannes von Hoevel gewähren dem Rat der Stadt Dortmund ein Rückkaufsrecht für die von diesem an ihren Großvater Herbord verkauften Rente.

Pateat universis, quod nos Nicolaus et Iohannes de Houele, fratres, filii Hermanni, pro nobis et Tidemanno, fratre nostro absente, propter affectum et amicitiam, quam sincere ad .. proconsules, .. consules atque cives Tremonienses gerimus, concessimus et dedimus ac tenore presentium concedimus et damus eisdem et eorum .. successoribus universis[a] decem marcarum redditus, quos ab ipsis Herbordus, avus noster, comparavit, a nobis vel a nostris heredibus quolibet anno infra festum Pasche et festum Nativitatis beati Iohannis Baptiste, contradictionibus semotis, redimendi pro centum et quinquaginta marcis[b] bonorum Tremoniensium denariorum, uno floreno aureo ponderoso boni auri et iusti ponderis pro quatuor solidis[c] et uno denario computato, plenariam potestatem, dolis[d] et fraudibus in premissis penitus exclusis. In cuius rei testimonium

et firmitatem nos Nicolaus et Iohannes, fratres predicti, recognoscimus nos sigilla nostra pro nobis et Tidemano, fratre nostro absente prescripto, ac heredibus nostris universis presentibus appendisse. Datum anno Domini M° CCC° decimo nono, ipso die beate Lucie virginis.

Wiedergabe nach dem Druck bei Fahne, Hoevel (aus dem Hoevelschen Familienarchiv) II S. 17.

[a]) Text bei Fahne verderbt. Statt des in der Vorlage nach „universis" folgenden „quique decem marcarum redditus, quos ab ipsis" müßte diese Version stehen; [b]) in der Vorlage „marces; [c]) in der Vorlage „solides"; [d]) in der Vorlage „dotis".

1616

1319 Dezember 22

Offonia, die Witwe des Otto von Bruchusen, und ihre Kinder verkaufen an Propst und Konvent des Klosters St. Walburgis (bei Soest) fünf Morgen weniger 20 Ruthen Ackerlandes bei Bettinghausen[1] am Lechbrinke.

In nomine Domini amen. Ego Offonya, relicta quondam Ottonis de Bruchusen, tenore presencium notum facio et protestor, quod de consensu et bona voluntate Ottonis et Iohannis, filiorum meorum, Christine, Margarete, Hadewigis, Palmanye, Offonye, filiarum mearum, et aliorum heredum meorum succedencium quorumcumque pro competenti pecunia mihi tradita et soluta vendidi preposito et conventui sancte Walburgis quinque iugera agrorum, XX parvis virgis minus, sita apud Bettinchusen in loco, qui dicitur Lechbrinke. Et nos filii et filie prenominate venditionem rite factam ratam habemus una cum matre nostra, recedentes ab omni iure, quod habere potuimus iure hereditario in eisdem agris, resignantes et assignantes ore et manu preposito et conventui sancte Walburgis predictos agros perpetuo possidendos liberos, quitos et absolutos ab omni honere cuiuslibet pensionis, census seu decimationis ita perfecte, quod, si aliquis census annuus, pensio seu decimatio ab ipsis agris exigeretur et propter hoc conventus sancte Walburgis in dampnum vel gravamen incurreret, ego Offonya et heredes mei predicti et bona nostra in Bruchusen tenebimus et promittimus agros venditos istos liberos, quitos et absolutos facere de pensione qualibet et conventum predictum indempnem eripere de gravamine inde orto. Et quia ego Offonya et heredes mei modo propria sigilla non habemus, sigillis honorabilium amicorum nostrorum dominorum militum, scilicet Iohannis dicti Clot et Theoderici de Honrade, usi sumus. Et nos Iohannes Clot et Theodericus de Honrade, milites, ad petitionem ambarum partium sigilla nostra apposuimus presenti pagine in testimonii firmamentum. Huic venditioni interfuerunt presentes Conradus miles de Bruchusen, Everhardus de Hagen, Lubertus de Brichouele, Florinus de Sassendorpe, item Richardus, Henricus Bruninch, Henricus Vole, sacerdotes, Hedenricus de Hersebike, clericus, Hildegerus de Herwordia, Iohannes et Hildegerus de Herwordia, Conradus, Iohannes et Gerlacus fratres de Broke, Gotscalcus de Lon, Gobelinus de Bruchusen, Arnoldus Scotto, Arnoldus de Hiltwordinchusen, Iohannes de Lunen, Hermannus de Bettinchusen, Henricus et Everhardus dicti de Esleue, Gotfridus Aurifaber et alii quam plures. Actum et datum sabbato ante festum Nativitatis Domini, anno eiusdem M° CCC° XIX°. Litturam illam quam plures approbamus. Datum ut supra.

Ausf., Perg., Urkunde im Besitz des Mühlenbesitzers F. Linhoff in Bettinghausen, Siegel ab.

[1]) Nordwestlich von Horn.

1617

1319 (1320) Dezember 28[1] Werden

Vor dem Abt des Klosters Werden umschreiben im Streit zwischen dem Schultheißen des Werdener Haupthofes Bögge[2] und seinen Hofleuten die Hörigen des Werdener Haupthofes Barkhoven[3] die Pflichten der Hofesleute.

Nos Wilhelmus Dei gratia abbas monasterii Werdinensis universis Christi fidelibus praesentibus et futuris, ad quos praesentes literae pervenerint, significamus tenore praesentium publice protestando, quod, cum inter Ludolphum, schultetum de Bogge, ex parte una et hyemannos curtis sue de Bugge ex altera partibus lis et dissentio verterentur, praefixo ipsis partibus termino et die placiti coram nobis observando, ipso die Innocentium martirum in nostra caminata idem schultetus pro se legittime comparuit, parte altera non comparente neque quemquam pro se mittente. Quocirca Iohannes, frumentarius Werdinensis, praesidens iudicio ex parte schulteti curtis nostre de Barchauen ex officii sui debito praesentibus hiemannis curtis eiusdem, qui per sententiam iustam diffiniebant omnes articulos infrascriptos unanimi consensu, super his legittime requisiti, videlicet quod quodlibet mancipium curtis dabit plenum ius, quod dicitur erve, item omnia quadrupedia, aurum, argentum et gemmas, item agros dictos gewunnen landt pro pensione vel praecio, qui dicuntur huirlant, item carnes pendentes vel existentes supra trabes domus – infra trabes domus non dabit – item currum ferreum euntem pro praecio, item caldarium, quod exponitur pro praecio, item omnia volatilia praeter quinque anseres, novem gallinas cum gallo; item vir plenum herwadium et faemina ius, quod dicitur geraide, dabunt domine curtis et non haeredibus. Item, si schultetus curtis non vult praesidere iudicio in curte, statuetur iudex hiemannus curtis. Et similiter causidicus et praenuntiator causae erit hiemannus. Pro vadio autem recipientur VII solidi cum VI denariis. Item, si iudex sedens coeperit iudicare, habebit XII denarios, hyemanni duodecim denarios, nuncii curtis IIII denarios. Et de hac pecunia actor, qui fuit in causa, dabit medietatem, et reus aliam medietatem. Item, quia curtis haereditarium nuncium non habet, schultetus curtis nuncium statuet, videlicet unum de hiemannis salvo sibi iure suo et iure hiemannorum. Item expensas rationabiles factas in causa solvent praedicti hiemanni, si ipse schultetus probaverit, quod ipsi hiemanni elegerint et promiserint facere iustitiam et recipere coram domino abbate Werdinense, qui fuerit. Et hos omnes et singulos articulos praescriptos hiemanni curtis nostrae de Barckhauen coram nobis Iohanne, frumentario, iudicio praesidente, certos et iustos, prout supradictum est, per sententiam promulgavit in die et camino supradicto. Et erant praesentes Gadtschalcus, plebanus de Fonte Werdinensi, Iohannes de Bure, Eilhardus de Rochuissen, Henricus de Ouete et alii quam plures testes ad hoc vocati et specialiter rogati. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus literis est appensum. Actum et datum in die Sanctorum Innocentium praedicto, anno millesimo tricentesimo vigesimo.

Abschrift des 17. Jahrh., StAM, Reichskammergericht H Nr. 1532, Bd. 2, Bl. 20.

[1]) Aufgrund des Jahrebeginns zu Weihnachten; [2]) Altenbögge östlich von Kamen; [3]) zu Essen-Heidhausen.

1618

1320 Scheda

Der Ritter Dietrich gen. Vrydach und seine Frau Hildegundis verkaufen ihr Eigengut „Vrylinchus"[1] in Ostbüren im Kirchspiel Frömern an das Prämonstratenserinnenkloster Rumbeck[2].

Universis presentes literas visuris et audituris nos Theodericus dictus Vrydach, miles, Hildegundis, eius uxor, et Euerhardus, noster filius, cum omnibus nostris coheredibus notum facimus et publice protestamur, quod pro centum et viginti marcis denariorum in Sosato usualium nobis numeratis, solutis et traditis bona nostra dicta Vrylinchus, sita in villa Ostbûren in parrochia Vronebern, que nostra sunt propria et que ab omni censu et venatorum iacentia sunt exempta, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, nemoribus, saltibus, aquarum decursibus, prout sita sunt, cum omnibus ipsorum attinentiis vendidimus et in contractu legitimo et perfecto assignavimus monasterio in Rumbeke Premonstratensis ordinis et personis religiosis .. preposito, .. priorisse et conventui ibidem iure bonorum propriorum, que vulgariter dorslacht eghgen gut dicuntur, perpetuis temporibus iure hereditario possidenda et tenenda, renuntiantes plane et expresse omni iuri, quod nobis et heredibus nostris usque in hunc diem conpetebat et conpetit et affuturis temporibus conpetere poterit in bonis prelibatis omnique iuris subsidio tam ecclesiastici quam civilis, quod nobis prodesse poterit ad rescin-

dendam venditionem memoratam, promittentes nichilominus ipsis religiosis nos facturos debitam ipsorum bonorum warandiam et quod nec verbis vel factis ullo sensu vel ingenio publice vel occulte ullo umquam tempore contra ipsorum religiosorum emptionem et nostram venditionem veniemus. Et in huius rei testimonium et firmitatem perpetuam nos Theodericus dictus Vrydach, miles predictus, pro nobis et pro uxore nostra et filio ac coheredibus presentes literas nostro duximus sigillo roborandas. Petivimus quoque unanimiter honestum famulum Henricum dictum Pape de Bynole, ut in evidentiam maiorem premissorum sigillum suum eisdem literis apponere dignaretur. Quod et ego Henricus me fecisse profiteor ad preces dictorum domini Theoderici, .. uxoris sue et Euerhardi, eorum filii, ac coheredum suorum predictorum. Acta sunt hec in Sceyde, presentibus dominis Conrado, preposito Scheydensi, Theoderico, preposito in Wedinchusen, Bernhardo, priore in Scheyde, Henrico, quondam ibidem preposito, Bodone Knippinck et Hermanno Scurman, sacerdotibus, Iohanne de Nehem et Wilhelmo dicto Pape, canonicis Meschedensibus, Henrico dicto Pape predicto, Godefrido de Hesnen, Otto de Lamestorpe, Euerhardo Vrydach et Godefrido van deme Holte, famulis, aliisque pluribus fidedignis. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 97, 1. Siegel ab, das des Pape von Binolen (an einer Seite abgebrochen, WS 196,11) anhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): Dießem nachzudencken, wie der brieff hiehin kommen.

[1]) Unter diesem Namen später nicht nachzuweisen (vergl. von Roden, Fröndenberg S. 223); [2]) Im Jahre 1336 November 21 (Fröndenberg Urk. Nr. 147) wurde der Hof vom Kloster Rumbeck an das Kloster Fröndenberg verkauft.

1619

1320

Henemann Rogge, Freigraf des Grafen Engelbert von der Mark, verleiht am Freistuhl Hemelinghoven[1] *vor Kamen den Eigengütern* Vrylinchus in Ostbüren im Kirchspiel Frömern, deren Eigentumsrecht der Ritter Dietrich Vrydach und sein Sohn Everhard dem Kloster Rumbeck übertragen haben, den Friedensbann seines Freigerichts.

Universis presentes literas visuris et audituris ego Henemannus dictus Rogghe, vrygravius domini Engelberti comitis de Marka, notum facio, quod me presidente libera sede in Hemelinchoue apud Kamene ego coram liberis hominibus et preconibus sedis eiusdem et coram testibus infrascriptis cum sollempnitate ad hoc consueta et debita bonis dictis Vrylinchus sitis in Ostbůren in parrochia Vroneberne, quorum proprietatem dominus Theodericus dictus Vrydach, miles, et Euerhardus, eius filius, monasterio in Rumbeke et .. preposito, .. priorisse ac conventui ibidem tradiderunt, liberum pacis bannum indixi et ipso banno proprietatem eandem stabilivi, ita quod ipsi religiosi eadem bona iure propriorum bonorum, que dorslacht egen gut vulgariter dicuntur, perpetuis temporibus licite, pacifice et quiete possidebunt. Et in huius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus literis apponendum. Actum presentibus .. iudice et .. proconsulibus in Kamene, dominis Theoderico dicto Vrydach et Lamberto Foye, militibus, .. plebano ibidem, et Iohanne, rectore scolarum, Randolpho Hake, Hartleuo de Westwik, Engelberto de Vresendorpe, Lodewico de Důdink, Arnoldo de Boynen, Godefrido de Rykenberge, Engelberto Byttar, .. dicto Sceket, Godefrido de Holte, Godefrido de Důdink dicto Tork de Edinchusen et ceteris liberis ibidem ac universis preconibus, videlicet Henemanno de Bredenspringen, Hermanno Vryman, Hildeboldo et Godefrido de Helle. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 98, Siegel des Freigrafen (WS 219,12) abhängend.

[1]) Vergl. Lindner, Die Veme S. 96.

1620

1320 Paradies

Der Dominikaner Heinrich, (Weih)bischof von Kiew, verleiht dem Kloster Paradies einen Ablaß.

Frater Henricus ordinis fratrum Predicatorum, Dei gratia episcopus ecclesie Kyoviensis, omnibus Christi fidelibus presentia visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Loca sanctorum omnium pia et prompta veneratione a Christi fidelibus sunt honoranda, ut, dum Dei honoramus amicos, ipsi nos Deo ammabiles reddant et ipsorum nobis quodammodo patrocinium, quod merita nostra non optinent, eorum mereamur intercessionibus optinere. Nos igitur, ut per hoc fideles Christi quasi quibusdam premiis poterimus ad merita invitare, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam sororum in Paradiso et in omnibus festivitatibus beate virginis Marie, in festo dedicationis et in omnibus festivitatibus ordinis et in octava et in octavis devote visitaverint, quadraginta dies indulgencie de iniuncta eis, puta[a], de omnipotentis Dei misericordia misericorditer relaxamus, ita sane quod hec concessio sit de ipsius dyocesani voluntate. Datum in loco, qui dicitur Paradysus anno Domini M° CCC° XX.

Abschrift des 14. Jahrhunderts auf der Rückseite, StAM, Kloster Paradies Urk. Nr. 73; Regest: Sauerland, Vat. Regesten V Nr. 1291, S. 519.

[a]) Über der Zeile von anderer Hand eingefügt.

1621

1320

Tilman im Winckel belehendt mit drier malder, schetend gegen Bremeke[1] anno 1320. Die im Winckel haben bei Bremecke ein lant boven dem fuißpade im geprauch.

Notiz des 16. Jahrh. in StAM, Stift Meschede, Akten Nr. 400.

[1]) Bremke bei Attendorn.

1622

1320

Friedrich von Sassendorf erkennt an, daß ihm die Oboedienz Gaukesberg[1] von Reiner, Domherr zu Paderborn, für eine Lieferung von drei Maltern Korn verpachtet sei.

Fridericus de Sassendorff recognoscit sibi obedientiam Gaukesberg a Rhenero, canonico Paderbornensi, erga tria maldra triplicis annone solvenda elocatam esse.

Regest des 18. Jahrh. zu einer nicht mehr vorhandenen Urkunde im alten Findbuch des Capselarchivs des Domkapitels Paderborn, StAM, Findbuch zum Bestand Domkapitel Paderborn, Capselarchiv Nr. 34.8 (Anlage im Prozeß des 16. Jahrh. vor dem Offizial zu Werl in Sachen des Domherrn Arnold von der Borch, Oboedientiar des Oberhofes Gaukesberg, wider den weltlichen Richter zu Rüthen wegen Eingriffs in die Immunität des Hofes).

[1]) Bei Altenrüthen, wohl identisch mit dem den von Sassendorf bis 1367 gehörenden Oberhof auf dem Hockelsberge/Huxberge (Bender, Ruden, S. 123).

1623

1320

Der Bischof von Münster belagert unter Ausnützung eines Beinbruchs des Grafen von der Mark die Burg Patzlar[1], muß aber durch das Eingreifen des Kölner Erzbischofs, des Grafen von Berg, des Grafen von Virneburg und der aus der Grafschaft Mark stammenden Leute die Belagerung aufgeben[2].

Eodem tempore episcopus Monasteriensis castrum Porteslere obsidet, postquam scivit, quod comes de Marka lesus fuit de crure sua fracta. Sed episcopus predictus per archiepiscopum Coloniensem, comitem de Monte, comitem de Verneborch et per illos de terra de Marka ab obsidione illa fugatur.

Wiedergabe nach Zschaeck, Levold S. 68, Regest: REK IV Nr. 1222.

[1]) Südwestlich der Stadt Lüdinghausen: vergl. Anmerkung zur folgenden Urkunde; [2]) vergl. von Steinen I S. 183.

1624

[1320]

Der Bischof von Münster belagert Patzlar[1].

Episcopo Monasteriensi animadvertente Engelbertum fregisse pedem obsidet Boslare, fugatus tamen cum Markensibus ab archiepiscopo Coloniensi, Adolpho comite de Berg et comite de Virneburgk.

Notiz des 17. Jahrh. in Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. fol. 574, Bl. 140.

[1]) Südöstlich von Lüdinghausen an der Stever (vergl. Schwieters, Westl. Lüdinghausen, S. 262). Daß der Bischof von Münster seine eigene Landesburg belagerte, hing wohl damit zusammen, daß der Graf von der Mark die Wiedereinlösung der verpfändeten Burg zunächst verweigerte. Diese erfolgte dann im Juni des Jahres 1320 (vergl. die Urkunde vom 17. Juni 1320). Patzlar wird häufig (u.a. REK IV Nr. 1222) mit Botzlar (in Selm) verwechselt, das gleichfalls münstersche Landesburg war. Daß hier Patzlar gemeint ist, geht wohl, abgesehen von der Namensform, aus der Tatsache hervor, daß die Verpfändung dieser Burg mit der des halben Gogerichts Ascheberg verknüpft war.

1625

[1320-1330][1]

Godfried von Ruden, Chorbischof von St. Aposteln in Köln, teilt den Ratsherren in Dortmund mit, die Kleriker, die sich weigerten, von den in ihrem Besitz befindlichen und von ihren Eltern ererbten Gütern Dienste zu leisten, seien, wie diese es waren, dazu verpflichtet, da der Titel eines Klerikers den Charakter der Güter nicht verändere.

Prudentibus et honorabilibus viris consulibus Tremoniensibus Godefridus de Ruden, chorepiscopus sanctorum Apostolorum in Colonia, servicium suum in omnibus per promptitudinem. Sicut in vestris scripsistis literis, quod quidam clerici in vestro opido consistentes quedam bona possident, que vobis ad certa servicia sunt astricta et a parentibus dictorum clericorum, dum eadem bona possiderent, pacifice recipere consuestis. Que quidem servicia clerici nunc renunciant impendere et recusant. Ita vobis rescribo, quod, cum res quelibet transeat cum suo onere ad quemlibet possessorem nec titulus clericatus possit, presertim in hoc casu, privare quempiam iure suo, videtur mihi, quod iidem clerici ad servicia consueta tenentur. De via autem eis obviandi celeriori et tutiori Tidericum de Vorsthusen expedivi, qui eam vobis referat unius voce.

Eintragung im Großen Kopiar (1945 vernichtet), Stadt A Dortmund, Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder UB II,2 Nr. 440, S. 423; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 625, S. 283.

[1]) Datierung nach der Schrift und Anordnung im Kopiar. Ein Dietrich von Vorsthusen im Jahre 1320 genannt (Dortmunder UB I,1 Nr. 382, S. 267).

1626

[1320]

Die (Deutschordens)brüder [in Mülheim] erhalten für das Jahresgedächtnis der Margarete, der Mutter ihres Mitbruders Heinrich von Mettingen, jährlich zwei Schillinge aus Frielinghausen[1].

Obiit domina Margareta, mater fratris Hinrici dicti de Mettinghen, pro cuius anniversario fratres habebunt an[nuatim] duos solidos in Vrilinchusen, hoc in crastino Iohannis ante portam Latinam. Et hoc compara[tum] debent parrochiani ibidem.

Notiz auf einem etwa 1 cm schmalen Querstreifen, StAM, Kommende Mülheim Nr. 4a.

[1]) Verschwundener Ortsname Frielinghausen in Altenmellrich (vergl. Urkunde von 1592, Kommende Mülheim Nr. 177: Rentverkauf zu Frielinghausen aus dem Könneken-Hof im Gericht Robringhausen; s. auch Oberschelp-Richtering, Schatzregister von 1565: Koneken zu Altenmellrich).

1627

[um 1320]

Die Ratsherren zu Dortmund bitten die Ratsherren zu Lübeck, den Dietrich gen. Pes zu veranlassen, das ihrem verstorbenen Mitbürger Wenemar Clavus geschuldete Geld dem Johannes von Cusvelt oder seinem Bruder auszuhändigen bzw. nach Flandern zu schicken.

Honorabilibus viris et discretis dominis advocato, consulibus ceterisque burgensibus Lubicensibus consilium universique burgenses Tremonienses salutem et quidquid possunt amicicie et honoris. Rogamus affectuose, quod Theodericum dictum Pes vivis monitis inducatis, ut de argento, quod fuit Winemari Clavi, nostri burgensis bone memorie, cum consilio domini H. de Rintlen presentet domino Iohanni de Cusvelt vel fratri suo, domino Marcwardo, L III marcas Lubicensis pagamenti, XXXII solidos pro marca, ex parte Sigebodonis de Crispin. Et si cum predictis fratribus poterit concordare, quod argentum recipiant, secundum quod valet, placet nobis. Reliquum vero argentum versus Flandriam transmittat sub periculo uxoris dicti Wenemari, prout in alia littera continetur, que ante ordinationem istam vobis fuerat destinata.

Ausf., Perg., Stadt A Lübeck, Westfalica Urk.Nr. 56, Siegelspuren auf der Rückseite; Adresse abgerissen; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 552, S. 239.

1628

[1320-1331][1] Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln teilt den Bürgern in Soest, Brilon, Rüthen, Marsberg, Geseke, Warstein und in den übrigen Städten (im Herzogtum) Westfalen mit, Graf Wilhelm von Arnsberg sei dabei, den Ort Bergheim, gelegen zwischen Soest, Rüthen an der Möhne und Hirschberg, mit Gräben und Planken zu befestigen, obwohl er dies ohne Zustimmung des Erzbischofs nicht dürfe. Daraus könnten ihm, der Kölner Kirche und auch ihnen schwere Schäden erwachsen. Er wolle den Grafen durch seinen Amtmann in Westfalen, den Ritter Herbord von Helden, auffordern lassen, die Befestigung niederzulegen. Der Erzbischof ersucht die Adressaten für den Fall, daß der Graf dieser Aufforderung keine Folge leistet, dem Amtmann bei der Beseitigung der Befestigung beizustehen. Jetzt könne diese Aufgabe noch sehr leicht, später aber nur mit großer Mühe und mit hohen Kosten geschehen.

Datum per copiam. Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, discretis viris in Sosato, in Brilon, in Ruden, in Monte Martis, in Gheyseke et in Warsteyn ceterorumque opidorum suorum in Westphalia in pristinum consulibus et universitatibus gratiam suam et omne bonum. Fama referente ad nos pervenit, quod Wilhelmus comes de Arnesberg, fidelis noster, locum quendam dictum Berchem situm inter Sosatum et Ruden apud Moynam ac villam dictam Hertesberg contra promissum suum nobis de hoc factum fossatis et plancis munire incepit et muniat omni die, licet id sine nostro consensu expresso facere non debeat nec possit. Unde quia de huiusmodi munitionibus, si processum habuerint, poterint nobis mala et ecclesie nostre et precipue vobis gravamina et pericula irrecuperabiliter provenire, requirimus vos et singulos vestrum seriose mandantes sub debito, quo nobis tenemini et ecclesie nostre, ut, si dictus comes ab huiusmodi loci et ville munitionibus, quia ipsum contra hoc requiri facimus per

Herbordum de Heldene, militem, officiatum nostrum in Westphalia, et per literas nostras desistere noluerit, extunc dicto nostro officiato Herbordo et officiatis nostris totis vestris viribus assistatis, quod huiusmodi munitiones deponantur et fossata penitus conplanentur, namque nunc faciliter fieri poterit, ex post facto non perficietur sine magnis laboribus, periculis et expensis. In hiis igitur vos exhibeatis adeo benivolos et fideles, quod de fidelitate vestra commendari possitis ac ecclesie nostre et vobis de futuris periculis caveatur. Datum Bunne die dominica qua cantatur Letare.

Gleichzeitige Abschrift auf einem Pergamentblatt zusammen mit nachfolgender Urkunde, unbesiegelt, A des Altertumsvereins Paderborn (Dep. in der Theodorianischen Bibliothek Paderborn); Regest: Stoewer, INA NF 14, Nr. 56, S. 60.

[1]) Der Endpunkt für die undatierte Urkunde wird durch den Tode des Grafen Wilhelm von Arnsberg gesetzt. Vor dem Jahre 1320 erscheint Herbord von Helden andererseits nicht als Ritter (vergl. Anm. Nr. 4 zum Regest in den INA bzw. Hömberg, Adelssitze 9, S. 146).

1629

[1320-1331][1]

Das Domkapitel in Köln fordert die Bürger zu Soest, Brilon, Rüthen, Marsberg, Geseke und Warstein zur Abwendung von Nachteilen für die Kölner Kirche und für sie auf, die vom Grafen von Arnsberg geplante Anlage einer Befestigung nicht zuzulassen.

Datum per copiam. Capitulum Coloniense discretis viris in Sosato, in Brilon, in Ruden, in Monte Martis, in Geyseke et in Warsteyn ceterorumque opidorum in Westphalia consulibus et universitatibus salutem cum omni affectu. Secundum contenta in vestris literis nobis missis vos duximus rogandos et requirendos, quatenus secundum mandata domini nostri domini archiepiscopi ad removandam munitionem, quam comes de Arnesberg in preiudicium ecclesie nostre Coloniensis et vestrum facere intendit, procedere non omittatis et in hoc vos ita benevolos et fideles ostendatis, quod fidelitate vestra mediante de talibus futuris periculis ecclesia Coloniensis sublevetur. Datum feria tercia post Letare.

Gleichzeitige Abschrift auf einem Pergamentblatt wie vorige Urkunde, A des Altertumsvereins Paderborn (Dep. in der Theodorianischen Bibliothek Paderborn); Regest: Stoewer, INA NF 14, Nr. 57, S. 61.

[1]) Zur Datierung siehe Anmerkung der vorangehenden Urkunde.

1630

1320 Januar 5

*Edelherr Hermann Burggraf zu Stromberg verpfändet mit Zustimmung seines Sohnes Heinrich für 100 Mark dem Knappen Rodcherus von Bökenförde (*Bokenvorde*), dessen Frau Beatrix und ihrem Sohn Ludolphus den Hof Kalthoff (*Caldehof*)[1], der Lehen des Edelherrn zur Lippe ist, den Hof Pöpsel (*Poppincsele*)[2] mit dem Meier und seiner Frau und und den Hof Frielinghaus (*Vrilinchusen*)[3], den Johannes gen. Hamer bebaut. Das Kapital ist innerhalb von zwölf Jahren zurückzuzahlen. Der Kalthoff hat vier Mark, ein Schwein oder vier Schillinge und ein halbes Faß Butter oder drei Schillinge zu entrichten, der Hof Pöpsel vier Malter Gerste bzw. Hafer lippischen Maßes oder drei Mark sechs Schillinge sowie der Hof Frielinghaus drei Malter Korn und ein Schwein oder vier Schillinge. Die Mast des Hofes Kalthoff bleibt dem Schuldner vorbehalten. Deren Ertrag wird auf drei Mark und sechs Schillinge festgesetzt. Datum 1320 Januar 5 (*in vigilia Epiphanie Domini*).*

Ausf., Perg., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A Rheda, Kloster Clarholz Urk. Nr. 89, die Urkunde seit 1945 vermißt; Regesten: WUB VIII Nr. 1390 und WUB IX Nr. 1836.

[1]) Ein Hof Kalthoff im Kirchspiel Lippborg, Bauerschaft Osker (Grundherr: Haus Assen) und im Kirchspiel Oelde, Bauerschaft Menninghausen (Grundherr im 17. Jahrh.: Kloster Clarholz); [2]) ein Hof Pöpsel im Kirchspiel Herzfeld, Bauerschaft Höntrup (Grund-

herr im 17. Jahrh.: Haus Hovestadt); ³) Hof Frielinghaus im Kirchspiel Diestedde, Dorfbauerschaft (Grundherr im 17. Jahrh.: Haus Möhler).

1631

1320 Januar 8 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln trifft, nachdem der Kardinalpresbiter von St. Sabina und päpstliche Legat (Hugo) die Inkorporation der Pfarrkirche von Welver in das Zisterzienserinnenkloster verfügt hatte[1], die seinerzeit unterbliebenen genauen Bestimmungen über das Gehalt des die Pfarre betreuenden Priesters. Dieser soll jährlich 24 Mark und Kornrenten von sechs Maltern sowie den Anfall bei Versehgängen genießen und das Haus in Meyerich[2] nutzen dürfen.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Heinricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis presentes literas inspecturis salutem et in perpetuum rei geste cognoscere veritatem. Pastorali officio divina permissione, licet immeriti presidentes ad hoc cura pervigili convertimus oculos cordis nostri, quod cultus divinus in nostra dyocesi augmentetur nostrisque subditis, maxime religiosis et ecclesiasticis personis commodum et tranquillitatem pacis et concordie, ut eo liberius Deo deserviant, procuremus. Sane cum olim pie memorie dominus[a] tituli sancte Sabine presbiter cardinalis, Apostolice sedis legatus, archiepiscopi Coloniensis, qui tunc dictam Coloniensem regebat ecclesiam, predecessoris nostri, precibus inclinatus dilectis in Christo abbatisse et conventui monasterii de Welvere ordinis Cisterciensis, nostre dyocesis ecclesiam parrochialem de Welvere, cuius ius patronatus pertinet ad eosdem, incorporaverit et annexit, sic[b] quod dum et quociens eam vacare contingeret, possent omnes redditus pro suis victualibus et necessariis percipere et retinere ipsamque officiari facere per ydoneum presbiterum, quem ad hoc duxerint assumendum, reservata tamen ipsi seu rectori eiusdem ecclesie pro tempore existenti de ipsius ecclesie redditibus et proventibus congrua portione, sicut in litteris super hoc confectis plenius[c] continetur. Verum quia huiusmodi portio dicto presbitero seu rectori assignanda non fuit in certa nominata summa expressa, ne ex hoc inter dictos abbatissam et conventum ex una parte ac presbiterum seu rectorem dicte ecclesie pro tempore existentem ex altera contingat dissensiones, odia et animarum suarum pericula suboriri, nos dissentionibus, odiis et animarum periculis huiusmodi paterna sollicitudine, prehabito super hoc diligenti et maturo consilio, obviare volentes, statuimus et ordinamus, quod ex nunc in antea abbatissa et conventus predicti rectori dicte ecclesie pro tempore existenti dabunt et assignabunt seu dari et assignari facient de redditibus, proventibus, oblationibus et obventionibus quibuscumque dicte ecclesie viginti quatuor marcas denariorum Coloniensis pagamenti, tribus hallensibus pro duobus denariis cumputatis, seu in alia pecunia in civitate Coloniensi currente et dativa valorem earundem. Quas quidem viginti quatuor marcas dabunt seu dari facient dicto rectori singulis annis in quatuor anni terminis, videlicet in octava Nativitatis Domini sex marcas, et in octava festi Pasce sex marcas, in octava Pentecostes sex marcas et in octava Omnium sanctorum sex marcas pagamenti supradicti. Item in festo beati Remigii singulis annis dabunt sepedicto rectori duo maldra siliginis, duo maldra hordei et duo maldra avene mensure Coloniensis. At quicquid eidem rectori, dum sacramentum extremae unctionis vel corporis Christi ad infirmos[d] deportaverit, derivari poterit, hoc sibi retinebit et suis usibus applicabit. Idem etiam rector domum habebit et inhabitabit in Mederike, quam rectores dicte ecclesiae ab antiquo inhabitare consueverunt. Et in hiis prefatis rector pro tempore dictam ecclesiam officiat. Quae sibi pro sustentatione sua congrua[e] sufficere[f] decrevimus et decernimus per presentes, contentus erit et eidem ecclesie in divinis officiis et animarum cura fideliter deserviet, ut tenetur, ne ullo unquam tempore de redditibus, proventibus vel obventionibus eiusdem quicquam requiret sive petet quocumque modo ab abbatissa et conventu monasterii supradicti. Mandamus igitur in virtute sancte obedientie abbatisse et conventui ac rectori supradictis, ut huiusmodi nostras ordinationem, statutum et decretum perpetuis temporibus inviolabiliter teneant et observent. In quorum testimonium et firmitatem perpetuam

sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M° CCC^mo vicesimo, octava die mensis Ianuarii.

Beglaubigung der Abschrift durch Christian Diepenbrock, Notar und Sekretär zu Werl. Beglaubigung von fünf Abschriften durch den Notar Bernard Schmitz (mit Notarssignet). Abschrift des 17. Jahrh., Stadt A Soest, A 3149 Bl. 3, vergl. INA, Stadt A Soest Nr. 6117; Regest nicht in REK.

[a]) Als Randvermerk von späterer Hand „Hugo"; [b]) in der Vorlage „si"; [c]) von „et proventibus" bis „plenius" am Rand nachgetragen; [d]) in der Vorlage „informos"; [e]) in der Vorlage „congruam"; [f]) Wort am Rand nachgetragen.

[1]) Vergl. die Urkunden von 1251 September 18 und Oktober 13: WUB VII Nr. 757 und 761; [2]) etwa 2 km südöstlich der Kirche.

1632

1320 Januar 13 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln weist aufgrund der Klage der Minoriten zu Soest und Dortmund die betreffenden Pfarrgeistlichen darauf hin, daß die Schwestern des Dritten Ordens des hl. Franziskus nicht unter die Konstitution fallen, die Papst Clemens V. auf dem Konzil von Vienne gegen die Beginen erlassen hat. Der Erzbischof befiehlt den Adressaten, die ausgesprochene Exkommunikationen zu widerrufen und die Schwestern zu den Sakramenten zuzulassen.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, dilectis[a] in Christo in Susato et in Tremonia ecclesiarum et cappellarum rectoribus et presbiteris salutem in Domino. Gravis querimonia fratrum Minorum in Susato et in Tremonia ad nos pervenit, quod nonnulli vestrum sorores tertii ordinis ipsorum per beatum Franciscum instituti ac per sedem Apostolicam approbati sub constitucione domini Clementis pape quinti edita in concilio Vyennensi statum bacginagii reprobante et ab ecclesia sancta Dei radicitus extirpante reputantes comprehendi, ipsas excommunicatas publice denuntient ac ad ecclesiastica sacramenta communionemque fidelium admittere minus provide contradicant. Et nichilominus dictos Fratres Minores, quos ex eo, quod sorores tertii ordinis prefatas in suo statu fovent easque in suis ecclesiis recipiunt ad divina, asserunt sententiam excommunicationis auctoritate constitutionis eiusdem ipso facto contraxisse et incidisse[b], excommunicatos hac occasione publice denuntiare non vereantur. Super quo suppliciter et devote nostrum officium pro oportuno remedio implorarunt. Nos igitur hunc tertium ordinem, ut predicitur, a sede Apostolica approbatum et confirmatum ipsiusque professores in eodem digne viventes protegere, defendere et fovere, quantum de iure possumus, cupientes, vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus prefati ordinis sorores in vestris ecclesiis admittatis ad divina ipsis, sicut aliis Christifidelibus ecclesiastica ministrantes sacramenta nec ipsas vel earum fautores, cum secundum declaracionem sanctissimi patris domini Iohannis pape XXII minime sub dicta constitucione comprehendantur, excommunicacione notatas nuncietis et denuntiacionem, si quam fecistis, omnino revocetis. Dum tamen habitum dicto ordini tercio congruentem ab illo confessore eximio, beato Francisco, institutum deferant et deportent. Qui, qualis sit et esse debeat, ipsarum regula liquido demonstrabit. Cui fidem plenariam, si vobis sub sigillo nostro vel alias authentico exhibita fuerit, vos volumus adhibere. Datum Gudensberg in octava Epiphanie Domini anno eiusdem millesimo CCC^mo vicesimo.

Ausf., Perg., StAM, Minoriten Soest Urk. Nr. 28, Siegel des Erzbischofs (oberer Teil abgebrochen, Siegel der Eb. von Köln 20,3) abhängend; Regest: REK IV Nr. 1159.

[a]) Auf Rasur; [b]) ein zunächst geschriebene „s" in „c" (5. Buchstabe) verbessert.

1633

1320 vor Februar 9

Everhard von Arenbögel weist den Zehnten bei seinem Oberhof und Wohnsitz Arenbögel[1] diesem zu als Ersatz für die zum Oberhof gehörende Hufe In dem Herskampe, die er mit Zustimmung des Klosters Werden an seinem Bruder Rutger abgetreten hat.

Universis presencia visuris et audituris .. ego Euerhardus de Arenbogel notum facio presentibus protestando, quod decimam totalem per campos mansionis in Arenbogel, que fuit Hermanni dicti de Vogelsheym, do, confero et presentibus assigno curti ac mansioni in Arenbogel loco cuiusdam mansi dicti In deme Herssecampe pertinentis ad ipsam curtem in Arenbogel, quem de consensu .. dominorum meorum .. abbatis et .. conventus monasterii Werdinensis Rutgero fratri meo dilecto de Arenbogel tradidi pro decima supradicta, ita videlicet, quod ipsam decimam in sua totalitate apud ipsam curtem in Arenbogel promitto in perpetuum presentibus conservare. In huius rei evidentiam sigillum meum presentibus duxi apponendum. Actum et datum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo, ante dominicam Invocavit.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Werden Urk. Nr. 141, Siegel ab.

[1]) Im Kirchspiel Osterfeld (Oberhausen).

1634

1320 Februar 10[1]

Der Ritter Franko von Schnellenberg überläßt dem Grafen Wilhelm von Arnsberg seinen Eigenhörigen Dytmar von Mathmecke und erhält dafür den Gerard gen. Vogel.

Ego Francko miles de Snellenberg notum facio per presentes, quod ego dedi ac in hiis scriptis do Dytmarum de Matenbeke mihi proprietatis iure attinentem nobili viro domino Wilhelmo comiti de Arnsberg, recipiens ab eo nomine concambii Gerardum dictum Vogel, qui ei iure simili attinebat, harum nostrarum testimonio literarum datarum sub sigillo presentibus appenso anno Domini M CCC^mo^ vicesimo, quarto idus Februarii.

Abschrift des 14. Jahrh. in StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 32v; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii VII, Bl. 63v.

[1]) Auch die Beziehung des „quarto" auf die Jahreszahl ist möglich, wonach das Datum lauten würde: 1324 Februar 13.

1635

1320 Februar 18 Menden

Arnold und Rutger Snuvere und ihre Schwester Sophia verzichten vor dem Richter, den Bürgermeistern und den Ratsherren zu Menden gegenüber dem Kloster Elsey auf ihre vermeintlichen Ansprüche auf die Güter, die Lifhard dem Schulten im Dorf Elsey gehört hatten, und lassen diese in die Hand des Erenfried von Quatterlant, der den Verzicht namens des Johann von Letmathe entgegennimmt, auf.

Liqueat universis presencium inspectoribus et auditoribus nos Arnoldum et Rutgherum Snůuere et Sophiam, sororem nostram, coram Iohanne de Wichlo, iudice in Mendene, et proconsulibus et consulibus ibidem, videlicet Thidemanno de Holthusen[a] et Bertoldo dicto Luttekeman, proconsulibus, et Gerhardo de Schede, Hinrico dicto Swaf, Hinrico de Vrilinchusen, Wighero Muddepenninc, Thilemanno de Ole, Thilemanno dicto Schekel et Arnoldo[b] de Tremonia, consulibus tunc temporis, ab omni impetitione, quam de iure ad conventum Elze habere sperabamus ex parte bonorum, que olim fuerunt Lifhardi scultheti in villa Elze sitorum, radicitus declinasse et ad manus Erenfridi dicti Quaterlant renuntiationem dicte impetitionis nomine Iohannis de Letmete erogasse, que omnia et singula presentibus publice protestamur. Acta sunt hec feria

secunda ante Cathedram beati Petri in civitate Mendene, presentibus honorabilibus viris, scilicet Emundo, decano in Mendene, domino Theoderico, in Mendene sacerdote, Hinrico, cappellano ibidem, Goswino[c] de Rodenberg, milite, Goswino de Rodenberg, famulo, Frederico dicto Snůuere, fratre dictorum Arnoldi et Rutgeri, Thilemanno de Hudinchusen, sculteto de Vdinc et Euerhardo, precone in Mendene, aliisque quam pluribus probis et fidedignis. In cuius rei testimonium sigilla Iohannis de Letmete et opidanorum in Mendene ad petitionem utriusque partis presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo, feria secunda predicta.

Ausf., Perg., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A Rheda, Abteilung Limburg, Urk. Nr. 22, Siegel des Johann von Letmathe (WS 198,15) und der Stadt Menden (am Rand stark abgebrochen) anhängend.

[a]) Am Schluß des Wortes statt eines getilgten „m" ein „n"; [b]) zunächst „Arnoldus" geschrieben; [c]) in der Vorlage „Gowino".

1636

1320 Februar 20 Westminster

König Eduard (II.) von England befiehlt den Sheriffs von London, wegen der trotz seines Befehls[1] arrestierten Hermann Swarte von Soest, Konrad Alte Broke von Greifswald und Tidemann Ate Way von Greifswald eine Untersuchung durchzuführen. Diese gäben sich als deutsche Hansegenossen aus und würden von Johann Lange, Aldermann der Kaufleute der Deutschen Hanse, als solche anerkannt. Dieses würde aber von Wilhelm Wideslade bestritten. Die Sheriffs sollten daher die Behauptungen durch Bürger und Kaufleute aus London, die überseeischen Handel trieben, überprüfen lassen.

Eintragung, Public Record Office, London City records, Liber E, Bl. 101v; Regest: Hans UB II Nr. 352, S. 148.

[1]) Von 1319 August 15.

1637

1320 Februar 22

Bürgermeister, Ratsherren und Bürgerschaft in Soest teilen dem Bürgermeister und der Bürgerschaft in Southampton mit, Bürger aus ihrer Stadt, und zwar die Kapitäne und Matrosen von drei Schiffen, hätten ein kleines Schiff aufgebracht und nach Newcastle geleitet. Auf diesem befänden sich 34 Fässer mit Stahl und Eisen, die zum größten Teil der Witwe und den Kindern des Soester Bürgers Hunold von Lüdenscheid gehörten. Der Rat bittet um Auslieferung der arrestierten Fässer.

Prudentibus viris ac honorabilibus maiori ac toti universitati[a] in Suthampton .. magistri consulum, .. consules et ceteri cives in Sosato promotionem et honorem, quantum possunt. Intelleximus, quod quidam homines de vobis seu de vestra villa, videlicet magister et marinarii navis vocate Mariote, .. magister et marinarii navis vocate le Rodocogge nec non magister et marinarii navis vocate la Cogge Seynt Johan unam parvam navem in mari vagantem invenerunt et ad villam Noui Castri adduxerunt. In qua fuerunt triginta quatuor vasa calibis et ferri, de quibus triginta tamen attinent pleno iure .. relicte quondam Hunoldi de Ludelschede et suis privignis ac quibusdam eorum in hace parte, qui omnes nostri sunt concives. Et cum huiusmodi triginta vasa calibis et ferri per Iohannem Preger, Thydemannum de Dome, nostros concives, et Angelramum de Colonia, burgensem[b] ville Noue Castri, dicantur arrestata ad manus nostrorum concivium predictorum, ad quos de iure spectant, rogamus vestram universitatem precibus devotis et attentis, quatenus causa[c] iusticie et nostri famulatus prefatis Iohanni, Thydemanno ac Angelramo pretacta vasa calibis et ferri totaliter assignetis vel assignari faciatis, habentes ad nos et ad has nostras apertas literas respectum firmum et securum. Quod hoc facto vos, vestra universitas, magistri, marinarii, naves predicte[d] et omnes, quorum interest vel interesse poterit, ab omni secundaria actione vel impetitione iusta, que ratione dictorum triginta vasorum calibis et

ferri posset suboriri, quieti perpetuo ubicumque locorum manebitis et soluti. Et in horum firmitatem et robur perpetuum mittimus vobis has literas sigillo nostri oppidi seu nostre universitatis roboratas et suffultas. Datum ipso die beati Petri ad cathedram anno Domini M° CCC^mo vicesimo.

Wiedergabe nach Haeberlin, Analecta medii aevi, S. 285, Nr. 20; Regest: Hans. UB II Nr. 353, S. 148.

1638

1320 Februar 22

Heinrich gen. Winre und seine Frau Jutta, Bürger in Essen, überlassen von den vom Knappen Hugo von der Horst angekauften zwölf Morgen Landes, gelegen zwischen der Stadt Essen und dem Dorf Stengraven[1], die Hälfte der Jutta von Grafschaft, Scholasterin des Stifts Essen.

Universis presentem litteram visuris vel audituris Henricus dictus Winre ac Iutta, eius uxor, opidani Asnidenses, salutem et rei geste cognoscere veritatem. Notum facimus tenore presentium publice recognoscentes, quod, cum emeremus ab Hughone van der Horst, famulo, decem iurnales terre arabilis cum prato, piscina ac fundo quodam, qui vulgariter dicitur en sype, circumiacentibus eisdem agris sitis infra oppidum Assindense et villam, que nominatur Stengraven, prope positam, pro quinquaginta et quinque marcis bonorum Susatiensium denariorum, tradidimus et assignavimus domine Iutte de Grascap, scolastice secularis ecclesie Assindensis, dimidietatem dictorum agrorum et suorum attinentium, que nobiscum eadem bona manu coniuncta tamquam ... pro indiviso comparavit, receptis ab eadem viginti et septem marcis cum dimidia monete predicte. De quibus quidem agris cum suis attinentiis dabuntur et solventur duo denarii pro censu hereditario singulis annis in festo beati Michaelis manso dicto Stengraven, quem[a] nunc Henricus inhabitare solet. In quorum omnium testimonium evidens et notitiam dedimus prefate domine de Grascap hanc patentem litteram sigillo mei Henrici una cum sigillo oppidi Asnidensis sigillatam. Et nos .. consules oppidi Asnidensis recognoscimus nos sigillum nostri oppidi ad petitionem Henrici Winre et sue uxoris predictorum necnon ad petitionem dicte domine Iutte de Grascap in testimonium premissorum huic littere appendisse, presentibus nobis Růtghero de Vehove, sculteto, Arnoldo dicto Ryke, Henrico ůpme Graven, Iohanne dicto Vischere, Henrico de Wattenscede, Iohanne Karlekint, Iohanne Kranghe, Henrico Gernegrot, Henrico dicto Pyive et Adolpho dicto in der Hůrne, consulibus pro tempore oppidi Asnidensis. Datum anno Domini M° CCC^mo XX°, ipso die Kathedre beati Petri.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 287, 1. Siegel (sehr gut erhalten), 2. Siegel (beschädigt) anhängend; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 108, S. 75.

[a]) In der Vorlage „quam".

[1]) Hove vor Essen (Inventare des HStAD, Bd. 4, Klosterarchive, S. 144).

1639

1320 Februar 27 Frankfurt

König Ludwig überträgt in der nach dem Tode des Grafen Konrad von Dortmund unter den Erben entstandenen Auseinandersetzung die Grafschaft Dortmund bis zur Regelung des Streits den Bürgern der Stadt Dortmund und bestimmt, daß die Grafschaft nur an die rechten Erben oder an die Stadt gelangen darf.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris .. consulibus et universis opidanis opidi Tremoniensis, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Cum regalis celsitudinis proprium existat pacem manutenere et dissipatam in subditis reformare, cum itaque ex morte strennui viri Conradi quondam comitis opidi vestri inter heredes ipsius super comicia, que a sacro imperio ab antiquo dependet, dissensio sit suborta, nos volentes iura nostra et sacri imperii in eorum statu et robore permanere inviolabiliter, sicut est antiquitus introductum, ac dictorum heredum ex offitii nostri debito discordiam ab eodem

amputare, vobis ipsam comiciam cum suis iuribus et pertinentiis universis intra opidum et extra tenendam et regendam in omni statu et modo, quibus antedictus quondam Conradus et eius antecessores a divis Romanorum imperatoribus et regibus tenuerunt, quousque prefati heredes super huismodi dissensione iusticia vel amore concordati fuerint, committimus per presentes, ita quod concordatis heredibus apud eorum alterum tantum dicta comicia permaneat, sicut est antiquitus introductum. Si vero concordarentur iidem heredes vel non et ipsam comiciam vendere vellent in toto vel in parte seu iam vobis vendiderint aut antecessores eorundem heredum in quota aliqua, ut vos illam emere et emptam tenere possitis et nullus alius, cuiuscumque condicionis vel status existat, se de eadem comicia quoad empcionem iam factam, si qua facta est, quam decernimus non tenere, aut ad fiendam vel ad aliam usurpacionem et detentacionem quamcumque temerariam aliqualiter intromittat, vobis ex speciali gratia indulgemus, tenendam et possidendam a nobis et sacro imperio eo pleno iure, sicut dependere dinoscitur ab eodem. Vobis nichilominus iniungentes, ne archiepiscopum Coloniensem vel alium episcopum, comitem, baronem vel aliquem forensem ad dictam comiciam quomodolibet admittatis. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum in Franchenfůrt IIII. kalendas Martii anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, regni vero nostri anno sexta.

Zwei Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 160a und 160b, großes Thronsiegel anhängend, Urkunden 1945 vernichtet, Kopie und Foto im Stadt A Dortmund; Druck: Dortmunder UB I Nr. 379, S. 264; MGH, Constitutiones V Nr. 564, S. 452; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 539.

1640

1320 März 2

Der Ritter Hunold von Plettenberg schenkt dem Kloster Fröndenberg für die Memorie seiner Eltern und für seine eigene sowie wegen seiner im Kloster lebenden Schwester Agnes und seiner Nichte Duda, der Tochter seiner Schwester, seine Güter mit dem Eigentumsrecht zu Wickede.

Ego Hunoldus de Plettenbracht, miles, notum facio presentium inspectoribus universis, quod pure et simpliciter propter Deum et ob salutem ac perpetuam memoriam animarum parentum meorum ac anime mee in monasterio Vrendeberg perpetualiter peragendam dicto monasterio et conventui ibidem contuli et confero presentium testimonio literarum proprietatem, ius et omnem partem bonorum meorum apud Wicke, que in ipsis bonis ad presens habeo vel que michi vel meis heredibus possent postmodum evenire, cum omni iure et proventu bonorum eorundem, immo etiam ob dilectionem Agnetis, sororis mee, ac Gůde, filie sororis mee, quas .. abbatissa et conventus predicte ibidem ad suum collegium et consortium favorabiliter receperunt, do et dedi eisdem dicta bona cum proprietate eorundem libera et spontanea voluntate de consensu omnium puerorum meorum utriusque sexus, quibuscumque nominibus nominentur, iure perpetuo ac hereditario possidenda, promittens abbatissam et conventum supradictas super prefatis bonis iustitialiter warandare. Ut autem hec omnia premissa rata et firma permaneant et a meis heredibus inviolabiliter observentur, .. abbatisse et conventui supradictis presentes literas dedi sigilli mei munimine roboratas, ut nulli in posterum super premissis aliquod dubium oriatur. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, die dominica, qua cantatur Oculi.

Ausf., Perg., StAM, KLoster Fröndenberg Urk. Nr. 95, Siegel des Hunold von Plettenberg (Bild: gespaltener Schild; Rückvermerk (16. Jahrh.): item die van Spee tho Wickede betreffend.

1641

1320 März 2

Der Knappe Everhard vom Hofe bekundet, der Knappe Godfried von Rüdenberg habe den Bertold von Klotingen gen. Mudeken bedrängt und von ihm Dienste gefordert, weil er als Ankömmling und Flüchtling ohne einen bestimmten Herrn im Banne seiner Freigrafschaft in Klotingen wohne. Am Gerichtstag zu Neheim legt Bertold seinen Rechtsstatus dar, was „bosmethe"[1] heißt. Die Familie seiner Mutter sei seit der Gründung des Klosters Oelinghausen diesem eigenhörig. Godfried von Rüdenberg verzichtet daraufhin auf jeden Rechtsanspruch auf Bertold.

Nos Euerhardus de Curia, famulus, notum facio universis publice protestando, quod, cum Godfridus de Růdenberg, famulus, Bertoldum de Clotinge dictum Mudeken inpeteret ac inpetendo aliquid iuris et servicii exigeret ab eodem eo, quod idem quasi advena et profugus ac sine certo domino infra districtum banni sui liberi comitatus, videlicet in Clotinge moraretur, idem Bertoldus die ad respondendum dicto Godfrido super obiectis prefixo in figura iudicii in Nehem cum sollempni testimonio sui generis et condicionis, quod bosmethe dicitur, videlicet cum sex hominibus, qui in hoc casu ad ferendum testimonium erunt omnino habiles et legales nec a testimonio propter defectum aliquod repelli poterant, me pro tunc ibidem actu iudicio presidente, comparuit, asserens se eidem non esse ad aliqua iura seu servitia obligatum eo, quod mater sua cum omnibus progenitoribus suis monasterio in V̊linchusen ac suis legitimis provisoribus iure servili attineret et attinuisset a tempore fundationis eiusdem per donationem Sygenandi, quondam militis, dicti monasterii fundatoris, et propter hoc condicionem matris et progenitorum suorum sequendo se et fratres suos iure servili attinere eidem monasterio publice est confessus, hoc ipsum per se ac per testes predictos iuratos, scilicet fratrem Hermannum de Hafbeke, conversum in Wedinchusen, Henricum dictum Crithere, Iohannem dictum Hopeneman, Albertum de Dresberg, Dethardum Cocum et Gertrudim, conversam in V̊linchusen, protestando sollempniter et probando. Unde predictus Godfridus huius protestatione ac probatione peracta, recognoscens se nichil iuris habere in premissis renunciavit simpliciter atque plane omnibus exceptionibus et impetitionibus iuris vel facti, que sibi ad inpetendum dictum Bertoldum super quovis iure seu servicio possent quomodolibet suffragari. In cuius rei testimonium sigillum Wichardi de Ense, famuli, quia proprio carui, petivi presentibus apponendum. Et ego Wichardus de Ense iam dictus sigillum meum eisdem literis apposui ad peticiones Euerhardi de Curia supradicti. Presentes erant huic facto Henricus dictus Wrede, Geruasius de Nehem, Hake de Nehem, Tůne de Nehem, Hermannus de Binole et alii plures fidedigni. Acta sunt hec anno Domini M° CCC° XX°, dominica, qua cantatur Oculi mei.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 226, Siegel des von Ense (im Bild. schrägrechtsgelegte Pferdebremse) abhängend; Abschrift des 14. Jahrh. in Altertumsverein Paderborn, Cod. 348 (Kopiar des Klosters Oelinghausen) S. 215; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 235.

[1]) Bosme oder Busme = Prüfung der Blutsverwandtschaft zur Ermittlung des Rechtsstatus der Eigenhörigkeit (Eduard Brinckmeier, Glossarium diplomaticum, Bd. 1 Wolfenbüttel 1850, S. 440).

1642

1320 März 2

Der Knappe Gottfried von Rüdenberg verzichtet vor dem Richter zu Neheim auf seine Rechte und Ansprüche auf Dienste wegen des Bertold von Klotingen, des Bruders des Emelrich gen. Muddeken. Die Ansprüche hatte er erhoben, weil dieser als Fremder in seinem Bannbezirk bei Bergstraße wohnte. Bertold hatte vor Gericht nachgewiesen, daß er und seine Familie seit Gründung des Klosters Oelinghausen dessen Eigenhörige seien.

Ego Godefridus de Růdenberg, famulus, notum facio universis tenore presentium publice protestando, quod cum Bertoldo de Clotingen, fratri Emelrici et ...[a] dictorum Muddeken impetitionem eo, quod advena, quod inkomen man vulgariter dicitur, in districtu banni mei apud Berstrate existeret, aliquamdiu movissem eadem etiam ratione ab ipso aliquid iuris et servicii exigendo, idem Bertoldus in figura iudicii Nehem, ubi ad[b] decidendam seu determinandam iam dictam causam placitum acceptaveram, cum sollempni generis sui simulque conditionis testimonio, quod bosmete dicitur, comparuit se septimo iuratus ibidem publice profitendo, quod ecclesie in V̊linhusen necnon suis legitimis provisoribus ab omni progenitorum suorum tempore attinuisset et presenter attineret eo iure, quo Sigenandus miles pie recordationis ipsum ac progenitores iam dictos dicte ecclesie pro anime sue salute laudabiliter assignasset. Unde, cum idem Bertoldus ius suum seu conditionem evidenter ac dominium suum monstrando recognoverit ac idem, sicut premissum est, sufficienter probaverit, ego prudentum virorum inductus et instructus prece et industria, renuntio plane et expresse pro me necnon pro meis veris, quocumque iidem censentur nomine, heredibus omni impeticioni vel iuri, quod mihi ad impetendum eundem quomodolibet[c] possit suffragari. In cuius rei noticiam sigillum patris mei domini Godefridi de Rodenberg, militis, petivi presentibus apponendum. Presentes erant huic facto Henricus dictus Vrede, Geruasius de Neyhem, Wichardus de Ense, .. Hake de Neyhem, Euerhardus dictus de Curia, iudex ibidem ac pro eadem causa pro tunc iudicio presidens, Tůno de Neyhem, Hermannus de Binole et alii quam plures fidedigni. Datum et actum dominica, qua cantatur Oculi mei anno M° CCC° XX° incarnacionis Ihesu Christi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 227, Bruchstück des Siegels des Ritters Gottfried von Rüdenberg (WS 27,7) abhängend; Abschrift des 14. Jahrh. in Altertumsverein Paderborn, Cod. 348 (Kopiar des Klosters Oelinghausen) S. 217; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 236.

[a]) In der Vorlage Lücke; [b]) über der Zeile nachgetragen; [c]) über der Silbe „mo" fehlt der Kürzungsstrich.

1643

1320 März 4 Osnabrück

Edelherr Symon zur Lippe schließt mit Bischof Engelbert von Osnabrück ein Bündnis. Er will bei der Rückgewinnung der an die Ritter Baldewin von Varendorpe und Nikolaus gen. Eyfler sowie an Johann gen. Eyfler verpfändeten Burg und der Stadt Wiedenbrück behilflich sein. Auf Anforderung wollen sich die Vertragspartner wechselseitig zwischen Rhein und Weser mit Bewaffneten Beistand leisten. Wenn der Kölner Erzbischof gegen den Edelherrn zur Lippe eine Fehde beginnt, wird dieser vom Bischof von Osnabrück keine Hilfe erbitten. Das gleiche wird der Fall sein bei einer Fehde gegen die Bewahrer des Landfriedens, den der Kölner Erzbischof, der Bischof von Münster, der Graf von Virneburg und die betreffenden Städte vereinbart haben. Datum Osnabrück 1320 März 4 (quarto nonas Marcii).

Ausf., Perg., Dom A Osnabrück Ur. Nr. 1, Siegel des Edelherrn zur Lippe anhängend.

1644

1320 März 8 Frankfurt

Gerlach Graf von Nassau (Nazzawe) *vergleicht sich in seinem Streit mit dem römischen König Ludwig* (von Rome) *und verspricht seinen Beistand mit Ausnahme u.a. gegen Gerlach von Limburg* (Lympůrch), *es sei denn, daß die Betreffenden zum (Herzog Friedrich) von Östereich oder zum Erzbischof von Köln* (Cŏln) *oder ihren Helfern ritten.*

Ausf., Perg., Bayerisches HStA München, Hausarchiv K 1, L 5, Nr. 233; Druck: MGH, Constitutiones V Nr. 565, S. 453.

1645

1320 März 12 Avignon

Fünf Erzbischöfe und dreizehn (Weih)bischöfe gewähren dem Kloster Paradies einen Ablaß.

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, nos miseratione divina Matheus Duraciensis, Esgerus Lundensis, Rostagnus Neopatensis, Raymundus Ebredunensis et Bertrandus Brondosinus, archiepiscopi, Franciscus Gagetanus, Andreas Corensis, Lampredius Traguriensis, Egidius Andrinopolensis, Guilhelmus ad partes Tartarorum, Petrus Narniensis, Orlandus Donicensis, Petrus Civitatis Nove, Iacobus Lodouiensis, Zacharias Susaciensis, Theodericus Scutarensis, Guilhelmus Caturcensis et Guilhelmus Puteolanus, episcopi, salutem in Domino sempiternam. Splendor paterni luminis, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium in sua clementi maiestate sperantium tunc precipue benigno favore prosequitur, dum ipsorum devota humilitate sanctorum suorum meritis et precibus adiuvatur. Cupientes igitur, ut monasterium sanctimonialium de Paradiso sub cura fratrum ordinis Predicatorum viventium Coloniensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus studiosius veneretur, omnibus et singulis vere penitentibus et confessis, qui in dedicatione ipsius monasterii, in festivitatibus quoque Domini Dei nostri Iesu Christi, videlicet Nativitatis, Circumcisionis, Epyphanie, Palmarum, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis et Penthecostes, omnibus diebus dominicis, in festis etiam quatuor gloriose virginis matris Dei Marie, diebus beati Iohannis Baptiste, beatorum Petri et Pauli ac aliorum omnium apostolorum, beatorum Augustini et Dominici, confessorum, Laurentii et Petri, martirum beatarum Agnetis, Margarete, Cecilie, Katherine, Barbare, Lucie ac Undecim milium virginum, in Commemoratione omnium sanctorum vel in dictarum festivitatum et festorum octavis causa devotionis accesserint annuatim, aut qui in elevatione sacri corporis et sanguinis eiusdem Domini nostri ipsum in dicto monasterio flexis genibus et complosis manibus adorarint, vel qui ad libros, calices, casulas, albas et ad alia huiusmodi indumenta vel preparamenta sacerdotum altarium ibidem, aut qui ad fabricam, ornamenta, luminaria et alia dicti monasterii[a] necessaria manus suas porrexerint adiutrices, vel qui cymiterium eiusdem monasterii circuierint vel transiverint orationem dominicam ad requiem eternam pro sepultis ibidem et omnium defunctorum fidelium salute orantes, nos de omnipotentis Dei misericordia, beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, meritis et auctoritate confisi singuli nostrum singulas quadragenas indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo loci diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium presentes litteras iussimus sigillorum nostrorum appensione muniri. Datum Auinioni anno Domini M° CCC° XX°, die Martii XII, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini Iohannis pape XXII anno quarto.

Ausf., Perg., StAM, Urk. AB Nr. 16 (ehemals Kloster Paradies Nr. 72), die 13 Siegel anhängend.

[a]) Auf Rasur.

1646

1320 März 14 Erfurt

Der Abt des Benediktinerklosters St. Peter in Erfurt beauftragt den Scholaster in Fritzlar (bzw. den Domdechanten in Münster) mit der Ausführung einer päpstlichen Bulle zur Erledigung der Prozesse der Zisterzienserinnenklöster Benninghausen und Welver.

Iohannes Dei gratia abbas monasterii beatorum Petri et Pauli apostolorum in Erfordia ordinis sancti Benedicti Maguntine dyocesis, conservator sive executor privilegiorum et indulgentiarum ordinis Cysterciensis perpetuus a sede Apostolica delegatus, discreto viro dilecto in Christo .. scolastico ecclesie Vritslariensis[a] dicte Maguntine dyocesis salutem et mandatis Apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos literas sanctissimi patris et domini pape Clementis quinti sub vera bulla, filo et stilo salvis, non cancellatas, non abolitas, non rasas nec in sui parte aliqua viciatas recepisse in hec verba: Clemens episcopus, servus servorum Dei,

dilecto filio .. abbati Montis sancti Petri in Erfordia etc., quarum literarum seriem et copiam vobis cum presentibus, si requisiveritis, volumus exhiberi. Sed quia ad presens executioni dictarum literarum, quo ad causas reverendarum dominarum .. abbatissarum et .. conventuum monasteriorum Benekenchusen et Weluere ordinis Cysterciensis Coloniensis dyocesis convenienter intendere non possumus arduis ecclesie nostre negociis prepediti, discretioni vestre vices nostras subdelegamus sive committimus, quousque ad nos ipsas duxerimus revocandas, mandantes et volentes, quatinus in causis monasteriorum predictorum simul seu divisim, prout requisiti fueritis, auctoritate nostra immo verius Apostolica Deum habentes pre oculis secundum formam nobis in supradictis literis traditam procedatis. Datum in Erfordia anno Domini M° CCC° XX°, sexta feria post dominicam Letare.

Zwei Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 143, Siegel des Abts (an beiden Urkunden gut erhalten; spitzoval, im Bild Siegler mit Infula auf einem Sessel sitzend, in der Rechten den Stab, in der Linken aufgeschlagenes Buch) abhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): litere episcoporum et abbatum.

[a]) In B: honorabili viro dilecto in Christo .. decano ecclesie Monasteriensis.

1647

1320 März 19 Fritzlar

Der Fritzlarer Scholaster Hermann beauftragt den Rektor des Altars von St. Maria Magdalena im Kloster von Soest[1], den Priester und Vizepropst des Stifts (St. Patrokli) in Soest und den Kleriker Heinrich, Notar der Kölner Kirche, zum 26. April nach Fritzlar zu laden, um dort zu den Beschwerden der Zisterzienserinnenklöster Benninghausen und Welver Stellung zu nehmen.

Hermannus scolasticus ecclesie Vritslariensis Maguntine dyocesis, iudex a venerabili viro domino Iohanne abbate monasterii sancti Petri in Erfordia ordinis sancti Benedicti dicte Maguntine dyocesis, conservatore perpetuo privilegiorum et indulgentiarum ordinis Cysterciensis a sede Apostolica delegato subdelegatus, discreto viro dilecto in Christo .. rectori altaris sancte Marie Magdalene in monasterio Sosatiensi Coloniensis dyocesis salutem in Domino. Noveritis nos literas dicti domini abbatis recepisse in hec verba:

folgt inseriert Urkunde von 1320 März 14.

Auctoritate igitur harum literarum vobis in virtute sancte obedientie sub pena excommunicacionis iam late sententie, quam in hiis scriptis trium dierum monicione premissa in vos ferimus, si mandatum nostrum immo verius Apostolicum neglexeritis adimplere, stricte precipiendo mandamus, quatinus Hermannum dictum Cultus, sacerdotem, viceprepositum Sosatiensem dicte Coloniensis dyocesis, et venerabilem Henricum clericum dictum de Geseke, eiusdem notarium, citetis peremptorie, ut coram nobis in Vritslaria sabato post dominicam Iubilate conpareant queremoniis reverendarum dominarum .. abbatissarum et conventuum dictorum monasteriorum Benekenchusen et Welvere legitime responsuri[a]. Reddite literas sigillatas. Datum in Vritslaria anno Domini M° CCC° XX°, quarta feria post dominicam Iudica.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 144, Siegel ab.

[a]) Durch Rasur aus „reponsuros" korrigiert.
[1]) D.h. des Klosters St. Walburgis Soest.

1648

1320 März 27

Der Kleriker Johannes de Lippia vollendet die von seinen † Eltern begonnene Stiftung einer Präbende, nachdem Dechant und Kapitel von St. Patrokli Soest ihn als Mitkanoniker angenommen haben. Dazu bestimmt er Renten von 14 Mark und 12 Malt Korn. Von diesen Renten hat er sechs Malt Korn von den Stiftsherren aus ihren Höfen zu Völlinghausen[1] und ihrem Kornspeicher gekauft, vier Malt weist er aus seinen Höfen zu Stocklarn und Berwicke[2] an und Renten von vier Mark aus seinem Haus in der Stiftsimmunität. Für

das, was an den Renten noch fehlt, stiftet er 200 Mark, für die die Stiftsherren innerhalb von zwei Jahren Renten erwerben sollen. Dann soll er die Einkünfte einer Präbende wie die übrigen Kanoniker beziehen. Auf Lebenszeit behält er sich die Einkünfte von vier Malt Korn aus seinen Gütern zu Stocklarn und Berwicke vor, die anstatt der Korneinkünfte treten sollen, die die übrigen Kanoniker aus Nutten[3] beziehen. Eventuelle Überschüsse sind für seine Memorie und die feierlichere Gestaltung des St. Patrokli-Festes zu verwenden.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris ego Iohannes de Lyppia, clericus, notum facio publice protestando, quod, cum olim Thescelinus et Walburgis, parentes mei bone memorie, pio moti affectu pro animarum suarum remedio in ecclesia Sosatiensi in honorem Dei et sancte Marie genitricis eius ac beati Patrocli gloriosi martiris omniumque sanctorum de suis facultatibus institutionem unius prebende maioris facere incepissent et huiusmodi voto pro parte completo per eosdem meos parentes, viri venerabiles domini mei .. decanus et .. capitulum dicte ecclesie me ad illam prebendam instituendam sine ulla conditione in suum concanonicum et confratrem recepissent pure et simpliciter propter Deum, ego exnunc, quia dicte prebende institutio ac incorporatio adhuc per eosdem meos parentes completa non extitit et fuit per quosdam casus fortuitos retardata, volens dictorum parentum meorum votum feliciter adimplere, habito consilio dominorum meorum .. decani et .. capituli predictorum aliorumque meorum amicorum ad instituendam et incorporandam ac integrandam dictam prebendam in hunc modum duxi procedendum, videlicet quod ego eam complebo cum quatuordecim marcarum denariorum in Sosato usualium et duodecim maltorum annone siliginis et ordei redditibus apud ecclesiam Susatiensem perpetuo permansuris. Quorum reddituum sex malta siliginis et ordei, que comparavi a dominis meis predictis de mansis in Volklinchusen seu de granario ipsorum et quatuor malta siliginis et ordei, que de bonis meis Stochelen et Berwik sitis cum redditibus quatuor marcarum denariorum Sosati usualium de domo meo claustrali recipiendis et perpetuis temporibus ministrandis ipsis dominis meis demonstro, delibero liberaliter et assigno. In defectum igitur duodecim maltorum siliginis et ordei seu duodecim marcarum trado et assigno ipsis dominis meis in pecunia Sosati usuali ducentas marcas, ut ipsi de eadem pecunia comparent et emant infra duos annos a festo Pasche nunc proxime currere incipientes redditus duodecim maltorum annone vel duodecim marcarum ad prebendam memoratam. Quod, si aliquo casu hec prohibente dictos redditus infra eosdem duos annos non contigerit comparari, nichilominus ipsis annis elapsis, licet redditus ipsi comparati et empti non fuerint, tamen domini nostri predicti prebendam integram tamquam unam de sedecim prebendis sue ecclesie mihi seu meis successoribus per suos officiatos seu prebendarum administratores cum omni fructu et emolumento facient perpetuo ministrari, salvis mihi vite mee temporibus quatuor maltis Stochelen et Berwik de meis bonis percipiendis loco annone illius, que canonicis Susatiensibus de Nůtenen solet derivari. Et si quid de ipsis bonis Stochelen et Berwik sitis poterit supercrescere illud, non ad ullos usus alios, sed pro mea memoria volo perpetuis temporibus reservari. Alia vero duo malta, que mihi tamquam alteri canonico de Nŏtenen conpetere debebunt, mihi ministrabuntur de mansis Volklinchusen per officiatos ecclesie supradictos. Preterea si ego loco reddituum quatuor marcarum de domo meo solvendarum alios redditus in loco et situ conpetentibus potero comparare et domum meam eximere de eisdem, hoc ipsi domini mei et ego arbitriis proborum virorum relinquemus. Quicquid vero ultra duodecim malta annone predicta vel duodecim marcarum redditus cum prefatis ducentis marcis poterit comparari, hoc in meam memoriam cedet, ita quod festum beati Patrocli, quod agitur feria quinta ante Nativitatem beati Iohannis Baptiste, ex eo sollempnizetur in vesperis, matutinis et in missa de mane celebrando. Immo ego Iohannes dignitates, personatus et officia qualiacumque et ecclesias, que canonicis conferri consueverunt, assequi potero, si mihi conferantur, et habilis ero in ascendendo gradatim, sicut ceteri canonici et percipiendo prebendam predictam cum augmento et decremento, prout pro tempore occurrit et prout alius, qui prebendam maiorem habet ibidem, eam percipit absque alicuius contributionis huc usque habiti datione. Nos igitur .. decanus et .. capitulum predicti institutionem et incorporationem prebende predicte modo et forma, qua premittitur, in Dei nomine acceptantes ac ipsius Iohannis devotionem in hoc humiliter commendantes, ea vero omnia et singula, que premissa sunt, approbantes et ratificantes et observare cupientes, sigillum nostre

ecclesie propter hoc presentibus duximus apponendum. Ego vero Iohannes sigillum meum proprium et sigilla prepositure Sosatiensis ad causas, .. prepositi monasterii sancte Walburgis apud Sosatum ac Theoderici, scolastici Sosatiensis, Hermanni de Lippia, presbiteri, Brunonis Maken et Sifridi de Broke, manufidelium meorum, in premissorum omnium testimonium presentibus apponi inpetravi, quod nos .. viceprepositus, scolasticus, Hermannus, Bruno et Sifridus predicti verum esse profitemur. Actum et datum in cena Domini anno eiusdem M° CCC° vicesimo.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 105; statt der angekündigten 7 Siegel tatsächlich 8 Siegelpressel: Siegel 1. (des Ausstellers ?) ab, 2. Sekretsiegel der Propstei anhängend, 3. der Propstes von St. Walburgis (gut erhalten) anhängend, desgl. 4. des Scholasters von St. Patrokli (gut erhalten) anhängend, 5. und 7. ab, außerdem Nr. 6 und 8 anhängend.

[1]) Bei Erwitte; [2]) nördlich von Borgeln; [3]) Wüstung vor dem Nöttentor westlich von Soest.

1649

1320 April 2 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln gibt auf Bitten des Johannes gen. Sunnendach von Asseln für einen Tausch seine lehsherrlichen Rechte auf Güter in Melxter[1] auf und übernimmt dafür die Lehnsherrschaft über zwei Hufen in (Ober-) Flerke[2].

Nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis presentes literas visuris et audituris notum facimus, quod, cum Iohannes dictus Sunnendach de Aslen, ministerialis et fidelis noster, coram nobis conparuit et nobis supplicaverit, quod, cum ipse bona sua in Melkestere prope Werle, que a nobis et ab ecclesie nostra Coloniensi titulo homagii in feodo tenet et possidet, pro duobus mansis sitis in Ouerenvlerike ad ipsum quo ad directum et utile dominium iure proprietatis pertinentibus permutare desideret, nos permutationem huiusmodi recipiendo tytulo permutationis eiusdem directum dominium duorum mansorum predictorum et dicta bona liberando seu quita et libera dimittendo a directo dominio, quod nos et ecclesia nostra Coloniensis habuimus, in eisdem facere et admittere dignaremur, nos ipsius Iohannis supplicationibus inclinati resignatione, supportatione et effestucatione libera tam dictorum bonorum in Melkestere quam duorum mansorum predictorum receptis permutationem eandem, quantum ad nos pertinet, duximus admittendam, videlicet quod bona in Melkestere predicta in manus nostras a dicto Iohanne nomine suo et Vleke, uxoris sue legitime, ac suorum heredum supportata, resignata et effestucata et iure homagii, quo a nobis et ecclesia nostra dependebant et dependere consueverunt ab antiquo, absolvimus et quita dimittimus per presentes, retento in manu nostra et ecclesie nostre pro nobis et nostris successoribus iure directi dominii mansorum predictorum, ne ex concambio et permutatione huiusmodi numerus fidelium nostrorum minuatur, eosdem duos mansos, quo ad dominium utile ipsi Iohanni, .. uxori sue predicte et suis heredibus tradidimus et assignavimus et ipsos infeodavimus ac infeodamus de eisdem loco bonorum in Melkestere predictorum, sic quod de dictis mansis idem Iohannes et sui heredes nostri et ecclesie nostre fideles perpetuo remanebunt et ipsos fideliter deservient in omni eo iure, quo de dictis bonis fideles hactenus existebant. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Gudensberg anno Domini M° CCC^mo vicesimo, secunda die mensis Aprilis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 107, Siegel des Ausstellers (Siegel der Eb. von Köln 20,3) anhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): de proprietate curtis in Melkestere*; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 106 und Abschrift 17. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 321 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209), Bl. 256; Regest: REK IV Nr. 1171.*

[1]) Wüstung nördlich von Werl am Weg nach Scheidingen; [2]) bei Scheidingen.

1650

1320 April 8

Der Knappe Johannes gen. Sunnendach von Asseln trägt dem Erzbischof Heinrich von Köln für das von diesem überlassene Eigentumsrecht an einer Hufe in Melxter[1] bei Werl das Eigentumsrecht an zwei Hufen in Oberflerke auf, wobei er diese zu Lehen zurückerhält und somit Lehnsmann des Erzbischofs bleibt.

Reverendo patri ac domino suo domino Henrico sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, sacri imperii per Ytaliam archicancellario, Iohannes dictus Sunnendach de Aslen, famulus, ministerialis et fidelis suus, cum debita fidelitate viam cognoscere veritatis. Paternitati vestre tenore presencium significo, quod ego de maturo consensu et voluntate V̊leken, uxoris mee legitime, et omnium meorum coheredum pro uno manso in Melkestere prope Werl sito, quem ego a vobis et ecclesia vestra Coloniensi iure homagii in feodo tenui et possedi, quia ipsum libertasti ad usus meos seu liberum et quitum amisistis, tytulo permutationis seu concambii duos mansos in Ouerenvlerike sitos ad me quo ad directum et utile dominium iure proprietatis pertinentes vobis patri ac domino ac ecclesie vestre resigno, supporto et effestuco per presentes, recognoscentes me et heredes meos vestros et ecclesie vestre fideles de ipsis debere perpetuis temporibus remanere et infeodationem eorundem duorum mansorum quo ad dominium utile vobis et ecclesie vestre ac vestris successoribus loco bonorum in Melkestere predictorum pertinere et nos infeodari debere perpetuo tempore de eisdem et ipsos fideliter deserviemus in omni eo iure, quo de dictis bonis vestri et ecclesie vestre fideles hactenus fueramus. Et in huius rei testimonium presentes literas sigillo Hartleui Pyl, vestri officiati in Werle, et sigillo meo proprio feci communiri. Et ego Hartleuus Pyl recognosco, quod ad preces dicti Iohannis sigillum meum presentibus duxi apponendum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo, VI° ydus Aprilis.

Ausf., Perg., StAM, Herzogtum Westfalen, Lehen Spez. Urk. Nr. 7, Siegel des Johannes (im Bild: zwei mit den Spitzen nach unten kreuzweise übereinander gelegte Schwerter) abhängend, vom dem des Amtmanns nur noch Rest vorhanden; Regest: REK IV Nr. 1172.

[1]) Vergl. Flurnamen Soest II S. 188.

1651

1320 April 14

Arnold, Propst von St. Walburgis bei Soest, überträgt die von ihm mit eigenem Geld gekauften Güter zu Glasmer[1] und Renten aus Häusern zu Rüthen der Priorin und dem Konvent von St. Walburgis. Dafür sollen im Kloster das Fest der hl. Dreifaltigkeit festlicher und sein Jahresgedächtnis begangen werden.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Arnoldus, prepositus monasterii sancte Walburgis extra muros Sosacienses, notum facimus, quod bona, que in villa Glashem nostris propriis denariis comparavimus, .. priorisse et conventui monasterii predicti ac ipsi monasterio conferimus in hiis scriptis, ita quod de fructibus, proventibus de ipsis bonis in anniversario nostro perpetuis temporibus memoria nostra in vigilia, missa animarum et in commendacionibus peragatur. Item conferimus et assignamus ipsis .. priorisse, conventui ac monasterio redditus sex solidorum et VI denariorum ac duorum pullorum, quos comparavimus nostris propriis denariis ex domo Iohannis de Brachtbeke et ex parva domo antea adiacente in opido Ruden sitis, volentes, ut de dictis redditibus domorum huiusmodi festum sancte Trinitatis sollempnizetur in prefato monasterio et quod una missa annuatim sabbato post inpositionem historie „Deus omnium" cum sequentia „Ave plena singulari gratia" decantetur in nostram memoriam supradictam et quod de ipsis redditibus dictis diebus conventus procuretur. Illam vero procuracionem volumus, quod .. priorissa faciat cum scitu .. prepositi pro tempore existentis et quod sibi dicti redditus ministrentur. Recognoscimus quoque plane nostros heredes in dictis bonis et redditibus nullum ius habere. Et in huius rei testimonium has literas sigillo .. vicepre-

positi Sosaciensis et nostro fecimus communiri. Nos igitur .. viceprepositus hoc verum esse profitemur. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo, in die beatorum Tyburcii et Valeriani martirum.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 69, Siegel des Vizepropsts (von St. Patrokli Soest) und des Propstes von St. Walburgis (beide am Rande stark abgebrochen) abhängend; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest), Bl. 109v der 2. Zählung.

[1]) Wüstung westlich von Erwitte.

1652

1320 April 16

Der Knappe Dietrich von Heldene überträgt seinem Bruder, dem Kleriker Herbord, die durch den Tod des letzten Inhabers, Johannes, unbesetzte Pfarrkirche zu Bödefeld, über die er das Patronatsrecht besitzt, und praesentiert ihn durch diese Urkunde zur Einsetzung dem zuständigen Archidiakon.

Theodericus famulus dictus de Heldene dilecto suo legitimo fratri Herbordi, clerico, salutem in Domino. Ecclesiam parrochialem in Bodevelde de morte Iohannis pie memorie, pastoris eiusdem, vacantem ad nostram collationem seu presentationem iure patronatus ad nos spectantem vobis pure et simpliciter propter Deum conferimus in hiis scriptis, presentantes vos archidiacono loci presentibus investiendum de eadem et hoc sub sigillo Herbordi famuli cognati nostri dilecti de Heldene, anno Domini M° C°C°C° vicesimo, quarta feria ante festum beati Georgii martiris.

Ausf., Perg., A des Grafen von Spee zu Ahausen, Siegel des Knappen Herbord von Heldene (stark beschädigt) abhängend; Druck: Inventar Ahausen Nr. 4.

1653

1320 April 19 Kamen

Der Ritter Walram von der Recke und die Knappen Adolph von der Recke, Hunold von Bredenbeke, Heinrich gen. Fransoys und Everhard gen. Vrydach bekunden, sie seien bei der Zahlung des Kaufpreises in Höhe von 170 Mark zugegen gewesen, den der † Arnold gen. Meylin im Namen des Priesters Everhard gen. Vrydach und der Dominikanerbrüder dem Dortmunder Bürger Godfried gen. Pallays entrichtet habe, so daß die Dominikaner den Hausplatz und das Haus, auf die die Ehefrau des Godfried gen. Pallays Verzicht geleistet habe, zu Recht besäßen.

Universis visuris presentia nos Walramus, miles, necnon et famuli Adolphus dictus de Reke, Hunoldus de Bredenbeke, Henricus dictus Fransoys, Everhardus dictus Vrydach cupimus esse notum et verum recognoscimus, quod interfuimus solutioni pecunie de contractu, quem[a] dominus Everhardus dictus Vrydach, sacerdos reverendus, cum Godefrido dicto Pallays, cive Tremoniensi, consentientibus uxore ac heredibus eorum universis iuste emptionis titulo contraxit in cimiterio sancti Martini opidi prelibati, presentibus pluribus fidedignis ac etiam coram nobis in die Purificationis beate Marie virginis hora nona, electione pecunie facta cum centum et septuaginta marcis usualis monete, Arnoldus dictus de Meylin pie memorie nomine predicti sacerdotis et fratrum Predicatorum pagavit integraliter, relicta Godefridi coram predictis heredibus et tunc ibidem libere consentientibus, muliere predicta ac heredibus predictam epistolam iterato approbantibus, ab eodem domino Everhardo secundum omnis iuris formam celebratam cum attestatione publica, muliere predicta omnem contradictionem revocante, fratres Predicatores dictam aream ac domum inhabitare et iure hereditario possidere libere est professa, asserens etiam, quod omne impedimentum, quod fratribus prefatis in dicta area prestitarit[b], non de sua malitia provenisse, sed ex coactione et timore animi ac cordis inopia perpetrasse. Et ego Engelbertus dictus de Meylin, filius Arnoldi dicti de Meylin felicis recordacionis, ab eodem patre meo, dum adhuc viveret, frequenter didici vendita relationis[b], quod omnibus predictis contractibus in-

terfuit, omnimoda et singula esse vera, et quia ex nobis sigillis propriis caremus, sigillis reverendorum militum, domini Theoderici dicti Vrydach ac Walrami sumus usi in testimonium premissorum. Datum in Kamene anno Domini M° CCC° XX°, sabbato post dominicam, qua cantatur Misericordia Domini.

Transsumpt in der Urkunde von 1332 November 13, A der Dominikaner in Dortmund Urk. Nr. 9; Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 543, S. 233.

[a]) In der Vorlage „quod"; [b]) in der Vorlage „prestitaterit"; [c]) gemeint wohl „in relatione venditionis".

1654

1320 April 19 Kamen

Der Ritter Dietrich gen. Vridach bekundet, er habe im Auftrage seines Bruders, des Priesters Everhard, vom Dortmunder Bürger Godfried gen. Pallays das Andom genante Haus und die betreffende Hausstätte in der Stadt Dortmund gekauft. Dieses Haus habe sein Bruder für sein Seelenheil und das der Eltern und Vorfahren den Predigerbrüdern geschenkt. Er, Dietrich, habe in Dortmund in Anwesenheit der Predigerbrüder und der Ratsherren in diesem Haus Andom und im Rathaus im Namen des Bruders die Schenkung vollzogen.

Noverint universi, quod ego Theodericus dictus Vridach, miles, ad petitionem et voluntatem felicis recordationis domini Everhardi, sacerdotis, fratris mei dilecti, tunc viventis in incolumitate corporali, contractu consummato[a] de domo et area dictis[b] Andom, sitis[c] in opido Tremoniensi, a Godefrido dicto Pallays, cive loci eiusdem, de unanimi voluntate et consensu uxoris et heredum suorum debite comparavi[d]. Cum notitia veritatis accessi ad opidum prefatum, pergens ad locum, qui dicitur Andom. Coram viris reverendis et religiosis fratribus ordinis Predicatorum ac etiam consulibus opidi prefati et voce libera publice protestatus sum nomine fratris supradicti, quod pro animabus eiusdem fratris mei nostrorumque progenitorum salute et memoria sempiterna hiisdem fratribus tenutam sibi iuste emptionis titulo debitam cum proprietatis iure dedit et assignavit perpetuo possidendam et ego huiusmodi assignationis, donationis, proprietatis cuiuslibet ad fratrem predictum quomodolibet devolutis[e], eundem sepedictum fratrem meum benevolum et paratum [esse][f] fratribus ac ordini prefatis warandiam facere assignato sibi loco tuto secundum omnem iuris ordinem in domo eadem Andom et in domo consulum ville memorate cum attestatione publica sum professus. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum in Kamene anno Domini M° CCC° vicesimo, sabbato post dominicam, qua cantatur Misericordia Domini.

Transsumpt in der Urkunde von 1332 November 13, A der Dominikaner in Dortmund Urk. Nr. 13, Wiedergabe nach Druck im Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 540, S. 231.

[a]) In der Vorlage „contractum consummatum"; [b]) in der Vorlage „dictas"; [c]) in der Vorlage „sitas"; [d]) in der Vorlage comparatavi"; [e]) sic; [f]) sinngemäß zu ergänzen.

1655

1320 April 19

Die Stadt Dortmund interveniert beim König von England für die durch die Bürger zu London bedrängten Bürger von Soest. Diesen würde trotz ihrer alten Zugehörigkeit zur Hanse der Zugang zum Haus der deutschen Kaufleute verwehrt und sie würden im Genuß ihrer alten Privilegien behindert.

Transcriptum cuiusdam litere patentis misse ad illustrem regem Anglie pro utilitate .. consulum et civium Sosaciensium: Premissa salutacione sic: sua nobis gravi querimonia amici nostri .. consules et cives Sosacienses demonstrarunt, quod cives in Londonia et alii quidam de vestris ipsos et eorum concives de hansa domus mercatorum Alemannie ibidem et de aliis libertatibus eisdem sicut et reliquis civitatibus Alemannie in dicta hansa existentibus de vestra et gloriosorum avorum vestrorum gracia ab antiquis temporibus hactenus indultis nitantur, licet indebite removere, prout iam in quibusdam eorum concivibus, ut asserunt, est inceptum. Propter quod maiestati vestre regie humili confidencia supplicamus, quatenus Dei et iusticie intuitu pre-

tactis civibus vestris et aliis, quorum interest, detis in mandatis, ut prefatos cives Sosatienses in hansa et libertatibus consuetis non impediant vel molestent. Nos enim in consistorio consilii nostri ab antiquis civibus et mercatoribus nostris multis fide dignis, qui olim regnum et terras vestras tam temporibus vestris quam parentum vestrorum pro negociis suis adire solebant, sub iuramentis eorundem veraciter experti sumus, quod prelibati cives Sosacienses, sicut nos et alii mercatores Alemannie fuerunt et sunt a tempore, cuius non extat memoria, in hansa et libertatibus antedictis, prout hoc sub sigilli nostri munimine tenore presencium publice protestamur. Datum tredecimo kalendas Mai anno Domini M° CCC° XX°.

Stadt A Dortmund, Eintragung im Bürgerbuch (liber civium) *der Stadt Dortmund; dieses 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder UB I Nr. 380, S. 266; Hans. UB II Nr. 358, S. 150; Fahne, Hoevel II S. 18.*

1656

1320 April 24

Dietrich Graf von Kleve belehnt seine Burgmänner zu Strünkede, die Brüder Albert und Adolph von dem Hamme, mit dem Burglehen von zwei Gütern zu Riemke[1] im Amt Bochum und einer Hufe, genannt Holsterhausen[2].

Nos Theodericus comes Cleuensis notum facimus universis, ad quos presentes litere pervenerint, quod de duobus bonis nostris dictis Rinbeke, sitis in iudicio Bŏechem, et de uno nostro manso dicto Holseterhůsen Albertum et Adolphum fratres dictos van den Hamme, nostros castellanos in Strunckede, pro iure feodi castrensi titulo legitimi feodi infeodavimus in pleno et indiviso feodo ad omnia tempora vite sue tali tamen condicione interposita, quod post discessum eorundem sive ipsis defunctis dicta bona cum manso prenotato ad nos et nostros successores libere revertentur, ita quod heredes dictorum fratrum ex tunc in bonis et in manso preexpressis nichil iuris amplius obtinebunt. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus literis exinde confectis duximus apponendum. Datum in crastino beati Georgii anno Domini M° CCC° vicesimo.

Ausf., Perg., HStAD, Kleve-Mark Urk. Nr. 152, Siegel des Grafen von Kleve (beschädigt, Rhein. Siegel VI 15 Nr. 11) anhängend; Regest: Schleidgen, Kleve-Mark Nr. 161.

[1]) Bochum-Riemke; [2]) Bauerschaft im Kirchspiel Herne.

1657

1320 April 25

Bernhard von Rechede, Komtur des (Deutschen) Hauses in Horst, verkauft dem (Ritter) Hermann Vridagh von Blomensaat zusammen mit dem Eigentumsrecht die Höfe des Gerhard und Christian von Westendorf im Kirchspiel Olfen[1].

Nos frater Bernhardus de Rechede, commendator domus in Horst Coloniensis dyocesis, omnibus presentia visuris vel audituris notum esse volumus, quod nos rite ac rationabiliter vendidimus et resignavimus domino Hermanno Vridagh de Blomenzat ac suis veris heredibus pro pecunia nobis tradita et soluta mansum Gerhardi to Westendorp et mansum Christiani ibidem sitos in parrochia Olflon et proprietates eorundem et ipsorum mansorum. Warandiam iustam facere volumus ipsis emptoribus cum iure feodali sive proprietatibus, quandocumque et ubicumque super hoc fuerimus requisiti. In cuius rei testimonium et munimen sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XX°, ipso die beati Marci ewangeliste.

Abschrift des 14. Jahrh., in StAM, Msc. I 1 (großes Kopiar des Domkapitels in Münster), S. 379, Nr. 24; Regest: WUB VIII Nr. 1409.

[1]) Höfe Westendorp oder Westrup im Wigboldsbezirk Olfen, beide später dem Domkapitel gehörig, was die Wiedergabe im Kopiar erklärt (vergl. Schwieters, Westl. Lüdinghausen, S. 327).

1658

1320 April 26

Heidenreich Prins und seine Söhne Heidenreich und Franco bitten die Bürger von Dortmund, ihrem Bevollmächtigten das Geld auszuzahlen, das die Stadt dem † Everhard Prins, dem Sohn bzw. Bruder der Absender, schuldig ist.

Viris prudentibus et honestis consulibus et universis civibus in Tremonia, amicis suis, Heydenricus dictus Prins et Heydenricus ac Franco, filii eiusdem, salutem cum affectu sincero. Petimus discretionem vestram, quatenus pecuniam, in qua quondam Everhardo dicto Prins, filio et fratri nostro, mansistis obligati, exhibitori presentium, nostro fideli, in omni sua parte totaliter presentetis, quia dicta pecunia sibi presentata vos et quemlibet vestrum quitos dimittimus et solutos et hoc tenore presencium publice protestamur. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus literis sunt appensa. Datum in cratino beati Marci ewangeliste anno Domini 1320. Nos vero Heydenricus senior et Franco predicti, quod sigillis propriis caremus, utimur sigillo Gerardi de Plettenbracht, nostri consanguinei, in hac vice. Datum ut supra.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 162, Siegel des Gerard von Plettenberg und des Heidenreich Prins des Jüngeren anhängend, Urkunde 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 381, S. 266; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 542.

1659

1320 April 27

Everhard, Schulte des Oberhofs Arenbögel[1], verkauft seinem Bruder Rutger den zum Oberhof gehörenden Hof Zum Hirsekamp samt den darauf sitzenden Leuten.

Universis presentes literas visuris vel audituris Euerhardus, sculthetus curtis in Arenbole, salutem in Domino sempiternam. Notum facio tenore presentium publice protestando, quod ego de consensu et consilio Rixe, uxoris mee, Gerhardi, Růtgheri ac Sophye, heredum meorum, mansum dictum To me Hyrsekampe cum suis attinentiis et specialiter cum Hermanno dicto Hyrsecamp ac Leuerade, ipsius uxore, et cum duobus tantum modo suis filiis, Iohanne et Theoderico, qui quidem homines predicti cum ipso manso ad dictam meam curtem Arenbole hactenus pertinebant, rationabiliter et legitime vendidi fratri meo Růtghero ac heredibus suis possidendos hereditarie iure proprietatis et tenendos pro quadraginta et sex marcis bonorum Susatiensium denariorum michi numeratis ab ipso et integraliter persolutis, renuntians expresse una cum uxore mea ac liberis prenominatis super predictis, scilicet manso ac hominibus prefatis ac super omni iure et proprietate, que michi ac meis heredibus competebant in eisdem ac competere quoquo modo possent in futuro, resignans et supraportans cum meis liberis predictis ipsos cum omni suo iure et proprietate coram Wernero de Appeldorbeke, iudice Assindensi, in manus sepedicti mei fratris Růtgheri sibi et suis heredibus perpetualiter iure hereditario proprietatis possidendos, promittens etiam firmiter in hiis scriptis, quod ego et mei heredes faciemus ipsi Růtghero et suis heredibus debitam et plenariam warandiam super manso et hominibus predictis, quandocumque et ubicumque voluerit, prout exigit communis consuetudo et ius terre. In cuius rei testimonium presentes literas meo sigillo sigillatas sigillo iudicis predicti petii sigillari. Et ego Wernherus de Appeldorbeke, iudex Asindensis predictus, protestor, quod ad peticionem Euerhardi ac heredum suorum predictorum sigillum meum presentibus duxi apponendum. Datum anno Domini M° CCC^mo vicesimo, in dominica die ante festum beati Walburghis virginis, presentibus hiis videlicet Cesario de Wnderen, Seghe-

wino de Gerschede, Henrico de Lůne, Seghewino de Visenbole, Arnoldo vpme Dike, Conrado dicto Půls, Arnoldo dicto In der Santghaten, Theoderico dicto van den Schepen ac quam pluribus aliis fidedignis.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Stoppenberg Urk. Nr. 12, erstes Siegel ab, das des Richters anhängend.

[1]) In Oberhausen-Osterfeld.

1660

1320 Mai 1

Der Knappe Gerwin gen. Sprenge und seine Frau Guda verkaufen ihre Eigengüter zu Warmen[1] dem Zisterzienserinnenkloster Fröndenberg und lassen sie vor dem Freigrafen Henemann Rogge auf.

Universis presentes litteras visuris et audituris in perpetuum. Nos Gerwinus dictus Sprenge, famulus, et Guda, coniuges legitimi, notum esse volumus, quod bona nostra in Wermingen, prout sita sunt in agris cultis et incultis, pratis, pascuis, nemoribus, aquis, aquarum decursibus ceterisque suis appenditiis et pertinentiis universis pro mere propriis et puro allodio cum consilio et pleno consensu Henrici, Hermanni, Alheidis et Cristine, nostrorum liberorum, ac omnium heredum et coheredum nostrorum venerabili domine Iutte, abbatisse, suisque successoribus in perpetuum et .. conventui monasterii in Vrondeberg ordinis Cisterciensis pro nonaginta marcis denariorum Sůsati legalium numerate nobis pecunie deliberate et solute ac in usus nostros converse rite ac legitime vendidimus iure hereditario perpetuo possidenda ipsaque bona cum universis suis pertinentiis coram discreto viro Henemanno dicto Rogge, vrigravio libere sedi presidente, cum prefatis liberis et heredibus nostris resignavimus ac sponte effestucavimus ac omne ius, quod in ipsis bonis et eorum pertinentiis[a] habuimus, cum dominio tam utili directo quam indirecto transtulimus et transferimus per presentes in .. abbatissam et .. conventum memoratos, protestantes et profitentes expresse nichil iuris vel iurisdictionis alte vel basse ex nunc in antea nobis aut heredibus nostris quibuscumque competere vel remanere in bonis supradictis. Et renuntiamus omni exceptioni iuris et facti, doli mali et cuilibet iuris beneficio, que contra premissa nobis suffragari possent quomodolibet in futurum, promittentes nichilominus eisdem .. abbatisse et .. conventui de predictis bonis debitam prestare et facere warandiam et omnem iustam inpetitionem et questionem penitus deponere et ab omni homine disbragare et facere effestucare omnes, qui de iure tenebuntur. Pro maiori etiam securitate huiusmodi warandie, ut premittitur faciende, discretos viros Euerhardum dictum Wrede, Menricum dictum Sprenge, Weszelum de Stade, famulos, et Hermannum schulthetum de Vdinc, opidanum in Mendene, prefatis .. abbatisse et .. conventui fideiussores dedimus, qui, si nos et heredes nostri in premissa warandia minus sufficientes aut, quod absit, negligentes reperti fuerimus vel remissi, cum ex parte prefatorum .. abbatisse et .. conventus requisiti fuerint, oppidum Vnna intrabunt non excessuri, donec huiusmodi warandia ipsis sufficienter facta fuerit et complete. Ad quod efficiendum iidem fideiussores se in solidum obligaverunt sub fide prestita corporali, quod nos fideiussores antedicti profitemur esse verum, obligantes nos firmiter ad eorum plenam observantiam data fide, omni dolo et fraude cessantibus penitus et semotis. Quibus sic rite sicque sollempniter actis cum debita instantia prefatum vrigravium requisivimus, ut super huiusmodi bonis et pure allodialibus suum decretum interponeret, prout oportunum foret et de iure faciendum. Et nos Henemannus, vrigravius antedictus, quia de conditione predictorum bonorum nobis est facta certa fides, pronuntiavimus et ex officio nostro decrevimus ipsa bona cum eorum appenditiis esse mere propria et purum allodium nullique ex nunc in antea in ipsis quicquam iuris competere preterquam prefatis .. abbatisse et .. conventui, in quos huiusmodi bona cum dominio tam utili directo quam indirecto iusto venditionis tytulo sunt traslate. In horum omnium et singulorum testimonium atque robur presentes literas ex hiis conscriptas prefatis .. abbatisse et .. conventui tradidimus honorabilium virorum Hermanni de Dalhusin, militis, Goswini dicti Rep, gogravii in Vnna, et Henemanni, vrigravii, predictorum ad petitionem nostram sigillorum munimine roboratas. Et nos Hermannus de Dalhusin, miles, Goswinus, gogravius, et Henemannus, famuli predicti, quia premissa scimus sic esse acta, prout sunt narrata, sigilla nostra presentibus ad petitio-

nem[b] prefatorum Gerwini et Gude suorumque heredum presentibus in testimonium duximus apponenda. Actum et datum presentibus Rudolpho de Vrondeberg, Lamberto de Camene, Lamberto de Langenschede, Thilemanno dicto Rodenberg et Henemanno de Widenuelde ac aliis quam pluribus fide dignis sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, in die beate Walburgis virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 96, an grün-roten Seidenfäden Hälfte des Siegels des Henemann Rogge (Bild: Helm mit Schirmbrett (vielleicht WS 219,12), des Goswin Rep (WS 181, 17) und des Hermann von Dalhausen(WS 212, 5) anhängend; Rückvermerk (16. Jahrh.): Robbeckes hoeff tho Warmen.

[a]) Kürzungsstrich für den Nasal fehlt; b) in der Vorlage „petionem".

[1]) Nordöstlich von Fröndenberg.

1661

1320 Mai 2

Vor dem Richter und den Ratsherren zu Lünen verkaufen Volquin gen. Rogge und seine Mutter Mechthild ihre Rechte an dem Eigenhörigen Heinrich gen. Hogensin.

Nos iudex et consules opidi Lůnen tenore presentium publice recognoscimus, quod Volquinus dictus Rogche nec non Megchildis, mater sua, constituti coram iudicio in Lůnen vendiderunt Henricum dictum Hogensin iure servili ipsis attinentem pro quadam pecunie summa de voluntate omnium heredum suorum et resignaverunt omni iure, quod in ipso habebant aut habituri pro tempore fuerant in Henrico predicto. In cuius rei testimonium et firmitatem premissorum ad instantiam petitionis parcium utrarumque sigillum opidi Lůnen presentibus est appensum. Acta sunt hec [presentibus][a] Iohanni dicto Wintermast, tunc temporis iudice in Lůnen, Godefrido de Buckenberg, Wernero de Coquina, Theoderico dicto Knosel, Bernardo dicto Lore, Iohanni et Conrado fratribus Oppenvige et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini millesimo C°C°C° vicesimo, in crastino Walburgis virginis.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg Urk. Nr. 197, Bruckstück des Siegels abhängend; Druck: UB Lünen Nr. 145, S. 133.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.

1662

1320 Mai 7

Hermann und Bernd von Strünkede versichern dem Grafen von Kleve[1], das ihnen als Amtsleuten anvertraute Schloß und die Herrschaft Strünkede[2] treu verwahren, sie dem Grafen bei Bedarf während der Verpfändung zur Verfügung stellen und ihm wieder ausliefern zu wollen, wenn er ihnen die geliehenen 800 Mark zurückgezahlt hat, und setzen dafür Bürgen.

Wy Harmann van Struncte end Bernt van Struncte[a] doen cont allen denghenen, dye desen bryef[b] syent end horend, dat wi hebben ghesyekert end gheswaren mit gůden trouwen, dat wy end onse erven soelen deme greven van Cleve end sinen erven sin huys te Struncte end sin herscap trůwelic hůden end waren, dat he ons bevalen heit als sinen amptluden umme trouwe wille end gheloven wille, end dat hůys end dye herscap wederthegheven end te antwarden end te openen deme greve van Cleve end sinen erven. Voertmeir so soel wy den greve van Cleve ende siin erven aghthondert marc Brabensser penninghe lenen up dat hůys end dye herscap van Struncte end betalen ome dye nu sente Mertins misse. End dede wy des nyt, wat konne scade he oft sine darave ghewonnen, den soele wy end onse erven deme greve end sinen erven oprighten end quiten end alle argeliist ůtghespraken. End vor dese aghtehondert marc sal ons end onsen erven dat hůys end dye hersscap te Struncte[c] to onderpande staen. End wanne dye greve oft sinen erven dat huys end dye herscap losen willen, dat soelen si ons end onsen erven ein iair te voren segghen end laten weten end betalen ons end

onsen erven dan dese aghtehondert marc Brabensser penningh, dye wy deme greven end sinen erven hebben ghelenet in trouwen up dat huys end dye herscap. End wy end onse erven soelen dan ome end sinen erven dat hůys end dye herscap te Struncte wedergheven end antwarden sonder ergheliist, also ons onse gelt ist betalet. Vortmeir so soele wy end onse erven deme greven van Cleve end sinen erven dat hůys end dye herscap halden up onse kost end soelen den greve ghenen kost rekenen. Voertmeir so sal dye vrouwe van Struncte end ur sone in ůren rechten bliven end in alsulken goden, als van dem greven van Cleve nyt en ruret. Voertmeir wolde dye greve van Cleve oft sin erven orlogen weder yeman, we he weir, so soele wy ome end sinen erven end sinen vrienden dat hůys openen tot allen tyden end helpen deme greven end sinen erven end sinen vrienden na alle onser macht sonder ergheliist up onses selves kost. Meir bevele ons dye greve oft sine erven sin orlogen te vören, so soelde wy deme greven end sinen erven rekenen, dat wy verdeden end verterden te goder rekennynghen. End dat soelde he oft sine erven betalen end gheven. Voertmeir so en soele wy oft onse erven geyn orloge vören van desen hůys, et en[d] si myt raede end myt wille des greven van Cleve end siner erven. Mer wold ons yeman veronrechten, dat soele wy deme greven end sinen erven tonen. End wanneir wy den greve oft sine erven vervolghet hebben darmede, so sal de greve end sine erven ons end onse erven halden up desen hůys end bescheyrmen, end wy soelen ons darave behelpen. Voertmeir so soele wy end onse erven eyn erflike borghleyn hebben up desen hůys to Struncte van twintyg marc Brabensser penninghe, enen koninxturnose vor vyr penningh Brabens te rekenen, ons end onsen erven alle iairlics te betalen. End dat borghleyne sal ons dye greve end onsen erven bewysen in der herscap van Struncte, da et wael gheleghen ist end si. Meir dat en sal [he][e] ons oft onsen erven nyet eir gheven oft bewysen, hent dye greve oft sine erven ons end onsen erven dese aghthondert marc Brabans heft betaelt, dye wy ome hebben in trowen ghelent. Voertmeir so soele wy end onse erven onse huys end onse borgh bennen yairs te male tebredken end testoren sonder ergheliist. Voertmeir verlore wy oft onse erven dit huys te Struncte midwan hőden, dat et ons ondersneken worde, des soelde wy of onse erven onse onscolt doen, dat et buten onse scolt end buten onse weten weir ghesciet. End darmede hedde wy ons gelt verloren end dye greve sin hůys. Meir wort et in enen apenbaren orloge van des greven weghen bestallet end mit maght verloren, so soelde ons dye greve ons gelt betalen end wedergheven, alle ergheliist ůtgesat. Voertmeir up dat alle dese stucken deme greven van Cleve end sinen erven avermids ons end onsen erven elencliken end te male vast end stede werden ghehalden end wy ome end sinen erven sin huys weder antwarden, soe hebbe wy ome end sinen erven te bůrghe ghesat vor ons end onsen erven eyrsame lude, dye ons burghen end onser erven sin worden samenderhant end onghesceden: her Dydderic van der Leten, her Dydderic van der Vorste, her Gerard van Witten, her Gerlac van Luttelennoůweren, her Henric van Luttelennouwen, her Wynmer van den Grintbeı ge, her Henric van Wytenhaven, her Henric van Wickede, her Henric Duker, her Arnolt van Dongelen, her Symon van der Horst, ryddere, Henric oppen Berghe, Henric Onverscagede, Rutger van Dongelen, Henric van Dongelen, Gerart van der Leten, Harman van Wyckede, Conrat van Regte, Arnolt van Altena, Tilman Bergibinc, Wynmar van Dortmonde, Wynmar van den Grintberge, Gerart van't Hinnenbeke, Iohan van Dorenborgh, Gerart van Witen, Henric van Braghtbeke, Ludolf van den Balken[g]. Dye hebben gesekert end ghelovet in goden [trowen][f] samenderhant end sich verbonden, dat wy deme greven sin huys end sinen erven soelen wedergheven te loesen end antwarden end alle dese vornomede stucken soelen halden deme greven end sinen erven. End geve wy deme greven sin huys niet weder oft sinen erven oft breke wy ome der vorwarden enighe, so mach he oft sine erven onse burghen daervoer manen oft manen dően mit sinen baden, so soelen onse burghen mid orselves lyve manlic te Wesele mid enen perde in eyne herberge komen, dar si inghewiset werden, nummer danne te komen ent te leisten, hent dye greve sin huys weder heit oft sine erven end hent ome alle dese vornomede stucke vorvollet sint end sinen erven. Voertmeir stirvet onser burghen ennygh, so soele wy bynnen enen maende also gůeden burge weder setten, dar sin onse burghen vor bevanghen end behaght. End dede wy es nyet, so soelen onse burgen te's greven maninghen oft siner erven te Wesel inkomen leisten mid ůr selves lyve, dan neyt te komen, hent wy enen anderen burghe weder hebben gesat in dyeselve stat. Voertmeir so

verghey wy vornomede burgen, dat wy samender hant hebbent ghesekert end ghelavet deme greven van Cleve end sinen erven alse gode burghen, alle dese vornoemde stucken te halden end deme greven sin huys weder doen te antwarden van Harman end sinen erven sonder ergelist. End in eyn tugh end in eyne warheit so hebbe wy onse ingheseghele an desen brief ghehanghen. End wy burghen, dye gheyn inghesegele en hebben, dye verkesen onder inghesegele onser samenner burghen, dy ůr inghesegel hebben ghehanghen an desen brief. End wy burgen gemenlike hebben gebeden Henric van Berke[h], Hereken end Henric van Zanten, scepen van Wesele, dat omme unser beden wille si ůr ingheseghele hebben an desen brief ghehanghen te meren tughe end warheit. Ghegeven int iair ons heren, als men scrivet dusent dryhondert end tuyntygh iair, des godendaghes na des heiligen Cruces daghe.

Abschrift HStAD, Hs A III 2, Bl. 42-44 und Hs III 3, Bl. 40v-42; Druck: Schleidgen, Klev. Kopiar S. 178 (mit abweichender Datierung: September 1).

[a]) Randvermerk: „Strunkede"; [b]) dahinter gestrichen „soelen"; [c]) dahinter gestrichen „te onper"; [d]) in der Vorlage „et end si"; [e]) sinngemäß zu ergänzen; [f]) desgl.; [g]) Namen (wohl irrtümlich) wiederholt; [h]) gestrichen „Berghen".

[1]) Dietrich Graf von Kleve; [2]) in Herne.

1663

1320 Mai 10

Der Knappe Johannes Sunnendach von Asseln verkauft vor dem Freistuhl des Edelherrn Godfried von Rüdenberg zu Rithem[1] dem Prämonstratenserkloster Wedinghausen seine Güter zu Melxter[2], und zwar eine Hufe, die Eigengut ist.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Iohannes Sůnnendach de Aslen, famulus, notum facio et publice recognosco, quod de consensu et de plena voluntate Oleke, uxoris mee legitime, ac omnium meorum coheredum, precipue videlicet Frederici et Elyzabet, liberorum Hinrici, quondam fratris mei bone memorie, coram libera sede viri nobilis Godefridi de Růdenberg et coram libero comite suo Anthonio de Clothinch in Rithem apud Werle, hominibus liberis ibidem astantibus, scilicet Winando de Rithem, Iohanne de Osthůnen et Hinrico Leppere, vendidi et vendidisse me recognosco religiosis viris .. preposito et conventui in Wedinchůsen Premonstratensis ordinis et monasterio ibidem pro centum et decem marcis[a] denariorum in Susato usualium michi traditis, numeratis et solutis bona mea in Melkestern sita, scilicet unum mansum, cuius proprietas[b] ad me[c] pertinebat, cum omnibus suis appenditiis ac pertinentiis, areis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, nemoribus, saltibus et decursibus aquarum et aliis quibuscumque nec non et ius quodcumque, quod michi et heredibus meis in ipsis[d] bonis ex successione progenitorum meorum vel quoquů alio modo competebat, competit vel competere de iure vel de facto usque in hodiernum diem et ultra perpetuis temporibus iure hereditario possidenda, tenenda et habenda cessi vero et resignavi, supraportavi et effestucavi, immo cedo, resigno, supraporto et effestuco in manus dictorum religiosorum et monasterii in Wedinchusen dicta bona et mansum et attinentias eorundem, prout sita sunt et iacent, cum omni iure et emolimento ab ipsis provenientibus possidenda, tenenda et habenda perpetuis temporibus simpliciter et de plano omni inpetitione mea et heredum meorum, quo ad ipsa[f] bona, in perpetuum[g] quiescente et cessante. Proprietatem vero eorundem bonorum ad me pertinentem[h] transtuli et transfero in monasterium Wedinchusen predictum et in manus .. prepositi et conventus ibidem apud eos perpetuo permansuram, renuncians ipsis bonis ac omni iuri, quod michi et heredibus meis in eis competebat et omni iuris subsidio, quod nobis ad rescissionem venditionis memorate prodesse poterit et prefatis religiosis ac monasterio nocere vel obesse. Statui[i] quoque et statuo pro iusta et debita warandia dictorum bonorum Fredericum, filium fratris mei Hinrici Sůnnendach, Theodericum dictum Hase, Hermannum de Vrilinchusen, Rodolphum dictum Bůtzel, Hinricum, fratrem eius, Fredericum et Ludolphum fratres de Prouestinch, Florentium de Tůnen et Ludewicum de Berenbroke secundum huius terre ius et consuetudinem facienda. Et in huius rei testimonium et perpetuam firmita-

tem has literas meo sigillo proprio necnon sigillo opidanorum in Werle procuravi et effeci communiri, quod nos .. proconsules et consules in Werle ad dicti Iohannis et suorum coheredum petitionem presentibus appendisse profitemur. Actum et datum anno Domini M° CCC° vicesimo, sabbato post Ascensionem Domini, presentibus domino Hermanno de Plettenbragt, milite, et Heydenrico, filio suo, Wilhelmo et Theoderico fratribus de Vflen, Wilhelmo Vlicken, Hermanno Scriuere, Rotgero dicto Papen et aliis quam pluribus viris fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 108, Siegel des Ausstellers (im Bild: auf plastisch erhöhtem Schild zwei gekreuzte Schwerter) und der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; beiliegend deutsche Übersetzung des 16. Jahrh., Papier; Abschrift des 15. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 105 und Abschrift des 17. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 321 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209), Bl. 255; Regest des 17. Jahrh. in der Sammlung Overham im StA Wolfenbüttel (V, S. 158).

[a]) Hinter „mar" am Ende der Zeile das „cis" getilgt und neu in die nächsten Zeile genommen; [b]) Wort mit dunklerer Tinte; [c]) in der Vorlage in einem Wort; [d]) desgl.; [e]) Wort auf Rasur und korrigiert; [f]) in der Vorlage in einem Wort, [g]) desgl.; [h]) in der Vorlage am Anfang des Wortes ein doppeltes „p"; [i]) in der Vorlage „sstatui".

[1]) Vergl. Lindner, Die Veme, S. 113; [2]) vergl. Urkunde von 1320 April 8.

1664

1320 Mai 11 Avignon

Papst Johannes (XXII.) trägt dem Cantor des Stifts (St. Patrokli) Soest auf, auf die Klage des Klosters Oelinghausen dessen Streit mit der Stadt Unna wegen Besitzstörung zu entscheiden.

Joannes episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio, cantori ecclesie Sosatiensis Coloniensis dioecesis salutem et Apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis dilectus filius .. praepositus et dilectae in Christo filiae, priorissa et conventus monasterii in Olinghusen per praepositum et priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini Coloniensis dioecesis, quod iudex, scabini et universitas oppidi in Vnna dictae dioecesis super terris, debitis, possessionibus et aliis rebus iniuriantur eisdem. Ideoque discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avione 5. idus Maii, pontificatus nostri anno quarto.

Abschrift des 17. Jahrh., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 44a; Druck: Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 546; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 237.

1665

1320 Mai 13

Vor den Ratsherren zu Reval bevollmächtigen Sifrid Eggarding und seine Frau Margaretha ihren Sohn Konrad, Ratsherr zu Reval, das Erbe der † Schwester der Margaretha, Alheidis, in Soest entgegenzunehmen.

Omnibus presens scriptum cernentibus consules civitatis Revaliensis in omnium Salvatore salutem. Constituti in nostra presentia discretus vir Sifridus Eggardinck cum sua uxore dicta Margaretha et filiis suis, videlicet Hermanno et Lodevico, constituentes presentium ostensorem Conradum, filium Eggardinck, in suum legitimum procuratorem ad extorquendum et levandum bona, que in Zosato, que per mortem sororis dicte Margarethe, videlicet Alheydis, ad ipsam dictam Margaretham, matrem prescripti Conradi, socii nostri consulatus, [sunt] iure hereditario devoluta. Et quicquid Conradus in hiis operatur, ratum et firmum manebit, tamquam pater et mater essent presentes. Quare petimus instantia, qua possumus ampliori, quatenus ipsum nostri amore dignemini promovere, ut ... iam dicta bona pretendo, quod parati sumus deservire in casu simili

vel maiori. In testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XX, in octava dicti Iohannis ante portam Latinam.

Wiedergabe nach Haeberlin, Analecta medii aevi, S. 282, Nr. 18.

1666

1320 Mai 15 Avignon

Papst Johannes (XXII.) trägt dem Cantor des Stifts (St. Patrokli) in Soest auf, die dem Kloster Oelinghausen durch Vergabe an Kleriker und Laien entfremdeten Güter wieder in den Besitz des Klosters zurückzuführen.

Joannes episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio .. cantori ecclesiae Sosaciensis Coloniensis dioecesis salutem et Apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilectus filius .. praepositus et dilectae in Christo filiae .. priorissa et conventus monasterii in Olinchusen per praepositum et priorissam soliti gubernari, ordinis S. Augustini, Coloniensis dioecesis, quam praedecessores eorum decimas, terras, domos, vineas, possessiones, castra, grangias, piscarias, prata, nemora, pascua, molendina, iura, iurisdictiones et quaedam alia bona ipsius monasterii datis super hoc literis, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renuntiationibus et penis adiectis in gravem ipsius monasterii laesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super his confirmationis literas in forma communi a sede Apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea, quae de bonis ipsius monasterii per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus literis, instrumentis, iuramentis, penis, renuntiationibus et confirmationibus supradictis ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam apellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione idibus Maii, pontificatus nostri anno quarto.

Abschrift des 17. Jahrh., StAM, Kloster Oelinghausen Nr. 44a; Regest: Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 547; Wolf, Oelinghausen Nr. 238.

1667

1320 Mai 21

Dietrich von Bachlo, Provinzial für Westfalen und Komtur des Deutschen Ordens in Münster, gibt kund, daß der von ihm an das Kloster Bennninghausen verkaufte Haupthof zu Glasmer[1] von dessen Verwalter Arnold von Glashem nur auf Lebenszeit genutzt werden darf. Er hat jährlich neun Malt Korn und sechs Schillinge zu entrichten, wobei sich der Komtur für das Geld auch sechs Schweine liefern lassen kann. Der Bruder des Arnold, Walther, nutzt auf Lebenszeit acht Morgen Landes, die zum Oberhof gehören und für die er dem Schulten des Haupthofes sechs Scheffel Korn zu liefern hat.

Nos frater Theodericus de Bachlo, provincialis per Westfaliam, commendator domus Teutonice sancti Georgii in Monasterio presentibus literis protestamur, quod curtem seu bona in villa Glashem sita, que nunc vendidimus, de consensu conventus nostri in Monasterio .. abbatisse et conventui in Benekinchusen non alia condicione, sed tantummodo ad tempora vite sue locavimus Arnoldo de Glashem, villico nostro ibidem, ita quod nobis de ipsis bonis dedisse debuisset annuatim novem malta siliginis, ordei et avene pari quantitate in Lyppensi mensura et sex solidos Lyppenses vel sex porcos, quod in nostra optione fuisse debuisset. Item adiecta fuit talis condicio in ipsa locacione, quod si ipse Arnoldus neglegens extitisset in solucione pensionis, ipse a nobis propter suam neglegentiam potuisset a nobis de ipsis bonis ammoveri. Sic etiam poterit ab ..

abbatissa et conventu supradictis. Item Walthero, fratri ipsius Arnoldi, ad tempora vite sue locavimus octo iugera agrorum ad ipsa bona pertinentia, de quibus ipse annuatim sex modios siliginis et ordei pari quantitate in mensura Lyppensi villico dicte curtis erit soluturus. Unde cum ipsis .. abbatisse et conventui bona huiusmodi vendiderimus, ipsi fratres non nisi usufructum in eis sibi poterunt vendicare. Sed Arnoldo mortuo curtis ipsa .. abbatisse et conventui vacabit pleno iure. Walthero quoque mortuo octo iugera predicta cedent curti et bonis memoratis. Heredes quoque ipsorum nichil aliud iuris in dicta curte et bonis sibi vendicabunt. Et in huius rei testimonium has literas dictis .. abbatisse er conventui tradidimus pro nobis et conventu nostro sigillo nostro roboratas. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo[a], feria quarta post Penthecostes.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 145, Siegel des Ausstellers (WS 121,1) abhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): Glashem to Erwite*; desgl. Ausf., Perg., A des erzbischöflichen Generalvikariats Paderborn, Kloster Holthausen Urk. Nr. 45a, Siegel ab.*

[a]) In der Vorlage „vicesima".
[1]) Wüstung westlich von Erwitte.

1668

1320 Mai 21 Soest

Dietrich von Bachlo, Provinzial für Westfalen, und sein Konvent des Deutschen Hauses St. Georg in Münster verkaufen für 100 Mark dem Zisterzienserinnenkloster in Benninghausen den Oberhof und die Güter zu Glashem[1] bei Erwitte zusammen mit dem Eigentumsrecht.

Universis Christi fidelibus presentes literas visuris et audituris nos frater Theodericus de Bachlo, provincialis per Westphaliam, commendator domus Theutonice sancti Georgii in Monasterio, notum facimus et publice protestamur, quod nos de consensu unanimi et de scitu ac plena voluntate venerabilis domini Karoli, summi magistri dicti ordinis, ac conventus domus Teutonice sancti Georgii in Monasterio religiosis personis domine .. abbatisse et .. conventui monasterii in Benekinchusen ac ipsi monasterio curtem seu bona nostra in Glashem apud Eruethe sita, que cum ipsorum proprietate ad nos pertinebant, cum omnibus eorum appenditiis et pertinentiis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis et nemoribus necnon cum aliis iuribus quibuscumque, que nobis et ordini nostro ac .. conventui in Monasterio conpetebant, conpetunt vel conpetere poterunt de iure vel de facto usque in hodiernum diem et exnunc in antea in eisdem pro centum marcis denariorum in Sosato usualium nobis traditis et assignatis rite et legitime vendidimus et vendidisse nos recognoscimus hereditario iure perpetuis temporibus possidenda et tenenda, cessimus quoque, supraportavimus et resignavimus in manus dictarum .. abbatisse et conventus prefatam curtem et bona cum attinentiis eorundem, prout sita sunt et iacent, cum omni fructu et emolumento ipsorum ex eis provenientibus possidenda et tenenda perpetuis temporibus et proprietatem ipsorum eis conferimus apud ipsum monasterium in Benekinchusen permansuram temporibus affuturis. Renuntiamus quoque nos et .. conventus monasteri sancti Georgii in Monasterio ipsis curti et bonis ac omni iuri, quod nobis in ipsis et pertinentiis eorum conpetebat et conpetere poterit et subsidio iuris tam canonici quam civilis, quod nobis ad rescindendam huiusmodi venditionem prodesse et dictis religiosis seu monasterio in Benekinchusen nocere poterit vel obesse. Promittimus quoque nos et conventum nostrum domus sancti Georgii in Monasterio facturos et prestituros eisdem .. abbatisse, .. conventui ac monasterio firmam, iustam, perpetuam ac stabilem warandiam curtis et bonorum predictorum. Et in huius rei testimonium et perpetuam firmitatem nos et .. conventus noster domus sancti Georgii in Monasterio has literas nostro sigillo duximus muniendas. Actum et datum anno dominice incarnationis M° CCC° vicesimo, feria quarta proxima post Penthecosten, presentibus in ecclesia sancti Patrocli Sosatiensi sub cripta dominis Lyppoldo de Amenlungzen, commendatore in Brakelen, Alberto, commendatore in Mölenhem, Iohanne de Lyppia, canonico Sosatiensi, Goswino de Sosato et Bernhardo Wolf, militibus, Iohanne de Rodenberg, Bertoldo de Holthusen et Conrado de Meninchusen, famulis, Iohanne de Lůnen, magistro consulum, Brunone

Maken, Godescalco de Palsole, Conrado Swelinc, Euerhardo de Lacu, Iohanne de Molendino, Iohanne de Tůnne, Alberone de Thůnne, Iohanne Eppink et Bertoldo de Herborne ac aliis pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., A des erzbischöflichen Generalvikariats Paderborn, Kloster Holthausen Urk. Nr. 45a, Siegel ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): „Glassem".

[1]) Wüstung westlich von Erwitte.

1669

1320 Mai 25

Friedrich Graf von Rietberg verzichtet zugunsten seines Schwagers Konrad gen. Stecke und der Bürger zu Dortmund auf alle Erbansprüche in der Grafschaft Dortmund, die er namens seiner Frau Lineke auf das Erbe seines † Schwagers, des Grafen Konrad von Dortmund, erheben könnte.

Nos Fredericus comes de Retberge notum fieri volumus universis presentes litteras visuris et audituris tenore earundem publice protestantes, quod de consensu et expressa voluntate nobilis domine Lineke necnon Beatricis et Alheydis, filiarum et heredum nostrarum, resignavimus et effestucavimus et tenore presentium perpetuo resignamus et manumittimus cum eisdem in manus et perpetuam possessionem dilecti sororii nostri Conradi dicti Stecken ac discretorum virorum consulum et civium Tremoniensium omne ius hereditarie successionis, quod ad dictam uxorem nostram et ad nos ex parte eiusdem de morte quondam nobilis viri domini Conradi comitis Tremoniensis pie memorie, sororii nostri, in comitatu Tremoniensi tam extra muros Tremonie quam infra, prout in iuribus et sitibus suis iacet, fuerat devolutum. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam sigillum nostrum presentibus literis appendi iussimus et ad maiorem evidenciam sigillum honesti viri Conradi de Avenstrot, qui istius facti fuit ordinator, impetravimus presentibus literis applicari. Et nos Lineke, uxor nobilis viri domini Friderici comitis de Retberge, mariti et domini nostri supradicti, Beatrix et Alheydis, filie et heredes eiusdem, recognoscimus dictam resignationem in omni modo et forma, ut dictum est, voluntarie nos fecisse, prout hoc sub predictis duobus sigillis publice protestamur. Et ego Conradus de Avenstrot, miles predictus, quia premissa omnia vera sunt, rogatus a predictis omnibus, quorum interest, sigillum meum duxi una cum sigillo domini Frederici comitis sepedicti in testimonium veritatis presentibus literis applicandum. Actum presentibus istis cum predictis Alberto dicto Schrape, Borchardo dicto Stecke, Iohanne dicto van Sunt Truden, Alberto de Koningesberg et Thiderico de Vorsthusen. Datum die beati Urbani martiris anno Domini 1320.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 163, Siegel des Grafen Konrad von Rietberg (WS 30,2) mit Rücksiegel (WS 30,3) und des Ritters Konrad von Avenstrot (WS 170,12) anhängend, Urkunde 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 382, S. 267, Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 544.

1670

1320 Juni 8

Die Bürgermeister und Schöffen der Stadt Dorsten errichten ein Statut zur Beschränkung des Aufwands bei Taufen, der Frauen im Kindbett und bei Beerdigungen.

Nos magistri burgensium et scabini in Dursten universis praesentes literas visuris et audituris cupimus esse notum publice protestando, quod ordinavimus et fecimus quandam ordinationem et statutionem cum consilio universitatis praedicti oppidi firmiter observandam. Primae autem ordinationis titulus est talis: Quicumque rogatus fuerit infantem ad suscipiendum a baptismate, non dabit plus quam unum grossum Turonensem regalem vel quatuor denarios Durstenses. Praetera mulier iacens in puerperio non habebit aliquod convivium cum concivibus nostris morantibus in nostro oppido, antequam frequentaverit et intraverit ecclesiam.

Tunc enim licite potest invitare, quem voluerit absque omni excessu. Insuper, quandocumque fuerit funus sepultum, sive magnum sive parvum, in nostro oppido, super eo non habebitur convivium ullum vel aliqua coena. Quicumque vero hominum praedicta statuta infirmaverit vel contrarium ipsis agere attemptaverit, propter hoc pars invitans et rogans dabit ad usum oppidi nostri tres solidos. Et similiter pars invitata et rogata solidos tres est datura. In cuius rei testimonium nos praedicti magistri burgensium et scabini praesentibus literis nostri oppidi fecimus sigillum apponi. Datum anno Domini M CCC vicesimo, dominica post festum Bonifacii.

Abschrift im Statutenbuch der Stadt Dorsten, Stadt A Dorsten.

1671

1320 Juni 9 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln trägt dem Rektor der Pfarrei in Werl auf, das Messelesen in der neu und ohne dessen Zustimmung errichteten Kapelle beim Hospital in Werl, auch wenn dies über einem geweihten Altarstein geschieht, zu verhindern[1].

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, dilectis in Christo .. rectori ecclesie in Werle salutem in Domino. Pervenit ad nos, quod quedam cappella de novo iuxta quoddam hospitale infra opidum nostrum Werle sit constructa tuo ad hoc consensu namque licencia non obtentis. Unde cum id cedere videatur in preiudicium ecclesie tue predicte mandamus tibi in vitute sancte obediencie, quatenus inhibeas auctoritate nostra omnibus et singulis presbiteris, ne quis in eadem cappella etiam super lapide consecrato missam celebrare presumat absque tuo consensu et nostra licencia speciali nec dictam cappellam per dominum Iohannem episoupum Scopulensem, vicarium nostrum in pontificalibus, vel per alium consecrari volumus, nisi tuus consensus et nostra licencia similiter ad hoc accedant. Datum Bunne anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo, feria secunda ante diem beati Barnabe apostoli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 109, kleines Siegel des Erzbischofs (Siegel der Eb. von Köln 20,1) abhängend; Abschrift des 15. Jahrh. Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 324 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. VII 5737), Bl. 99v und Abschrift des 17. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 321 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209), Bl. 387v; Regest des 17. Jahrh. in StA Wolfenbüttel, Sammlung Overham, 8, Bl. 157 und REK IV Nr. 1180.

[1]) Vergl. Urkunde des Klosters Wedinghausen 1323 März 4.

1672

1320 Juni 17

Engelbert Graf von der Mark erklärt, er habe die an ihn verpfändete Burg Patzlar[1] *und das verpfändete halbe Gogericht Ascheberg vom Bischof Ludwig von Münster und seinem Bistum für 2000 Mark und 50 Pfennige wiedereinlösen lassen. Nicht betroffen bleibt dabei die (andere) Verschreibung des Bischofs und seines Kapitels auf das Gogericht Ascheberg.*

Wy Engelberth greve van der Marka dot kund allen dien, die dessen bref sient oder hůrent lesen, und betuget, dat wi mit witscap und vullenkomenen willen vrowen Methtilde, unser eliken husvrowen, Adolphes, unses aldesten sones, und aller unser rechten erven dat hus to Porteslar mit alme rechte unde mit deme, dat dar to hůret, als it uns to pande stunt, unde dat halve gogherichte to Ascheberghe unsen ersamen vader unde heren biscop Lowighe van Monstere unde sime ghestichte hebbet ghegheven und ghelaten to lose vor twe dusent march und viftich guder peninghe, die uns betalet und beret sin, beheltnisse uns und unsen erven dies breves, de roret vamme gogherichte to Ascheberghe, dien die vorghesprokene biscop und sin .. capitel hebbet beseghelt. In orkunne und bekantnisse diir vorghesprokenen stůcke so hebbe wi vor uns, vor unse vrowen,

vor Adolph, unsen sone, und al unse rechten erven unse seghel ghehanghen an dessen bref. Desse bref is ghegheven des dincsedaghes na sante Vites daghe dies heilighen mertileres in dusendesten drihunderdesten twintighesten iare na unses heren Godes gheborde.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster Urk. III G Nr. 3, Reitersiegel des Grafen von der Mark (am oberen Rande geringfügig abgebrochen, sonst gut erhalten, WS 11,1) mit Rücksiegel (WS 16,4) anhängend; Druck: WUB VIII Nr. 1425.

[1]) Südwestlich von Lüdinghausen an der Stever, von Zschaeck, Levold (S. 68, Anm. 7) abweichend mit Botzlar bei Selm identifiziert.

1673

1320 Juni 18

Der Rat der Stadt Werl befreit das von den Minoriten zu Soest in Werl zum Schlafen errichtete Haus bzw. die betreffende Hausstätte von der Entrichtung städtischer Abgaben.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos proconsules, consules totaque universitas oppidi Werlensis notum facimus presentibus et publice protestamur, quod, cum religiosi viri fratres Minores de Susato in area sua sita inter aream Ludewici de Vflen ex una parte et aream Symonis dicti Sydenbeckere ex altera domum quandam construxerint ad dormiendum in eadem, nos dictam aream sive domum ab omni iure oppidi nostri, quod vulgariter dicitur stadesrecht, propter Deum et ob delectionem fratrum eorundem dimittimus et clamamus liberam penitus et solutam, ita quod habitantes in eadem ad aliquod ius, ad quod ceteri oppidani Werlenses sunt quomodolibet astricti, minime teneantur, dantes eisdem fratribus hanc patentem litteram sigillo oppidi nostri communitam in testimonium super eo. Actum coram venerabilibus viris domino Hermanno dicto de Plettenbracht, milite, Hermanno dicto Scriuere, bone nationis famulo, Theoderico de Holdinchoue et Henrico dicto Covolt, proconsulibus oppidi Werlensis, Conrado dicto Notlike, Hermanno dicto Wirsaghe, Iohanne, filio Richardi in Platea pistorum, Thoma oppe den Vriethoue, Euerhardo dicto de Sterthoue, Thilone, filio dicti Lilien, Hermanno dicto Melkestere, Conrado dicto Capetowe et Iohanne de Horst et Iohanne, filio Thome, consulibus civitatis eiusdem. Datum anno Domini M° CCC° XX°, in die sanctorum Marci et Marcelliani martirum.

Ausf., Perg., A von Papen zu Lohe, Siegel der Stadt Werl (beschädigt, WS 71,5) anhängend; Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. I 217 (Kopiar der Minoriten zu Soest), Bl. 29.

1674

1320 Juni 19

Der Ritter Alexander gen. Volenspith verkauft an Dechant und Kapitel des Stifts Beckum den Hof Tye[1] im Kirchspiel Vorhelm.

Universis presentibus, posteris et futuris presentia visuris et audituris volumus Alexander dictus Volenspith, miles, scire notum sub sigilli nostri appensione presentibus publice protestando, quod nos unanimi consensu et plenaria voluntate Iohannis et Rudolfi, nostrorum heredum, et ceterorum nostrorum coheredum honorabilibus viris .. decano et .. capitulo ecclesie Bekehemensis domum dictam ton Tye in parrochia Vorehelme, prout est sita, cum omnibus suis attinentiis, quod mit allere slagter nut in vulgo nuncupatur, iure proprietatis pro mera et libera proprietate, quod vor eyn doreslagt eygen usu dicitur in vulgari, vendidimus perpetuo possidendam pro septuaginta marcis Monasteriensium denariorum nobis integraliter persolutis iusto emptionis et venditionis titulo procedendo, statuentes, assignantes eisdem fideiussores Iohannem de Nehem, Alexandrum de Horne, Lubertum de Boynen, Rudolfum Volenspith, Lubertum de Vorshem, Iohannem de Herborne, Goschalco de Hesnen una cum eisdem insolidum promittentes de supradictis bonis et proprietate

eorundem de qualibet impetitione, que iure fieri posset, dummodo impetens de huiusmodi impetitione voluerit iuri stare, perpetuam et hereditariam facere warandiam, prout de iure vulgari de bonorum proprietatibus warandia fuerit facienda. Verum etiam, si dictorum bonorum et proprietatis eorundem de qualibet eorundem impetitio fieret aliqualis, unde dicti decanus et capitulum dicta bona commode possidere non valerent, dummodo de hoc impetens iuri parere voluerit, veluti est premissum, nos una cum omnibus fideiussoribus predictis monitione premissa opidum Alense introibimus vel, si aliquis nostrorum opidum secure non audeat introire, opidum Bekehemense introibit, abinde non recessuri, donec dictis decano et capitulo de supradictis bonis et proprietate eorundem sufficiens facta fuerit warandia. Et nos Iohannes, Alexander, Lubertus, Rudolfus, Lubertus, Iohannes, Goschalcus, fideiussores predicti, quia sigillis caremus propriis, sigillum opidanorum Bekehemensium presentibus apponi petivimus in predicte promissionis et fideiussionis per nos facte signum, testimonium et certitudinem pleniorem. Et nos .. proconsules et .. consules Bekehemenses, quia huiusmodi venditioni, fideiussioni et promissioni interfuimus, eas fieri videntes et audientes sigillum opidi nostri ob reverentia precum partium predictarum presentibus duximus apponendum. Actum et datum presentibus etiam hiis Gotfrido de Hesnen; Theoderico dicto Harme, militibus, Wigero de Hesne, Euerhardo de Gore, Ottone de Roden, famulis, ac aliis quam pluribus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis anno Domini M° CCC° XX°, feria quinta proxima ante festum Nativitatis beati Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., StAM, Stift Beckum Urk. Nr. 33, Siegel des Ausstellers (WS 185,2) und der Stadt Beckum (WS 97,2) abhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1426.

[1]) Hof Thiemann in der Dorfbauerschaft von Vorhelm.

1675

1320 [nach Juni 25]

Der Provinzial und Deutschordenskomtur in Münster Dietrich von Bachlo quittiert dem Zisterzienserinnenkloster Beninnghausen den Empfang der Kaufsumme in Höhe von 100 Mark für den Verkauf des Oberhofes Glasmer bei Erwitte[1].

Universis Christi fidelibus presentes literas visuris et audituris nos frater Theodericus de Bachlo, provincialis per Westphaliam, commendator domus Theutonice sancti Georgii in Monasterio, notum facimus publice protestando, quod religiose persone domina .. abbatissa et conventus monasterii in Benekinchusen ordinis Cysterciensis in crastino sancti Iohannis Baptiste nativitatis in oppido Sůsatiensi pro curte seu bonis nostris in Glashem apud Eruethe sitis tradiderunt et assignaverunt nobis centum marcas denariorum in Sůsato usualium sibi venditis et resignatis. Insuper nos frater Theodericus antedictus literas super curte seu bonis predictis et proprietate confectas supportavimus et resignavimus in manus domine .. abbatisse et conventus ad evidens testimonium, si necesse fuerit demonstrandum. Ne quis autem imposterum malignandi concilio dictum conventum audeat impetere quoquomodo vel molestare, presentes literas sigillo nostro duximus muniendas. Acta sunt hec anno Domini M° CCC° vicesimo, presentibus Alberto de Herborne, Petro Apothecario, Willikino Menekinch, Růtgero Bastvindere, fratre Bernardo et aliis pluribus fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 148, Siegel des Ausstellers (WS 121,1) abhängend; Rückvermerk (14. bzw. 17. Jahrh.): ...des Glashemhoffs prope Erwitte situatum, welchen itzo der Lentze cultivirt, idque titulo locationis.

[1]) Vergl. Urkunde von 1320 Mai 21.

1676

1320 Juni 26 Hamm

Wessel von Galen der Ältere verkauft vor dem Gericht in Hamm dem Komtur und den Deutschordensbrüdern von St. Georg in Münster seine Güter Smakenkoten *im Kirchspiel Rinkerode.*

Omnibus hoc scriptum visuris et audituris Wescelus de Galen senior, Otburgis, uxor eius legitima, Wescelus, Gerwinus et Rotgherus, nati eorundem, volumus esse notum, quod nos bona voluntate nostra et omnium heredum nostrorum vendidimus et vendimus per presentes in Christo devotis .. fratribus Theoderico de Baclo, commendatori, .. ceterisque crucesignatis domus Monasteriensis ordinis Theutonici sancti Georgii bona nostra dicta Snakenkoten, prout sita sunt [in][a] parrochia Rinkenrode, nomine et iure bonorum propriorum hereditarie et in perpetuum possidenda pro quindecim marcis denariorum in Monasterio legalium nobis persolutis, promittentes bona fide .. commendatori et .. fratribus bonorum predictorum veram et iustam servaturi perpetue warandiam. Ad cuius firmitatem, proprio sigillo cum caruimus, sigillum Iohannis dicti Clot, militis, tunc temporis officiati in Hammone, petivimus hiis apponi. Nos vero Iohannes dictus Clot, miles predictus, ad preces Wesceli et suorum predictorum et etiam, cum premissa venditio et ipsius venditionis resignatio nobis de facto vera et rite facta constiterit, sigillum nostrum in ratihabitionem premissorum presentibus [apposuimus][b]. Actum coram iudicio Hammensi, presentibus Euerhardo van der Borich, tunc temporis iudice ibidem, cuius ore sententia firmitatis premisse venditionis, ut solitum est, fuerit requisita, item Bertoldo de Sůsato, Wenemaro de Galen, Conrado van dem Walle, Richardo Vůs, Iohanne Hertes-hals, Gerhardo dicto Kokenicht, Randolfo de Herdincsterren et Richardo dicto Grundelen, famulis, cum pluribus fidedignis, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, feria quinta proxima post Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., StAM, St. Georg Münster Urk. Nr. 46, Siegel des Ritters Johannes Clot (WS 189,7) anhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): de casa Snakenkoten; Regest. WUB VIII Nr. 1428.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen; [b]) statt des in der Vorlage stehenden „est appensum".

1677

1320 Juli Avignon

Erzbischof Elger von Lund, Primas von Schweden, sowie andere Erzbischöfe und Bischöfe gewähren der Pfarrkirche St. Marien in der Reichsstadt Dortmund einen Ablaß.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis miseratione divina Elgerus, Lundensis, Swechie primas, Raymundus Ebrodunensis, Rostagius Neopracensis, Onufrius Salernitanus, Richardus Surentinus, archiepiscopi, Fernandus Portugalensis, Franciscus Firmanensis, Berengarus Christopolinus, Egidius Andropolensis, Dominicus Meceliensis, Petrus Civitatis Nove, Guillemus Puteolanus, Symon Parmensis, Nycolaus Argolicensis, Lutcho Pomezaniensis, Guillemus ad partes Thartarorum, Guillemus Nicensis, Iacobus Nucherinus, Franciscus Gaietanus, Orlandus D[...]etensis et Otho Carpentorensis, episcopi, salutem in Domino. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita devotionem fidelium per quedam munera spiritualia, concessiones videlicet et indulgencias, invitare consuevit ad debiti famulatus honorem Deo et sacris edibus impendendum, ut quanto crebrius et devotius illuc confluit populus christianus assiduis Salvatoris gratiam precibus implorando, tanto celerius delictorum suorum veniam et gaudia consequantur eterna. Cupientes igitur, ut ecclesia parochialis beate Marie opidi imperialis Tremoniensis Coloniensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in festivitatibus infrascriptis, videlicet Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi, Circumcisionis, Epyphanie, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis et Penthecostes, omnibus et singulis festvitatibus beate Marie virginis, beatorum Petri et Pauli ac omnium aliorum apostolorum et evangelistarum, Inventionis et Exaltationis sancte crucis, Michaelis archangeli, Iohannis Baptiste, Laurentii, Quirini, Stephani, Reynoldi, Martini,

Nicolai, Severini, Trium regum ac sanctarum Marie Magdalene, Katherine, Barbare, Walburgis, Gertrudis, Agnetis, Agathe, Lucie, in Commemoracione omnium sanctorum et in dedicatione ipsius ecclesie ac per octavas predictarum festivitatum causa devotionis, peregrinationis vel orationis accesserunt, aut qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dicte ecclesie necessaria manus porrexerint adiutrices, seu qui in extremis laborantes dicte ecclesie quidquam suarum legaverint facultatum, vel qui corpori Christi et oleo sancto, cum portantur infirmis, devotam prebuerint comitivam, seu qui in serotina pulsatione campane flexis genibus ter Ave Maria devote dixerint, seu qui circumierint cymiterium dicte ecclesie dicendo orationem dominicam pro defunctis necnon qui exequiis mortuorum et predicationibus ibidem interfuerint, quotienscumque premissa vel premissorum aliqua fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi [...][a] nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitenciis misericorditer relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In quorum omnium testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. Datum Avione anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, mense Iulii, pontificatus sanctissimi patris domini Iohannis divina providentia pape XXII anno quarto.

Ausf., Perg. A der Marienkirche in Dortmund Urk. Nr. 1, von den 25 Siegeln sind 1 und 5 ab, die anderen anhängend; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 545, S. 234; Regest: REK IV Nr. 1220.

[a]) Lücke.

1678

1320 Juli Avignon

Zehn genannte Bischöfe gewähren der Pfarrkirche St. Kilian in Letmathe einen Ablaß.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos fratres miseratione divina Guillelmus Putealanus, Stephanus Lubicensis, Aegidius Andrianopolis, Guillelmus ad partes Tartarorum, Petrus Narmer., Franciscus Cenctor., Franciscus Xevellen., Guillelmus Sanctae Iustae, Joannes Sancti Leonis et Rotgerus Stroguller, episcopi, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita devotionem fidelium per quaedam munera spiritualia, remissionis videlicet et indulgentias, invitare consuevit ad debiti famulatus honorem, Deo scilicet et sacris aedibus impendendum, ut quanto crebius et devotius illic confluat populus Christianus assiduis Salvatoris gratiam precibus implorando, tanto delictorum suorum veniam et gloriam regni caelestis consequi mereantur aeternam. Cupientes igitur, ut parrochialis ecclesia sancti Kiliani in Lethmate et altaria ipsius ecclesiae Coloniensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in quolibet festo ipsius ecclesiae necnon in festivitatibus infrascriptis, videlicet Nativitatis Domini nostri Iesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniae, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes et in Consecratione corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi et in omnibus et singulis festivitatibus beatae et gloriosae semper virginis Mariae, beatorum Petri et Pauli ac omnium aliorum apostolorum et evangelistarum, Inventionis et Exaltationis sanctae crucis, sancti Iohannis Baptistae et Evangelistae, Michaelis archangeli, Laurentii, Christopheri, Martini, Nicolai et Blasii ac sanctarum Mariae Magdalenae, Agathae, Catherinae, Caeciliae, Agnetis, Luciae et Margaritae, in Commemoratione omnium sanctorum et in dedicatione ipsius ecclesiae, aut qui cum devotione et per octavas praedictarum festivitatum et in omnibus et singulis diebus dominicis causa devotionis, peregrinationis vel orationis accesserint, aut qui corpus Christi et oleum sanctum, cum portantur ad infirmos, secuti fuerint, seu qui praedicationibus, misssis, exequiis et sepulturis mortuorum in dicta ecclesia vel eius cimiterio [interfuerint][a], vel qui in extremis laborantes dictae ecclesiae quicquam suarum legaverint facultatum, aut qui in extremis laborantes in dictae ecclesiae cimiterio suam elegerint sepulturam, aut qui serotina pulsatione campanae flexis genibus ter Ave Maria devote dixerint nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dictae ecclesiae necessaria manus porrexerint adiutrices, quotiescumque praemissa vel prae-

missorum aliqua fecerint, seu qui ipsius ecclesiae cimiterium causa devotionis vel orationis circumierint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo dioecesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium praesentes litteras sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum et actum Auinioni anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo vicesimo, indictione quinta mense Iulii, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Iohannis divina providentia papae vicesimi secundi anno sexto.

Abschrift des 18. Jahrh., beglaubigt durch den Notar Ludwig Schwartze, Pfarr A St. Kilian Letmathe (Dep. im A des erzbischöflichen Generalvikariats Paderborn).

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.

1679

1320 Juli 8

Engelbert Graf von der Mark entläßt Sophia, die Tochter der Christina von Sprockhövel, aus seiner Eigenhörigkeit. Er weist sie im Tausch für Hermann gen. von Höntrup[1] dem Oberhof Huckarde[2] zu.

Universis Christi fidelibus, quos presentes litere pervenerint Engelbertus comes de Marka salutem cum noticia veritatis. Notum facimus et tenore presentium protestamur, quod nos Sophyam, filiam Cristine de Sporchovele, nobis et heredibus nostris pleno iure mancipii seu proprietatis attinentem manumittimus a iugo servitutis et manumisimus per presentes, dantes eam in concambium pro Hermanno dicto de Hoynctorpe in curtem Hůckerde harum testimonio literarum. Ac tamen, quod si aliqua ex pueris suis cum manso dicte curti attinente in Hoynctorpe sito hereditare voluerit, illum ad ius mancipii dabit secundum consuetudinem curtis in Hůckerde. Alioquin post mortem dictorum coniugum ipsorum pueri, si qui fuerint, nichil iuris in ipso manso possidebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus literis duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo, in die beatorum martirum Kyliani et sociorum eius.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 117, S. 197.

[1]) Stadt Bochum; [2]) Oberhof des Stifts Essen.

1680

1320 August 1

Heinrich gen. von Kukelshem, Kanoniker des Stifts Rellinghausen, errichtet sein Testament.

Noverint universi presentes literas visuri vel audituri, quod ego Henricus dictus de Kukelshem, canonicus ecclesie in Rolinchusen, humane nature inevitabile debitum prevenire cupiens, sanus mente et sensibus, licet corpore languens dispositionem omnium rerum mearum per presens testamentum duxi ordinandum. In primis siquidem volo et ordino, quod debita mea apud quoscumque contracta per manufideles meos infrascriptos de rebus meis integraliter persolvantur. Ceterum volo et ordino, quod .. conventui meo tam dominorum quam dominarum duodecim marce de parata pecunia in sista mea deposita dentur pro redditibus perpetuis unius marce comparandis. De qua marca duas faciant memorias singulis annis, unam prout dies obitus mei evenerit, et aliam, quando ipsi conventui videbitur expedire. Item do et assigno unam marcam ad structuram fabrice ecclesie predicte et dimidiam ad rupturas ipsius ecclesie reparandas. Item assigno et do Hermanno, cognato meo utensilia domus mee omnia. Item volo et ordino, quod dilectis michi in Christo dominis Iohanni, meo concanonico, ac Hermanno, sacerdoti, una marca detur. Item ordino, quod Henrico, custodi, tres solidi dentur. Item assigno nepti mee, filie Lamberti, unam marcam et ancille mee dimidiam marcam. Item assigno nepti mee Elizabet dicte to der Důuen unum maldrum siliginis et unum maldrum brachii. Item assigno et do unicuique manufidelium meorum infrascriptorum unam marcam, ut eo diligentius testamentum

meum exequantur. Et ad premissa omnia fideliter exequenda ac debita mea a quibuscumque creditoribus requirant et recipiant ex confidentia speciali in manufideles meos eligo et constituo dilectos mihi in Christo dominos Gotfridum de Werdina et Iohannem, rectorem ecclesie sancte Gerthrudis, canonicos Assindenses, ac honestam Sophyam dominam dictam de Lamershem, meam concanonicam, rogans devote et humiliter, ut ipsi expressa omnia ac alia a me non expressa tam in recipiendis quam in exponendis faciant et ordinent, prout ipsis saluti anime mee videbitur expedire. Et hanc dico et volo meam ultimam voluntatem esse, que valeat iure testamenti seu codicillorum vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis. In cuius rei testimonium presens testamentum meo sigillo sigillatum sigillo ecclesie mee ad causas ac sigillis manufidelium meorum predictorum petii sigillari. Et nos conventus predictus protestamur, quod ad peticionem domini Henrici predicti sigillum ecclesie nostre ad causas apposuimus huic scripto, nosque Gotfridus et Iohannes, manufideles supradicti, protestamur, quod ad peticionem eiusdem domini Henrici sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M° CCC^mo vicesimo, in die beati Petri ad vincula, presentibus hiis dominis Iohanne et Hermanno, sacerdotibus ac domicellabus, Hildeburghi de Vitinchouen, Margarete de Oldendorpe ac Alheyde de Bŏcbergh ac aliis quam pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Rellinghausen Urk. Nr. 15, die ersten beiden Siegel ab, das 3. und 4. Siegel der Handgetreuen anhängend.

1681

1320 August 8

Heinrich, der Sohn des † Bernard von Galen, verkauft mit seiner Mutter und seinen Geschwistern dem Heinrich Schetter, Bürger zu Dorsten, den Zehnten zu Overbeck[1] im Kirchspiel Gahlen und belehnt ihn damit.

Omnibus presentibus visuris seu audituris tam presentibus quam futuris ego Henricus, filius quondam Bernardi de Galen, cupio fore notum firmiter protestans in hiis scriptis, quod cum consensu Margarete, matris mee, et Theoderici, Bernardi, Ottonis, Lutgardis et Iutte vendidi pure, libere et absolute pro determinata pecunie summa Henrico dicto Schetter, oppidano in Dursten, et suis heredibus decimam quondam patris mei sitam in parochia Galen apud Dorsten t' Averbeke. Et huius decime ego et mater mea una cum fratribus et sororibus meis praedictis liberam coram scabinis Weselensibus et coram aliis viris fide dignis fecimus resignationem, infeodando nichilominus dictum Henricum de dicta decima titulo legitimi feodi coram electis feodalibus meis, quorum nomina hic inferius sunt annotata. Item promisi et promitto per presentes huius decime firmam prestare warandiam, prout de feodo fieri est consuetum, pro omnibus qui hanc decimam in iure duxerint appetendam, et tenere dictum Henricum in suo feodo, prout de iure dominus tenetur suum infeodatum seu vasallum. Acta sunt premissa coram electis feodalibus meis, videlicet Wilhelmo de Brabant, Herado de Lone, Iohanne, filio comitisse, Theoderico Dunker dicto Weghe, Henrico Xantred, Siberto Stecke et coram aliis veridicis personis ad perhibendum testimonium in antea, si necesse fuerit de premissis. Et nos magistri burgensium, scabini et consules oppidi Weselensis premissis affuimus, ea fieri vidimus et audivimus et ad rogatum partium hinc inde sigillum oppidi nostri presentibus literis exinde confectis appendimus in testimonium premissorum. Datum feria sexta proxima ante festum beati Laurentii martyris, anno Domini M° CCC° vicesimo.

Ausf., Perg., Stadt A Dorsten, Siegel ab.

[1]) Bauerschaft nördlich von Gahlen.

1682

1320 August 11

Engelbert Graf von der Mark erklärt, daß der von ihm mit Konrad von Lindenhorst bzw. dessen Vater abgeschlossene Kaufvertrag über die Grafschaft Dortmund nicht gültig sei und daß er deswegen keine Ansprüche erhebe. Er will helfen, fremde Ansprüche abzuwehren. Die Bürger der Stadt Dortmund sollen unbehindert die Kirchweihfeste und Jahrmärkte in seinem Lande besuchen dürfen.

Wi Engelberth greve van der Marke dot kundig allen deen, die dussen bref seent und horent lesen, und betugent oppenberike in dussen breve, went die kop der graschap und der herschap to Dortmunde, den wii gedincgeth hadden tegen Conrade van Lindenhrsth van sines vader und van siner wegene, nicht mit rechte staen en mochte, als wii berichtet worden van unsen vronden und van deen bescheydene wisen luden der stath van Dortmunde, went dat weder alde recht und gewonde was. Dor umme hebbe wii vertiegen van deme kope und vertieget gensliken van deme kope mit dussen brive und lovent een und verbindent uns, wii und unse recht erven und alle unse nacomelincghen in dusseme gegewordigen brive, also dat wii noch uns erve na den vorgesprochene graschap und herschap nummer mer en solen staen noch sie daran hinderen ieneger hande wiis. Wer och, dat ieneger here ofte ienegh man na deen vorgesprochene graschap und herschap stunde, si en blive in der rechten erven und der stades hanth, des verbinde wii uns und uns recht erven und alle unse nacomelincghe, een dat helpen to kerene und weder to stane weder allen, die leventh, utgesath unsen heren, den Romeschen koninch, it en were, dat hee si lenede in vromede hanth buten den rechten erven und der stath, dat solde wii een helpen keren, als hir vorgescriven ist, weder deen efte weder die gene, deen sie also gedane wiis geleneth worden. Vortmer so mogen und solen die vorgesprochene borgere van Dortmunde to allen unsen kermissen und iarmarcketen, die in unseme lande belegen siint, komen, wesen und varen eyn dach vor und eyn dach na umbezath und unbekummert van uns und van al deen, die dor unsen willen doen und laten willen, it en were die breke bin der tiith, die solde dar enbinnen beteren. In orkunde und in eweliche stedicheit dusser vorgesprochene stucke hebbe wii een dussen bref vor uns und vor al unse nakomelincghe gegeven mit unseme incgesigele besigelth. Und wii Adolf, Engelberth und Everath, sone und erven greven Engelbertes, die hir vorgesprochene ist, lovet under incgesegel unses heren und vader mit allen unsen nakomelincgen, al dusse vorgescrevene stucke stede und vast ewilichen to halden. Dusse brif is gegeven und gescreven op den nesten dach sunte Laurentius dage des heyligen mertelers, do men talde van Godes geborde 1320 iar.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 164a, Reitersiegel des Grafen von der Mark (WS 11,1) mit Rücksiegel (WS 16,4) anhängend; Druck Dortmunder UB I Nr. 383, S. 268; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 546, S. 236.

1683

1320 August 16

Robert Graf von Virneburg, Marschall des Landes Westfalen, befreit im Auftrag des Kölner Erzbischofs die Einwohner zu Küstelberg für zehn Jahre von der Pflicht, Ladungen an auswärtige Gerichte und zu Landfolgen Folge leisten zu müssen. Vergehen, die von den Einwohnern innerhalb der Gemarkung ihres Dorfs begangen wurden, sollen von ihrem eigenen Gericht, dem Bauergericht, geahndet werden.

Nos Robertus comes de Verneborgh, marscalcus terre Westfalie, recognoscimus in hiis scriptis publice protestantes[a], quod de iussu et voluntate venerabilis domini nostri domini .. archiepiscopi Coloniensis damus homines in villa Custelebergh morantes liberos a dato presentium usque ad decem annos immediate subsequentes in hunc modum, quod dicti homines non debent nec possunt extra sepes dicte ville Custelebergh ad aliqua iudicia seu ad sequelas trahi vel vocari, sed excessus suos, si quos infra sepes eiusdem ville Custeleberg

fecerint, secundum formam et emendam iudicii, quod proprie burgerichte dicitur, emendabunt. In huius rei testimonium dedimus presens scriptum nostro sigillo sigillatum. Datum anno Domini M° CCC° XX°, crastino Assumptionis sancte virginis Marie.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld Urk. Nr. 28, Rest des Siegels abhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): iuxta montem qui dicitur Halle; *Druck: SUB II Nr. 580; Regest: REK IV Nr. 1191.*

a) In der Vorlage „protestantis".

1684

1320 August 22

Der Knappe Adolph gen. von Hamme verspricht, die Leute und Güter des Klosters St. Walburgis bei Soest, die er bedrängt hatte, weil er auf Leute des Klosters Anspruch zu haben glaubte, nicht weiter zu belästigen.

Nos Adolphus dictus de Hamme, famulus, et uxor nostra Petronilla omnibus presentia visuris et audituris notum facimus publice protestando, quod nos homines claustri sancte Walburgis extra muros civitatis Susaciensis et bona dicti claustri inpetivimus minus iuste ratione quorundam hominum, quos nobis iure hereditario duximus attinere. Quare nos et nostri heredes renuntiamus et resignamus omne ius, si quod actenus habuimus in eisdem, volentes anime nostre saluti providere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini millesimo C°C°C° vicesimo, ipso die Thymothei et Symphoriani martirum beatorum.

Zwei Ausf. (A und B, letztere mit einigen Auslassungen), Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 70, Siegel: A anhängend, B abhängend, B am Rande abgebrochen (WS 205,6); Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest), Bl. 54 der 2. Zählung.

1685

1320 August 25 Dortmund

Der Knappe Rutger von Dungelen bekundet, Prior, Kellner, Priorin und Konvent des Stiftes St. Katharinen in Dortmund hätten seinem Eigenhörigen Arnold von Luttekendorpe[1] und dessen Frau auf Lebenszeit den Schultenhof Rahde[2] zu den genannten Bedingungen und Pachtabgaben verpachtet.

Universis presentes literas visuris et audituris ego Rutgerus de Dungelen, famulus, notum facio tenore earundem publice protestando, quod religiosi homines dominus Godefridus, prior, Henricus, celerarius, et domina Bertradis, priorissa, totusque conventus sanctimonialium ecclesie beate Katherine Tremoniensis locaverunt et exposuerunt Arnoldo de Luttekendorpe et uxori sue Lutchardi, meis hominibus, curtem in Rode cum omnibus suis attinenciis ad tempus vite eorum. Sed cum alter ex eis obierit, superstes non assumet sibi coniugem in dictis bonis absque consensu claustralium predictorum. Hanc ergo curtem cum agris suis colent et emendabunt fideliter diebus suis, sicut promiserunt bona fide, et dabunt de ea annis singulis dicto claustro terciam garbam quorumlibet seminum. Sed duas mensuras siliginis cum dimidia et tria maldra avene famulorum prehabebunt coniuges antedicti. Item dabunt decem porcos vel decem solidos, quod stabit in arbitrio claustralium, decem ancas, viginti pullos, centum ova, medietatem fructuum de arboribus curtis, duas partes glandium et unam mensuram lini annuatim conventui seminabunt. Hec omnia et singula presentabunt annuatim suo tempore prefato conventui infra muros Tremonienses suis laboribus et vecturis. Et etiam alias vecturas ecclesie necessarias facere debebunt more solito, quandocumque fuerint requisiti. Insuper quatuor solidos pro decima annuatim in Volmesten in festo beati Bartholomei presentabunt. Et habebunt dicti coniuges ex marka Westerwic[3] annuatim unam cesuram lignorum cum virgulis ad sepes curie necessariis. In quibus, si ipsis forte defecerit ad necessarios usus curtis, extunc, quod ultra necesse habuerint, accipient ex silva ad cur-

tem pertinente, ita tamen, quod nichil distribuant aut vendant de silva illa, prout hoc suo iuramento promiserunt, adiecto eciam, si domus curtis cremaretur, quod absit, ex parte claustri vel civitatis Tremoniensis ipsi coniuges, vel qui ex eis superstes fuerit, reedificabunt vel reedificabit structuras curtis suis laboribus et expensis. Sed ligna ad reedificationem necessaria secare et accipere poterunt de silva claustri cum bona discretione. Item molendinum dictum Munkelmole claustrum specialiter obtinebit. Actum Tremonie in capella sancti Spiritus, presentibus discretis viris domino Hildebrando de Noua Curia, domino Gerardo de sancto Nikolao, presbiteris, Ernesto de Bodelswincge, Herbordo de Delewic, Henrico schulteto de Drere, famulis, Nikolao de Ponte, Hermanno de Redinchusen, Aluino de Herreke, Arnoldo Diuite, Arnoldo de Linne, Bernardo de Braken, Symone de Nusse, [...][a] de Bochem, civibus Tremoniensibus, hoc diligenter annotato, quod quocumque tempore dicti coniuges [...]ati[b] fuerint per concambium aut per resignationem qualicumque modo, [coniunc]tim [vel divisim][c], extunc amplius in dicta curte nichil iuris plus habebunt. In quorum omnium testimonium sigilla discretorum virorum domini Euerardi, plebani in Parua Tremonia, et Ernesti de Bodelswincge, fratrum, quia proprio sigillo carui, impetravi presentibus literis applicari. Et nos fratres Euerardus et Ernestus predicti rogati a prefato Rutgero recognoscimus sigilla nostra in testimonium veritatis presentibus literis appendisse. Actum et datum in crastino beati Bartholomei apostoli anno Domini M° CCC° vicesimo. Item si supradicti coniuges aliquid perderent in curte supradicta per exactionem vel invasionem iniustam, de hoc ego Rutgerus cum ipsis emendam a claustro non postulabo.

Ausf., Perg., StAM, St. Katharinen Dortmund Urk. Nr. 56, Siegel ab; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 547, S. 236.

[a-c]) Durch Braunfärbung einige Stellen nicht lesbar.

[1]) D.h. Lütgendortmund; [2]) in der Bauerschaft Bövinghausen zwischen Lütgendortmund und Castrop; [3]) Westrich, nordöstlich von Lütgendortmund.

1686

1320 September 10

König Eduard (II.) von England befiehlt dem Sheriff von Southampton, die Güter und Waren des Hermann Klipping, des Detmar Klipping und des Albert Klipping[1] zu arrestieren, weil diese Wolle und Felle nach Brabant, Flandern und Artois wider den königlichen Erlaß[2] über den Wollstapel in diesen Landen geladen hätten.

Wiedergabe nach dem Regest im Hans. UB II Nr. 372, S. 154, fußend auf Public Record Office London, Rot. lit. claus. 14 Edw. II 21.

[1]) Aus Dortmund; [2]) gemeint wohl von 1313 Mai 20 (vergl. Hans. UB II Nr. 372, Anm. 1).

1687

1320 September 17

Hermann und Berndt von Strünkede erklären, sie hätten geschworen, dem Grafen von Kleve und seinen Erben das ihnen anvertraute Haus und die Herrschaft Strünkede als Amtsleute treu zu verwahren und wieder zu überantworten und zu öffnen. Am nächsten Martinifest wollen sie dem Grafen 800 Mark Brabantischer Pfennige vorstrecken, wofür ihnen das Haus und die Herrschaft als Pfand eingeräumt wurde. Wenn der Graf das Pfand wieder einlösen will und ihnen das ein Jahr vorher ankündigt, sind sie nach Erlegung des Pfandschillings verpflichtet, Haus und Herrschaft wieder einzuräumen. Dabei sollen die Frau von Strünkede und ihre Söhne bei ihren Rechten und ihren Gütern verbleiben, die von der Grafschaft Kleve nicht herrühren. Datum 1320 September 17 (mittwoch post festum S. Crucis).

Regest des 16. Jahrh., StAM, Kleve-Märkische Regierung, Lehnssachen Nr. 80, Bl. 10.

1688

1320 September 23

Vor dem Bürgermeister und den Ratsherren zu Geseke läßt Henemann gen. Vanen dem Knappen Wessel gen. Mars seinen von diesem zu Lehen getragenen Hof zu Bönninghausen[1] auf, der seinerseits gegenüber der Oberlehnsherrin, der Äbtissin zu Geseke, auf den Hof verzichtet.

Universis presentes literas visuris vel audituris nos Henricus dictus Scleychtere, proconsul, Hermannus dictus in Foro, Ecbertus de Eden, Iohannes de Molendino, Iohannes dictus Wlberinch, Albertus de Dreyne, Iohannes de Reytberg, Hermannus de Langeneko, Henricus Buchelininch, Iohannes Winandinch, Hermannus Cristininch et Detmarus dictus Boldemer, consules in Gyseke, notum esse cupimus et tenore presencium publice protestamur, quod Henemannus dictus de Vanen et Heylewigis, uxor ipsius, cum consensu et assensu Florini, fratris dicti Henemanni, et suorum cognatorum Tiderici et Wernheri, fratrum, coram nobis ad hoc specialiter vocatis et rogatis mansum suum situm in Beynchusen cum universis et singulis attinentiis ipsius, scilicet pratis, pascuis, silvis, aquis ac aliis iuribus quibuscumque, prout a Wescelo dicto Mars, famulo, in pheodo tenuerunt, in manus eiusdem Wesceli libere resignarunt, renuntiantes expresse omnibus iuribus et actionibus, que ipsis in dicto mansu et eiusdem attinentiis suprascriptis competebant vel in posterum competere possent in iure canonico vel civili. Hiis vero resignacione et renunticacione sic rite factis idem Wescelus deliberacione sufficienti interposita predictum mansum, sicut in suas manus resignatus fuit, in manus venerabilis domine abbatisse ecclesie oppidi nostri predicti tamquam in superiorem manum, a qua dictus Wescelus prefatum mansum in pheodo habuit, voluntarie resignavit. Ut autem hec premissa oblivio non deleat, sed pocius perennis memoria permaneat, nos .. consules predicti peticionibus prelibatorum Henemanni, Heylewigis, coniugum, Tiderici et Wernheri, fratrum, et Wesceli inclinati, has literas sigillo oppidi nostri predicti fecimus roborari. Actum in ecclesia beati Cyriaci predicta, presentibus Wernero dicto Stotere, iudice in Gyseke, Vlrico dicto Vryman, Henrico dicto Yrreuogel, Wilhardo dicto Euere ac aliis quam pluribus fidedignis. Datum feria tercia ante festum beati Mychahelis anno Domini M° CCC^mo vicesimo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke Urk. Nr. 39, Siegel ab; Abschrift des 15. Jahrh. in Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke), Bl. 31.

[1]) Nordwestlich von Geseke. In dem zwischen dem von Hoerde und dem Kölner Erzbischof im Jahre 1529 vereinbarten Jurisdiktionsrezeß (SUB III Nr. 1029, S. 262) werden aufgezählt: Mönninghausen (Möninckhausen), Bönninghausen (Benningkhausen), Ehringhausen (Eringkhausen), Langeneicke (Langeneick), Ermsinghausen (Ermbsingkhausen), Esbeck (Eßbeck), Dedinghausen (Deddingkhausen) und Rixbeck (Rekesbeke).

1689

1320 September 29

Johannes von Herle[1], Propst des Klosters Werden, verkauft mit Zustimmung des Abts Wilhelm und des Konvents zu Werden seinen zum Oberhof Abdinghof[2] gehörenden Hof Becks[3] im Kirchspiel Dülmen den Brüdern Johannes und Hermann Sevenbrock genannt Bekehusen.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes litere pervenerint, nos Iohannes de Herle, prepositus monasterii Werdinensis salutem et de subsequentibus plenam cognoscere veritatem. Universitati vestre significamus tenore presentium publice protestantes, quod nos cum voluntate, consilio et consensu venerabilis domini Wilhelmi, abbatis, et totius conventus vendimus et vendidimus iusto vendicionis tytulo mansum nostrum dictum Bekstehusen, sitam in parrochia Dulmen, pertinentem curti prepositure nostre Abdinghof, prout idem mansus noster fuerit cum hominibus, pratis, pascuis, nemoribus, simul[a] quibuscumque eciam aliis attinenciis ad dicta bona spectantibus pro XXVII marcis Suzatiensium denariorum

bonorum et legalium Iohanni Seuenbrock, Iohanni et Hermanno fratribus dictis de Bekstehusen ac ipsorum liberis heredibus, exceptis tamen duobus fratribus Henrico et Bernardo, quos nec vendimus nec resignamus, sed eosdem ecclesie et capitulo nostro supradicto reservamus, insuper promittentes predictis emptoribus et suis veris heredibus de bonis prenarratis plenam et iustam warandiam, prout iuris fuerit cuiuslibet proprietatis, faciendam, resignantes nichilominus bona sepedicta pro bonis liberis et solutis, ita quod iam dicti emptores una cum suis heredibus hereditario iure retinebunt passifice et quiete bona supradicta. In testimonium autem premissorum, ut firma permaneant et inconvulsa, nos Iohannes, prepositus supradictus, sigillum meum una cum sigillo nostri conventus supradicti presentibus literis duximus apponendum. Datum anno Domini M° C°C°C° X°X°, in festo beati Mychahelis.

Ausf., Perg., A der Grafen von und zu Westerholt-Gysenberg (Depositum im Vest. A Recklinghausen) Urk. Nr. 4a, Bruchstück des Konventssiegels anhängend, das des Propstes ab; Regest: WUB VIII Nr. 1442[4].

[1]) Sonst von Herne (möglicherweise von Heeren bei Kamen), seit dem Jahre 1330 Abt zu Werden (Stüwer, Werden, S. 328; [2]) Unter diesem Namen gab es zwei Oberhöfe des Klosters Werden: zu Werne und zu Waltrop. Bei beiden ist aber eine Zugehörigkeit zum Propsteigut nicht erkennbar. Gemeint sein dürfte der Werdener Sattelhof Schulze Ebbing in der Bauerschaft Tetekum, Kirchspiel Seppenrade (Ebdinck, Abdinkhove: Stüwer, Werden, S. 268 und Schwieters, Westl. Lüdinghausen S. 309). Dieser wird als dem Propst zugehörig bezeichnet; [3]) Haus Beck in Oberweddern im Kirchspiel bzw. nordöstlich von Dülmen (Bielefeld, Ludwig, Geschichtliche Mitteilungen über die Bauerschaft Weddern, 1922, S. 272, Nr. 169; [4]) dort nicht mehr zutreffend die Angabe des Lagerungsortes: Schloß Lembeck.

1690

1320 Oktober 3 Bonn

Walram von Arnsberg, Propst, und das Kapitel von St. Walburgis in Meschede verzichten vor dem Kölner Erzbischof Heinrich im Streit mit dem Propst und dem Konvent des Klosters Wedinghausen über das Eigentums- bzw. Verfügungsrecht über den Oberhof Wetter[1], nachdem durch die Vorlage der Dokumente erwiesen wurde, daß er von der Mescheder Äbtissin Jutta dem Kloster Wedinghausen überlassen wurde[2]. Die vom Kloster Wedinghausen weiterhin an das Stift Meschede aus dem Oberhof zu entrichtenden Abgaben werden aufgeführt.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris aut audituris in perpetuum Walramus de Arnsberg, prepositus, Degenhardus, decanus, Franco, scolasticus, totumque capitulum ecclesie sancte Walburgis in Meschede Coloniensis dyocesis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum inter alia, quibus ecclesie proficiunt, nichil equius et convenientius existat, quam ut quelibet ecclesia utatur pacifice iure suo et in eodem, quod sibi competit, conservetur, ut quo quietius a litibus solute hii, qui in eisdem presunt ecclesiis, vixerint, tanto liberius divinis, quibus mancipati sunt, officiis valeant deservire, sane ad universitatis vestre noticiam cupimus pervenire, quod exorta hiis diebus post nostri, Walrami predicti, creacionem in prepositum ecclesie Meschedensis lite seu causa inter nos et ecclesiam nostram predictam ex una parte et religiosos viros Theodericum, prepositum, et conventum monasterii in Wedinchusen nomine monasterii sui predicti ordinis Premonstratensis Coloniensis dyocesis ex altera super curte dicta Wettere, sita iuxta monasterium de Wedinchusen, et attinenciis eiusdem ex eo, quod nos .. prepositus et capitulum Meschedense asseruimus, qualiter prefati .. prepositus et .. conventus in Wedinchusen[a] ipsam curtim multis annis pro certa pensione ab ecclesia Meschedensi tenuissent, id tamen esset iuris nostri, quod eadem curtis ad nos et ad ecclesiam nostram tamquam una de curtibus et possessionibus ecclesie nostre spectaret quodque eam possemus, sicut et alias curtes nostras possumus, per nos ipsos tenere vel eam alteri concedere, faciendo in hoc ecclesie nostre utilitatem, prout et quando hoc crediderimus expedire, ipsis .. preposito et conventu in Wedinchusen pro se et monasterio suo in contrarium asserentibus, videlicet quod ipsa curtis Wettere cum suis attinentiis per quondam abbatissam in Meschede, Iuttam nomine, cum consensu suorum canonicorum ac canonicarum atque ministeria-

lium ipsorum monasterio in Wedinchusen esset pro quibusdam certis pensionibus determinatis dandis temporibus collata perpetuo possidenda quodque eandem curtim, sicut predictum est, a multis retroactis temporibus, quorum memoria in contrarium non existit, pro certa pensione pacifice possedissent. Nobis igitur ac capitulo nostro Meschedensi cum prefato .. preposito in Wedinchusen et suo conventu coram venerabili in Christo patre et domino Henrico, sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, in forma iudicii super premissis litigantibus, nos tandem et capitulum nostrum Meschedense predictorum .. prepositi et conventus in Wedinchusen documentis et probacionibus ac discretorum virorum consiliis sufficienter instructi, ex superhabundanti prefate curtis Wettere predictis .. preposito et conventui de Wedinchusen concessionem a supradicta abbatissa Iutta factam ratificamus, innovamus et approbamus bona fide nec dicti .. prepositus et conventus, qui pro tempore fuerint, aliquam aliam concessionem seu investituram a nobis .. preposito, .. decano et capitulo Meschedensi communiter vel divisim optinere vel requirere teneantur, sed volumus, ut ipsam curtim perpetuo quiete possideant pro hac pensione, videlicet quod in festo beati Viti dicti .. prepositus et conventus ecclesie nostre Meschedensi predicte duos solidos denariorum apud Arnsberg usualium et unum maldrum siliginis mensure Arnsbergensis, item in Nativitate beate virginis maldrum tritici eiusdem mensure et quatuor hamel duos annos in etate habentes, item in festo beati Thome apostoli quinque solidos prefate monete et decem maldra avene et duos porcos ad latitudinem trium digitorum pingues, item in Purificatione beate virginis quatuor porcos ad latitudinem digiti pingues singulis annis cuntis futuris temporibus dent et persolvant. Ut autem hec omnia et singula sucessoribus nostris clarius elucescant et permaneant inconvulsa, a venerabili in Christo patre et domino Henrico, sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, nos Walramus, prepositus, et capitulum Meschedense ex parte nostra, prepositus vero et conventus in Wedinchusen ex parte sua sigillo suo in signum ratificationis et consensus una cum sigillis nostris hanc paginam similiter impetravimus communiri in testimonium omnium premissorum. Et nos Theodericus, prepositus, et conventus monasterii in Wedinchusen sub sigillis nostris, que presentibus sunt appensa, astringimus nos ad omnes pensiones, quas hucusque ecclesie Meschedensi dare consuevimus, ut supra dictum est, certis temporibus erogandas. Et pro maiori evidentia volumus, ut sub eadem forma presentes litere duplicate in ecclesia Meschedensi et in monasterio nostro in Wedinchusen perpetuo conserventur. Et nos Henricus, Dei gratia sancte ecclesie Coloniensis archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, comperto superius enarrata vera esse premissam concessionem utrisque ecclesiis convenire et earum utrobique per hoc utilitatem procurari et secundum circumstancias facti et status utriusque loci earundem ecclesiarum conditionem emendari, ad preces .. prepositi et capituli Meschedensis ac .. prepositi et conventus monasterii in Wedinchusen nostre dyocesis predictorum premissa approbamus et ea confirmamus et eisdem nostrum consensum adhibemus, in virtute sancte obedientie precipientes hec eadem, prout prescripta sunt, a partibus predictis suisque successoribus inviolabiliter observari, sigillum nostrum in horum ampliorem firmitatem et evidenciam presentibus apponendo. Actum et datum in ambitu ecclesie Bunnensis anno dominice incarnacionis M° CCC° XX°, feria sexta post festum beati Remigii, presentibus Heydenrico, preposito ecclesie sancti[b] Seuerini in Colonia, Godescalco de Kirberg, thesaurario ecclesie sancte Marie ad gradus ibidem, Heydenrico dicto Thorch, cantore ecclesie Sůsatiensis, Godescalco de Heringe et Godefrido de Ruden, canonicis ibidem, Iohanne, plebano in Ostinchusen, Laurencio de Medebeke, canonico in Widenbruge, et aliis quam pluribus fidedignis.

Zwei Ausf., Perg., A: StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 110a und b; A: Siegel des Erzbischofs (nach Beschädigung restauriert, Siegel der Eb. von Köln 20,3) anhängend, Siegel 2 und 3 ab, als 4. Siegel das des Propstes in Wedinghausen (gut erhalten, spitzoval, Bild: der Propst die Messe lesend, Legende: † S. PREPOSITI DE ARNESBERG*) und des Konvents zu Wedinghausen (gut erhalten, WS 109,8) anhängend; B: kleineres Format und Schrift, Siegel: 1. des Erzbischofs (stark beschädigt, wie oben), 2. des Propstes zu Meschede (St. Walburgis in langem Gewande, in der Rechten den Palmenzweig, in der Linken ein Öllämpchen, begleitet von links Wappenschild des jülischen Löwen, rechts des Arnsberger Adlers), Rücksiegel*

(unkenntlich), das dritte Siegel ab; Abschrift des 17. Jahrh., Kloster Wedinghausen, Akten Nr. 321 (Kopiar des Klosters Wedinghausen, ehemals Msc. I 209), Bl. 58; Druck: SUB II Nr. 581; Regest: REK IV Nr. 1202.

[a]) In der Vorlage „Wedinhusen"; [b]) klein über der Zeile eingefügt.
[1]) Wüstung östlich vor Arnsberg; [2]) vergl. WUB VII Nr. 55.

1691

1320 Oktober 10

Junker Edelherr Walram von Büren verkauft dem Kloster Neuküstelberg[1] den halben Zehnten im Neuen Hagen[2], den er den Einwohnern überlassen hatte[3].

Ad universorum notitiam tam presentium quam futurorum hanc literam intuentium ego Walramus domicellus nobilis de Buren cupio pervenire, quod matura deliberatione prehabita de consensu et bona voluntate uxoris mee legitime Elyzabeth ceterorumque heredum et coheredum meorum, videlicet patris mei domini Bertoldi de Buren ac fratrum meorum Bertoldi et Henemanni, honorabili viro domino Godfrido preposito, priorisse .. totique conventui sanctimonialium in Nouo Quistelberg ac eorundem posteris dimidietatem decime mee in Nova Indagine tam in villa quam extra villam, campis et in nemoribus, agris cultis et incultis, pratis et in pascuis cum omni perceptione fructuum ac universis attinentiis et proventibus eiusdem eo modo, quo pater meus antedictus et ego villanis nostris ibidem morantibus concessimus seu concessuri erimus, vendidi, appropriavi et approperando[a] indotavi pro viginti et quatuor marcis Susatientium denariorum michi solutis et traditis iure hereditario perpetuo possidendam, promittens nichilominus eidem preposito, .. priorisse ac conventui bona fide, si, quod absit, molestia seu instantia ratione hereditarie impetitionis in dicta parte decime imposterum emerserit, warandiam facere firmam ac plenariam, quandocumque et ubicumque ipsis expedire videbitur, dummodo super hoc fuero requisitus. Acta sunt hec coram Conrado Sleytrimen, Lutolpho de Doruelden, Bertoldo Somerkalef, famulis, Conrado Angelo, Rychardo Stric ad hec nomine testium vocatis et quam pluribus aliis fide dignis. Et ad maiorem evidentiam premissorum sigilla, videlicet mei Walrami et patris mei domini Bertoldi nec non Bertoldi, fratris mei, predictorum anno Domini incarnationis M° CCC° vicesimo, die sancti Gereonis et sociorum eius, presentibus sunt appensa.

Abschrift des 18. Jahrh., in Altertumsverein Paderborn, Akte 110, Bl. 430 Nr. 37; Regest: Führer, Medebach, S. 30, Nr. 141.

[a]) In der Vorlage „apperando".
[1]) Glindfeld; [2]) nördlich von Küstelberg; [3]) d.h. die Einziehung in natura überlassen hatte.

1692

1320 Oktober 10

Der Knappe Johannes von Plettenberg verkauft dem Gobelin von Bruchhausen seine Güter zu Bunschede[1]*, wodurch dieser Ministeriale des Grafen von Arnsberg wird.*

Ego Iohannes de Plettenbragcht, famulus, recognosco publice presentibus et protestor, quod vendidi Gobelino de Brokhausen et suis haeredibus bona mea in Bunschede cum universis reditibus pertinentibus ad dicta bona pro viginti duabus marcis Susatensium denariorum iure perpetuo libere et quiete possidenda, cum idem Gobelinus sit iustus et verus ministerialis ad prenarrata bona nobilis viri domini comitis de Arnsperg. Ne igitur aliquis haeredum, successorum meorum eundem Gobelinum et iustos haeredes suos impediat imposterum in bonis memoratis, contuli sibi has meas patentes literas sigillo meo roboratas in testimonium praemissorum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo, ipso die sanctorum Gereonis et Victoris, praesentibus Dethmaro de Slippenbecke, Engelberto, cellerario, Engelberto de Wesselberg, Engelberto de Poppensel, Bolle et Thiderico Findele, Alberto de Wismere et aliis multis fide dignis in testimonium convocatis, bibentibus vinicopium super praenarrata.

Abschrift des Jesuiten Grothaus im 17. Jahrh., StAM, Fürstbistum Paderborn, Landstände, Akten Nr. 21, Bl. 133v; Abschrift des 17. Jahrh. durch Gelenius, Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii Bd. XIIa, S. 123; Druck: WUB IX Nr. 1902.

[1]) Nach Seibertz Wüstung „Burschede" bei Schmallenberg.

1693

1320 Oktober 14

Richter, Bürgermeister und Ratsherren[1] der Stadt Salzkotten verkaufen an Äbtissin und Konvent zu Geseke für 14 Mark eine Rente von einer Mark.

Universis Christi fidelibus presentes literas visuris vel audituris nos .. iudex, magistri burgensium, .. consules ac universitas oppidanorum in Zoltkoten notum esse cupimus, recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod habita matura deliberatione unanimi consensu et bona voluntate vendidimus venerabilibus dominabus .. abbatisse et .. conventui ecclesie in Gyseke redditus unius marce denariorum in Sůsato legalium et bonorum pro XIIII^{or} marcis denariorum nobis numeratis in nostro oppido predicto iure hereditario perpetuo possidendos. Quos quidem denarios dictis dominabus in ipsarum ecclesia singulis annis assignabimus in vigilia beati Martini episcopi hyemalis occasione et inpedimento quibuslibet procul motis, promittentes premissa nos et nostros successores a generatione in generationem firmiter servaturos. Ne autem hec premissa oblivio deleat, sed pocius memoriale in perpetuum permaneat, nos iudex, magistri burgensium, consules et universitas predicti has literas dictis dominabus dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo, in die beati Kalyxti pape. Isti, quorum nomina subscripta sunt, fuerunt consules in Zoltkoten, scilicet Bernhardus de Othelmesdorp, Hermannus dictus Tuio, Hermannus dictus Rodekinch, Henricus, filius Vden, Volquinus dictus Aldewerelt, Euerhardus de Geluelinchusen, Conradus dictus Medele, Gotfridus dictus Snelhart, Bernhardus dictus Hegere, Hermannus de Tulo, Vlricus de Ostinchusen et Henricus de Ostinchusen, item Iohannes dictus Boc, fuit iudex ibidem[a].

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke Urk. Nr. 40, Siegel ab, dabei Pergamentblatt (stark beschädigt) mit Liste der Zeugen von demselben Schreiber; Abschrift des 15. Jahrh., in Msc. VII 5925, (Kopiar des Stifts Geseke), Bl. 85; Druck (etwas gekürzt) WUB IX Nr. 1903.

[a]) Auf dem besonderen Blatt.
[1]) Nicht identisch mit den in der Urkunde vom 6. November aufgeführten Ratsherren.

1694

1320 Oktober 14

Vor Heinrich gen. Rogge, Freigraf des Grafen Engelbert von der Mark und dem Freigericht zu Holtum[1] erklärt Heinrich gen. Gisen, er habe seinen Hof zu Budberg in der Größe von 34 Morgen mit dem Eigentumsrecht an Propst und Konvent des Prämonstratenserinnenklosters Oelinghausen verkauft. Der Verkäufer verspricht Währschaft und setzt Bürgen, worauf der Freigraf, kraft des kaiserlichen Banns das Kloster in den Besitz des Hofes einweist.

[E]go Henricus dictus Rochge, vrigravius nobilis viri domini Engelberti comitis de Marka, notum facio universis tenore presencium publice protestando, quod constituti in figura iudicii liberi in Holthem me ibidem iudicio liberorum presidente Henricus, quondam Brunonis dicti Gisen filius, necnon Cristina et Lůtgardis, filie eiusdem Brunonis, recognoverunt liquide et expresse se bona sua in Butbergh, videlicet mansum triginta quatuor iugera habentem cum universis suis attinenciis, videlicet agris, pratis, pascuis, nemoribus, aquis, viis et inviis et aliis utilitatibus quibuscumque cum proprietate eciam eorundem vendidisse religiosis personis .. preposito et .. conventui monasterii in Ůlinchusen Premonstratensis ordinis Coloniensis dyocesis pro octo-

ginta tribus marcis legalium denariorum et bonorum, transferentes nichilominus eadem bona ibidem in manus domini Rutgeri, prepositi dicti loci, cum proprietate predicta a dicto monasterio perpetue possidenda, renunciando omnibus excepcionibus iuris vel facti, que sibi vel suis heredibus contra premissa possent quomodolibet suffragari. Promiserunt quoque predicti eidem monasterio de bonis premissis ac proprietate debitam facere warandiam, prout de bonis propriis de iure fuerit facienda, obligantes pro se, ne defectus aliquis fiat in eadem, et in resignacione sufficienti bonorum eorundem Godefridum dictum Vrobosen, Theodericum de Ůflen, Henricum de Vůrstenberg, Anthonium de Berdinch et Hermannum de Wermingen. Quam fideiussionem warandie et resignacionis sic factam recognoverunt coram dicto iudicio duo fideiussores, qui protunc ibi presentes erant, videlicet Theodericus de Ůflen et Henricus de Vorstenberg, prenotati. Unde cum premissa omnia rite et racionabiliter sint peracta, ego ad peticiones parcium utrarumque observatis proclamacionibus, sentenciis debitis et aliis omnibus observandis ea approbo et sepedictos .. prepositum et conventum auctoritate banni imperatoris in possessionem firmam dictorum bonorum transfero, ipsis stabiliens et confirmans et pacem ipsis in eisdem perpetue mandans districtius observari. Cuius rei testes sunt Henricus de Binole dictus Pape, Hermannus de Binole, Anthonius de Muldesberg, Ludewicus de Berenbrůke, Lambertus de Holthem, Thůno de Neyhem, Henemannus de Berdinch, Hermannus Bredensprunch puncto scabinorum et alii quam plures fide digni. Quod ut ratum permaneat, sigillum meum rogatus decrevi presentibus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XX, in die Kalixti pape et martiris.

Abschrift des 14. Jahrh., Altertumsverein Paderborn, Cod. 348 (Oelinghauser Kopiar), S. 176.

[1]) Westlich von Werl.

1695

1320 Oktober 17

Erzbischof Heinrich (von Köln) gewährt (den Bürgern zu Medebach) das Recht zur Anlage von Landwehren und trägt ihnen auf, diese zum Schutz gegen Überfälle von Räubern auf öffentlichen Königsstraßen anzulegen.

Henricus archiepiscopus indulget et mandat fossatas et fortalitia, vulgariter dicta landwehren, ad prohibendum spolia et insultus praedonum in stratis publicis regiis fieri, anno 1320 Bonnae, crastino beati Galli confessoris.

Abschrift des Gelenius im 17. Jahrh. aus dem Stadtarchiv Medebach; Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii III Bl. 212; StAM, Msc. VII 5910, Bl. 232 (nach einer Abschrift aus dem Stadtarchiv Medebach vor dem Stadtbrand).

1696

1320 Oktober 27

Die Kinder des Knappen Friedrich von Eller verzichten gegenüber dem Kloster Benninghausen auf alle lange erhobenen Ansprüche auf die Güter im Dorf Böckum[1].

Universis presentia visuris ac audituris ego Rotgerus ac Vdo, fratres, et Alhedis, soror nostra, liberi quondam Frederici dicti de Elnare, armigeri, cupimus fore notum, quod de omni contentione, questione seu controversia iam dudum inter nos ex una parte habita et abbatissam et conventum cenobii in Benekinchusen ex altera super quibusdam bonis sitis in villa Bokhem, que bona credebamus nobis cedere iure hereditario, sumus per omnia complanati per modum infrascriptum, videlicet quod nos fratres ac soror prehabiti usi consilio amicorum ac consanguineorum nostrorum, qui nos informarunt nobis seu nostris heredibus in bonis premissis plane nichil iuris competere. Hinc est, quod nos fratres predicti ac soror nostra prelibata nostrique heredes renuntiamus omni actioni, ore et calamo effestucamus dictisque abbatisse et conventui cenobii pre-

dicti dicta bona tanquam sua perpetuo libere possidenda, dantes eisdem hanc patentem literam in omnium premissorum testimonium atque fidem sigilli Gotfridi militis dicti de Meschede communitam ad preces nostras. Quod ego Gotfridus predictus recognosco fore verum. Acta sunt hec presentibus Georgio dicto Boleken, milite, Wezelo dicto de Eruethe, Wilkino dicto Pertenoz, armigeris, Iohanni dicto Slize ac Iohanni dicto Iuniori, conversis cenobii sepedicti, cum aliis quam pluribus fide dignis, anno Domini M° C°C°C° XX, feria secunda ante Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 146, Siegel des Godfried von Meschede (WS 208,2) abhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): Bockhemb, K. Horn*); Abschrift aus der ersten Hälfte des 16. Jahrh., Kloster Benninghausen, Akten Nr. 313 (Kopiar des Klosters Benninghausen, ehemals Msc. VII 5724), Bl. 41.*

[1]) Zwischen Benninghausen und Horn.

1697

1320 November 4

Der Knappe Goswin von Hattingen verpflichtet sich, nur mit Zustimmung von Äbtissin und Konvent des Klosters Elsey in deren Streit mit dem Grafen von Limburg einen Vergleich mit dem Widersacher zu schließen.

Ego Goswinus de Hatnecghe, famulus, notum facio publice protestando universis presentia visuris et audituris, quod obligatus sum propria voluntate omni domine abbatisse et conventui monasterii in Else de causa vertente inter nobilem virum comitem de Lymborch ex una parte et dictum conventum ex altera parte nullam composicionem sive ordinationem cum nobili comiti de Lymborgh recipiendo, nisi fuerit cum bona voluntate et unanimi consilio dicte abbatisse et conventus prenominati[a]. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M^mo^ CCC^mo^ vicesimo, feria tercia proxima post festum Omnium sanctorum.

Ausf., Perg, Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A in Rheda, Kloster Elsey Urk. Nr. 23, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage „conventui prenominato".

1698

1320 November 5 Dortmund

Konrad Graf zu Dortmund[1] verkauft den Bürgern zu Dortmund die halbe Grafschaft Dortmund. Er behält sich allerdings das Wohnhaus vor, in dem sein Oheim, Graf Konrad, starb, die St. Martinskapelle und gewisse Leute.

In Godes namen amen. Wi greve Conrat to Dorpmunde don cundich allen den, de dessen bref sent ande horent lesen, ande betuget openberlike in dessen breve, dat wi mit vulbort ande mit willen unser brodere Arnoldes ande Walteres Stecken ande unser sustere Iden ande Katherinen, vortmer unser modderen Elseben ande Sophyen, dar enboven bi rade unser vrende ande unser mage hebbet vercoft and opgelaten redelike ande rechtlike in hant des rades ande der borgere van Dorpmunde de graschap ande de alincgen herschap to Dorpmunde half, wo de belegen is buten der muren to Dorpmunde ande binnen, dat si in gerichte, in tollin, in munten, in gulden, in opcomen, in erflikeme gůde, et si egen efte lengůt, also alse greve Conrat, unse om, alle desse stucke achter leet na sime dode, de erflike ande ewelike ummer mer van en ande van eren nakomelingen to behaldene ande to besittene, der wille wie ande unse erven een rechte warschap don, umbe eyne beschedene sumen geldes, de uns gegeven ande betalet is, ut gesat de woningce binnen der muren, dar unse om, greve Conrat, inne starf, oc de capellen sante Mertines and alle de man und alle lůde der graschap, de wi and unse erven sunderlik behalden solen ande bewaren, ande de in erme alden rechte ande gewoneden trowelike halden. Hir umbe so love wi ande sekeret in trowen mit gesworenen eden vor uns ande vor unse

erven, geboren ande ungeboren, dat wi unse halve graschap, wo de belegen is, in al erme alden rechte ande gewonede, also alse de an uns comen is, selve behalden ande besitten solen van erven to erven ewelike ande umber mer ande de nummer to wandelende iregerhande wis in vromede hant, sunder eftes not were, dat Got beware, in hant des rades to Dorpmunde umbe penningcge, der wir dan overdragen. Vortmer lowe wi ande verbindet uns, also alse hir vorgesproken is, dat wi ande alle unse erven ande alle unse nacomelincge al recht, alle hantfestene ande alle gude alde gewonede der stad to Dorpmunde, de se behalden hebbet ande here gebracht so van deme Romischen rike, so van unsen vorvaren, to haldene ande to vestene ande nicht to encgene efte to minrene in inigen stucken. Oc solen wi vortmer mit deme rade to Dorpmunde ande de rat mit uns ande unse nacomelincge op bede side den vrigen greven na sime rechte ande den richtere in der stat na sime rechte endrechtlike setten, also dat de richtere en beseten, geervet, umbesproken borgere si, ande besitte den stol en iar van aldeme rechte ande dat iar na deme ersten, efte he sic wol gehandelet hevet, van genaden. Vortmer, weliker lege twist op stonde hir namales twischen deme rade to Dorpmunde ande uns efte twischen unsen nacomelincgen ande den eren, des sole wi ande unse erven twe van unsen vrenden maken ande de rat ande ere nacomelincge twe van den eren, de solen macht heben, den twist in vrentschapen to schedene. En konnen se des nicht gedon, so sall mallec von dem anderme binnen der muren to Dorpmunde en recht ungetrecket nemen ande geven. Desse vorgesprokene halve graschap, de wi nu vercoft heben, de sole wi ande unse erven deme rade to Dorpmunde ande eren nacomelingen don, wellet se de van uns halden in welike hant dat se, de rat hebben wel sunder wedeltal, wellet se de oc lever halden van deme rike, dat mogen se ever don. Ande alle desse stucke, de hir vore bescreven stat, de sole wi in trowen mit deme rade ande de rat mit uns ewelike halden sunder argelist. In orcunde and in ewelike stedechet alle desser vorscrevenen stucke hebbe wi unse ingesegel hir to voren an gevoget ande hebbet gebeden de edele lude greven Engelbracht van der Marke, greven Frederike van Retberge, unsen swager, greven Diderike to Limborg, heren Lutter van Matlere, den provest to Reys, heren Diderike den heren van Volmesten, unse mage, vortmer Waltere Stecken, unsen vedderen, Borgharde Stecken, unsen broder, ande Henrike van den Berge, unsen omen, knapen, ere ingesegele mit unseme an dessen bref to vogene. Ande wi greve Engelbracht van der Marke, greve Frederic van Retberge, greve Dideric to Limborg, provest Lutter van Reys, here Dideric van Volmesten, Walther Stecke, Borghart Stecke ande Henric van den Berge, wi vorgesegeden, bekennet, dat wi in ewelic orcunde ande stedechet desser dincge hebbet umbe bede greve Conrades to Dorpmunde ande sinre rechten erven, brodere, sustere, ande modderen, der vorgesegeden, unse ingesegele met sines selves ingesegele an dessen bref gehancgen. Ande wi Arnolt ande Walter, Ide ande Katherine, brodere ande sustere, ande wi Elsebe ande Sophye, modderen des vorgesegeden greve Conrades to Dorpmunde, bekennet under dessen vorgesegeden ingesegelen, dat dese cop ande alle desse vorgesegeden stucke war sint ande solen bliven, ande lovet, de ewelike mit allen unsen erven stede ande vast to haldene. Dit gescha vor dem rade ande den borgeren to Dorpmunde oppe deme rathus, des gůdensdages na alle Godes hilligen misse in deme iare unses heren, do men talde 1320.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund Urk. Nr. 165, Siegel des 1. Ausstellers und der Zeugen 3. des Grafen von Rietberg (WS 30,2), 4. des Grafen Dietrich (III.) von Limburg (WS 31,9), 5. des Propstes von Rees Lutger von Methler (Bild: Engel mit Buch in der Linken, Palmenzweig in der Rechten), 6. des Dietrich Herren zu Volmerstein mit Rücksiegel, 7. Dietrich Stecken (Bild: Balken im Wolkenschnitt), 8. des Borghard gen. Stecken und 9. des Heinrich von dem Berge anhängend, nur das 2. Siegel, das des Grafen von der Mark ab; Druck: Dortmunder UB I Nr. 385, S. 269; Fahne, UB Dortmund 2,1 Nr. 82, S. 105; UB Volmerstein Nr. 301; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 548, S. 238.

[1]) Graf Konrad Stecke von Dortmund.

1699

1320 November 6

Vor den Bürgermeistern und Ratsherren zu Salzkotten verkauft ihr Mitbürger Olfried der Äbtissin und dem Konvent des Stifts Geseke eine Rente von sechs Schillingen aus seinem Haus und dem Hausplatz in Salzkotten am Hellweg.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Volquinus Ludekinch, Bertrammus, magistri burgensium, Euerhardus dictus Speyth, Conradus aput Molendinum, Volmarus Reghenhardinch, Conradus Wescelinch, Iohannes dictus Polene, Iohannes dictus Faber, Hinricus Alradinch, Albertus de Tudorp, Hinricus dictus Vogel et Bertoldus dictus Slaghenkop, consules in Zoltkotten, notum esse cupimus, recognoscimus et tenore presentium publice protestantes, quod Olfridus, noster coopidanus, Hadewigis, uxor ipsius, Rabodo, Iohannes, Hermannus et Hildeburgis, eorundem coniugum legitimi heredes, habita ad hec nostra licencia speciali vendiderunt venerabilibus dominabus abbatisse et conventui ecclesie beati Cyriaci in Ghesike redditus sex solidorum denariorum in Susato legalium et bonorum ex domo et area ipsorum vendencium, sita in nostro opido predicto iuxta plateam, que vulgariter dicitur Helewech, singulis annis in vigilia beati Martini episcopi recipiendos et iure hereditario perpetuo possidendos, ita sane, quod predicti coniuges et eorum heredes vel etiam homines alii quicumque dictam domum seu aream inhabitantes et possidentes prefatis dominabus prescriptis sex solidos singulis annis termino predicto in ipsarum ecclesiam omnibus occasionibus et impedimentis semotis perpetuo presentabunt. In cuius rei testimonium et maiorem firmitatem nos magistri burgensium et consules predicti peticionibus prelibatorum vendencium inclinati has literas conscribi et sigillo opidi nostri supradicti fecimus roborari. Datum in feria quinta post festum Omnium sanctorum anno Domini M CCC XX°.

Abschrift von 1596, StAM, Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke), Bl. 84v; Druck: WUB IX Nr. 1907.

1700

1320 vor November 11

Der Knappe Lutbert von Boenen besiegelt den bereits vor längerer Zeit mit der Äbtissin und dem Konvent zu Welver abgeschlossenen Vergleich über die Güter zu Berlingsen[1].

Nos Lutbertus[a] de Boynen, famulus, una cum uxore nostra Frederune legitima necnon veri heredes nostri tam presentes quam futuri, videlicet Lambertus, Lutbertus, Ludolfus, Bernhardus, Arnoldus, Constantia, Iutta, Frederunis, recognoscimus in hiis scriptis publice protestando, quod secundum formam et compositionem, quam dudum inter dominam abbatissam et conventum de Weluere et nos versabatur de bonis in Berdinchusen, preacta sunt in presencia nobilis viri domini comitis Engelberti de Marka, satisfecimus quam ad sigillacionem et municionem literarum de compositione finali. Hinc est, quod nos Lutbertus prenominatus et nostri veri heredes recognicioni et promissioni sigillum nostrum et verorum heredum nostrorum presenti pagine duximus apponendum. Testes vero, qui huic composicioni interfuerunt, sunt dominus Bertoldus de Syborg, tunc temporis prepositus in Weluere, frater Conradus dictus Grube, Andreas Snap, Lambertus et Lutbertus de Vorsem, Richardus de Heringe, Iohannes de Lette et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno Domini M° CCC° XX°, ante festum beati Martini hiemalis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 167, Siegel ab, Rückvermerk (15. Jahrh.): van Bernynchusen.

[a]) Aus „D" korrigiert.

[1]) Nördlich von Körbecke.

1701

1320 November 11

Vor dem Rat der Stadt Werl verkaufen Helmich gen. Emelteyt und seine Frau Pelleke dem Zisterzienserkloster Marienfeld für drei Mark eine Rente von drei Schillingen und drei Pfennigen aus ihrem Haus und ihrer Hausstätte in Werl beim Haus des Wortelen und dem Steintor. In gleicher Weise verkaufen Heinrich gen. Ethane und seine Frau Jutta dem Kloster für 30 Schillinge eine Rente von zwei Schillingen aus ihrem Haus und der Hausstätte beim Hause des Hermann gen. Bose und beim Steintor, so daß daraus mit Einbeziehung einer früheren Rente jetzt sechs Schillinge zu entrichten sind.

Nos consules opidi Werlensis universis, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, cupimus fore notum publice protestando, quod constituti coram nobis Helmicus dictus Emelteyt et Pelleke, uxor sua, unanimi consensu et bona voluntate .. omnium heredum suorum, cum adhuc liberos non haberent, recognoverunt se vendidisse honorabilibus et religiosis viris .. abbati et .. conventui ecclesie in Campo sancte Marie Cisterciensis ordinis Monasteriensis dyocesis trium solidorum et trium denariorum redditus Susatiensis pagamenti pro tribus marcis, que ipsis sunt integraliter persolute iure hereditario ex plena domo et area sua, sita in opido nostro iuxta domum Worttelen et Portam lapideam, in festo Michahelis nulla alia pencione preveniente in perpetuum annis singulis persolvendos. Insuper constitutus coram nobis Henricus dictus Ethane cum consensu et maturo consilio Iutte, uxoris sue, et bona voluntate Heynemanni, filii sui, Gertrudis, Alhedis et Wildradis, filiarum suarum, cum adhuc plures liberos non haberet, recognovit se vendidisse eisdem honorabilibus viris .. abbati et .. conventui predictis duorum solidorum redditus pro triginta solidis ex plena domo et area sua sita in opido nostro iuxta domum Hermanni dicti Bosen et Portam lapideam in festo Michahelis annis singulis in perpetuum possidendos. Que pecunia est ipsis integraliter persoluta, ita videlicet, quod .. abbas et .. conventus ex predicta domo et area sex solidorum redditus predicto tempore percipient, nulla alia pencione precedente, annis singulis in perpetuum possidebunt, sicut in quadam alia patenti littera sibi super hoc sigillo nostro confecta de pencione quatuor solidorum plenius continetur. Huius rei testes sunt Theodericus de Holdinchoue, Henricus dictus Kouolt, tunc temporis proconsules in Werle, Conradus dictus Notlike, Iohannes dictus Mas, Thomas dictus Opmehoue, Hermannus de Melkestere, Conradus dictus Kapetowe, Theodericus dictus Lilie, Euerhardus dictus Sterthof, Henricus dictus Iuncman, Hermannus Oeueke, Iohannes de Horst, tunc temporis consules ibidem, et quam alii fide digni. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo, in die sancti Martini episcopi tempore hyemali.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld Urk. Nr. 489, Siegel der Stadt Werl (gut erhalten, WS 71,5) anhängend.

1702

1320 November 19 Dortmund

Vor dem Richter Andreas Breckerfeld und den Bürgermeistern zu Dortmund verzichtet der Knappe Konrad von Bodenbeke auf die Fortführung des Prozesses gegen das Zisterzienserkloster Marienfeld um die Güter Ulenborg[1] und erklärt sich bereit, sich dem Spruch des Edelherrn Hermann Burggrafen zu Stromberg zu unterwerfen.

Universis presentes literas visuris et audituris Andreas de Brekeleuelde, iudex pro tempore Tremoniensis, Henricus de Wickede et Gerwinus de Bredenschede, proconsules Tremonienses, salutem et rei geste cognoscere veritatem. Constitutus in presentia nostra et testium subscriptorum Conradus de Bodenbeke, famulus, resignavit et effestucavit voluntarie omnem causam suam et impetitionem, quam habuit, ut dicebat, contra claustrum Campi sancte Marie ordinis Cisterciensis Monasteriensis dyocesis in bonis dictis Vlenborg, re-

nuncians plane et totaliter omni iuri suo, si quod habuit in eisdem super dicere nobilis viri domini Hermanni borchgravii in Stromberge, ita quod quidquid ipse eundem facere et dimittere iusserit in predictis, hoc ratum perpetue tenebit atque firmum absque dolo et fraude. Actum Tremonie in platea iuxta forum, presentibus nobiscum discretis viris Arnoldo de Manso, Ecberto de Werle, Iohanne, Lamberto et Segero fratribus in Witstrata, Thilemanno de Aken, Heynemanno dicto Rocge et Thiderico dicto Rinc ad premissa per fratrem Henricum vocatis specialiter et rogatis, requisita et lata sentencia, quod eque validum esset ac si coram tribunali actum fuisset. In quorum omnium testimonium nos duo proconsules supradicti sigilla nostra ad petitionem Andree, iudicis predicti, qui proprium sigillum perdiderat, et etiam ad instanciam fratris Henrici et Conradi predictorum recognoscimus presentibus literis appendisse. Et ego Andreas, iudex supradictus, contentus sum in sigillis duorum proconsulum predictorum. Datum feria quarta ante Cecilie anno Domini M° CCC° XX°.

Ausf., Perg., Privatbesitz von H. Garbisch in Münster, Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh. in StAM, Msc. I 106 (Kopiar des Klosters Marienfeld) Bl. 74; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 549 (nach dem Kopiar).

[1]) Im Kirchspiel Wadersloh, Bauerschaft Basel, später im Besitz des Klosters Liesborn.

1703

1320 November 28

Gerhard, Kaplan des Grafen Ropert von Virneburg, des Marschalls in Westfalen, und dessen Amtmann im Soester Höfeverband, verzichtet namens der Villikation auf die Ansprüche auf die eigenhörige Hildegundis, Tochter des Herbord von Ostinghausen und wohnhaft in Lohne, zugunsten des Zisterzienserinnenklosters Benninghausen, das angibt, es hätte die Hildegundis im Tausch gegen Heinrich von Balkhausen erworben, und erklärt den Tausch für gültig.

Ego Gerhardus, cappellanus spectabilis viri domini Roperti comitis de Vyrnenburg, Westphalie marscalci, suusque officiatus in villicatione Sosatiensi constitutus, universis presentes literas visuris et audituris notum facio publice protestando, quod cum ego Hildegundim, filiam Herbordi de Ostinchusen, que in villa Lon in bonis et sub custodia religiosarum personarum domine .. abbatisse et conventus monasterii in Benekinchusen Cisterciensis ordinis residebat, inpetivissem et eam per alios inductus asseruissem ad officium predicte villicationis pertinere, prefate .. abbatissa et conventus asserentes in contrarium ipsam Hildegundim per concambium legitimum fore translatam ad suum monasterium, quendam Henricum nomine de Balchusen michi loco dicte Hildegundis in comcambio iusto demonstraverunt et petiverunt me, ut huiusmodi comcambium de prefatis Hildegunde et Henrico factum curarem ratificare atque approbare. Ego igitur attendens per hoc villicacioni Sosatiensi in nullo derogari, assumptis michi hominibus iuratis ipsius villicacionis, qui corenoten vulgariter appellantur, de iussu, scitu et voluntate ipsorum ipsum comcambium voluntarie ratificavi et ratifico, approbavi et approbo perpetuis temporibus duraturum, ita quod nullo meo successori, .. officiato in villicacione predicta pro tempore existenti amplius aliqua via patebit ipsam Hildegundim aut posteritatem suam inpetendi, sed ipsa et sua posteritas monasterio predicto in Benekinchusen perpetuis temporibus pertinebunt. Et in huius rei testimonium presentes literas sigillis strennuorum militum, domini Goswini de Sosato et Theoderici de Honrode, atque meo proprio sigillo effeci communiri. Et nos Goswinus et Theodericus iam dicti profitemur, quod sigilla nostra ad preces domini Gerhardi predicti presentibus sunt appensa. Actum et datum anno Domini M° CCC° vicesimo, feria sexta post Katerine virginis, presentibus Conrado de Brochusen, milite, Bertoldo de Holthusen et Henemanno Voget, famulis, item hominibus, qui cornoten vocantur, Iohanne Scemehart de Bůninchusen, Brunone de Heminctorp, Conrado Lonman, Cristiano de Hullendorp, Lutberto de Wilmarinctorpe, Ecberto de Brenken, Arnoldo de Osterendorpe, Iohanne de Hondorpe, Henrico, eius filio, Grisemanno et Hermanno Rodeman, Mauricio Iuniore et .. dicto Spede ac aliis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen Urk. Nr. 147, Siegel des Goswin von Soest (im mehrfach geteilten Feld ein springender Löwe), des Diederich von Honrode (Bild: im Feld ein spitzovaler Schild, darin ein mit fünf Rosen besetzter Reif) und des Kaplans anhängend; Rückvermerk (15. Jahrh.): de inpeticione cuiusdam concambii propriorum litonum*).*

1704

1320 Dezember 11

Druda von Beynen schenkt dem Kloster Grafschaft für die Kosten von Bauarbeiten ihren Garten bei Menden.

Omnibus Christi fidelibus ego Druda dicta de Beynen cupio fore notum, quod ortum meum, quem quondam a .. dicto Potholt comparavi emptione, ad structuram sive restaurationem monasterii in Grascap simpliciter contuli et presentibus confero mee ob anime remedium et salutem. Et est idem ortus situs apud oppidum Mendene versus montem Rodenberg. In huius collationis testimonium sigillum oppidanorum in Mendene inpetravi apponi presentibus. Et nos Tidemannus de Holthusen et Bertoldus Lůttikeman, magistri consulum, Tilemannus de Hudinchusen, Henricus de Vrilinchusen ac ceteri consules in Mendene sigillo oppidi nostri presencia munivimus ob petitionem partium hinc et inde. Actum presentibus Erenfrido[a] Quatterlant, Gobelino et Erenfrido, filiis eiusdem, Gobelino de Rodinchusen, Wetzelo de Stade, Goswino de Rodenberg[b], famulis, Gobelino, villico curtis in Mendene, et Hermanno[c], colono curtis in Vdinc, ac aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo, feria quinta proxima post festum Nicolai episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Grafschaft Urk. Nr. 38, Siegel ab; Regest: Wolf, Grafschaft Nr. 47.

[a]) In der Vorlage „Erenfido"; [b]) „b" aus „d" korrigiert; [c]) ein zunächst geschriebenes „Hermannus" durch Tilgung der „us"-Endung in „Hermanno" korrigiert.

1705

1320 Dezember 13

Der Knappe Johannes von Rodenberg, dem als Nichtbürger in Soest trotz der entgegenstehenden Bestimmungen des Soester Stadtrechts erlaubt wurde, in der Stadt ein Haus zu erwerben, verspricht, dieses Haus nicht in geistliche Hand kommen zu lassen und nur an einen Soester Bürger zu veräußern. Von der Pflicht zum (Wach)dienst ist er nicht befreit.

Ego Iohannes de Rodenberg, famulus, notum facio singulis ac universis, quod, cum opidanus Susatiensis non essem nec domum in opido Sosatiensi habere possem de iure opidi memorati, de speciali gracia michi concessum fore, quod domum in eodem opido meis nummis comparavi. Propter quod, ne dicto opido in suo iure derogetur, sed sufficienter caveatur, arbitror et promitto in hiis scriptis, quod ego et mei heredes dictam domum nunquam ad manus ecclesiasticas vel alicuius alterius, nisi fuerit opidanus Sosatiensis aliqualiter convertere possumus nec debemus alienare a iure et servicio predicti opidi quoquo modo. Sed ego et mei heredes ipsam possidebimus sub iure et consueto servicio ipsius opidi, facientes inde, sicuti ceteri opidani ibidem de suis domibus facere debent. In quorum omnium testimonium sigilla domini Goswini de Rodenberg, patrui mei, et Goswini, fratris mei, una cum meo sigillo ad preces[a] meas presentibus sunt appensa, quod nos Goswinus, miles, et Goswinus, famulus predicti, testamur fore verum. Datum anno Domini M° CCC^mo XX^mo, ipsa die beate Lucie virginis.

Wiedergabe nach Haeberlin, Analecta medii aevi, S. 283, Nr. 19.

[a]) In der Vorlage „partes".

1706

1320 Dezember 13

Die Ratsherren von Dortmund verkaufen dem Heinrich Longus und dem Gerwin von Bredenschede auf sechs Jahre für 900 Mark die Weinakzise.

Nos consules Tremonienses vendidimus domino Henrico Longo et domino Gerwino de Bredenschede et eorum heredibus integros redditus nostros de vino provenientes de qualibet videlicet carrata vini unam marcam, hoc est de qualibet ama Coloniensi duos solidos denariorum aput nos pro tempore dativorum a festo beati Thome apostoli proximo ad sex annos continue subsequentes pro nongentis marcis bonorum denariorum nobis traditis et solutis tali apposita condicione, si fortassis infra dictum tempus aliquo tempore non possent ad nos occasione discordie civitatis aliqua vina pervenire, extunc dampnum, quod dicti emptores aut eorum heredes inde reciperent, nos ipsis secundum considerationem et dictum amicorum nostrorum ab utraque parte tenebimur congrue restaurare. In cuius rei testimonium etc. Datum die beate Lucie virginis anno Domini 1320.

*Eintragung im Bürgerbuch (*liber civium*) der Stadt Dortmund, das 1945 vernichtet wurde, Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder UB I Nr. 386, S. 272; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 550.*

1707

[Ende 1320]

Verzeichnis der Verwendung der 900 Mark bzw Nachweis der Zahlungen, die Heinrich Longus und Gerwin von Bredenschede im Namen der Stadt Dortmund geleistet haben.

H. Longus [et] Gerwinus de Bredenschede emerunt wyn pro 900 marcis ad 6 annos. De ista pecunia exposuit dominus H. Longus comiti de Retberge 55 marcas, item comitisse dedit 50 marcas. Item dedit consulibus 5 marcas et militis [...] duxit dominus Henricus Bunne, [...] domino Bernardo Bitter 30 marcas et illis de Osenbrughe 40 marcas, quas comsumpserant nostri burgenses Sturenberghe, et exposuit burgensibus de Monasterio 16 libras grossorum, quas civitas tenebatur solvere in Flandria et computati erant pro 100 marcis. Item dominus Gerwinus de Bredenschede exposuit de dicta pecunia fratribus de Hengestberghe 17 marcas. Item dedit consulibus 6 solidos. Item dedit burgensibus de Osenbrůche 33 marcas, que consumpte erant Sturenberghe, item speluncariis 3 marcas, item comiti de Retberghe 55 marcas, item 8 marcas sociis, cum equitaverunt Sturenberghe, item 1 marcam domino Hildebrando de Nova Curia, cum equitavit Bunne. Item dominus Gerwinus defalcavit 15 marcas de antiquis debitis. Item dedit Iohanni de Werne 8 marcas de equo. Item dedit Conrado Cleppinc seniori 15 marcas. Item dedit consulibus 1 marcam. Item dedit Sconenbonen 4 marcas. Item dedit burgensibus de Monasterio 16 libras grossorum, quas civitas tenebatur solvere de Flandria pro 100 marcis. Item exposuit in Monasterio ad iudeos 40 marcas. Item dedit Henrico de Lon 5 marcas ex parte Stecken, item Gobelino de Hillen 3 marcas, item consulibus 2 marcas, item comiti de Marka 300 marcas pro [eo], quod dimisit de nostra comitia. Summa per omnia exposita 900 marce.

*Eintragung im Bürgerbuch (*liber civium*) der Stadt Dortmund, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder UB I Nr. 389, S. 276.*

1708

1320 (1321) Dezember 30[1]

Wilhelm Graf von Arnsberg entscheidet den Streit zwischen dem Propst Rutger und dem Konvent zu Oelinghausen auf der einen Seite und Godfried gen. Vrobose und den Markengenossen zu Herdringen auf

der anderen Seite über die Weiderechte und die Einkünfte aus der Mark nach Vorlage einer Urkunde seines Großvaters, des Grafen Godfried von Arnsberg, vom Jahre 1212 zugunsten des Klosters.

Nos Wilhelmus Dei gratia comes in Arnsberg notum facimus universis tenore presencium publice protestando, quod, cum super marchie iure de Herderinge inter fratrem Rutgerum, prepositum, et conventum in V̊linchusen ex una parte necnon Godefridum dictum Vrobosen et marchanotos de Herderinge ex parte altera dudum coram nobis et in figura iudicii in Herderinch, quod holtdinch dicitur, Conrado de Wichlo ibidem iudicio presidente, dissentio fuisset mota et materia questionis, eodem Godefrido pro se et suis marchanotis dicente, quod ecclesia in V̊linchusen de pascuis, que waldemene seu vewede vulgariter appellantur, ad eandem marchiam pertinentibus, de obventionibus eorundem eciam et proventibus nullam penitus deberet consequi portionem, causam tamen legitimam, quare dicta ecclesia eadem sua porcione merito careret, minime pretendendo, dictus prepositus tertiam partem totius iuris marchie cum attinenciis universis, obventionibus, que opkůme dicuntur, et aliis utilitatibus quibuscumque, quocumque ille nomine vel nominibus censentur, ad dictum monasterium in V̊linchusen asseruit pertinere, pie recordationis viri nobilis Godefridi comitis quondam in Arnsberg, avi nostri, literas sub veris stilo, filo et sigillo, quas vidimus et audivimus, in argumentum veritatis producendo in hec verba:

folgt Urkunde von 1212 April 23[2]

Huius igitur domini Godefridi, avi nostri, vestigiis inherere cupientes, dictam etiam ecclesiam dolentes indebite molestari, literas premissas in omni sua forma petivimus et voluimus inviolabiliter observari. Quas ad peticiones nobilis puelle Methildis, sororis nostre, monealis sepedicte ecclesie in V̊linchusen, nec non totius conventus ibidem cum omnibus iuribus in eisdem contentis confirmamus, propter hoc sigillum nostrum, ne per oblivionem futurorum dicta ecclesia valeat impediri in quolibet premissorum, presentibus apponendo. Presentes autem erant examinacioni et approbacioni earundem literarum dominus Godefridus, prepositus maioris ecclesie Monasteriensis, frater noster, dominus Adolfus de Waltechke, canonicus Traiectensis, Godefridus de Rudenberg, nobiles, Bernhardus dictus Wlf, Hermannus de Ole, Godefridus de Meschede, Hermannus de Plettenbrath, milites, Henricus Pape de Binole, Henricus dictus Vrede, Conradus dictus Ketelere, Theodericus de Aflen, Reynherus, notarius noster, Conradus Ketelere, Conradus de Ense, Hermannus de Neyhem, Henemannus de Berdinch, Godefridus et Hermannus dicti Dobere, Godefridus et Rutgerus dicti Spirinch et alii plures fidedigni. Fuit preterea coram nobis in figura dicti iudicii per sententiam a cunctis astantibus approbatam iudicatum, quod predicta ecclesia in V̊linchusen pro undecim mansis infra septa curie sue manentibus et pro quolibet eorundem propter prescriptionem, que in premissis literis aut nostri satis patet, de obventionibus marchie prenotate et iuribus eius universis certas de iure et discretas deberet et debeat semper percipere porciones. Datum autem hoc nostrum transsumptum anno Domini M° CCC° XXI°, III° kalendas Ianuarii.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 236, Rest des Siegels des Grafen von Arnsberg an weißen Hanffäden anhängend (WS 41,2); Abschriften des 17. Jahrh. in Msc. VII 5706 (Kopiar des Klosters Oelinghausen), Bl. 8-9 (mit falschem Datum); desgl. Abschrift des 18. Jahrh., Msc. VII 5727, Bl. 169; Abschrift des 14. Jahrh., in Altertumsverein Paderborn, Cod. 348 (Kopiar des Klosters Oelinghausen), S. 232; Druck: SUB II Nr. 585; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 249.

[1]) Das Datum 1320 statt 1321 erklärt sich durch den Jahresbeginn zu Weihnachten; [2]) siehe WUB VII Nr. Nr. 86.

111435f4